# CARTULAIRE GÉNÉRAL

DE L'ORDRE DES

# HOSPITALIERS

DE

# S. JEAN DE JÉRUSALEM

(1100-1310)

PAR

J. DELAVILLE LE ROULX

TOME SECOND (1201-1260)

PARIS
ERNEST LEROUX, ÉDITEUR
28, RUE BONAPARTE, 28

—

M DCCC XCVII

# CARTULAIRE GÉNÉRAL

# DES HOSPITALIERS

# DE S. JEAN DE JÉRUSALEM

CHARTRES. — IMPRIMERIE DURAND, RUE FULBERT.

# CARTULAIRE GÉNÉRAL

DE L'ORDRE DES

# HOSPITALIERS

DE

# S. JEAN DE JÉRUSALEM

(1100-1310)

PAR

J. DELAVILLE LE ROULX

TOME SECOND (1201-1260)

PARIS
ERNEST LEROUX, ÉDITEUR
28, RUE BONAPARTE, 28

M DCCC XCVII

# CARTULAIRE

## 1130. — [1201-1203][1].

*Le comte Hemeram, fils du comte Gnevomir, donne aux Hospitaliers l'église de Striegau.*

Source : Prague, Arch. du gr.-pr. de Bohême, C. II, command. de Striegau, n° 1 (orig.).

(*Croix.*) In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Multa negocia delet antiquitas, quia que geruntur in tempore simul evanescunt cum fuga temporis, nisi a litteris et voce testium sortiantur immobile firmamentum. Notum ergo fiat presentibus et sciant posteri quod ego Hemerammus, comitis Gneuomiri filius[2], contuli fratribus Hospitalis sancti Johannis ecclesiam de Zregom cum suis attinentiis, jure perpetuo possidendam. Ne quis huic facto temptet irrogare calumpniam, presentis scripti munimine roboramus. Huic autem rei, cum fieret, affuerunt presentes, quorum sunt nomina subnotata : Henricus, duc Zlesie; Petrus; Jarozlaus; Predzlaus; Janus ; Stephanus ; Voyzlavus ; Virbata ; Bogdanus ; Gillibertus ; Jacobus ; Gaulus ; Tvorimirus. Et ut rata fiat nostra donatio, sigilli nostri appositione confirmamus. Quicumque autem hoc factum perturbare presumpserit, anathema sit ; fiat, fiat.

## 1131. — 1201.

*Geoffroy de Donjon, grand-maître de l'Hôpital, annonce au grand-prieur d'Angleterre le naufrage de l'évêque de S. Jean d'Acre et de quelques Hospitaliers devant Giblet, lui donne des nouvelles des affaires de Terre-Sainte, et implore le secours du roi d'Angleterre.*

Sources : Oxford, Bibl. Bodléienne, mss. Laud 582, f. 201 *b* (copie, xiii^e s.). — Texte : J. Bosio, *Dell'istoria*..... I, 461 ; *Chron. mag. Rogeri de Houedene* (éd. Stubbs), IV (Londres, 1871), 185 ; *Historiens de France*, XVII, 613 ; S. Pauli, *Cod. dipl.*, I, 317. — Indiqué dans Raynaldi, *Ann. eccl.*, XX, 116, année 1201, § 43.

Magister Hospitalis Jerusalem[3] priori Anglie, salutem. Quemadmodum rumores proveniunt, ita eos cupimus cordibus amicorum nostrorum intimari. Transacti

1. Cette pièce n'est pas datée, mais la présence parmi les témoins d'Henri I le Barbu, qui ne devint duc de Silésie qu'en 1201, nous donne une date extrême ; nous avons également, en 1203, la confirmation par le même duc de la donation d'Hemeram, ce qui nous permet de restreindre aux années 1201-1203 la date du présent document.

2. Ce personnage, souvent aussi appelé Imgram et Imgram de Striegau, figure fréquemment dans les actes des ducs de Silésie de 1209 à 1229. (V. *Cod. diplom. Silesiæ*, VII, pars I, passim.)

3. Le texte de Roger de Hoveden porte, comme rubrique, avant la lettre reproduite ici, la phrase suivante : « Eodem anno G[aufridus], summus magister Hospitalis Jerusalem, priori et fratribus suis per Angliam constitutis, in hac forma scripsit. »

itaque passagii lugendo tempore, de solito rumores terre Jerosolimitane mittebamus; sed navi confracta in maritima Tripolis ante Biblium, Aconensis episcopus, et plures viri honestissimi fratrum nostrorum, ad vos pro negotio Terre Sancte destinati, cum multis, tam nobilibus quam humilibus peregrinis, ad dolorem et gemitum totius populi Christiani, sicut Domino placuit, sub aquis vehementibus perierunt. Post quod naufragium nullum putamus transfretasse navigium, ut dicitur ab omnibus; quia quedam naves, in quibus nuncii nostri mittebantur, transfretare disponentes, cum ab Acone recessissent, et per triduum et amplius navigassent. amissis arboribus antennis, insolita ventorum et turbinis rabie, vix naufragium, evadentes, Tripolim sunt reverse. Ea tamen, qua potuimus, navigii opportunitate reperta, vestre fraternitati declaramus quod ille Christianorum hostis nequissimus, Damasci dominus Sephadinus, Babilonis effectus est dominus; quia nepotem suum et alios, quorum successionem timebat, de regno Babilonis, ut perfidus et perjurus, ejecit[1]. Viget adhuc inter ipsum et soldanum Aleph, et plures alios, nimia discordia, que fine careat, et nunquam decidat vel arescat. Ipse quoque Sephadinus suis odibilis et infestus, domesticas timet insidias, et in nullo loco tutum se credens, utpote qui nepotibus suis proditor exstitit et perjurus, quos etiam funditus quotidie exheredare conatur, Babiloniam exire non audet. Que res nobis hoc anno munimem prestitit et tutelam. Paraverat enim contra nos tumidus et intolerabilis insilire, et christianitatis, que superfuerant, funditus demoliri reliquias. Percussit etiam Deus virga potentie sue Babilonicas regiones, in flumine illo Paradisi[2], quod agros hostium irrigabat, ne flueret, nec anno preterito fluctus emisit. Propter quod in fame pereunt, et eorum animalia perdiderunt, nec plures eorum veriti sunt pater filium vendere, dives pauperem, potens debilem, ut sic vitam suam a fame conservent. Quam siccitatem fluminis, si non fluxerit, futuram timent. Hoc etiam quisquis excogitet sapiens quod, si flumen nutu Dei presenti anno non fluxerit, arva non irrigaverit, in magno discrimine vite sue erunt. Quorum jam infinita multitudo, necessitate compulsa et famis austeritate, terram nostram, sicut locustarum agmina, replevit pro sustinendis corporibus suis; ubi quidam terras ecclesie moliuntur, quidam more bestiarum sylvestribus herbis vescuntur, quidam, fame necati, per loca sylvestria mirative reperiuntur vermibus et avibus comedendi. Nos igitur in Domino ponentes spem nostram, qui, quando vult, preliis finem ponit, speramus quod populo Christiano dat initium miserendi, cum ipsorum conterit inimicos. Datur etiam gentibus materies admirandi quod quidam Sarracenus, etate juvenis, origine vilis, inter pastores a pueritia simpliciter nutritus, de novo sic omnibus peritus apparet, ut omnes sapientiam ejus admirentur, et nomen Jesu Christi publice predicat, ita quod ipsi jam duo millia paganorum et eo amplius concredentes, ejus exhortationibus fidem nostram susceperunt, et fonte sacri baptismatis sunt recreati, et circumcisionis sue condolent sustinuisse dolorem. Immenso tamen inimici nostri exultant gaudio, quia nos paucos sciunt, et pecunia pauperes, et armatorum copia sentiunt derelictos. Quapropter ad vos voce lamentabili clamamus, et misericorditer exoramus quatenus nobis, tam apud majores quam minores, consilio et auxilio vestro subvenire dignemini, et dominum regem Anglie, et quoscunque poteritis, ad subventionem nostram efficaciter inducere et diligenter monere procuretis. Nos enim infinitas trementes divitias, cum sibi propter opes multorum subveniant mercimonia mercatorum, non minus solito timore conterimur universi; et cum de uno tantum regno Babilonis aut Damasci universus Terre Promissionis populus vix bene se tueri solebat, nunc duo regna, uni domino conjugata, nobis tantilli residui numeri terrorem pariunt et minantur. Hic est certe verus status Terre Promissionis et inimi-

1. Saphadin chassa de Damas son neveu Malek-el-Afdal en 1196, et d'Egypte son petit-neveu Malek-el-Mansour en 1200.

2. Il s'agit du débordement annuel du Nil.

corum Christi; quo taliter permanente, si bonum Christianorum haberemus auxilium, gratia propitiante celesti, et Christi injurias et dedecus Christianorum crederemus vindicare. Propterea, bone frater, quia pauca dicere sufficit, satis novistis que et quanta nobis incumbunt necessaria. Et nunc audite quid ultra modum nos affligit: terra regni Sicilie jugiter destruitur a Teutonicis et Longobardis, domus nostra Baroli relicta fuerit, fratres intus in civitate manent, domus extrinsice, a quibus auxilium nostrum procedebat, ad nihilum deducte sunt, nullus in civitate persistit. Postquam autem a terra recessistis, nihil de regno Sicilie nobis subvenit, ad presens jam et per annum: frumentum, vinum et hordeum, carnes et caseum, et queque necessaria emimus pro universis domibus et castris nostris, in quibus omnibus sine numero necessaria est expensa. Pecuniam, nisi ab ultramarinis domibus receperimus, aliunde aliter habere nequimus, et jam diu est quod nihil fere receperimus ad comparationem expense. Noveritis quod in debitis plurimis subjacemus; exspectantes auxilium vestrum et aliorum bonorum fratrum nostrorum, amore divino et nostro vos monemus ut, quantumcunque poteritis, in primo martii passagio subveniatis. Valete.

## 1132. — 1201.

*Alphonse IX, roi de Léon, et Bérengère, sa femme, donnent à l'ordre de l'Hôpital la ville de Buciños avec ses prés, pâturages et montagnes.*

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. génér. centr., ordre de S. Jean, langue de Castille, Invent. donat., liasse 1, nº 44.

## 1133. — 1201.

*Simon d'Abbeville, grand-prieur de France, loue à Flamand de Bruyères et à sa femme une maison, sise à Laon.*

SOURCE : Paris, Arch. nat., S. 4948, nº 64 (chirogr. scellé)[1]. — ANALYSE : Douet d'Arcq, *Invent. des sceaux des Archives*, III (Paris, 1868), nº 9896.

Ego frater Simon, Dei gratia prior domus Hospitalis in Francia, notum facimus tam presentibus quam futuris quod domum nostram de Lauduno, que fuit Galterii Borguenon, Flamanguo de Brueriis et Thece, uxori sue, sub pensione duodecim librarum Loonensium census, salva justicia domus Hospitalis, imperpetuum concessimus possidendam, ita quod Flamangus et T[heca], uxor sua, annuatim reddent Hospitali VI libras [in vigilia] pentecostes, et VI libras in die teophanie. Et si continguat monetam in civitate de Lauduno alternare, Flamangus, vel qui domum tenebit secundum burgensium civitatis institutionem qui census debent vel quibus census debentur, erga domum Hospitalis continebit. Quod ut ratum permaneat, hanc paginam siggillo nostro fecimus communiri. Actum anno incarnationis Domini M CC primo.

1. Cire noire, tête barbue à droite; légende : S. FR'IS SIMON' DE ABEVILL'. 27 mill.; pas de contre-sceau.

**1134.** — 1201.

« *Accord passé entre les ordres de l'Hôpital et du Temple, où intervinrent frère Geoffroy de Donjon, maître de l'hôpital, Philippe de Pleisset, maître du Temple, et les principaux frères des deux ordres, dans lequel ils conviennent qu'il n'y aura d'autre four public à Valanie que celuy des Templiers, et que les Hospitaliers et l'évêque auroient leurs fours particuliers pour leur usage, de l'an* 1201. »

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 189 (xviiie s.).

**1135.** — 1201.

*Les Hospitaliers de Kilmainham donnent à Jean Sans Terre, roi d'Angleterre, deux palfrois, l'un pour obtenir des lettres patentes afin de n'être cités en justice que devant la cour du roi, et afin qu'on ne leur conteste pas les libertés qu'ils tiennent de la couronne ; — l'autre pour obtenir des lettres royales de bornage entre leurs terres et celles de leurs voisins.*

Source : Londres, Record office, Rot. de obl., 3 Johannis, membr. 6 (copie contemp.). — Texte : Th. Duffus Hardy, *Rotuli de oblatis et finibus in turri Londinensi asservati tempore regis Johannis* (Londres, 1835), 175. — Analyse : *Calendar of documents relating to Ireland*, I (Londres, 1875), 26, n° 162.

**1136.** — 9 janvier 1201, Latran.

« *Bulla Innocentii* III *ne quis injiciat manus violentas in fratres Hospitalis, aut domus illorum vel hominum suorum irreverenter invadat, sub pena, etc.* »

Analyse : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1119 (bull. C.), f. 8 *b* (xvie s.).

Dat. Laterani, v idus januarii, pontificatus nostri anno iii.

**1137.** — 21 janvier 1201, Latran.

*Le même défend aux Hospitaliers de célébrer l'office divin et d'administrer les sacrements dans les terres interdites des nobles Nicolas de Rumigny et Roger de Rozoy, et en général d'outrepasser les privilèges et indulgences accordées à l'église de Reims.*

Sources : Reims, Arch. comm., cartulaire G du chapitre de Reims, f. 68 (copie, mil. du xive s.) ; cartulaire B (livre blanc du chapitre de Reims), f. 54 (copie, mil. du xiiie s.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 1248. — Texte : Migne, *Patr. lat.*, CCXVII, col. 57 ; Varin, *Arch. admin. de Reims* (Paris, 1839-1848), I, 435.

Innocentius, etc., dilectis filiis magistro [et] fratribus Jerosolimitani Hospitalis, salutem, etc. Cum ad universos viros ecclesiasticos aciem nostre considerationis extendere debeamus, dilectis filiis nostris Remensis ecclesie canonicis tanto specia-

lius volumus et debemus adesse, quanto devotius clericalem honestatem observant, et tuentur liberius ecclesiasticam libertatem. Ex parte siquidem Remensis ecclesie propositum noveritis coram nobis quod, cum terras nobilium virorum N[icolai] de Ruminiaco et R[ogeri] de Roseto subicit interdicto, vos, apostolice sedis indulgentiis abutentes, in eis presumitis divina officia celebrare, et interdictis impenditis ecclesiastica sacramenta. Quia vero, sicut vestris vos nolumus privilegiis defraudari, sic ecclesie Remensis, que magnum locum obtinet in ecclesia Gallicana, et aliarum per vos ledi nolumus rationem, discretioni vestre mandamus et districte precipimus quatinus in terris predictis et in aliis, quamdiu subjecte fuerint interdicto, nichil amplius presumatis quam quod vobis est privilegiis vel indulgentiis ecclesie Remensis concessum. Dat. Laterani, XII kalendas februarii, pontificatus nostri anno III.

**1138.** — [27 janvier] 1201, Westminster.

*Accord devant la cour du roi à Westminster entre les Hospitaliers et Guillaume de Buckingham, à l'occasion de huit acres de terre et de deux acres de pré à Hogshaw, que les deux parties se disputaient.*

Source : Londres, Record office, Pedes finium, 2-3 Johannis, I, Bucks., n° 29 (copie contemp.).

In curia regis apud Westmonasterium, a die sancti Yllarii in XV dies, anno regni regis Johannis secundo.

**1139.** — 5 février 1201, Latran.

*Le pape Innocent III renouvelle la bulle de Lucius III, du 12 décembre* 1184 : « *Si diligenter attenditis* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 706.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 213 (copie de S. Pauli, XVIII° s.); Malte, Arch. de l'ordre, bull. E, f. 257 (auj. perdu); div. VII, vol. 1121 (bull. Rub)., f. 75 *b* (copie, XVI° s.); et vol. 1118, (bull. XP), f. 52 (copie, XVI° s.); Paris, Arch. nat., MM 11, f. 31 (bull. du XV° s.).

Dat. Laterani, nonis februarii, pontificatus nostri anno III.

**1140.** — 3 mars 1201, Latran.

*Le même renouvelle la bulle du* 20 *avril* 1200 : « *Cum dilecti filii* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1115.)

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 12, n° 62 (orig.).

Dat. Laterani, V nonas martii, pontificatus nostri anno IV.

**1141.** — Avril 1201, Le Quesnoy.

*Baudouin IX, comte de Flandre et de Hainaut, donne à Gautier de Corbuel, maître de l'Hôpital dans le Cambrésis, des terres qu'il avait acquises de Baudouin de S. Rémi, chevalier, qui les tenait en fief du comte.*

SOURCE : Mons, Arch. de l'état, ordre de Malte, command. du Piéton, n° 120 (orig.) ; cartulaire de Hainaut-Cambrésis, f. 1 *b*, n° 2 (copie, XIII$^e$ s.). — TEXTE : L. Devillers, *Description de cartulaires et de chartriers du Hainaut*, II (Mons, 1866), 78; et *Annales du cercle archéologique de Mons*, VI (Mons, 1865-6), 54. — ANALYSE : L. Devillers, *Annales du cercle archéologique de Mons*, VI, 27 ; et *Invent. analyt. des arch. des command. belges* (Mons, 1876), 28, n° 122.

Ego Balduinus, Flandrie et Hainoie comes, notum fieri volo tam futuris quam presentibus quod frater Walterus de Corbuel, magister domus Hospitalis Jerhusalem in Cameracesio, legitima emptione acquisivit erga Balduinum, militem de S. Remigio, VII modiatas et II mancaldatas terre, nemoris et prati, ad opus et usus Hospitalariorum, quas ipse Balduinus, veniens coram me, guerpivit et defestucavit, et resignavit in manu mea quicquid juris habebat in illis VII modiatis et II mancaldatis terre, nemoris et prati. Cum igitur hoc factum fuerat et judicatum ab hominibus meis quod nec ipse Balduinus nec heredes vel successores post ipsum quicquid juris haberent vel habere possent in predicta terra, in nemoribus et pratis in posterum possiderent, ego, pro salute anime mee et antecessorum meorum, ac deinceps successorum, terram illam cum nemore et pratis tradidi in perpetuam elemosinam fratri Waltero, ad opus et usus Hospitalariorum Jehrusalem libere et quiete possidendam. Verum ne ipse Balduinus vel quisquam heredum vel successorum suorum in posterum quicquam juris clamare vel exigere possint aut debeant in terra illa et nemore et pratis, presentem super hoc Hospitalariis contuli paginam, sigilli mei appensione et testium subscriptione munitam. S. Hug[onis], comitis S. Pauli. S. Willelmi, patrui mei[1]. S. Reineri de Trit. S. Hugonis de S. Auberto. S. Willelmi de Hausi. S. Polii de Vilers. S. Willelmi de Gomengnies. S. Walteri de Bosies. S. Balduini de Lobis. S. Caudron, servientis mei. Actum apud Haimonis Quercetum, anno dominice incarnationis M CC primo, mense aprili.

**1142.** — 9 avril 1201, Latran.

« *Bulla [Innocentii III] ne archiepiscopi, etc. imponant indebite procurationes fratribus Hospitalis.* »

ANALYSE : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1119 (bull. C), f. 8 *b* (XVI$^e$ s.); Paris, Bibl. nat., lat. 13824, f. 15 *b* (XVI$^e$ s.).

Dat. Laterani, V idus aprilis, pontificatus nostri anno IV.

1. Guillaume, dit de S. Saulve ou de Thier, enfant naturel de Baudouin IV, comte de Hainaut, était oncle paternel de Baudouin IX de Flandre (VI de Hainaut). Baudouin V de Hainaut le chargea, en 1195, de faire exécuter ses dispositions testamentaires; il fut nommé régent du comté de Hainaut, en 1202.

**1143.** — 12 avril 1201, Latran.

*Le pape Innocent III renouvelle la bulle du 20 avril 1200 : « Cum dilecti filii ».* (*V. plus haut*, I, *n°* 1115.)

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 135 (copie, xvi^e s.); Paris, Arch. nat., MM. 11, f. 30 (bull. du xv^e s.).

Dat. Laterani, II idus aprilis, pontificatus nostri anno IV.

**1144.** — 17 avril 1201.

*« Accord fait entre les ordres de l'Hôpital et du Temple, en présence des deux grands-maîtres, portant règlement pour la prise de l'eau d'une fontaine, pour arroser leurs terres et pour l'usage de leurs moulins, du* 15 *des calendes de may* 1201. »

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 190 (xviii^e s.).

**1145.** — 27 avril 1201.

*Marin Mazuc, Génois, donne à Geoffroy de Donjon, grand-maître de l'Hôpital, et à l'ordre quatre boutiques à Acre, dont il se réserve, sa vie durant, les revenus, sauf une somme annuelle d'un marc d'argent que l'Hôpital percevra pour se charger du recouvrement de ceux-ci.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 3 (charte-partie orig., auj. perdue)[1]. — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 216.

In nomine sancte et individue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti, amen. Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego Marinus Mazuc, Januensis, cupiens fieri particeps beneficiorum elemosinarum et orationum que fiunt in domo Hospitalis sancti Johannis, confratrem me diligenter effeci domus ejusdem, et in confraternitatem, ut dignus videar beneficiorum domus, concessi et dedi eidem domui, pro salute anime mee, annuatim unam marcham argenti a meis stationibus assumendam, hoc modo videlicet : ego depono et committo fratri Gaufrido, magistro domus Hospitalis, et fratribus ejusdem quatuor stationes meas, quarum due ex una parte adherent uni stationi domus Hospitalis, et ex alia parte stationi Rollandi Nepotis, fratris Antelmi de Luca ; tertia statio adheret eidem stationi Rollandi ex una parte, et ex alia parte stationi Andree Ruffi ; quarta statio adheret eidem stationi Andree ex una parte, et ex alia parte stationi Bandini Bec[2], Pisani ; omnes vero stationes iste ex parte septentrionis adherent vie puplice, et ex parte meridiei mari portus civitatis Accon. In deposito itaque et commissione stationum quod facio domui Hospitalis, hanc conditionem ego teneor in vita mea domui Hospitalis, et domus Hospitalis diebus vite mee mihi servare tenetur, videlicet quod ipsa domus sancti Johannis recipiet annuatim redditus stationum predictarum integre in custodia sua,

1. L'acte était scellé de la bulle de Geoffroy de Donjon. Le sceau de ce grand-maître a été décrit et publié. (V. Delaville Le Roulx, *Note sur les sceaux de l'Ordre de S. Jean de Jérusalem*, dans *Mém. de la Soc. des Antiquaires de France*, XLI (Paris, 1881), 69.

2. Ce personnage figure dans des actes pisans de 1179 et de 1187 (Muller, *Doc. sulle relaz. delle città Toscane coll' Oriente* (Florence, 1879), 17 et 25).

de quibus retinebit sibi unam marcham argenti annuatim, quam pro salute anime mee in confraternitate Hospitalis concessi. Universos autem residuos redditus in terra Syrie mihi vel cui jussero assignabit; et si ultra mare voluero mihi vel alii meo mandato assignari, in tantum mihi vel cuilibet meo mandato magister et fratres facient assignari quantum de redditibus stationum recipient, excepta una marca argenti, quam annuatim Hospitali concessi. Hanc conditionem, sicut predictum est, domus Hospitalis mihi tenetur servare in vita mea. Sicque ego, tam ad remedium animarum predecessorum meorum quam salutem anime mee, perhempniter fieri cupio confrater et particeps beneficiorum domus ejusdem; ipsam domum heredem meam facio et instituo de stationibus antedictis, ut post obitum meum domus Hospitalis stationes perhempniter teneat, possideat quiete et pacifice, cum finibus et redditibus stationum, quas ita libere, sine calumpnia et sine contrarietate, post obitum meum concedo, trado et dono in elemosinam domui perpetuo possidendas, sicut unquam melius aliquam rem propriam vel elemosinam quiete tenuit et possedit. Verum, quia sigillum proprium plumbeum non habui, ad cautionem predicte elemosine faciendam et roborandam, cyrographa fieri feci, unum domui Hospitalis in perpetuitate habendum, et alterum mihi in vita mea. In quibus sigillum meum cereum apposui, et testimonio fratris Gaufridi de Donjon, venerabilis magistri, in cujus manibus, sicut predictum est, elemosina est concessa, et fratrum Hospitalis roborari volui et rogavi, nec non fratris Guillelmi Lumbardi, preceptoris tunc temporis domus Hospitalis Accon; fratris Antelmi, thesaurarii tunc temporis domus ejusdem; fratris Isambardi, tunc temporis prioris Francie; fratris Simonis, senescalli magistri, et aliorum fratrum quamplurimorum. De secularibus vero viris isti sunt testes : dominus Belmustus Lercarius; Willelmus Usus Maris; Vivaldus Moricla, et alii plures. Actum est hoc anno incarnationis dominice M CC I, quinto kalendas madii, IV indictionis.

## 1146. — Mai 1201.

*Christine, fille de feu Roger de Cayphas, avec l'assentiment de Rohard de Cayphas, donne à Geoffroy de Donjon, grand-maître de l'Hôpital, et à l'ordre le casal de Digegia.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, nº 52 (orig. auj. perdu). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 91. — Extraits : J. Taafe, *The history of the holy, military, sovereign order... of S. John of Jerusalem* (Londres, 1852), IV, app. nº LIV.

In nomine sancte et individue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti, amen. Cum pre aliis agendis secularibus ea que pro Deo aguntur majori debent tam diligentia quam perpetuitate fulciri, id circo notum sit presentibus et futuris quod ego Christiana, filia quondam Rogerii de Cayphas, videns et perpendens immensa beneficia et elemosinas, que in sacra domo sancti Johannis Hospitalis Iherusalem infirmis pauperibus et captivis jugiter irrogantur, ad salutem animarum omnium benefactorum ejusdem domus, cupiens etiam ipsorum beneficiorum particeps fieri, ad salutem et remedium anime mee, consororem ipsius domus me gratanter effeci, et in memoriam et salutem antecessorum meorum et anime mee, bona, gratuita et spontanea voluntate mea, nec non concessione, assensu et voluntate domini mei Roardi, Cayphas domini, a quo casale quod dicitur Digegia tenui, predicte domus infirmis et fratribus presentibus et futuris, in manibus fratris Goffridi de Donjon, ejusdem Hospitalis reverendi magistri, prenominatum casale de Digegie cum omnibus juribus, pertinenciis et divisis suis, terris cultis et incultis, planis et montanis,

et cum omni jure nostro pertinentiarum casalis ejusdem, concessi et dedi libere et quiete, sine calumpnia, sine impedimento, sine revocatione, sine diminutione, in perpetuam elemosinam eidem domui Hospitalis habendum, tenendum, perpetim possidendum et libere perfruendum. Et sicut ego et antecessores mei unquam ipsum casale melius et integrius et liberius tenuimus, habuimus et possedimus, vel habere debuimus jure nostro, ita domus Hospitalis et fratres casale dictum Digegie teneat, possideat et perfruatur de cetero jure suo hereditario et elemosinario, tam libere, tam quiete, quam quelibet res ab ipsis fratribus vel aliquo teneri valet et libere possideri. Unde, quia proprium sigillum non habui, rogavi dominum meum Rohardum, Cayphas dominum, ut predictum donum meum et elemosinam factam domui Hospitalis, sicut superius continetur, concedat, velit, et suo proprio sigillo confirmet. Ego quidem qui supra Roardus, Cayphas dominus, videns in domo sancti Johannis Hospitalis predicti salutem fieri animarum omnium benefactorum suorum, ipsius domus jam confrater effectus, predictam elemosinam et donum casalis Digegie, quod a me domina Christiana tenuit, et domui Hospitalis concessit et dedit, concedo, confirmo, et volo ut fratres ipsius domus presentes et futuri casale Digegie teneant libere, et quiete possideant, et in elemosine donum perpetue perfruantur. Quibus itaque fratribus Hospitalis presentibus et futuris ego concedo et dono quicquid juris et dominii et potestatis in predicto casali Digegie et in pertinentiis ejus antecessores mei et ego habuimus, vel habere debuimus; totum siquidem fratribus Hospitalis concedo et dono libere et quiete, sine calumpnia, sine revocatione et sine contrarietate, ut jamdictum casale cum jure et pertinentiis ejus, sic quiete, sic libere teneant et possideant in perpetuum elemosine donum, sicut unquam melius et quietius ab ipsis vel ab aliquo res aliqua teneri potest et possideri. Unde ut donum domine Christiane, domui Hospitalis factum, concessum et datum, et a me consequenter et firmiter confirmatum, domus eadem quiete teneat et possideat, tam de cetero hereditario jure quam elemosinario, et perpetuo robore perfruatur, ad majorem caucionem domus Hospitalis et fratrum, sigillum nostrum in presenti privilegio apponi fecimus, et tam fratrum Hospitalis, quos ego et domina Christiana in eodem privilegio testificari rogavimus, quam aliorum proborum virorum hominum meorum et aliorum testium subscriptorum testimonia communiri. Fratres Hospitalis sunt isti: primo frater Goffridus predictus de Donjon, domus Hospitalis magister; frater Guillelmus Lombardus, tunc temporis preceptor domus Hospitalis Accon; frater Antelmus de Luca, tunc temporis ejusdem domus thesaurarius; frater Constantius; frater Simon, senescallus magistri; frater Stephanus, et alii plures. Item isti sunt milites, homines domini Roardi de Cayphas: Milo; Eustacius; Johannes, filius Henrici de Podio; Stephanus; Thomas, nepos archyepiscopi Tyrensis; Henricus. Et jurati de Cayphas: Guillelmus Scriba; Robertus Elefant; Rolandus; Reinaldus de Finamunde; Johannes Maio; Bonaccursus. Item Ugo Pelevilanus, tunc temporis vicecomes Acconensis; Philippus Morisinus; Clarembaldus de Vicecomitissa; Helyas de Nazaret. Actum est hoc anno incarnationis dominice M CC I, mense maio, indictione quarta.

### **1147.** — 1 juillet 1201, Latran.

*Le pape Innocent III renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 23 *janvier* 1168, 1169 *ou* 1170: « *Cum (dilectis filiis) fratribus Hierosolymitani Hospitalis.* » (*V. plus haut,* I, *n*° 392.)

SOURCES: Berlin, Arch. secr. d'état, ordre de S. Jean (vid. du 26 juin 1495); Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, reg. 393, f. 26 et 512 (copies, XVII^e s.); Lucques, Bibl. publ., ms. 988, fol. 174 *b*. (copies de S. Pauli, XVIII^e s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1123 (bull.

Germ.), f. 1 *b* (incunable, vers 1496). — TEXTE : *Privilegia, immunitates et indulgentias venerabili ordini S. Joannis Hierosolymitani Rhodiane militie summis a pontificibus et hoc tempore feliciter moderante concesse, elargite et confirmate hic optimo ordine candidissimus habebit lector* (Leipzig, Melchior Lother, nov. 1520), 12.

Dat. Laterani, kalendis julii, pontificatus nostri anno IV.

## 1148. — 27 juillet 1201.

« *Titre par lequel Louis I, comte de Blois, affranchit les frères de l'Hôpital de Villefranche sur Cher des droits de péage qu'ils lui devaient à Romorantin, mais les paieront à la Villedieu.* »

ANALYSE : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. 1, 396 (inventaire de Battenay, 1779-80)[1].

## 1149. — 2 août 1201, Segni.

*Le pape Innocent III confirme aux Hospitaliers de Pologne la donation d'une prébende dans la cathédrale de Posen, que leur avaient faite l'évêque* Arrnold *et le chapitre de Posen.*

SOURCE : Prague, Arch. du gr.-pr. de Bohême, diplomataire I, n^os^ 23 et 90 (copies de Smitmer, XVIII^e^ s., avec attribution erronée à Innocent IV, d'après un vid. de l'official de Breslau, du 23 juin 1417, et un vid. de l'archevêque de Prague, du 18 janvier 1557). — TEXTE : *Codex diplomaticus majoris Poloniæ*, I (Posen, 1878), 47.

Innocentius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Iherosolymitanensis Hospitalis in Polonia constitutis, salutem, etc. Venerabilis frater noster A[rnaldus], Poznaniensis episcopus, per suas nobis litteras intimavit quod, divine pietatis intuitu, de canonicorum ecclesie Poznaniensis assensu, in eadem ecclesia prebendam vobis pia libertate concessit, ita ut quidquid expensis vicarii, quem statuetis ibidem, contigerit superesse, per manum vestram in subsidium transeat infirmorum. Nos igitur prebendam ipsam, sicut eam juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos auctoritate apostolica domui Hospitalis confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Signie, IV nonas augusti, pontificatus nostri anno IV.

## 1150. — 14 août 1201, Jaca.

*Pierre II, roi d'Aragon et comte de Barcelone, donne à Ximenès de Lavata, châtelain d'Amposte, et aux Hospitaliers de nombreuses possessions à Siscar.*

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 265 (copie notariée du 30 septembre 1208)[2].

Notum sit cunctis quod ego Petrus, Dei gracia rex Aragonum et comes Barchinone, pro anima patris et matris mee[3] et omnium fidelium defunctorum, et in

1. Ce titre ne s'est pas retrouvé à Lyon dans le fonds du grand prieuré d'Auvergne.

2. La copie est indiquée comme suit : Ego Ferrarius, notarius domini regis, hanc cartam bullari feci mandato ipsius, apud Oscham, in era M CC XL sexta, II kalendas octobris, audientibus et videntibus multis et magnis viris et baronibus Aragonie.

3. Alphonse II, roi d'Aragon, père de Pierre II, mourut en 1196 ; sa femme Sancia était fille d'Alphonse VII, roi de Castille.

remissione peccatorum meorum, dono, laudo et concedo Deo et domui Hospitalis Jherusalem, et pauperibus infirmis, et vobis fratri Exemeno de Lavata, magistro Emposte, et omnibus aliis fratribus presentibus atque futuris, de mea terra terminum ad castrum Siscar, sicut dividitur de foscillo de Sadava usque ad portel de Malvar, sicut aque vertuntur, et deinde sicut vadit usque ad Fozcebrera, et deinde sicut vadit usque ad viam d'Encisa, et deinde sicut vadit usque ad podium de Almanara, et deinde usque ad cimam de Picanedo, et deinde sicut vadit usque ad Foccatima, sicut aque vertuntur. Dono etiam et concedo quod populatores de Castrosiscar totum hoc, quod habent et tenent et habent scaliatum et comparatum de serra versus castrum Siscar, sicut aque vertunt, habeant franchum et quietum, et non teneantur facere aliquam peitam neque censum cum hominibus de Sos, neque ipsis hominibus de aliquo teneantur. Concedo etiam vobis predictis ipsum campum, quem comune concilium de Sos vobis dedit. Dono etiam vobis predictis alium terminum ex parte de Uno Castello de cima de Picanedo usque ad camp de pecia S. Felicis, et deinde usque ad guardiam Peliz, deinde usque ad aream de Sancio Calbo, sicut aque vertuntur, et deinde sicut vadit usque ad Turrem Fallil; quod totum habeatis franchum et liberum, et non teneamini aliquod censum neque peitam facere mihi nec meis, neque hominibus de Uno Castello. Si tamen domina regina, mater mea, hoc vobis concesserit in vita sua, set post obitum ejus firmum habeatis et ratum. Hoc autem donum vobis laudo et concedo, quod eum habeatis et teneatis et potenter possideatis inperpetuum. Et si quis contra hoc donum venire presumpserit, non valeat, set in iram et indignacionem meam incurrat, et insuper pro pena M morabotinos peccet. Tamen sciendum est quod pro hoc dono recipio de helemosinis pauperum Hospitalis Jherusalem M mazmutinas, ex quibus omnibus paccatus sum. Volo etiam et mando quod ganatos de castro Siscar pascant et bibant per totam terram meam cum aliis ganatis terre mee, et nullus sit ausus hoc vetare; quod qui fecerit, in predicta pena noscat se incursurum. Datum Jacce, vespere sancte Marie mensis augusti, per manum Johannis de Berax, domini regis notarii, et mandato ejus scripta, sub era M CC XXX VIIII. S. (*Seing manuel*) Petri, regis Aragonum et comitis Barchinone. Hujus rei testes: Eximinus Cornelii, majordomus et senior in Calatajub; Michael de Lusia, alferiz et senior in Tirasona; Petrus Ladron, senior in Burgui; Eximinus de Lusia, senior in Sos; Berengarius de Attencia, senior in Turol; Lofarraencus, senior in Luna; Garcia Rumei, senior in Ayvar; Aznarius Pardi, senior in Exeia. S. (*Seing manuel*) Johannis de Berax, domini regis notarii.

### 1151. — Décembre 1201, Sigena.

*Le même accorde à Ximenès de Lavata, châtelain d'Amposte, et aux Hospitaliers l'exemption de l'ost, de la chevauchée et des services royaux pour les vassaux de l'Hôpital à Girone et à Besalu.*

SOURCE : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, parch. n° 123 de Pierre II (charte-partie orig.).

Sit notum cunctis quod ego Petrus, Dei gracia rex Aragonum et comes Barchinone, dono, laudo et concedo, et per hujus pagine corroborationem auctorizo fratri Eximino de Lavata, magistro Emposte, et omnibus aliis fratribus Hospitalis presentibus et futuris, ut omnes illi homines, quos domus Hospitalis habet in Gerunda et in Bisolduno usque in hodiernum diem, sint liberi, immunes et franchi de oste, cavalcata, et de omni servicio et exactione regali. Tali tamen pacto et conditione quod domus Hospitalis de cetero non possit aliquem hominem recipere in predictis duabus

villis nisi ordine recepto frater fieret Hospitalis. Sciendum tamen est quod ab hujusmodi donativo excipiuntur homines illi qui soliti sunt in questia mittere et servicio vicinali, ne forte ego vel alii milites terre ea amittamus servicia que mihi vel illis facere consueverunt ; hujusmodi donativum facio prefato Hospitali super jam dictis hominibus et eorum qui in capitibus mansibus eorum permanserint. Datum apud Sixenam, mense decembris, per manum Johannis de Berrix, domini regis nottarii, et mandato ejus scripta a Petro scriptore, sub era M CC XXX VIIII et anno Domini M CC I. S. Petri, regis Aragonum et comitis Barchinone. Testes : Raimundus de Villamulorum ; Dalmacius de Crexello ; Arnaldus de Fuxano. S. Guilielmi Durfortis. Petrus, Ausonensis sacrista. S. Johannis de Beraxenssis, domini regis notarii.

**1152.** — 20 décembre 1201, Anagni.

*Le pape Innocent III renouvelle la bulle de Lucius III, du 12 décembre 1184 : « Si diligenter attenditis ». (V. plus haut, I, n° 706.)*

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 155 (copie, XVIe s.).

Dat. Anagnie, XIII kalendas januarii, pontificatus nostri anno IV.

**1153.** — [Vers 1202][1].

*Maurice de Prendelgast, grand-prieur d'Irlande, avec l'assentiment du chapitre d'Irlande, acense à Robert de Bedford une terre tenue bourgeoisement hors des murs de Dublin, en conservant le droit de rachat au cas où Robert de Bedford voudrait la vendre.*

SOURCE : Oxford, Bibl. Bodléienne, ms. Rawlinson, B. 500, f. 80 (copie, fin XIIIe s.). — TEXTE : J.-T. Gilbert, *Reg. of the abbey of S. Thomas, Dublin* (Londres, 1889), 379.

Universis sancte matris ecclesie filiis, ad quos presens scriptum pervenerit, frater Mauricius de Prendelgast, prior fratrum Hospitalis Jerosolimitani in Hybernia, salutem. Noverit universitas vestra nos, de communi consilio fratrum capituli nostri in Hybernia, dedisse et concessisse, et hac presenti carta nostra confirmasse Roberto de Bedeford unum burgagium terre nostre, quam habemus ex donacione Thome la Martre extra muros Dublinie, in curia que fuit Bertram de Verdun, illud scilicet burgagium quod est inter terram que Hugonis Pistoris et terram que fuit Galfredi de Wikingelo, tenendum et habendum sibi et heredibus suis de domo nostra libere et quiete, integre et plenarie ; reddendo inde annuatim duodecim denarios Sterlingorum, scilicet sex denarios in festo sancti Michaelis, et sex denarios ad pascha. Et si predictus Robertus vel heredes sui predictam terram vendere vel inpignorare voluerint, primo domui nostre offeratur habenda pro precio quo alius eam habere posset. Et si eam ita retinere noluerimus, libitum eorum inde faciant, salvo redditu nostro. Hiis testibus : fratre Rogero ; fratre Roberto, capellano ; fratre Hugone, et multis aliis.

1. Cette charte, non datée, fut donnée pendant que Jean Comyn était archevêque de Dublin (1181-1212). Les notes du moine Mason (1775-1858) sur le *Monasticon Hibernicum* d'Archdall (Londres, Musée Brit., ms. Egerton 1774, f. 199) placent le priorat de Maurice de Prendelgast en 1202 et font mourir ce prieur avant 1210, le tout sans indication de sources ; nous avons donc adopté la date approximative de 1202.

## 1154. — 1202.

*Henri IV, comte de Grandpré, donne aux Hospitaliers la maison de Remez avec 140 journaux de terre.*

Source : Paris, Arch. nat., S. 5038, nos 28, 29 et 33 (orig.)[1]. — Analyse : Mannier, *Command. du gr.-prieuré de France*, 290.

Universis Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, presentes litteras inspecturis, H[enricus], comes de Grandisprato, salutem quam sibi. Testes et littere conveniunt ad gerendum rei geste testimonium, ut, cum mors aufert testes de vite medio, venit a littera sola certitudo. Noverit universitas vestra quod ego H[enricus], comes Grandisprati, fratribus Jerosolimitani Hospitalis, ob remedium anime mee et antecessorum meorum, domum de Ranneis[2], cum centum et XL jornalibus terre, libere in elemosina concessi possidendam, custodiam pretaxate domus sub potestate mea retinens observandam. Preterea usuarium nemorum meorum ad opus ignis et edificii et usuarium pascuorum meorum predicte domui cum appendiciis concessi habendum. Ceterum ad noticiam vestram cupimus pervenire quod Walterus Camus de Donnevout dedit in perpetuum, pro remedio anime sue et parentum suorum, sepedictis fratribus de Ranneis omnem redditum quem habebat apud Enkervile de consensu meo. Hujus rei sunt testes : dominus Gerardus de Sarnai ; Hugo, miles de Samori ; Haibertus de Saceio. Actum ab incarnacione Domini M CC secundo.

## 1155. — 4 mars 1202, Téruel.

*Pierre II, roi d'Aragon et comte de Barcelone, décharge Ximenès de Lavata, châtelain d'Amposte, et les Hospitaliers de l'obligation de répondre des dettes du monastère de Sigena.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, II, 165 (copie, fin XIVe s.).

Manifestum sit cunctis quod ego Petrus, Dei gratia rex Aragonum et comes Barchinonensis, dono et concedo domui Hospitalis Jherosolimitani, in manu Eximini de Lavata, honorando magistro Emposte, et fratribus ejusdem domus quod nunquam deinceps domus Hospitalis respondere teneatur alicui pro debitis que fecit domus de Sixena, sive pro alia qualibet quacumque ratione. Ideoque statuo et firmiter mando quod nullus audeat adgravare vel pignorare in aliquo super hoc domum Hospitalis. Quod qui fecerit, iram meam incurrens, penam quingentorum aureorum se noverit procul dubio comisisse. Datum Turolii, die lune prima marcii, per manum Johannis de Berax, domini regis notarii, et mandato ejus scripta a Petro, scriptore, sub era M CC XL. S. (*Seing manuel*) Petri, regis Aragonum et comitis Barchinone. Hujus rei testes : Eximinus Cornelii ; Michael de Lusia ; Berengarius de Atenzia.

1. Ces trois originaux sont différents. Dans le n° 28, le plus court, le comte de Grandpré donne simplement aux Hospitaliers le bois de chauffage « ad ignem tantummodo faciendum ; dans le n° 29, il ajoute à cette première concession celle du bois de construction et du droit de pâturage. Dans le n° 33 enfin, celui que nous publions ici, il confirme, en outre, une donation faite aux Hospitaliers de Remez par Watier Camus de Donnevout.

2. Le n° 28 porte : Ramaes, le 29 porte : Rames.

**1156.** — 4 mars 1202.

« *Bail fait par Pierre de Mirmande, grand commandeur de l'ordre, à Hélène, fille de Hugues de Bussarre* [*Buissarra*], *des châteaux de Remesca et Bocombre, sous la redevance de* 300 *besans pour l'albergue de deux chevaliers, du* 4 *des nones de mars* 1202. »

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 194 (xviii^e s.).

**1157.** — 12 mars 1202, Mons.

*Baudouin IX, comte de Flandre et de Hainaut, ratifie l'accord intervenu entre les Hospitaliers de S. Jean de Jérusalem, d'une part, et Ide de S. Symphorien et ses fils, d'autre part, relativement aux biens des églises de S. Symphorien, de Spiennes et de Vellereille le Sec, et à une dîme possédée par Godin, en son vivant mari de ladite Ide.*

Source : Mons, Arch. de l'état, ordre de Malte, command. du Piéton, n° 121 (chirogr., orig. scellé). — Analyse : Devillers, *Invent. analyt. des arch. des commanderies belges*, 28, n° 121. — Texte : Devillers, *Description de cartulaires et de chartriers du Hainaut*, VII (Mons, 1875), 119.

Ego Balduinus, comes Flandrie et Hainoie, notum facio universis, tam presentibus quam futuris, quod domini et fratres Hospitalis Iherosolimitani, post multas controversias, inter eos et Idam de S. Synphoriano et filios ejus agitatas, super terris dotaliciorum ad ecclesias de S. Symphoriano et de Spienis et de Velerella pertinentium, et super quadam decima apud S. Symphorianum, quam Godinus, ipsius Ide quondam maritus, et ejus heredes jure hereditario possederant; tandem, pro bono pacis perpetue, amicabiliter et concorditer, remoto totius litis et calumpnie scrupulo, cum ipsa Ida et filiis ejus convenerunt in presentia mea in hunc modum : terras omnes predictorum dotaliciorum predicte Ide et heredibus ejus in suum jus et hereditatem perpetuam, sub terragio et decima tenendas, fratres predicti donaverunt, ita quidem quod, computatis octo manipulis, duo subsequentes manipuli in partem Hospitalis venient, alter videlicet pro terragio et alter pro decima. Terragium Ida et ejus heredes propriis vecturis suis apportare debent infra procinctum predictarum parrochiarum ubicunque fratres Hospitalis voluerint; decimam vero fratres Hospitalis suis propriis vecturis portare tenentur. Hospitum supra dotalicia manentium redditus et jura Ida et ejus heredes eodem modo tenebunt, ita quod in decem partibus octo partes habebunt, Hospitale vero duas partes. Hospitum in atriis manentium redditus et jura omnia proprie sunt Hospitalis. Mansuram suam Ida et ejus heredes cum toto procinctu semper tenebunt ab Hospitali sub annuo censu quatuor denariorum in natali Domini solvendorum. Hospites supra dotalicia plures quam modo sint institui non possunt absque Hospitalis licentia, excepto quodam maresco in cujus proventibus et commodis Ida et heredes sui octo partes habeant sicut in aliis, Hospitale vero duas partes. Licet Ide et ejus heredibus terras satis dictas suis proximis carnalibus dare in suum jus, seu vendere vel invadiare, non accepta a fratribus Hospitalis licentia, salvo semper in illis terragio et decima Hospitalis; alieno autem homini dari, vel vendi, vel invadiari non possunt terre ille absque licentia Hospitalis. Venditiones vero illas aut invadationes pro aliis hominibus habere debent fratres Hospitalis, si rationabiliter tantum facere voluerint, quantum

alieni homines. De terris illis nichil aliqui ecclesie nisi Hospitali potest per elemosinam vel per venditionem seu per invadiationem assignari. De satis dictis Godini et Ide heredibus alter alteri vel alicui alii nichil in terris illis potest in feodo concedere. Ad hec sepedictis Ide et heredibus ejus bona fide promiserunt et concesserunt fratres Hospitalis terras satis dictas tueri et garantire. Si quis vero alius in supradictarum ecclesiarum dotaliciis aliquid tenuerit, unde Ida vel ejus heredes reclamationem vel querimoniam ad Hospitale detulerint, garandiam suam et auxilium eis debent fratres Hospitalis usque ad juris persecutionem. Ida quidem et ejus filii Godinus, Gervasius, Nicholaus et Walterus, benigne et karitative erga Hospitale agentes, et Godini patris sui vestigia sequentes, quicquid proprietatis vel juris in decima de S. Symphoriano ipsi et eorum predecessores jure hereditario tenuerant vel reclamaverant, Hospitali dimiserunt et in proprietatem assignaverunt, et legitima donatione contulerunt, nichil in illa sibi suisque successoribus retinentes, et, ea ore proprio sibi adjudicantes, de illa Hospitale plenius adheredaverunt, assensu pleniore et laudamento illorum a quibus decima illa sub annuo redditu tenebatur, Alardi scilicet de S. Symphoriano et sepedicti Hospitalis et Isaac de Montibus, salva semper in decima illa sui redditus parte. Ut autem hec omnia utriusque perpetua stabilitate conserventur rata et inviolata, ad petitionem dominorum et fratrum Hospitalis, apud Idam et ejus heredes me obsidem perpetuum constitui, et ad petitionem Ide et filiorum suorum et aliorum predictorum, Alardi scilicet et Hospitalis et Ysaac, apud Hospitale me obsidem perpetuum constitui, eaque scripti cyrographizati annotatione et sigilli mei appositione et testium subscriptione confirmari decrevi. Testes : Philippus, germanus meus, marchio Namurci ; Willelmus, patruus meus[1]; Renerus de Trit ; Gossuinus de Waurin ; Gillebertus, prepositus Montensis ; Gislenus, castellanus Bellimontis ; Henricus, castellanus Montensis, et quamplures alii. Actum Montibus, die festo sancti Gregorii, mense martio, anno verbi incarnati millesimo ducentesimo primo.

## 1158. — 10 mai 1202.

« *Accord passé entre Bernard, Amaury, Geoffroy, Jordain et Marguerite, enfants de Geoffroy Boucher, et les Hospitaliers, sur les contestations qui étoient entre eux pour les revenus du casal d'Ase, que l'ordre devoit retirer selon les donations de Reynaud* [*de Châtillon*], *prince d'Antioche, seigneur de Crat, Montréal et Ebron ; par lequel, moyennant* 300 *besans qu'ils reçoivent de l'ordre, ils le tiennent quitte de tout le droit qu'ils pourroient avoir sur ce casal, du* 6 *des ides de mai* 1202. »

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 191 (xviii° s.).

## 1159. — 26 mai 1202, Latran.

*Le pape Innocent III renouvelle la bulle du* 20 *avril* 1200 : « *Cum dilecti filii* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1115.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 135 (copie, xvi° s.). — Analyse : Prutz, *Malteser Urkunden*, 48, n° 81 (avec attribution erronée aux Templiers).

Dat. Laterani, vii kalendas junii, pontificatus nostri anno v.

1. V. plus haut la note 1 de la page 6.

**1160.** — 27 mai 1202, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Urbain III, du* 10 *mars* 1186 *ou* 1187 : « *Querela dilectorum filiorum* ». (*V. plus haut*, I, *n°* 789.)

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, II, 38 (copie, fin xiv<sup>e</sup> s.).; Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. 26[4] (orig.); S. Gervasio de Cassolas, Arch. du gr.-pr. de Catalogne, bulles n° 240 (copie, xv<sup>e</sup> s.).

Dat. Laterani, vi kalendas junii, pontificatus nostri anno v.

**1161.** — Juin 1202, Calatayud.

*Pierre II, roi d'Aragon et comte de Barcelone, défend de revendiquer de l'ordre de l'Hôpital les alleux autrement que selon le « fuero » du lieu.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, II, 134 (copie, fin xiv<sup>e</sup> s.).

Ego Petrus, Dei gratia rex Aragonum et comes Barchinone, habito consilio procerum curie mee, statuo et generale preceptum facio utriusque per terram meam, quod non liceat alicui persone querere aut exigere sancto Hospitali Jherosolimitano aliquem honorem, nisi ad fuerum terre et anni et diei, vel ad fuerum illius loci ubi fuerint (*sic*) honor ille, et super hoc non teneatur alicui respondere, nisi sicut secularis quilibet seculari, et nisi sicut vicinus vicino. Et illud idem preceptum facio Hospitali. Quicumque autem contra hujusmodi institucionem et preceptum meum venire attemptaverit, preter iram et indignacionem meam procul dubio se noverit incurrisse ; pro sola presumpcione mille aureos mihi dabit, et donum nichilominus firmum permanebit. Datum Calatayub, per manum Johannis de Berax, domini regis notarii, et mand[at]o ejus scripta a Petro scriptore, sub era m cc xl et mense junii. S. (*Seing manuel*) Petri, regis Aragonum et comitis Barchinone. Hujus rei testes : Michael de Lusia, majordomus et senior [in] Aranda ; Berengarius de Antença, senior in Bexit ; Garcia Romeo, senior in Calatayub. Sig(*Seing manuel*)num Petri, scriptoris, qui hoc scripsit, loco et era et mense quibus supra.

**1162.** — Juin 1202, Calatayud.

*Le même donne à Ximenès de Lavata, châtelain d'Amposte, et aux Hospitaliers le château de Fortanete et ses dépendances.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. cent., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 148-150 (copie, xiii<sup>e</sup> s.).

Manifestum sit cunctis quod ego Petrus, Dei gratia rex Aragonum et comes Barchinone, ob remedium et salutem anime mee omniumque parentum meorum, cum presenti conscriptione in perpetuum duratura, in manu Eximini de Lavata, magistri Emposte, dono, laudo, concedo et in presenti trado Deo et sancto Hospitali Jerosolimitani (*sic*), et fratribus presentibus et futuris ibidem Deo servientibus, castrum meum quod vocatur Fortaner. Cui assigno terminos ex tribus partibus sicut

aque diffluunt atque vertunt; ex IIII<sup>a</sup> vero parte versus terram Sarracenorum quantum scalizari et ampliari poterit a fratribus, prout continetur in conveniencîis inter me et Hospitale factis, habeat pro terminis. Hujusmodi autem donativum facio Hospitali et fratribus cum his terminis, ut illud habeat, teneat et possideat jure hereditario, libere, potenter et quiete tempore omni. Datum Calatayub, per manum Johannis de Berax, domini regis notarii, et mandato ejus scripta a Petro scriptore, sub era M CC XL et mense junii. S. (*Seing manuel*) Petri, regis Aragonum et comitis Barchinone. Hujus rei testes: Michael de Lusia, majordomus et senior in Aranla; Berengarius de Attencia, senior in Belxit; Garcia Romei, alferis et senior in Calatajub. Sig(*Seing manuel*)num Petri, scriptoris, qui hoc scripsit, loco et era et mense quibus supra.

## 1163. — 20 juin 1202.

*Raymond VI, duc de Narbonne, comte de Toulouse et marquis de Provence, ratifie la vente faite par Elzéar du Caylar (de Castlario) de l'honneur de l'Iscle à l'ordre de l'Hôpital, représenté par Raymond de Acu, grand-prieur de S. Gilles, et par Raymond de Montpesat, commandeur de S. Thomas de Trinquetaille.*

SOURCE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 109 (2 orig.).

Anno ab incarnatione Domini M CC II, XII kalendas julii, regnante Philippo, Francorum rege.

## 1164. — Juillet 1202.

*Auger, grand-prieur de France, à la requête de Garnier de Trainel, évêque de Troyes, donne au prieuré de Marigny le Châtel, dépendant de l'église S. Loup de Troyes, tout ce que l'ordre possédait à Marigny le Châtel.*

SOURCE : Troyes, Bibl. mun., ms. 2755, cartul. de S. Loup, f. 63 (copie, vers 1240). — TEXTE : Lalore, *Collection des principaux cartulaires du diocèse de Troyes*, I (Paris, 1875), 186.

Frater Ogerius, Hospitalis Jerosolimitani preceptor in Gallia, et frater J., prior ejusdem domus in Francia, omnibus ad quod (*sic*) presentes littere pervenerint, in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod nos, communi assensu tocius capituli nostri congregati sollempniter apud Cerans[1], ad peticionem et preces dilecti ac venerabilis patris nostri Garneri, Trecensis episcopi, dedimus et concessimus, et quitavimus ecclesie beati Lupi Trecensis et prioratui de Marigniaco in perpetuum possidendum et habendum quicquid habebimus apud Marigniacum in omnibus bonis, scilicet in domibus, vineis, terris, redditibus mobilibus et in omnibus rebus aliis quocumque modo haberentur a nobis. Et ut hoc firmum maneret, neque nos seu successores nostri possemus super his prenominatam ecclesiam vel predictum prioratum vexare in posterum, presentem paginem (*sic*), sigillorum nostrorum munimine roboratam, eis tradidimus, et de fratribus nostris, qui presentes hec audierunt et viderunt, nomina subscribi fecimus in testimonium. Qui sunt: frater Christoforus; frater Furco; frater Odo Segnoree; frater P. Pillotus; frater B.; frater Y. de Bria; frater J. de Lothorum; frater P. Carnotensis. Anno incarnati verbi MCCII, mense julio.

1. Lisez : Cerisiers ; c'est là que se tenait le chapitre des Hospitaliers de France.

### 1165. — 13 septembre 1202.

*Ximenès de Lavata, châtelain d'Amposte, et Etienne de Fileta, commandeur de Lérida, acensent, moyennant un cens annuel de quatre sous, à Pierre de Deuslosalu et à sa femme divers biens sis à Lérida.*

Source : S. Gervasio de Cassolas, Arch. du gr.-pr. de Catalogne, 11 arm. de Gardeny, sac M, n° 134 (orig.).

Quod est actum idus septembris, anno MCCII.

### 1166. — 4 novembre 1202.

*Le pape Innocent III charge le chancelier de l'église de Paris et Lothaire, chanoine de la même église, d'obliger les Hospitaliers de Cerisiers à accepter un arbitrage, rendu entre eux et l'abbaye d'Escharlis à l'occasion du bois du Fays et du territoire de Vaumorin, par Éléonore, reine de France, arbitrage auquel ils refusaient de se conformer sous le prétexte qu'il était nul, ayant été rendu par une femme.*

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1164, f. 53 (copie de la Porte du Theil, XVIII<sup></sup>e s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 5, f. 29 *b* (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 1749. — Texte : Augustin, évêque de Tarragone, *Opera*, IV, 471 ; Bréquigny, *Diplom., chartæ, epist.*, II, I, 168 ; Manrique, *Ann. Cist.*, III, 429 (à la date fausse de 1204) ; Migne, *Patr. Lat.*, CCXIV, col. 1094 ; Richter, *Corpus juris canonici*, II, 223. — Extraits : Boehmer, *Corpus juris canonici*, II, 212 (à la date fausse de 1204).

Innocentius, etc., cancellario et magistro Lotario canonico Parisiensibus, [salutem, etc.]. Dilecti filii abbas[1] et conventus de Escarlis, Cisterciensis ordinis, sua nobis querela monstrarunt quod, cum inter eos ex una parte ac dilectos filios Hospitalarios de Ceresiers, Senonensis dioceseos, super usuario cujusdam nemoris in Oscha, quod Fagetum dicitur, et territorio Vallis Morini questio verteretur, in charissimam in Christo filiam A[lienordem], reginam Francorum illustrem[2], fuit compromissum utrinque; que, auditis hinc inde propositis et cause meritis plenius intellectis, de plurimorum episcoporum et aliorum virorum prudentum consilio, arbitrium duxit per diffinitivam sententiam promulgandam, et redactum in scripto proprio et episcoporum qui interfuerunt fecit firmari sigillis; contra cujus sententiam Hospitalarii temere venire non timent. Quamvis autem, secundum regulam juris civilis, femine ab hujusmodi publicis officiis sint remote, alibique dicatur quod, licet summe opinionis et optime constitute arbitrium in se susceperint, vel si patrone inter libertos suos interposuerint audientiam, ab omni sint judiciali agmine separande, ut ex earum electione nulla pena adversus justos earum contemptores nullaque pacti exceptio habeatur; quia tamen, juxta consuetudinem approbatam, que pro lege servatur in partibus Gallicanis, hujusmodi femine precellentes in subjectos suos ordinariam jurisdictionem habere noscuntur, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus prefatos Hospitalarios, ut arbitrium ipsum, presertim cum episcoporum fuerit presentia et consilio roboratum, sicut sine pravitate provide latum est et ab utraque parte sponte receptum, observent, monere ac

1. Il s'agit de Robert I, qui figure avec le titre d'abbé dans divers documents, de 1198 à 1203.

2. Eléonore d'Aquitaine, première femme de Louis VII, roi de France, divorça le 21 mars 1152, et épousa, quelques semaines après sa répudiation, le roi d'Angleterre, Henri II. Elle mourut en 1204.

inducere procuretis, eos ad hoc, si necesse fuerit, per penam in compromissione statutam appellatione postposita compellentes. Testes autem, [qui nominati fuerint, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per districtionem ecclesiasticam, appellatione remota, cogatis veritati testimonium perhibere]. Dat. Laterani, II nonas novembris, pontificatus nostri anno V.

### 1167. — 1203, Corbeil.

*La reine Mathilde, comtesse de Flandre, veuve de Philippe d'Alsace, comte de Flandre, et fille du roi de Portugal Alphonse I, donne aux Hospitaliers, en présence du grand-maître Alphonse de Portugal, les biens qu'elle avait achetés du couvent de la Charité sur Loire à Coutençon, Châteaubleau et Carrois, sous réserve d'usufruit sa vie durant, et sous diverses conditions, parmi lesquelles figure l'établissement de trois chapellenies.*

Source : Paris, Arch. nat., S. 5162 B., n° 22 (orig.).

Regina M[athildis],comitissa Flandrie, quondam uxor pie recordationis Philippi, comitis Flandrensis, et filia Alfonsi, regis Portugalensis, omnibus hec videntibus et audientibus, bene velle et bene facere. Ne in irritum revocetur quod agimus, presenti scripto notum facio presentibus ac futuris quod ego conparavi de pecunia mea ab ecclesia de Caritate quicquid juris, quicquid possessionis ipsa habuit in omnibus commodis apud Constançons in dyocesi Senonensi et apud Castellum Blihaut, et grangiam de Corileto. Hec omnia, cum suis terminis et pertinenciis, cum suis dominiis et tenementis, et cum commodis ad ipsam spectantibus, emi ego a dicta ecclesia cum eo jure et cum ea libertate in quibus ipsa ecclesia eadem possederat et possidere debebat, et eadem omnia cum omni integritate, de mera et libera voluntate mea, liberaliter donavi in elemosina, pro remedio anime mee et domini mei comitis Philippi et patris mei et antecessorum meorum, Deo et beato Johanni et pauperibus Hospitalis Iherosolimitani. Verum de assensu et voluntate domini Alfonsi, tunc magistri Hospitalis, presentibus eciam et approbantibus preceptore, priore et multis de fratribus Francie, omnia predicta et quecumque in predictis locis deinceps excreverint, sive per me sive per elemosinas fidelium vel quibuscumque modis accrescant, omnia debeo tenere in tota vita mea, et de illis disponere et ordinare pro arbitrio meo ; et quecumque ibi ponere voluero, sive fratrem Hospitalis sive aliquam laicam personam, michi de omnibus respondebit sicut de elemosina mea, quandiu vixero; et post mortem meam universa hec cum omnibus incrementis, cum omni integritate mobilium vel immobilium, prout de manu mea remanserint, ad domum Hospitalis sine diminutione aliqua revolventur; et hec omnia, prout hic distincta sunt et prout ego inde ordinavero, et specialiter de tribus capellanis fratribus Hospitalis, quos ego instituo in dictis locis ut ibi celebrent pro fidelibus in perpetuum, exceptis capellanis parrochialibus, qui deservient ecclesie et plebi, et de illa portione hujus elemosine, quam ego constituero mittendam singulis annis post mortem meam ultra mare, quod ad illos usus assignabitur in quibus magis erit necessaria ipsis pauperibus, et quod ista elemosina mea nulla necessitate vendetur vel alienabitur aliquo modo ab Hospitali, concessit dictus magister se firmiter tenere pro parte sua, et quod eadem fratribus et conventui Iherosolimitano faciet inviolabiliter observari. Que ut perpetuam habeant firmitatem, meo sigillo et idonearum personarum testimonio confirmavi. S. magistri Alfonsi. S. Ogeri, commendatoris. S. Isembardi, prioris in Francia. Actum Corbolii, anno verbi incarnati millesimo ducentesimo tercio.

Guigo Maeulız ; Ugo Ariez ; W. Ugo ; Aalbertus et filius ejus ; P. W. Johannes ; P. [M]ontel ; W. Rispauz ; P. Busca ; Jacobus, frater ejus ; Mazotus; Andreas Morons; R. Anfos ; Iterius ; Jacobus Radulfus, et multi alii.

### 1170. — 1203.

*Alphonse IX, roi de Léon, et sa femme Bérengère donnent à l'ordre de l'Hôpital toutes leurs possessions de S. Jean de Friolfe et de la ville de Ciriz.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue de Castille, invent. donat., liasse 1, n° 45.

### 1171. — 1203.

*Renaud de Forez, archevêque de Lyon, chargé par délégation pontificale d'examiner la cause pendante entre les Hospitaliers, d'une part, et Pierre III de Grancey, abbé de S. Bénigne de Dijon, Etienne I de Vergy, abbé de S. Etienne de Dijon, et Oger II, abbé de la Fontaine de Bèse, d'autre part, exempte les Hospitaliers de toute imposition sur les toiles achetées par eux pour leur usage, contrairement aux prétentions de ces abbés.*

Source : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, gr.-pr. de Champagne, H. 1148 et 1201 (2 orig.).

..... Anno incarnationis ejusdem [domini nostri Jhesu Christi] M CC III.

### 1172. — Février 1203, Le Quesnoy.

*Baudouin IX, comte de Flandre et de Hainaut, confirme la donation faite aux Hospitaliers de Frasnoy par Etienne Bardels et Richaus, sa femme, de la dîme de S. Pithon avec le droit d'herbage de Romeries.*

Source : Mons, Arch. d'état, cartul. de Hainaut-Cambrésis, f. 2 *b*, n° 4 (copie, XIII<sup></sup>e s.). — Analyse : *Annales du cercle archéologique de Mons*, VI, 28. — Texte : *Annales du cercle archéologique de Mons*, VI, 55.

Ego Baldevinus, Flandrie et Hainoie comes, notum facio tam presentibus quam futuris quod dominus Stephanus Bardels et Richaus, uxor ejus, dederunt Deo et sancte domui Hospitalis de Jherusalem et domui de Fraissnoit in elemosinam, pro salute animarum suarum et antecessorum suorum, decimam de S. Piton cum herbegagio de Romeries, in quibus de cetero nichil possunt reclamare. Preterea quandam terram in qua possunt seminari XIIII modii bladii, quam fratres domus Hospitalis debent excolere, et medietatem fructuum qui in illa terra crescent, fratres domus Hospitalis dederunt domino Stephano et R[ichaus], uxori ejus, in elemosinam dum viverent. Post autem decessum eorum, fratres domus Hospitalis libere et integre possidebunt. Preterea omnibus notifico quod fratres domus Hospitalis predicto Stephano Bardiels et uxori ejus LX libras Alborum, de elemosinis Hospitalis expendendas in via terre promissionis, pro elemosina hac donaverunt. Et ut hoc ratum et inconvulsum permaneat, munimine sigilli mei roboravi. Hujus pactionis sunt testes : frater Galterus, tunc temporis magister domus Hospitalis in episcopatu

Guigo Maeulız; Ugo Ariez; W. Ugo; Aalbertus et filius ejus; P. W. Johannes; P. [M]ontel; W. Rispauz; P. Busca; Jacobus, frater ejus; Mazotus; Andreas Morons; R. Anfos; Iterius; Jacobus Radulfus, et multi alii.

### 1170. — 1203.

*Alphonse IX, roi de Léon, et sa femme Bérengère donnent à l'ordre de l'Hôpital toutes leurs possessions de S. Jean de Friolfe et de la ville de Ciriz.*

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue de Castille, invent. donat., liasse 1, n° 45.

### 1171. — 1203.

*Renaud de Forez, archevêque de Lyon, chargé par délégation pontificale d'examiner la cause pendante entre les Hospitaliers, d'une part, et Pierre III de Grancey, abbé de S. Bénigne de Dijon, Etienne I de Vergy, abbé de S. Etienne de Dijon, et Oger II, abbé de la Fontaine de Bèse, d'autre part, exempte les Hospitaliers de toute imposition sur les toiles achetées par eux pour leur usage, contrairement aux prétentions de ces abbés.*

SOURCE : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, gr.-pr. de Champagne, H. 1148 et 1201 (2 orig.).

..... Anno incarnationis ejusdem [domini nostri Jhesu Christi] M CC III.

### 1172. — Février 1203, Le Quesnoy.

*Baudouin IX, comte de Flandre et de Hainaut, confirme la donation faite aux Hospitaliers de Frasnoy par Etienne Bardels et Richaus, sa femme, de la dîme de S. Pithon avec le droit d'herbage de Romeries.*

SOURCE : Mons, Arch. d'état, cartul. de Hainaut-Cambrésis, f. 2 *b*, n° 4 (copie, XIII^e^ s.). — ANALYSE : *Annales du cercle archéologique de Mons*, VI, 28. — TEXTE : *Annales du cercle archéologique de Mons*, VI, 55.

Ego Baldevinus, Flandrie et Hainoie comes, notum facio tam presentibus quam futuris quod dominus Stephanus Bardels et Richaus, uxor ejus, dederunt Deo et sancte domui Hospitalis de Jherusalem et domui de Fraissnoit in elemosinam, pro salute animarum suarum et antecessorum suorum, decimam de S. Piton cum herbegagio de Romeries, in quibus de cetero nichil possunt reclamare. Preterea quandam terram in qua possunt seminari XIIII modii bladii, quam fratres domus Hospitalis debent excolere, et medietatem fructuum qui in illa terra crescent, fratres domus Hospitalis dederunt domino Stephano et R[ichaus], uxori ejus, in elemosinam dum viverent. Post autem decessum eorum, fratres domus Hospitalis libere et integre possidebunt. Preterea omnibus notifico quod fratres domus Hospitalis predicto Stephano Bardiels et uxori ejus LX libras Alborum, de elemosinis Hospitalis expendendas in via terre promissionis, pro elemosina hac donaverunt. Et ut hoc ratum et inconvulsum permaneat, munimine sigilli mei roboravi. Hujus pactionis sunt testes : frater Galterus, tunc temporis magister domus Hospitalis in episcopatu

Cameracensi; frater Adam de Abevilla; frater Ancellus; frater Thomas Apostolus; frater Joseph; Rogerus, sacerdos de Romeries; Baldevinus, a quo terra tenetur; Mauricius, frater ejus, milites; potestas totius ville. Actum Hemoni Querceto, anno ab incarnatione Domini M CC II, mense februario.

**1173.** — 25 février [1203][1].

« *Confirmation du prince Boémond IV* [*d'Antioche*] *de l'affranchissement que Raymond, comte de Tripoli, son prédécesseur, avoit fait aux vassaux de l'ordre et Suriens de la maison de Crat, de toute sorte de redevance dans son comté de Tripoli, du* 5 *des calendes de mars, année seconde de sa principauté.* »

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 193 (XVIII^e s.).

**1174.** — 27 février 1203[2].

« *Donation faite à l'ordre par Boémond IV, prince d'Antioche et comte de Tripoli, fils du prince Boémond, III^e du nom, de l'albergue de deux chevaliers, qu'il prenoit sur les casaux de Remesca et Bocombre, qui avoient appartenu à Reynaud, seigneur de Margat, et à Bertrand, son fils, du* 3 *des calendes de mars* 1202, *la seconde année de sa principauté.* » (*V. plus haut, n°* 1156).

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 192 (XVIII^e s.).

**1175.** — 19 avril 1203, Latran.

*Le pape Innocent III renouvelle la bulle d'Innocent II, du* 7 *mai* 1139, 1140, 1141 *ou* 1143 : « *Quam amabilis Deo* ». (*V. plus haut*, I, *n°* 130.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 65 (copie, XVI^e s.),

Dat. Laterani, XIII kalendas maii, pontificatus nostri anno VI.

**1176.** — 7 mai 1203, Acre.

*Soffred, patriarche de Jérusalem et légat apostolique, termine, en qualité d'arbitre, un différend élevé entre l'évêque de Limisso et les Hospitaliers à l'occasion de dîmes auxquelles l'évêque prétendait.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 5 *bis* (orig. auj. perdu). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 90.

Universis presentem paginam inspecturis S[offredus], miseratione divina patriarcha Iherosolimitanus humilis, et indignus apostolice sedis legatus, salutem

1. Pour la détermination de cette date, voir la note suivante. Il faudrait, pour que l'acte fût de 1202, que l'avènement de Bohémond IV eût eu lieu précisément le 26 février 1201, ce qui n'est pas probable.

2. L'avènement de Bohémond IV à la principauté d'Antioche eut lieu en 1201, mais nous ignorons en quel mois; comme nous savons que la chancellerie des princes d'Antioche employait le style de l'incarnation ou celui de pâques, le présent acte doit être certainement daté du 27 février 1203.

in Domino. Cum inter venerabilem fratrem nostrum T., Nimociensem episcopum, nomine Nimociensis ecclesie agentem ex una parte, et magistrum et fratres Hospitalis sancti Joannis Iherusalem ex altera, questio sive causa coram nobis verteretur super decimis, dampnis et injuriis eidem episcopo, ut dicebatur, ab eisdem fratribus irrogatis, tandem, post multas inducias et allegationes in jure factas, utraque pars in nos, tamquam in arbitrum et arbitrorem compromisit. Nos vero intelligentes petitiones atque rationes utriusque partis, tale protulimus arbitrium, videlicet quod dictus episcopus injurias, dampna et fructus decimarum, quos petebat a dictis fratribus ratione preteriti temporis, penitus remitteret; que idem episcopus remisit, et nos inde absolvimus Hospitale. Diximus etiam in eodem arbitrio quod predicti fratres singulis annis, nomine decimarum de cetero prestandarum, ecclesie Nimociensi solvere debent centum viginti bisantios Saracenatos apud Nymocium in festo sancti Michaelis ; et ecclesia Nymociensis nihil amplius ab eisdem fratribus debet deinceps petere, nomine decimarum, de terris quas in presenti tantummodo possident in episcopatu Nymociensi, nec domum Hospitalis super predictis possit ulterius pregravare. Et si contigerit ipsas terras exire de manu et potestate Hospitalis, non tenebuntur Hospitalarii ad summam predictam persolvendam, nisi pro parte contingenti de terris tantum que in potestate eorum remanebunt. Ut autem hoc arbitrium ratum sit et firmum, et nemini queat imposterum venire in dubium, presentem paginam, de assensu et voluntate utriusque partis, sigillo nostro plumbeo fecimus communiri. Actum Accon, anno Domini M CC III, nonas maii.

## 1177. — [Juillet-31 octobre] 1203, Paris.

*Philippe-Auguste, roi de France, confirme la vente consentie par le prieur Savari et le couvent de la Charité sur Loire à Isembard, grand-prieur de France, des droits qu'ils avaient à Châteaubleau, Carrois et Coutençon.*

Source : Paris, Arch. nat., S. 5162, n° 11 (orig. scellé). — Analyse : L. Delisle, *Cat. des actes de Ph.-Aug.*, 173, n° 755; Mannier, *Command. du gr.-pr. de France*, 230.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Philippus, Dei gratia Francorum rex. Noverint universi presentes pariter et futuri quod frater Savaricus, prior Karitatis, et conventus monachorum ejusdem monasterii vendiderunt et tradiderunt fratri Isembardo, priori domus Hospitalis Jerosolimitani in Francia, et aliis fratribus ejusdem domus, pro duobus milibus librarum et centum libris Parisiensis monete, quicquid habebant in hospitibus, in terris, in nemoribus et in jure aliquo apud Castrum Belioth, et apud Coriletum, et apud villam que Contentio nominatur, tali condicione quod quitant eis in perpetuum quicquid habebant in locis superius nominatis. Si qua persona ecclesiastica vel secularis, exceptis illis, violenter vel in fraudem aliquid, pertinens ad quemlibet trium predictorum locorum, sibi vendicavit, et ipsi Hospitalarii juste et canonice illud revocare potuerint, predicti monachi quitant eisdem Hospitalariis ab ipsis perpetuo possidendum. Ipsi autem Hospitalarii non poterunt recipere aliquem hominum seu feminarum eorumdem monachorum, in aliis terris ipsorum manentium, si ad dominium trium predictorum locorum, in fratres Hospitalis per eos collatum, voluerint transmigrare. Si autem contigerit aliquem hominum ipsorum ad aliud quam ipsorum Hospitalariorum dominium transire, et postmodum ad quempiam locorum supranominatorum transmigrare, omnia tenementa et omnes censivas, et quicquid possidebant in terris ipsorum homines illi, in discessu suo de jure et absque reclamatione aliqua Hospitalariorum

et hominum illorum saisire poterunt monachi et jure perpetuo possidere. Nullum hominum eorum sine assensu ipsorum prioris videlicet et conventus de Karitate poterunt ipsi Hospitalarii retinere in dominio predictorum locorum. Si quis dixerit aliquem trium locorum illorum penes se per litteras monachorum ab ipsis titulo emptionis sive locationis aut pignoris obligatum, ipsi tenebuntur expedire et liberare ipsis Hospitalariis, sed de omni alia guarantia coram ecclesiastico vel seculari judice facienda non poterunt dicti monachi de jure compelli, nisi ad ferendum testimonium cum sumptibus eorumdem Hospitalariorum. Usuarium quod habebat domus beate Marie Senonensis[1] in nemoribus de Corileto ipsi Hospitalariis in perpetuum quitant. Et sciendum quod, si qua exceptio vel actio eisdem monachis competit ad recuperandum vel petendum prenominatas villas et dictam granchiam, eo quod minus legitime vel sollempniter predicta venditio vel emptio sit celebrata, monachi illi actioni et exceptioni omnino renuntiant. Bladum, quod domus de Cruce apud S. Justum per voluntatem et dispositionem ipsorum monachorum recipere solebat, scilicet quinque sextarios, monachis perpetuo remanebit, et illud domus de Meso recipiet annuatim. Quod ut perpetuum robur obtineat, sigilli nostri auctoritate et regii nominis karactere inferius annotato, sicut continetur in autentico dicti Savarici, prioris de Karitate, et conventus ejusdem loci[2], presentem paginam confirmamus. Actum Parisius, anno ab incarnatione Domini M CC tercio, regni nostri anno vicesimo quarto. Astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa, dapifero nullo. S. Guidonis, buticularii. S. Mathei, camerarii. S. Droconis, constabularii. Data vacante (*Monogramme*) cancellaria.

## 1178. — Août 1203.

*Guillaume Malconvenant, comte et grand amiral de Sicile*[3]*, donne à l'Hôpital de S. Jean de Messine deux casaux, appelés « Cellarii*[4] *», dans la vallée de Mazzara, et une maison à Palerme.*

TEXTE : Lunig, *Codex Italiæ diplom.*, II, col. 1646 ; Rocco Pirri, *Sicilia sacra* (édit. de 1713), II, 934.

Anno MCCIII, mense augusti, indictione VI, regni nostri Friderici anno VI, nos Guillelmus Malconvenant, comes, magnus admiratus, qui in vite nostre militia sat deliquimus, statuimus anime nostre remediis providere. Advertentes pietatis opera, quibus quotidianis usibus Hospitali sancti Joannis de Messana necesse habentibus subvenitur, creatoris ad gloriam et subsidium egenorum, concessimus dicto Hospitali sancti Joannis Messana duo casalia nostra Cellarii, cum omnibus tenimentis et pertinentiis ipsorum, que sunt in valle Mazarie, et domum nostram, quam habemus Panormi, que sita est in loco qui dicitur Bebelagerin, in ruga Sanctorum XL, cum voluntate domine Margarite, charissime consortis nostre. Et ipsi fratres et successores predicti loci tam nobis quam domine conjugi nostre anniversarium nostre obitus faciant, et Deo orationibus commendent.

1. Abbaye de N.-D. du Charnier (abbatia B. Marie de Porta), située à l'entrée du faubourg S. Savinien.

2. L'acte de cession desdites possessions par Savari, prieur de la Charité, est du mois de juillet 1203 (Arch. nat., S. 5162 B, nº 1, chirogr. orig. scellé). Le reçu des 2100 livres parisis, versées par Isembard, grand-prieur de France, à Savari, est du 4 septembre 1203. (S. 5162, nº 2, orig. scellé). La ratification de cette cession par Hugues, abbé de Cluny, eut également lieu en 1203 (S. 5162 B, nº 10, orig. scellé).

3. Winkelmann (*Kaiser Friedrich II*, I, Leipzig, 1889, 142) l'appelle Guillaume Grossus, et le suppose Génois ; cette origine ne semble pas compatible avec le nom de Malconvenant qu'il porte ici.

4. Ces casaux sont des dépendances de la commanderie des Hospitaliers de Marsala.

**1179. — 5 septembre 1203.**

*Raymond VI, duc de Narbonne, comte de Toulouse et marquis de Provence, donne à Seigneuret, grand-prieur de S. Gilles, l'investiture de l'honneur de l'Iscle, vendu aux Hospitaliers par Elzéar du Caylar.* (*V. plus haut, n°* 1163.)

SOURCES : Arles, Arch. comm., GG, authent. de S. Gilles, f. 2 (copie, comm. XIII[e] s.) : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 109 (2 orig., dont un est bullé). — ANALYSE : Carpentras, Bibl. publ., ms. Peiresc 48, f. 603 *b* (copie, XVII[e] s., d'après l'auth. de S. Gilles) ; *Rev. hist. de Prov.*, I (1890), 14.

Anno ab incarnatione Domini M CC III, nonis septembris, regnante Philippo Francorum rege, ego Raimundus, Dei gratia dux Narbone, comes Tholose, marchio Provincie, regine Costancie filius, bona fide et sine dolo, laudamus atque concedimus imperpetuum cum hac carta domino Deo et domui Hospitalis Jherosolimitani Xenodochii ville S. Egidii, et fratribus ejusdem domus, tam presentibus quam futuris, in manibus de te Signoreto, ejusdem domus priore, et quibus quacumque alienacionis specie concedere volueritis, scilicet honorem illum totum de Iscla, quem emistis vel accaptastis ab Elesiario de Castlario[1], sicut continetur in instrumento ipsius accapti, sicut continetur in terris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, aquis aquarumque decursibus, censibus, usaticis, dominiis et dominationibus, et laudimiis, firmanciis et justiciis, demum in quibuscumque aliis rebus vel locis sit et esse possit, acceptis a vobis nomine laudimii quinque milibus solidorum Raimundensium, de quibus nobis satisfactum solucione profitemur, ita quod exceptione non numerate pecunie vel non tradite nos nullo tempore oppposituros promittimus. Hujus rei sunt testes : Bernardus de Paragio ; Petrus Barreria ; Stephanus Aldemarus ; Bertrandus Radulfus, judex et domini R[aimundi] comitis cancellarius ; Petrus Bertrandus ; Petrus Causitus ; Petrus Hugo ; Guischardus ; Johannes Donadeus ; Bertrandus de Blauzaco ; Raimundus de Nozeriis ; Raimundus Targuerius ; Guillelmus Eldinus ; Raimundus Bocardus ; Aimo Revellus. Et fratres Hospitalis : Raimundus de Alinnano, prior ecclesie ; Benedictus, preceptor ; Raimundus de Sannono ; Hugo Leodegarius ; Raimundus de Montepesato ; Seguinus. Ego Raimundus Bodonus, notarius, mandato utriusque partis hoc instrumentum composui, scripsi, complevi et testis interfui. Ego Bertrandus Radulfus, judex et cancellarius, hoc instrumentum sigillavi, et eidem subscripsi (*Seing manuel*). Cor mundum crea in me Deus[2].

**1180. — 15 décembre 1203, Anagni.**

*Le pape Innocent III confirme aux Hospitaliers de Gross-Tinz la possession de l'église de N.-D. de Wartha, les dîmes de celle-ci et celles de Prilank, de Cebanov, de Sluseov, de Gross-Tinz, de Pylawia, de S. Michel de Tinz, de Camerariis, de Goscizlau, de Mlodossovici, de Gleinitz et de Pesar.*

SOURCE : Prague, Arch. du gr.-pr. de Bohême, C. VII, comm. de Gross-Tinz, n° 2 *bis* (orig. bullé).

Innocentius, etc., magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani de Tinchia,

1. Elzéar du Caylar (branche de la maison de Sabran) avait vendu ce fief aux Hospitaliers de S. Thomas de Trinquetaille, le 20 mai 1202 (*Rev. hist. de Prov.*, I (1890), 13). Il y eut, à cette occasion, entre les Hospitaliers et divers membres de la famille du Caylar d'assez nombreuses transactions, dont on trouvera le détail dans la *Rev. hist. de Prov.* (I, 13 et suiv.), d'après l'authentique de S. Gilles.

2. Cette devise du scribe est empruntée à un passage de l'Écriture sainte (Ps. 50, ℣ 12).

salutem, etc. Cum a nobis petitur, etc. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, ecclesiam S. Marie de Bardo, decimas ejusdem ville et de Prillanc, de Cebanou et de Sluseou, de Tinchia, de Pilavia, de Tinchia Michaelis, de Camerariis, de Goscizlau, de Mlodoseurc, et de Glinię, quas bone memorie Sirozlaus quondam[1], et decimam de Pesar, quam venerabilis frater noster Ciprianus Wratięlaviensis episcopi[2] domui vestre pietatis intuitu concesserunt, sicut eas juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos domui Hospitalis auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc... Dat. Anagnie, xviii kalendas januarii, pontificatus nostri anno vi.

## 1181. — [1204][3].

*Henri-Vladislas III, margrave de Moravie, donne aux biens des Hospitaliers en Moravie le privilège du « jus Theutonicum ».*

Source : Prague, Arch. du gr.-pr. de Bohême, G. XXXVIII, comm. de Brunn, n° 1 (orig. scellé des sceaux de Venceslas et de l'évêque d'Olmutz). — Analyse : Erben, *Reg. diplom. necnon epistol. Bohemiæ et Moraviæ*, I (Prague, 1855), 221, n° 487; Dobner, *Monum. historica Boemiæ*, IV (Prague, 1779), 254 (à la date de 1214). — Texte : A. Boczek, *Cod. diplom. et epistol. Moraviæ*, II (Olmutz, 1839), 22.

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis, ego Watiszlaus, Dei gracia marchio Moravie[4]. Cum in presenti laus sit principum et gloria, quociens religiosorum bona libertate gaudent et sumunt incrementa, inde tamen, post hujus vite cursum, eorum perpetuantur tituli et fulget memoria, eo quod, pro libertate ad momentum concessa, datur libertas perpetua, et pro tantillo semine redditur fructus cum usura. Cum igitur inclite memorie pater noster, illustris rex Boemorum, religiosas domos libenter fundaverit et semper provexerit, tenentur filii industrii boni patris imitari vestigia, et suis post se successoribus pietatis relinquere exempla. Noverint itaque tam presentes quam futuri quod ego Watiszlaus, marchio Moravie, fratribus domus Hospitalis sancti Johannis Baptiste tantam in principatu nostro contulimus libertatem ut liceat eis in quascumque hereditates suas locare quos voluerint, ita ut vocati jure Theutonicorum quiete et sine vexatione utantur. Exactiones in tributo terre et omnes alias ad usus nostros spectantes indulgemus; sed habeant in omnibus, sicut habent Theutonici, securam libertatem, jus stabile et firmum, secundum quod fratres cum eis ordinaverint. Ut autem istud futuris temporibus ratum et inconcussum permaneat, fecimus hanc paginam nostro sigillo insigniri, et multis testibus, quorum nomina sunt subscripta, muniri. Quicumque autem in presenti vel in futuro fratres super hoc turbaverit, Deum, cujus sunt servi, cum beato Johanne et omnibus sanctis sibi sentiat adversum. Isti sunt testes : Rodbertus, episcopus Olomucensis; Vulcech, camerarius; Detrich Grutovick; frater ejusdem Sdislaus; Vers; Prebor; Onsovic; Veliz; Ratibor; Oldrich Oldriehovich; Smil Ondreiovich ; Vussata ; Sdon ; Jurata cum filio. Ut autem premissa rata perma-

1. Siroslaus, évêque de Breslau, donna, en 1189, aux Hospitaliers l'église de Bardou, avec les dîmes de Prilank, de Cebanov et de Sluseov (Prague, Arch. du gr.-pr. de Boh., C. vii, n° 1, orig. scellé. Analyse dans *Cod. dipl. Silesiæ*, VII, i, n° 87). Il leur confirma aussi les dîmes de Mlodossovici. (Acte non daté, Arch. du gr.-pr. de Boh., C. vii, n° 1 *bis*, orig. scellé.)

2. En 1203, Cyprien, évêque de Breslau, confirme aux Hospitaliers la donation faite par son prédécesseur Siroslaus. (Prague, Arch. du gr.-pr. de Boh., C. vii, n° 2, orig. scellé. Analyse dans Grünhagen et Korn, *Reg. episcop. Vratislaviensis*, I, 11, et dans *Cod. dipl. Silesiæ*, VII, i, 64, n° 86).

3. Cette date est donnée par Erben (*Reg. Boh. et Morav.*, I, 231, n° 487), sans qu'il dise sur quelles données il s'est appuyé pour la déterminer.

4. Vladislas-Henri, margrave de Moravie (1197-1227), fils de Vladislas II, roi de Bohême.

neant, ego Robertus, Olomucensis episcopus, ex petitione domini marchionis, auctoritate omnipotentis Dei et sanctorum apostolorum Petri et Pauli et nostra, quemcunque super hoc fratres Hospitalis turbantem excommunicavimus, ad horum testimonium presenti scripto nostrum sigillum inprimentes, et per omnia supradicta confirmantes.

### 1182. — [1204][1].

*Soffred, cardinal de S. Praxède, et Pierre, cardinal de S. Marcelin, rendent compte au pape Innocent III de leur légation apostolique en Terre Sainte, notamment des efforts de Soffred, aidé des grands-maîtres du Temple et de l'Hôpital, pour rétablir la paix dans la principauté d'Antioche entre le comte de Tripoli et les Hospitaliers.*

TEXTE : Baluze, *Innoc. III epist.*, I, 78 ; Migne, *Patr. lat.*, CCXIV, introd., col. CLI ; Muratori, *Rer. italic. script.*, III, 556.

### 1183. — 1204.

*Blanche, comtesse de Champagne, approuve le legs fait par Clairembaud de Chappes aux Hospitaliers de cent sous de rente à prendre sur les revenus de la vicomté de Troyes.*

SOURCE : Troyes, Arch. de l'Aube, cartul. de la command. du Temple de Troyes, 31 H. 14 *bis*, f. 383 (d'après un vid. de l'official de Troyes, de janvier 1272, copie, fin du XV[e] s.). — ANALYSE : D'Arbois de Jubainville, *Hist. des comtes de Champagne,* V, 37, n° 613.

Ego Blancha, comitissa Trecensis palatina, notum facio tam presentibus quam futuris quod dilectus et fidelis meus Clarembaudus de Cappis, in extrema voluntate sua, legavit Deo et fratribus Hospitalis centum solidos annui redditus, quos eis in vicecomitatu suo de Trecis assignavit, ab illis qui vicecomitatum illum recipient singulis annis, in nundinis sancti Remigii, dictis fratribus sine difficultate qualibet persolvendis. Hanc itaque elemosinam voluit et laudavit H., uxor ejusdem Clarembaldi, que vicecomitatum illum jure dotalicii tenet, et Clarembaldus, filius ejus. Ego vero, de cujus feodo vicecomitatus ille movet, volui similiter et laudavi. In cujus rei testimonium, presentes litteras fieri volui, sigilli mei munimine roboratas. Actum anno incarnati verbi millesimo ducentesimo quarto. Datum per manum Galtheri, cancellarii. Nota Johannis.

### 1184. — 1204.

*A[lbert], procureur général de l'Hôpital en Allemagne, certifie la donation de biens à Pfaffenheim faite par dame Demut à l'Hôpital de Rheinfelden.*

SOURCE : Aarau, Arch. d'état, command. de Rheinfelden, recueil de copies de 1516, f. 76 *b* (mauv. copie, XVI[e] s.).

Frater A[lbertus], summus procurator Hospitalis Jherosolimitani in Alemania, universis presentem paginam inspecturis, salutem in Domino. Rei geste noticiam, ne

1. Cette lettre, dans laquelle il est fait allusion à des faits qui se réfèrent à la fin de l'année 1202 et aux premiers mois de l'année 1203, doit être datée du commencement de 1204.

per oblivionem inimicam memorie ea que geruntur oblivione effugiant, vel per elapsum temporis elabantur cum tempore, et caute promisum est ut facta hominum litteris commendentur. Sciant ergo presentes ac posteri quod domina Demut, fundatrix Hospitalis sancti Johannis prope Rinveldem extra muros, Basiliensis dioecesis, contulit eidem bona sua in Pfaffennheim, videlicet domum et pratum, et XX schach rebenn, pro remedio anime matris ejus et sue, statuens ut magister jam dicti Hospitalis terciam partem redditarum predictorum bonorum percipiat, pauperes ejusdem Hospitalis duas cereas necessariis expensis deductis. Constituit quoque ut jam dictus magister de sua renta anniversarium matris ejus, quamdiu ipsa vixerit celebratum, cum duobus sacerdotibus, decano illius confraternie et plebano de Rinfeldenn, quibus et in eodem anniversario reffectionem dare debet, utrique septem denarios dare debet, ut per septem dies missarum solempnia pro fidelibus defunctis decantent; post mortem vero ejus, relicta prescripta celebratione eodem modo debet ipsius anniversarium celebrari. Ne igitur rem tam pie ordinatam calumpniatoris impugnet malicia, presentem paginam indulsimus sigilli nostri et ejusdem matrone munimine roborari. Acta sunt hec anno Domini MCCIIII, indictione XII.

### 1185. — 26 janvier 1204, Anagni.

« *Bulle du pape Innocent III, par laquelle il confirme les privilèges et concessions que Boémond [IV], prince d'Antioche, avoit fait à l'ordre ; donné à Agnanie, le* 7 *des calendes de février, la sixième année de son pontificat, qui répond à l'an* 1204. »

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 197 (XVIII° s.).

### 1186. — 30 janvier 1204, Anagni.

*Le même confirme aux Hospitaliers la possession de l'église de S. Symphorien.* (*V. plus haut,* I, *n°* 568.)

Source : Mons, Arch. de l'état, invent. des command. belges, n° 122 (orig. bullé).

Innocentius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Annuere consuevit sedes apostolica piis votis [et] honestis petentium precibus favorem benevolum impartiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis precibus inclinati, ecclesiam S. Simphoriani cum pertinentiis suis, sicut ipsam juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos domui Hospitalis auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Anagnie, III kalendas februarii, pontificatus nostri anno VI.

### 1187. — 11 février 1204, Anagni.

*Le même confirme aux Hospitaliers d'Espagne les concessions que leur avait faites l'évêque de Pampelune.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 716 (orig. bullé).

Innocentius, etc., dilectis filiis.... magistro et fratribus Jerosolimitanis (*sic*)

Hospitalis in Ispania commorantibus, salutem, etc. Cum a nobis petitur quod justum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filiis (*sic*), vestris justis petitionibus gratum impertientes assensum, possessiones, quas venerabilis frater noster..... Pampilonensis episcopus vobis pia devotione concessit, sicut eas juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos domui vestre auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Anagnie, III idus februarii, pontificatus nostri anno VI.

## 1188. — 23 mars 1204, Latran.

*Le même charge Gautier de Coutances, archevêque de Rouen, et Richard I de Malpalud, doyen de Rouen, de faire rendre justice aux Hospitaliers de Normandie, quand ils les en requerront.*

Source : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1167, f. 4 (copie de la Porte du Theil, XVIII<sup>e</sup> s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 5, f. 118 (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 2159. — Texte : Bréquigny, *Diplomata, chartæ, epistolæ*, II, II, 468 ; Migne, *Patr. lat.*, CCXV, col. 313.

Innocentius, etc., archiepiscopo et decano Rothomagensibus, [salutem, etc.]. Quoniam nimis dispendiosum esset et grave dilectis filiis fratribus Hierosolymitani Hospitalis de Normannia, cum sint in remotis partibus constituti, pro singulis querelis apostolicam sedem adire, cum frequenter a multis, tam clericis quam laicis, gravitus (*sic*) (sint in remotis partibus constituti) [1], ad supplicationem eorum super hoc eis duximus providendum. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus quatenus, cum a dictis fratribus fueritis requisiti, malefactores eorum, in Rothomagensi provincia constitutos, ut eis ablata restituant et de damnis et injuriis irrogatis satisfaciant competenter, vel in aliquos compromittant qui, appellatione remota, justitia mediante, procedant, per censuram ecclesiasticam, sublato appellationis diffugio, compescendo, etc. Nullis litteris [veritati et justitie prejudicantibus a sede apostolica impetratis]. Quod si non ambo [eis exequendis interesse potueritis], tu, frater archiepiscope, [ea nichilominus exequaris]. Dat. Laterani, X kalendas aprilis, [pontificatus nostri] anno VII.

## 1189. — 20 avril 1204, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent II, du 7 février 1137 : « Christiane fidei religio ». (V. plus haut, I, n° 122.)*

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 67 (copie, XVI<sup>e</sup> s.), et vol. 1121 (bull. Rub.), f. 3 (copie, XVI<sup>e</sup> s.).

Dat. Laterani, per manum Johannis, sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii, XII kalendas maii, indictione VII, incarnationis dominice anno M CC IV, pontificatus vero domini Innocentii pape III anno VII.

1. Les mots entre parenthèses, et le mot précédent « graviter », proviennent d'une erreur du scribe ; il faut restituer : « graviter sint injuriati », ou « gravibus sint injuriis afflicti », ou une formule analogue.

**1190.** — Mai 1204.

*Raymond VI, duc de Narbonne, comte de Toulouse et marquis de Provence, fait sceller de sa bulle de plomb, par l'entremise de son chancelier, l'accord conclu entre Joyeuse (Gaviosa) et Guillaume Just, sénéchal de l'Hôpital de S. Gilles, au sujet d'un pré sis à Argens.*

SOURCE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 120 (orig. bullé).

Anno ab incarnatione Domini M CC IIII, mense madii, regnante Philippo, Francorum rege.

**1191.** — 18 mai 1204, Winchester.

*Extraits du testament de Jean sans Terre, roi d'Angleterre, fait le 28 avril 1204 à Marlborough, concernant les Templiers et les Hospitaliers.*

SOURCE : Londres, Record office, Rot. chart., 5-6 Johannis I, membr. 3 dorso (copie contemp.). — TEXTE : *Rotuli chartarum in turri Londinensi asservati*, I, I (Londres, 1837), 134.

Johannes, Dei gratia, etc., omnibus Christi fidelibus presentem cartam inspecturis, etc. Noveritis nos, XXVIII die aprilis, anno regni nostri V, apud Merleberge, in presentia abbatis de Ford., prioris de Bradenest., G[aufridi], filii Petri, comitis Essexie, tunc justiciarii nostri, et Eimerici de S. Maura, tunc magistri militie Templi in Anglia, et quorumdam aliorum fidelium nostrorum, testamentum nostrum de jocalibus nostris subscriptis condidisse in hac forma: scilicet domui et fratribus militie Templi Jerusalem, per manum predicti Eimerici de S. Maura, unum firmaculum..... cum rubeis ; alium firmaculum cum smaragdis et rubeis, quod fuit episcopi Norwicensis ; tercium firmaculum cum saphiris de Londoniis ; quartum firmaculum cum saphiris; quintum firmaculum cum IIII smaragdis et III baleiis ; sextum firmaculum cum IX bonis saphiris; septimum firmaculum cum duobus saphiris et duabus baleiis et duabus smaragdis ; octavum firmaculum cum tribus smaragdis et tribus saphiris et tribus baleiis ; nonum firmaculum cum IIII smaragdis et IIII saphiris et IIII baleiis et cum una turkina in hardilione, et uno saphiro deficiente ; decimum firmaculum cum duobus saphiris et I tolpacio et cum grossis perlis et minutis saphiris ; undecimum firmaculum cum saphiris, quod camerarius dedit ; duodecimum firmaculum cum IIII baleiis et IIII smaragdis ; tercium decimum firmaculum cum IIII smaragdis et tribus saphiris et I tulkina et minutis perlis et parvis rubeis. Item eidem unum baculum cum X saphiris grossis; alium baculum cum viginti et VIII diamantis; tercium cum LX smaragdis ; quartum cum LVII smaragdis ; quintum cum VII tolpaciis bonis et I lapide ignoto ; sextum baculum cum IX turkinis ; septimum cum XIIII saphiris bonis in chistone. Item eidem duo magna pectina auri cum diversis lapidibus, ponderis duarum marcarum et sex unciarum et dimidie. Item eidem de regalibus nostris magnam coronam auri factam apud Londinium; mantellum de samitto rubeo, fretatum de auro frisco cum saphiris et camahous et perlis, et cum I magno firmaculo. Item dalmaticam de eodem samitto, orlatam de auro frisco cum lapidibus. Item tunicam de dyaspro albo, et unum pannum quadratum de serico ad sedem regalem, et scandalia et sottulares de eodem samitto bendato de auro frisco, et baldredum de eodem samitto cum kamaho et aliis lapidibus, et cyrotegas albas cum

I saphiro et una amatista, et I spatam, que facta fuit ad coronam nostram, cum lapidibus, et eschaubercam de auro frisco. Item eidem duas zonas cum esmalldis, et quatuor nigras cum membris aureis, et unam magnam zonam cum granatis et saphiris et perlis. — Domui et fratribus Hospitalis Jerusalem, per manum Roberti Thesaurarii, tunc prioris Hospitalis in Anglia, unum firmaculum cum IIII bonis bonis smaragdis et IIII baleiis; alium cum duobus magnis saphiris et duabus baleiis et duabus smaragdis, et cum tribus lapidibus in hardilione; tercium firmaculum cum IIII saphiris et II turkinis et II granatis; quartum firmaculum cum tribus saphiris et IIII amatistis et IIII perlis grossis et parvis granatis; quintum firmaculum trifore cum IIII granatis et duobus saphiris; sextum cum IIII granatis et duobus saphiris. Item eidem unum baculum cum XXII saphiris, que fuerunt Simonis Judei. Item alium baculum cum XXVII saphiris bonis; tercium baculum cum XXI saphiris bonis. Item eidem missa per G[aufridum], filium Petri, apud Porec[estriam]: coronam que venit de Cypro; unam zonam cum buccula aurea et cum una magna amatista et aliis lapidibus; aliam zonam cum balleiis et turkinis; terciam cum jaspis; quartam cum camahous et jaspis; quintam cum saphiris et perlis, et aliis lapidibus; sextam cum buccula et mordanto, cum lapidibus et membris elevatis; septimam cum membris aureis........[1]. Testibus: dominis H[erberto], Sarrisburiensi, Ph[ilippo], Dunolmensi episcopis; Willelmo Briwerii; Hugone de Nevill.; Roberto de Veteriponte. Datum per manum S[imonis], Cicestriensis electi, apud Wintoniam, XVIII die maii, anno, etc., V.

### 1192. — 23 mai 1204, Latran.

*Le pape Innocent III renouvelle la bulle de Lucius III, du* 12 *décembre* 1184 : « *Si diligenter attenditis* ». (*V. plus haut*, I, *n°* 706).

SOURCE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 12, n° 63 (orig.).

Dat. Laterani, X kalendas junii, pontificatus nostri anno VII.

### 1193. — [1204-1206[2]], Margat.

*Statuts promulgués par le chapitre général de l'ordre sous le magistère d'Alphonse de Portugal.*

SOURCES : *Texte français* : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, H. n° 111, f. 14 *b* (XV^e s.); Londres, Mus. Brit., Cotton, Galba A. 17, f. 65 *b* (XIV^e s., mauv. état); Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 6, n° 53 (rouleau, fin du XIII^e s.); Montpellier, Bibl. de la Fac. de Méd., ms. 372, f. 10 (XIV^e s.); Paris, Bibl. nat., fonds franç. 6049, f. 71 (fragments) et f. 233 *b* (XIV^e s.); 1978, f. 36 *b* (XIV^e s.); 1979, f. 31 *b* (XIV^e s.); 13531, f. 16 *b* (XIV^e s.); 1080, f. 15 (XV^e s.); 17255, f. 8 (XV^e s.); 1079, f. 26 *b* (XV^e s.); Rome, Bibl. du Vatican, ms. 4852, f. 32 *b* (XIII^e s.); 3136, f. 34 *b* (XIV^e s.); Turin, Bibl. nat., LV 45, f. 21 (XIV^e s.). — *Texte latin* : Florence, Bibl. nat., cl. XXXII, ms. 37, f. 7 *b* (XIV^e s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. I,

1. Le reste de ce testament concerne des joyaux donnés par le roi aux abbayes de Ford et de Waltham et au prieuré de Bradenstoke.

2. Il est difficile de fixer l'époque de ce chapitre; nous ignorons quand commença le magistère d'Alphonse de Portugal, dont le début peut peut-être être remonté jusqu'en 1202. Ce qui est certain, c'est qu'en 1203 (V. plus haut, p. 19, n° 1167), Alphonse de Portugal était grand-maître et se trouvait en France, et qu'il mourut, le 1 mars 1207, en Portugal, après avoir résigné le magistère. De ce dernier fait il résulte que le chapitre général de Margat ne peut avoir été tenu plus tard qu'en 1206. Nous avons, au reste, un acte de 1206, émané de Geoffroy le Rat, successeur d'Alphonse de Portugal (V. plus bas, n° 1231). Les chapitres généraux se tenant généralement en juin, aux environs de la Saint-Jean, nous avons cru pouvoir assigner à celui-ci la date de juin 1204-6.

1. L'acte était scellé ; Pauli a reproduit la bulle d'or de l'empereur Baudouin I (*Cod. dipl.*, I, pl. 7, n° 68); on en trouvera la description et la reproduction dans un travail de G. Schlumberger, sur les *Sceaux et bulles des empereurs latins de Constantinople* (*Bulletin monumental*, LVI (1890), 5).

I, 93. — Extraits : Taaffe, *The history of the... order of S. John of Jerusalem*, IV, app. n° LVI.

Balduinus, Dei gratia fidelissimus in Christo imperator, a Deo coronatus, Romanorum moderator et semper augustus, Flandrie et Hannonie comes, omnibus presentem paginam inspecturis, presentibus et futuris, salutem in salutis actore. Notum facimus universis quod dedimus et concessimus, pro salute anime nostre, dilectis nobis magistro Hospitalis sancti Joannis Hierosolimitani et fratribus ejusdem domus totam quartam partem ducatus Neocastri, qui noster dominicus est et proprius, cum omnibus pertinentiis ejusdem quarte partis in terra et in mari, in montibus et in plano, in vallibus, forestis et vivagiis, et feodis et dominicis, libere et absolute in perpetuum possidendam. Volentes hanc nostram donationem, tam liberaliter predictis magistro et fratribus factam, durare perpetuam, eisdem contulimus paginam, aurei sigilli nostri munimine roboratam. Datum in palatio nostro Blakerne, anno Domini millesimo ducentesimo quarto, mense martio.

### 1214. — Mars 1205, Paris.

*Amicie, comtesse de Montfort et dame de S. Léger, donne le droit au bois mort aux Hospitaliers des Bordes*[1].

Source : Paris, Arch. nat., S. 5161, n° 20 (orig.).

Notum sit tam presentibus [quam futuris] quod ego Amicia, Montisfortis comitissa et domina S. L[eodegar]ii in Aquilina, pro anima patris mei et animabus parentum meorum, d[o in] perpetuum mortuum nemus ad usum domus Hospitalis de Bordis ; et, ut ratum habeatur, per patentes litteras cum impressione sigilli mei ego confirmo. Hoc auctum est Parisius, anno incarnati verbi M CC IIII, mense marcii.

### 1215. — Mars 1205[2].

« *Donation de Boémond IV, prince d'Antioche, au grand-maître Alphonse de Portugal de la moitié de la gastine de Caphar Mamel, apellée vulgairement de la Vacherie, et de* 500 *besans d'Antioche à prendre toutes les années sur le fondigue du commerce de Laodicée, lorsque luy ou les siens viendroient à recouvrer cette ville, du mois de mars* 1204. »

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 196 (XVIII<sup></sup>e s.).

### 1216. — 29 mars 1205, Oxford.

*Jean sans Terre, roi d'Angleterre, donne au grand-prieur d'Angleterre une couronne d'or, destinée à l'Hôpital de Jérusalem*[3].

1. Seconde femme de Simon III, comte d'Evreux, fille de Robert de Beaumont, comte de Leicester.

2. Si la date donnée par Raybaud, auteur de cet inventaire, est exacte, il est fort probable que l'acte doit être placé en mars 1205, la chancellerie des princes d'Antioche employant le style de l'annonciation ou celui de pâques.

3. V. plus haut, p. 31, n° 1191.

Source : Londres, Record office, rot. litt. pat., 6 Johannis I, membr. 2 (copie contemp.). Texte : *Rotuli litterarum patentium in turri Londinensi asservati* I, I (Londres, 1835), 51.

Rex, etc., omnibus, etc. Sciatis quod prior Hospitalis reddidit nobis apud Oxoniam, die dominica intrante passione Domini, anno, etc., VI, sex firmacula cum diversis lapidibus, et LX et X anulos cum saphiris, et VII zonas cum bucculis et membris aureis, et I gladium de regali nostro cum scarbergio argenti deaurati, et I coronam auri ; que omnia ei commiseramus custodienda apud Porecestriam, anno, etc., VI. Et cum omnia prefata nobis reddidisset, supradictam coronam auri pietatis intuitu dedimus domui prefate Hospitalis, deferendam pauperibus ultra mare. Et in hujus rei, etc. Teste me ipso apud Oxoniam, XXIX die marcii, per Ph[ilippum] de Lucy.

### 1217. — 18 avril 1205, Douvres.

*Le même ordonne aux baillis du port de Sandwich, etc., de trouver un navire pour conduire outre mer Geoffroy, frère du Temple, et Guillaume, frère de l'Hôpital, envoyés du roi.*

Source : Londres, Record office, rot. litt. claus., 6 Johannis I, membr. 4 (copie contemp.). — Texte : *Rotuli litterarum clausarum in turri Londinensi asservati*, I (Londres, 1883), 27.

Teste domino H[uberto], Cantuariensi archiepiscopo, apud Doveriam, XVIII die aprilis, per eundem et per justiciarium.

### 1218. — 25 avril 1205, Vatican.

*Le pape Innocent III demande au duc André, régent de Hongrie, de lui livrer l'argent déposé par le feu roi de Hongrie Henri au monastère de Pilis, dont le défunt avait attribué un tiers à son fils Ladislas et deux tiers aux Templiers et Hospitaliers pour secourir la Terre Sainte.*

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 7, f. 10 *b* (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 2474.— Texte : Bréquigny, *Diplom., chartæ, epist...*, II, 681 ; Dobner, *Monum. histor. Boemiæ*, II, col. 351 ; Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, II, 455 ; Katona, *Hist. crit. reg. Hung.*, IV, 762.

Innocentius, etc., duci Andree, regni Hungarie gubernatori, etc. Post obitum inclite recordationis Henrici, regis Hungarie, fratris tui [1], litteras tue devotionis primitias gratanter et benigne recepimus, que, cum essent ejusdem regis insignite sigillo, novitati tue non falsitati petebas a nobis ascribi ; in quibus continebatur expresse, ut tuis verbis utamur, quod cum, ex regis ipsius dispositione, ob teneram filii ejus regis Ladislai [2] etatem, pueri curam et regimen regni susceperis, promptam geris voluntatem que bene constituta sunt observare, et que per ipsum regem laudabiliter noveris inchoata, quantum in te est, feliciter effectui mancipare. Accepimus autem, charissima in Christo filia [Constancia], regina Hungarie, referente, quod, cum predictus rex, frater tuus, in ultimis laboraret, coram venerabili fratre

1. Henri, roi de Hongrie, mourut en décembre 1204. 2. Ladislas III mourut le 7 mai 1205.

nostro archiepiscopo Colocensi et quisbudam aliis principibus regni, de pecunia, quam in monasterio de Pelle habebat, ita disposuit quod duas partes ejusdem fratres domorum Templi et Hospitalis haberent in subsidium Terre Sancte, et tertia ejus filio conferretur. Cum ergo te deceat voluntatem illius ultimam adimplere, nobilitatem tuam monemus attentius et hortamur, per apostolica scripta mandantes, quatenus, juxta dispositionem regis ipsius, pecuniam illam facias erogari. Dat. [Rome apud S. Petrum], VII kalendas maii, pontificatus nostri anno VIII.

**1219.** — Mai 1205, Calatayud.

*Pierre II, roi d'Aragon, comte de Barcelone et seigneur de Montpellier, donne aux Hospitaliers Palacio de Almazorre et ses dépendances.*

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, III, 529 (copie, fin XIV^e^ s.).

Notum sit cunctis quod ego Petrus, Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone et dominus Montispesulani, ob remedium et salutem anime mee meorumque parentum, concedo et dono Deo et Hospitali Jherusalem locum illum qui appellatur Palacium de Almazorre, cui volo et asigno tales habere terminos : videlicet de pennya S. Michaelis usque ad Molam Rubeam, et ex alia parte de illis callecelis sicut aque vertunt usque ad illum barranchum de Martel Aymar et usque ad illam penyam de Ricla, et de illa penna de Ricla usque ad illum rivum. Predictam autem donationem in hunc modum facio quod predicta domus et fratres ejusdem perpetuo locum jure hereditario habeant, teneant et possideant, salva mea meorumque fidelitate. Datum apud Calatajub, mense madii, per manum Johannis de Berax, domini regis notarii, et mandato ejus scripta, sub era M CC XL tercia. S. (*Seing manuel*) Petri, regis Aragonum, comitis Barchinone et domini Montispessulani. Testes : Arnaldus de Alascone, majordomus ; G[arsias] Romei ; Acenarius P[ar]di ; Asalitus de Gudal ; G[arsias] Ortiz ; Petrus Sese. S. (*Seing manuel*) Johannis de Berax.

**1220.** — Juin 1205, Calatayud.

*Le même donne à l'ordre de l'Hôpital un Juif, nommé Rabi Asser Abenbentreca, son fils Azday, ses neveux Salomon et Azday et leur postérité, à cause des bons services rendus par eux à la couronne, et à condition qu'ils seront affranchis.*

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, II, 150 (copie, fin XIV^e^ s., d'après une copie du 25 mars 1282).

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego P[etrus], Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone et dominus Montispessulani, in redempcionem anime patris mei regis Ildefonsi pie memorie, et animarum parentum meorum, et in remissione peccatorum meorum, libenti animo ac voluntate spontanea, dono, laudo et auctorizando trado domino Deo et Hospitali sancti Johannis Jherusalem illum Judeum Rabi Asser Abenbentreca, et Azday, filium suum, ac nepotes suos Salomon et Azday, eorumque posteritatem. Hoc autem donativum facio precibus et admonitione dicti

Rabi Asser, tum quia sicut bonus et prudens domino regi patri meo, cui sit requies, et illustrissime regine matri mee[1] fideliter servivit, tum quia discretum et fidelem se exhibuit in omnibus que ei comisi. Idcirco illumque et filium suum, et ejus dicti nepotes, cum omnibus illis qui modo possident vel in antea adquirere possint in mobilibus, hereditatibus, sponsaliciis, donis, emptionibus et pignoribus, et cum omnibus illis cartis donationis ac libertatis, vel qualicumque modo cartas possideret, de domino patre meo et a me illis traditas et concessas, dono et concedo ordini pretacxato, in hunc modum quod dictus ordo illos liberos, franchos et quietos sine retentu aliquo, cum omni dominio et potestate mea quam super illos habebam, tali scilicet modo quod amodo mihi nec meis successoribus nullum teneantur facere prestamum vel donativum aut fazenderam, nec ego vel alia aliqua persona super illis ullam habeamus districtionem, nec illis ullam faciamus districtionem; sed promito et convenio Deo et ordini nominato illos eorumque posteritatem diligere et amare, et nullum illis amplius facere impedimentum. Insuper illustrissimam reginam matrem meam, prout decet, humiliter deprecor quatinus, intuitu et respecto bonitatis sue et amore mei, Rabi Asser, filium ac nepotes suos sub sua percipiat defensione et custodia atque securo ducatu. Et etiam omnes dicti ordinis fratres quam plurimum deprecor quod, amore mei et gratia, pre cunctis sibi subditis Judeis illos ament, protegant et ubique defendant tamquam sua propria, et honorent pre omnibus illos, et nulli consentiant illis ullam facere districtionem vel injuriam, set tales erga illos se habeant quod a me et a meis successoribus gratias non modicas recipere valeant. Adhuc siquidem recipio illos omnes resque illorum mobiles et immobiles sub propria protectione, custodia et defensione mea ac securo ducatu meo, constituens mandansque firmiter quod in eundo et redeundo per terram meam sint salvi et securi cum omnibus rebus propriis que secum duxerint, et nullus sit ausus personas vel rès eorum in aliquo agravare, disturbare, offendere seu aliquod dampnum inferre nec etiam pignorare. Preterea mando bajulis, merinis, çavalmedinis et juratis tam Christianorum quam Judeorum quod istos ament, honorent et defendant in omnibus et per omnia, tanquam mea propria. Volo igitur et mando firmiter omni algama Judeorum regni mei quod huic donationi mee nullam moveant con[tra]rietatem, nec contra illam venire presumant. Et si aliquis adversarius eis aliquod faceret impedimentum, et etiam de foro et jure suo eos extrahere vellet, omnes unanimiter Judei illos adjuvent et defendant in omnibus. Si quis autem contra hoc donativum meum in aliquo venire temptaverit, meam proculdubio incurret iram, et, excepta illati dampni restitutione, pena mille aureorum punietur, et sicut proditor vocaretur. Concedo etiam et dono fratribus dicti ordinis potestatem pignorandi vel distringendi pro dictis aureis illum qui contra hoc donum vel contra hos Judeos venire voluerit; et fratres, retinendo sibi terciam partem aureorum, reliquas duas partes mihi reddant. Datum apud Calatajub, mense junii, per manum Johannis de Berax, domini regis notarii, et mandato ejus scripta, sub era MCCXLIII. S. (*Seing manuel*) Petri, regis Aragonum, comitis Barchinone et domini Montispessulani. Hujus rei testes : Arnaldus de Alascuno, majordomus; Garsias Romei; Açemarius Pardi; Atorela; Petrus Sesse; Assalitus de Gudal ; Petrus, majordomus ; Martinus de Caneto. Ego Ferrarius, notarius domini regis, hanc cartam bullari feci mandato ipsius apud Barbastrum, XII kalendas decembris, era MCCXL sexta, fratre Eximinio de Lavata magno magistro Hospitalis et Yspanie presente et affectuose rogante[2].

1. Sancia, fille d'Alphonse VII, roi de Castille.
2. Nous avons eu occasion de remarquer (*Les Archives de l'ordre de l'Hôpital dans la Péninsule Ibérique* dans *Nouv. arch. des miss. scient. et litt.* (Paris, 1893), 258) qu'au début du XIII<sup>e</sup> siècle les destinataires des donations royales rapportèrent souvent leurs titres à la chancellerie royale pour les faire sceller ; le présent acte est un exemple de cette habitude.

**1221.** — Juin 1205, Daroca.

*Le même donne à l'Hôpital de Sigena un Juif, nommé Aaron Albala, et ses enfants.*

Source : Sigena, Arch. du monastère (orig.).

Notum sit cunctis quod ego Petrus, Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone et dominus Montispessulani, ob remedium anime mee et meorum, concedo, dono atque trado domui Hospitalis de Sexena illum Judeum meum, nomine Aaron Albala, cum omnibus facultatibus et possessionibus suis mobilibus et immobilibus, quas habet et juste adquisiturus est in toto regno et terra mea, ipse et filii sui, hoc modo quod quicquid mihi facere habent et facere tenentur, faciant amodo prefate domui de Sexena et dominabus ibi Domino servientibus perpetuo; et in presenti de meo in eorum trado dominium et potestatem, cum omnibus que habent et habuerint, et nullum servicii sive exactionis mihi aut meis unquam fecere teneantur, set prefata domus de Sexena omni tempore ipsum Judeum et omnes filios suos, cum universis que habent et habuerint in omni loco terre mee, habeant, teneant et possideant jure hereditario. Preterea statuo atque firmiter mando quod ulla persona audeat vel presumat prememoratum Judeum, nomine Aaron Albala, vel filios aut res eorum racione aliqua excomunicare, nec etiam aliquid dedecus nec aliquid deshonoramentum eis inferre. Quod qui faceret, iram meam incurreret, et pro pena mille aureos mihi daret. Ad ultimum sciendum est quod predictum Judeum dono prefato Hospitali liberum et franchum, et filios suos et etiam omnes suos successores. Datum apud Darocam, mense junii, per manum Johannis de Berax, domini regis notarii, et mandato ejus scripta, sub era M CC XL III. S. (*Seing manuel*) Petri, regis Aragonum, comitis Barchinone et domini Montispessulani. Hujus rei testes : Arnaldus de Alascuno, majordomus ; Berengarius de Attentia ; Garcia Ortiz ; Petrus Xemenez de Orrea ; Athorella ; Petrus Sesse ; Bertrandus de Naja. S. (*Seing manuel*) Johannis de Berax.

**1222.** — 27 juin 1205, Vatican.

*Le pape Innocent III renouvelle la bulle d'Alexandre III, du 4 juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Audivimus et audientes* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 428.)

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, II, 40 (copie, fin XIV^e s.).

Dat. Rome apud S. Petrum, V kalendas julii, pontificatus nostri anno VIII.

**1223.** — 23 octobre 1205, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du 6 décembre* 1184 : « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 702.)

Source : Prague, Arch. du gr.-pr. de Bohême, A. XXVI, n° 12 (orig. bullé).

Dat. Rome apud S. Petrum, X kalendas novembris, pontificatus nostri anno VIII

**1224.** — 5 novembre 1205, Vatican.

*Le même met les Hospitaliers de Bohême et de Moravie et leurs biens sous la protection spéciale du Saint-Siège.*

Source : Prague, Arch. du grand-prieuré de Bohême, A. XXVIII, n° 79 (orig. bullé). — Analyse : Erben, *Reg. diplom. necnon epistol. Bohemiæ et Moraviæ*, I (Prague, 1855), 224, 491 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 2605. — Texte : A. Boczek, *Cod. dipl. et epistol. Moraviæ*, II (Olmutz, 1839), 35 ; Migne, *Patr. lat.*, CCXVII, col. 149.

Innocentius, etc., dilectis filiis... priori et fratribus Hospitalis Jerusalem in Boemia constitutis, salutem, etc. Cum a nobis petitur, etc. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis precibus inclinati, personas vestras et possessiones, que in Boemia et Moravia vobis pia sunt liberalitate collate, vel quas in posterum Deo propitiante justis modis poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Rome apud S. Petrum, nonis novembris, pontificatus nostri anno viii.

**1225.** — 5 novembre 1205, Vatican.

*Le même confirme aux Hospitaliers de Silésie le droit de patronage de l'église de Striegau, que leur avait concédé le comte Hemeram, avec l'assentiment d'Henri I, duc de Silésie*[1].

Source : Prague, Arch. du gr.-pr. de Bohême, C. II, comm. de Striegau, n° 4 (orig. bullé).

Innocentius, etc., dilectis filiis Roberto, magistro, et fratribus domus Hospitalis Jerosolimitani in Zlesia constitutis, salutem, etc. Solet annuere, etc. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus inclinati, jus patronatus ecclesie Stregon, quod nobilis vir Hemeramus, dilecto filio nobili viro Henrico duce Zlesie permittente, domui Hospitalis contulisse dinoscitur, sicud illud juste ac pacifice possidetis, auctoritate vobis apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Rome apud S. Petrum, nonis novembris, pontificatus nostri anno viii.

**1226.** — 17 novembre 1205, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 6 *décembre* 1184 : « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut*, I, *n°* 702.)

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, II, 52 (copie, fin xiv^e^ s.).

Dat. Rome apud S. Petrum, xv kalendas decembris, pontificatus nostri anno viii.

1. La confirmation par Henri I de la donation d'Hemeram est de 1203. (V. plus haut, p. 20, n° 1168).

**1227.** — 8 décembre 1205, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du 23 janvier* 1168, 1169 *ou* 1170 : « *Cum dilectis filiis fratribus* ». (*V. plus haut*, I, *n°* 392.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 208 et 174 *b* (copies de S. Pauli, xviii[e] s.); Malte, Arch. de l'ordre, bull. E, f. 243 (auj. perdu).

Dat. Rome apud S. Petrum, vi idus decembris..... (1205), pontificatus nostri anno viii.

**1228.** — 30 décembre 1205, Huesca.

*Pierre II, roi d'Aragon, comte de Barcelone et seigneur de Montpellier, donne à Ximenès de Lavata, grand-prieur de S. Gilles et châtelain d'Amposte, et aux Hospitaliers le château et la ville de Sufflaventis.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 306 (copie contemp.).

In nomine sancte et individue trinitatis. Pateat universis, tam presentibus quam futuris, quod ego Petrus, Dei gratia rex Aragonensis, comes Barchinon[ensis] et dominus Montispessulani, considerans et diligenter attendens quod elemosina liberat hominem a morte et multitudinem operit peccatorum, nec sinit ire in tenebris cum sit fiducia magna facientibus eam, ac, sicut aqua ignem, extinguit peccata, idcirco, bono animo et spontanea voluntate, dono, laudo atque concedo, ob remedium anime mee et parentum meorum, in perpetuum domino Deo et domui Hospitalis Hierosolimitani, et tibi fratri Eximini de Lavata, dilecto et venerabili priori S. Egidii et castellano Emposte, omnibusque fratribus ejusdem domus, presentibus scilicet et futuris, castrum et villam de Sufflaventis cum omnibus terminis, tenumentis (*sic*) et eorum pertinentiis, cum ingressibus et egressibus, viis, caminis et stratis et justiciis suis, cum pascuis, herbis et pascheriis, cum heremis et cultis, cum vallibus et planis et montuosis, cum lignis, arboribus, nemoribus, petris, rupibus, rivis, aquis et fontibus, cum molendinis factis et faciendis, cum hominibus et feminis que ibi sunt vel erunt vel esse poterunt eorumque bonis habitis et habendis, cum hostis, cavalcatis, apellitis, questiis, toltis, forciis, ademprivis, precariis, trobis et inventionibus, leudis, pedagiis, usaticis et serviciis omnibus, cum melioramentis que ibi fieri poterunt, omnique alio jure et exactione regali, cum omnibus etiam que ibi ego dictus rex habeo vel habere debeo aut habere possum aliquo modo, aliquo jure, aliqua voce vel aliqua racione, aliisque universis modis, que dici vel nominari vel intelligi possunt quoquo modo, sicut predictum castrum et villa terminatur ex una parte in termino de Alipuz et fine et fundo hereditatis Mengonis de Villalba, et ex aliis partibus sicut serre montuose includuntur et ambiuntur et aque fluunt et se vergent. Sic dono et confirmo in perpetuum cum isto privilegio valituro, signi et sigilli mei auctoritate munito, de meo jure et dominio, in plenum et perpetuum jus et dominium ac plenitudinem potestatis predicte domus Hospitalis, et magistri ipsius et fratrum omnium. Hec omnia trado supradicta, transferro et transmitto ex toto, sine omni meo meorumque retentu, ad populandum et tenendum et custodiendum ad honorem Dei et fidei christiane, ad quiete habendum et libere possidendum, omnesque voluntates suas inde faciendum per secula cuncta, tanquam de sua propria hereditate et

alodio franco et libero, ingenuo et immuni, sicut melius et plenius, sanius et utilius dici et intelligi potest, ad omne bonum et communem utilitatem christianitatis et predicte domus Hospitalis, et magistri, et fratrum ejusdem, presentium videlicet et futurorum. Promito etiam bona fide domui Hospitalis et ejus magistro, et fratribus substitutis et substituendis quod ego ero semper fidelis auctor et bonus defensor et adjutor ipsis de his omnibus contra homines et feminas, et faciam hec omnia eos semper habere et tenere in pace. Quicumque autem contra hanc donationem nostram venire aut ei contraire in aliquo attemptaret, iram et indignationem regiam perpetuo incurrens, mille morabotinos michi vel meis successoribus pro solo temerario ausu sine omni exceptione pectaret, vel corpus ejus pene gravissime subiceretur, hac donatione perpetue firmitatis robur nichilominus optinente. Addo etiam ego prefatus rex huic donationi omnes ecclesias, que in prefatis locis et terminis sunt, vel erunt, vel fieri poterunt, cum omnibus earum decimis et primiciis, et oblationibus, et defunctionibus, et aliis omnibus ecclesiasticis juribus et justiciis, ut predicta domus Hospitalis et fratres habeant hec omnia et possideant pacifice in perpetuo jure hereditario. Datum Osce, III kalendas januarii, anno Domini M CC quinto, sub era M CC XL tercia, per manum Ferrarii, notarii domini regis. S. (*Seing manuel*) Petri, Dei gratia regis Aragonensis, comitis Barchinonensis et domini Montispessulani. Testes hujus rei sunt qui presentes fuerunt : Garcias Romei ; Eximinus Cornelii ; Michael de Lusia ; Arnaldus de Alascone, majordomus ; Blasco Romei ; Assallitus de Gudal ; Artaldus de Artusella ; Ato et Eximinus de Foces ; Petrus Sesse ; Petrus de Navascuas ; Pardus, merino de Cesaraugusta ; et Alazar, Judeus, repositarius regis Aragonie et de Catalonia ; Gillelmus de Cervaria ; Gillelmus de Cervilone ; R. Alamanni ; Gillelmus de Montecatano ; Gillelmus de Claris Vallibus ; R. de Castro Veteri ; Gillelmus et Berengarius de Solario ; Hugo de Cerviano ; Gauceranus de Carteiano ; Petrus de Taraschona, multique alii nobiles. Ego Ferrarius de Guardia, notarius domini regis, hoc scribi et feci mandato ipsius, loco, die, anno et era prefixis, cum hoc signo. (*Seing manuel.*)

## 1229. — [Vers 1206].

*Robert le Trésorier, grand-prieur d'Angleterre, acense à Herbert, évêque de Salisbury, sa vie durant, les biens que l'Hôpital possédait à Londres dans la paroisse S. Bride, près de Fleetbridge, moyennant un cens annuel de deux marcs d'argent à payer à l'Hôpital de Clerkenwell ; l'évêque pourra céder ses droits sur ces terres, mais non à des ordres religieux ; à sa mort, le tiers des meubles fera retour aux Hospitaliers.*

SOURCE : Salisbury, Arch. du chap., liber evidenciarum B, f. 295 (copie, XIV$^e$-XV$^e$ s.), et C, f. 295 (copie, fin XIII$^e$-XIV$^e$ s.) ; Reg. Rubeum, f. 295 (copie, XIV$^e$-XV$^e$ s.). — TEXTE : W.-D. Macray, *Charters and documents illustrat. the hist. of the cathedral of Sarum* (Londres, 1891), 71.

His testibus : H. W. ; S. R., et multis aliis.

## 1230. — 1206.

*Guillaume de Donjon, archevêque de Bourges et primat d'Aquitaine, certifie que Garnier du Verdier a donné aux Hospitaliers de Villefranche sur Cher sa terre de Miseray.*

Source : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H., command. de Villefranche-sur-Cher, chap. unique n° 1 (orig.).

Ego Willelmus, Dei gratia Bituricensis archiepiscopus, Aquitanie primas, notum esse volumus presentibus et futuris quod Garnerius de Viridario, in nostra presentia, recognovit se dedisse in perpetuam helemosinam fratribus Hospitalis de Villa Franca terram suam de Miseri, [et c]ensum suum, et quicquid juris habebat in terra eadem ; fratres vero H[ospitalis in recompensacionem il]lius helemosine eidem Garnerio centum libras Giemensium donaverunt. [Ad majo]rem igitur firmitatem, presentem cartam fieri fecimus sigilli nostri appositione muniri. Actum anno Domini millesimo ducentesimo sexto.

### 1231. — 1206.

*Geoffroy le Rat, grand-maître de l'Hôpital, reconnaît que Bohémond IV, prince d'Antioche et comte de Tripoli, a rendu aux Hospitaliers une terre à Befania qui leur avait appartenu, sous réserve de l'assentiment de l'héritier de Guillaume Porcelet, et, en cas de refus de celui-ci, devenu majeur, s'engage à la restituer au prince.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 9 (orig. auj. perdu). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 217. — Extraits : Taaffe, *The history of the... order of S. John of Jerusalem*, IV, app. n° LVII.

Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego frater Gaufridus, magister Hospitalis, rogavi et requisivi dominum B[oemundum], principem Antiochie et comitem Tripolis, quatenus redderet et concederet nobis terram unam ante Befaniam, que nostra fuerat. Princeps vero terram illam nobis reddidit, dedit et concessit ; et nos faciemus ipsum principem aquitari ab herede domini Guillelmi Porcelet, quando ipse heres habebit etatem. Quod si dictus heres noluerit principem quitare de terra dicta, et propter eam traxerit heres principem in causam, et si oportuerit quod princeps per judicium curie sue reddat prefato heredi terram sepedictam, nos debemus reddere principi eamdem terram. Quando vero princeps de terra illa ab herede fuerit aquitatus, reddet nobis presentem cartam, quam habuit a nobis propter memoriam hujus facti. Terra autem ita est sita : ab oriente conjungitur terre Hospitalis et terre que fuit Georgii Porcellet, a meridie rivo de Gerol....., ab occidente jungitur Rivo Veteri, qui currit per pluvias, a septentrione juncta eidem rivo ; et quatuor angulis terre posite sunt quatuor petre pro terminis. Actum anno verbi incarnati M CC VI. Testes : magister Hospitalis ; frater G., marescalcus ; frater A., cappellanus ; R[aimundus] de Scandeliun ; Pleven de Botoron ; B.[1] de Gibelet, et plures alii.

### 1232. — 1206.

« *Vente faite par Simon, fils de Baudon de Rome, à frère Aymeri de Pax, châtellain de Margat, au nom du grand-maître Alphonse [de Portugal], de tous les fiefs qu'il avoit dans le terroir du château de Margat pour le prix de deux cents besans sarrazinois, de l'an* 1206. »

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 198 (XVIIIe s.).

1. Il s'agit probablement de Bertrand de Gibelet, petit-fils du premier Bertrand de Gibelet.

**1233.** — [Janvier][1] 1206, Ossington.

*Robert le Trésorier, grand-prieur d'Angleterre, confirme à Robert, fils d'Yves de Wykeham, l'acensement de diverses terres à Wykeham.*

Source : Londres, Musée Britannique, chartes de Harley, 44 E. 21 (orig.). — Texte : *The paleographical Society*, 2e série, II (Londres, 1894), planche 117 (avec fac-simile).

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego frater Robertus Thesaurarius, prior fratrum Hospitalis Jerosolimitani in Anglia, de communi assensu et voluntate fratrum nostrorum, concessimus et presentae (*sic*) carta confirmavimus Roberto, filio Ivonis de Wicham, et heredibus suis unum toftum et croftum, que fuerunt Ivonis, patris ejus, in Wicham, et unam portionem terre que abutissat super Benecroftewelle, et aliam portionem terre ad Wirmodewellesicham, et unum essartum bosci ad Frithwude, et unam gairam terre super Hagenegate, et unam peciam terre in Estdale Vuerhende, que habemus ex donatione Hugonis Malet de Lindwude, tenenda et habenda de domo nostra jure hereditario libere et quiete, reddendo inde singulis annis domui nostre duodecim denarios, medietatem ad pascha et medietatem ad festum sancti Michaelis, pro omni servicio nobis inde pertinente. Ita tamen quod, in obitu suo et heredum suorum, similiter tota tercia pars omnium catallorum suorum domui nostre remanebit. Hiis testibus : fratre Reimbaldo ; fratre Willelmo de Senegeia ; fratre Ricardo de Rotundo Fulgereto, presbiteris ; fratre Randulfo de Scaudeforda ; fratre Waltero de Stanforda ; fratre Nicholao de Cartmela, tunc preceptore apud Maltebi ; fratre Hugone de Besevilla ; fratre Rogero Foliot ; Waltero de Herefordia, clerico nostro. Anno ab incarnatione Domini M CC quinto, ad capitulum sancti Hilarii apud Oscintonam.

**1234.** — 28 janvier 1206, Vatican.

*Le pape Innocent III ordonne à Martin Lopez de Pisuerga, archevêque de Tolède, et à Martin Arias, évêque de Zamora, de forcer Alphonse IX, roi de Castille, à restituer aux Hospitaliers d'Espagne deux châteaux et trois villages qu'il leur avait enlevés par force.*

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 7, f. 62 (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 2671. — Texte : Bréquigny, *Diplomata, chartæ, epistolæ*, II, col. 823 ; Migne, *Patr. lat.*, CCXV, col. 782.

Innocentius, etc., [Martino], Toletano archiepiscopo, et [Martino], episcopo Zamorensi, etc. Ad nostram noveritis audientiam pervenisse quod, cum, procurante illo qui operibus pacis invidet, inter charissimos in Christo filios nostros [Alfonsum] Castelle, et [Alfonsum] Legionensem reges illustres, belli seditio mota esset, ac multa fuerint hinc inde hostiliter attentata, dilecti filii... prior et fratres Hospitalis Hierosolymitani in Hispania constituti, confixentes in illo qui posuit fines suos pacem, et nihilominus de regum ipsorum benignitate sperantes, qui, licet bellum moverent ad invicem, paupertatem suam non credebant esse illorum incursibus exponendam, castra sua et villas, in utriusque regni confinio constituta, non premu-

1. Le jour de la saint Hilaire tombant le 14 janvier, le chapitre tenu à l'occasion de cette fête par les Hospitaliers d'Angleterre eut lieu en janvier, dans la seconde moitié du mois, selon toute vraisemblance.

nierunt ut hostes, sed ut hospites repararunt. Rex vero Castelle, preter fiduciam eorumdem, duo castra Hospitalis ejusdem, videlicet Fraxin et Paradinas, et tres villas, scilicet Taurisellam, Taraucam et Portam, sita in confinio regni sui, eis abstulit violenter, non rememorans, dum hec ageret, quod periculosissimum sibi erat, invadendo jura servorum suorum, effici hostem Christi, dum contra faciem insurgeret inimici. Licet autem tu, frater archiepiscope, regem eumdem ad restitutionem eorum de mandato nostro monueris, nondum tamen in hoc acquiescere procuravit, unde predicti fratres damnum se queruntur gravissimum incurrisse. Nos vero, quia saluti regis ipsius non expedit villas et castra ipsa contra Deum taliter detinere, ipsum per litteras nostras monendum duximus et hortandum, ut ea conquerentibus, ut tenetur, restituere non postponat. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, et districte precipimus quatenus, si rex ipse, quod non credimus, adimplere forte neglexerit quod mandamus, vos, quantumcunque nobis molestum existat eum in aliquo aggravare, quia tamen magis Deo deferre quam homini nos oportet, ipsum ad id, sicut justum fuerit, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellatis; attentius provisuri ut mandatum apostolicum taliter implere curetis quod ex defectu vestro predicti fratres dispendium non incurrant, et nos sollicitudinem vestram possimus non immerito commendare, qui non possemus non ferre moleste, si ad hoc exsequendum exhiberetis vos tepidos vel remissos. Quod si non ambo, etc., alter, etc. Dat. [Rome apud S. Petrum], v kalendas februarii, [pontificatus nostri anno VIII].

### 1235. — 28 février 1206, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle d'Urbain III, du* 10 *mars* 1186 *ou* 1187 : « *Querela dilectorum filiorum* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 789.)

SOURCE : Paris, Arch. nat., MM. 11, f. 42 *b* (bullaire, XV<sup></sup>e s.).

Dat. Rome apud S. Petrum, II kalendas martii, pontificatus nostri anno IX.

### 1236. — 9 mars 1206, Nottingham.

*Jean sans Terre, roi d'Angleterre, ratifie la décision de la cour du roi à Londres qui, dans le différend entre la couronne et les Hospitaliers relativement à l'église de S. Madron de Runery en Cornouaille, avait reconnu les droits des Hospitaliers sur ladite église, qu'ils tenaient d'une donation d'Henri de Pomeroy (de Pomereia).*

SOURCE : Londres, Record office, rot. chart., 7 Johannis I, membr. 3 (copie contemp.); rot. litt. pat., 7 Johannis I, membr. 6 (copie contemp.)[1]. — TEXTE : *Rotuli chartarum,* I, I, 163; *Rotuli selecti ad res Anglicas et Hibernicas spectantes,* éd. J. Hunter, (Londres, 1834), 18.

Testibus : W[illelmo] Briwerii ; Petro de Stoka ; Simone de Pateshill. ; Jacobo de Poterna ; Radulfo Gernun. Datum per manum J[oscelini] de Welles, apud Notingam., IX die marcii, anno, etc., VII.

1. L'acte porte la mention : Cancellata quia in rotulo cartarum.

**1237.** — 12 mars 1206, Vatican.

*Le pape Innocent III informe l'archevêque de Compostelle qu'il a ratifié la décision des arbitres dans l'affaire des vœux de S. Jacques, pendante entre l'église de Compostelle, d'une part, et les Templiers, les Hospitaliers et les chevaliers de S. Jacques, de l'autre.*

SOURCES : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1172, f. 49 (copie de la Porte du Theil, XVIII$^e$ s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 7, f. 76 (copie contemp.). — ANALYSE : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 2713. — TEXTE : Bréquigny, *Diplomata, chartæ, epist.*, II, col. 859; Migne, *Patr. lat.*, CCXV, col. 832.

Innocentius, etc..., Compostellano archiepiscopo, etc. Cum a nobis petitur quod justum est et honestum, etc., *usque* inclinati, sententiam definitivam a venerabilibus fratribus nostris M[artino] Zamorensi, et G[undisalvo] Salamantin[ensi] episcopis, judicibus a sede apostolica delegatis, in causa votorum beati Jacobi, que inter ecclesiam Compostellanam, ex una parte, ac Templarios, et Hospitalarios, et fratres militie Sancti Jacobi, ex parte altera, vertebatur, mediante justitia promulgatam, sicut est justa, nec legitima provocatione suspensa, auctoritate apostolica confirmamus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Rome apud S. Petrum, IV idus martii, [pontificatus nostri] anno IX.

**1238.** — 24 avril 1206, Vatican.

*Le même confirme aux Hospitaliers les libertés et immunités qui leur avaient été concédées par Henri-Vladislas III, margrave de Moravie, les possessions de Kunice (Kunitz) et la chapelle de Hrusovany (Grussbach), qu'ils tenaient du comte Adalbert.*

SOURCE : Prague, Arch. du gr.-pr. de Bohême (recueil de copies). — ANALYSE : Erben, *Reg. dipl. Bohem. et Morav.*, I, 225, n° 495; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 2760. — TEXTE : A. Boczek, *Cod. dipl. et epistol. Moraviæ*, II, 36; Migne, *Patr. lat.*, CCXVII, col. 155.

Innocentius, etc., dilectis filiis... fratribus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, salutem, etc. Justis petentium desideriis, etc. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis et devotis postulationibus gratum impertientes assensum, libertates et immunitates Hospitali vestro et hominibus ejusdem a karissimo in Christo filio W[ladislao], illustri marchione Moravie, in terra ipsius concessas, sicut in ejusdem marchionis privilegio plenius continetur, nec non novas vestras possessiones, vobis a comite Adalberto in Cunici collatas, una cum capella in Grussovane, Hospitali vestro auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Rome apud S. Petrum, VIII kalendas maii, pontificatus nostri anno IX.

**1239.** — Juin 1206, Palerme.

*L'empereur Frédéric II, roi de Sicile, donne aux Hospitaliers de Butera deux charruées de terre dans le district de Lumedemes.*

SOURCE : Palerme, Bibl. com., ms. H. 12, f. 19 (copie d'Amico, XVII$^e$ s.). — ANALYSE :

Boehmer (éd. Ficker), *Reg. imperii*, V, 163, n° 584. — Texte : Winkelmann, *Acta imperii inedita sæculi XIII*, I, 85.

Fridericus, divina favente clementia rex Sicilie[1], ducatus Apulie et principatus Capue. Quod locis venerabilibus et sacrosanctis ecclesiis divinis obsequiis dedicatis Domino inspirante largimur, illi profecto damus a quo bonum omne suscepimus, eoque nostre celsitudinis intentio ad ecclesiarum profectus extenditur, ut salus et vita nostra eorum precibus Domino commendentur, quibus presentis vite subsidium munificentie nostre largitione ministratur. Inde siquidem est quod nos, attendentes celebrem cultum et hospitalitatis beneficium, quibus domus Hospitalis Jerosolimitani sancti Johannis in Domino ab universis viris catholice fidei summa cum devotione frequentatur, intuitu divine retributionis, pro salute nostra et divorum augustorum parentum nostrorum inclite recordationis animabus, de consueta nostre liberalitatis gratia, concedimus atque in perpetuum donamus domui Hospitalis, que est apud Buteram obedientia Hospitalis sancti Joannis de Messana, terras laboratorias ad duo aratra in tenimento Butere, quod dicitur Lumedemes, et est in dominio curie nostre, amodo et omni tempore ex presentis auctoritatis nostre munimine libere et sine impedimento aliquo possidendas. Ad hujus autem concessionis et donationis nostre memoriam et firmitatem perpetuo duraturam, presens privilegium scribi, et illius majestatis nostre sigillo jussimus communiri, anno, mense et indictione subscriptis. Dat. in urbe felici Panormi, anno dominice incarnationis M CC VI, mense junii, none indictionis, regni vero domini nostri Frederici, Dei gratia illustrissimi regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, anno nono, feliciter, amen.

## **1240.** — Juin 1206.

*Guillemette de Castellvell (de Castro Vetulo), vicomtesse de Narbonne, fille de Blaschite et sœur d'Albert de Castellvell, vend, moyennant* 250 *aurei, aux Hospitaliers de Saragosse une vigne qu'elle possède à Saragosse, au terroir d'Almoçara, près de la porte de Sanche.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, IV, 4 (copie, fin XIV[e] s.).

Facta carta mense junii, sub era M CC XL quarta.

## **1241.** — Juin 1206, Ferentino.

*Le pape Innocent III charge Robert d'Auvergne, évêque de Clermont, l'abbé de Mozat et Simon, archiprêtre d'Herment, au diocèse de Clermont, de terminer une affaire de sépulture entre le prieur de l'église de Montferrant et le procureur des Hospitaliers du diocèse de Clermont.*

Sources : Paris, Bibl.nat., lat. 12818, p. 344 (chronique de la Chaise-Dieu, copie XVI[e] s.);

1. Nous avons désigné Frédéric II par le titre sous lequel il est connu dans l'histoire, bien que souvent, et c'est ici le cas, il n'ait eu le droit ni de porter celui d'empereur, ni même celui de roi des Romains à l'époque où nous lui donnons la qualification impériale. Quand il figure dans un acte en qualité de roi de Sicile, nous avons toujours fait suivre le titre d'empereur de celui de roi de Sicile.

coll. Moreau, vol. 1171, f. 35, et vol. 1172, f. 128 (copies de la Porte du Theil, XVIII$^e$ s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 7, f. 87, (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 32 (copie de Smitmer, XVIII$^e$ s.). — ANALYSE : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 2806. — TEXTE : Baluze, *Hist. de la maison d'Auvergne* (Paris, 1708), II, 74 (à la date de 1207); Bréquigny, *Diplom., chartæ, epist.*, II, II, 912; *Mém. de l'Acad. des sciences, belles-lettres et arts de Clermont-Ferrand*, XXIV (Clermont-Ferrand, 1882), 83; Migne, *Patr. lat.*, CCXV, col. 903.

Innocentius, etc., venerabili fratri [Roberto], episcopo Claromontensi, et [dilectis filiis]... abbati Mauziacensi[1], et magistro Symoni, archipresbitero de Hermenco, Clarimontensis diocoesis [salutem, etc.]. In nostra presentia constitutis dilectis filiis... priore ecclesie Montis Ferrandi et B., procuratore Hospitalariorum Claromontensis diocoesis, venerabilem fratrem nostrum [Johannem], Sabinensem episcopum, concessimus auditorem; coram quo idem prior proposuit quod predicti Hospitalarii parochianos suos admittunt ad ecclesiastica sacramenta, et tam excomunicatos quam interdictos, et quosdam alios, videlicet Willelmum de Maceriis, Willelmum Dretturer, Johannem Bondiner, Durantem de Lavor, et duos pueros, filium scilicet Willelmi de Maceriis et filium Johannis de Ventador, infra annos legitimos constitutos receperunt ad ecclesiasticam sepulturam, propter quod ecclesia eadem dampnum sustinuit plus quam quinque milium solidorum. Quare prior idem humiliter supplicabat ut ipsis Hospitalariis interdicere ne decetero talia in ejus prejudicium attemptarent, et ad resarcienda dampna, que ex inde sustinuit, eosdem compellere dignaremur. E contra predictus proposuit procurator quod, tam ex privilegio quam indulgentia speciali, licet Hospitalariis omnes passim preter excommunicatos et interdictos ad ecclesiasticam recipere sepulturam, qui apud illos elegerint sepeliri. Fideicommissa quoque, ultima voluntate relicta, possunt licenter accipere, soluta tantummodo quarta parrochiali ecclesie de cujus parrochia mortuorum corpora assumuntur, preterquam de equis et armis que indulta sunt ipsis in subsidium Terre Sancte, de quibus quartam deducere non tenentur. Cum igitur hec et alia, que coram ipso episcopo fuere proposita, idem nobis fideliter retulisset, auditis et intellectis attestationibus et allegationibus universis, de consilio fratrum nostrorum, talem duximus sententiam proferendam quod predicti Hospitalarii de cetero non recipiant parrochianos ecclesie supradicte ad ecclesiasticam sepulturam, nisi apud eos elegerint sepeliri, et tunc parrochialis ecclesia de oblationibus, lectis et aliis que defunctus pro anima sua in ultima dispositione relinquit, preter quod de equis et armis, recipiat quartam partem, Hospitalarii residuum habeant, nisi dolo vel fraude eorum defunctus inductus fuerit ad dispositionem hujusmodi faciendam. Nihilominus ipsis Hospitalariis injungentes ut de quarta parte quinque milium solidorum priori satisfaciant memorato, cum constet eos a parrochianis prioris illos solidos recepisse, nec sit sufficienter ostensum quod eorum oblati vel commissi fuissent. Eisdem preterea duximus injungendum quod, nisi probaverint quod Willelmus Gastasallus, qui fuit interfectus in campis, apud ipsos elegerit sepulturam, universa, que ipsius intuitu receperunt, priori restituant memorato; alioquin quartam partem solummodo restituere teneantur. Pro filio vero Willelmi de Maceriis et filio Johannis de Ventador, quos constat infra annos legitimos decessisse, eisdem injunximus ut que sepulture illorum gratia receperunt, restituant universa. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, quod a nobis est sententialiter diffinitum, vos, appellatione remota, per censuram ecclesiasticam faciatis firmiter observari, contradictores censura simili compescentes. Quod si non omnes etc. Dat. Ferentin[i], II idus junii, [pontificatus nostri anno IX].

1. Il s'agit probablement d'Eustorge, abbé de Mozat, qui est connu en cette qualité en 1205.

**1242.** — 12 octobre 1206, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du 26 août 1180 :* « *Si discrimina que* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 590.)

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, II, 43 (copie, fin XIVe s.).

Dat. Laterani, IIII idus octobris, pontificatus nostri anno IX.

**1243.** — 1207.

*G[uillaume de Villiers], grand-prieur de France, échange avec le doyen et le chapitre de S. Rieul de Senlis dix deniers de cens, que l'ordre percevait sur la maison de Jean des Vignes, prévôt de Paris, sise à Senlis, contre quatre deniers de cens que le chapitre avait sur la maison d'Elisabeth la Requine, sise près de l'église de S. Geneviève de Senlis.*

SOURCE : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 110, f. 89 (copie d'Afforti, XVIIIe s.).

Actum anno Domini millesimo ducentesimo septimo.

**1244.** — 23 janvier 1207, Vatican.

*Le pape Innocent III renouvelle la bulle d'Alexandre III, du 23 janvier* 1168, 1169 *ou* 1170 : « *Cum dilectis filiis fratribus* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 392.)

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 18 (orig.).

Dat. Rome apud S. Petrum, X kalendas februarii, pontificatus nostri anno IX.

**1245.** — 25 janvier 1207, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du 23 janvier* 1168, 1169 *ou* 1170 : « *Cum dilectis filiis fratribus* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 392.)

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, II, 40 (copie, fin XIVe s.).

Dat. Rome apud S. Petrum, VIII kalendas februarii, pontificatus nostri anno IX.

**1246.** — 25 janvier 1207, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du 26 août 1180 :* « *Si discrimina que* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 590).

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 722 (deux originaux); Cartul. Magno, II, 42 (copie, fin xiv<sup>e</sup> s.).

Dat. Rome apud S. Petrum, viii kalendas februarii, pontificatus nostri anno ix.

## 1247. — 27 janvier 1207, Vatican.

*Le même autorise les Hospitaliers à édifier des villes et des églises et à ouvrir des cimetières dans les lieux déserts qu'ils possèdent dans le voisinage des Sarrasins.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 133 (copie contemp.).

Innocentius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Cum inter ceteros qui, post flendum Jerosolime captivitatis excidium, Terre Sancte necessitatibus astiterunt, specialiter vos pro ejus defensione noscamini laborasse, tanto nos convenit utilitatibus vestris, presertim in articulo imminentis adversitatis, intendere, quanto, quod vobis ex gratia speciali conceditur, non est dubium in universale Christi hereditatis presidium redundare. Hinc est igitur quod, ad exemplar felicis recordationis Alexandri, Lucii et Celestini, predecessorum nostrorum Romanorum pontificum, auctoritate vobis presentium indulgemus ut in locis desertis, que venerabilis vestra domus noscitur ubicumque ac presertim in confinio Sarracenorum habere, villas vobis edificare liceat et ecclesias, ac etiam ad opus hominum ibidem morancium cimiteria fabricare, proviso tamen quod abbatia vel religiosorum virorum collegium in illa vicinia non existat, que ob hoc valeat pertubari. Nulli ergo, etc. Data Rome apud S. Petrum, vi kalendas februarii, pontificatus nostri anno ix.

## 1248. — 27 janvier 1207, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du 27 novembre 1184 ou 1185 : « Cum vos tanquam ». (V. plus haut, I, n° 698).*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, II, 52 (copie, fin xiv<sup>e</sup> s.).

Dat. Rome apud S. Petrum, vi kalendas februarii, pontificatus nostri anno ix.

## 1249. — 31 janvier 1207, Vatican.

*Le même, consulté par le patriarche de Jérusalem sur divers points de discipline ecclésiastique, lui répond, notamment au sujet de la protection que les Templiers et les Hospitaliers accordent en Terre-Sainte aux malfaiteurs en leur donnant asile : « Tue fraternitatis discretio ».*

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 7, f. 139 *b* (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 83 (copie de Smitmer, xviii<sup>e</sup> s.). — Analyse: Bréquigny, *Diplom., chartæ, epist.*, II, ii, 1048; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 2994.— Texte : Migne, *Patr. lat.*, CCXV, col. 1083.

..... Quesivisti preterea ut, cum domus Templi et Hospitalis aliaque loca reli-

giosa immunitatem prebeant hiis qui ad ipsa confugiunt facinoribus perpetratis, et hujusmodi occasione refugii homicidia et alia multa enormia in illis partibus committantur, utrum confugientes pro suis excessibus ad loca predicta, reservata ipsis integritate membrorum, in publico carcere valeant retrudi, perpetuo pane tribulationis et aqua angustie sustentandi........ Nos autem, scientes te in jure sufficienter instructum et nequaquam quod juris sit in predictis articulis ignorare super eis, inquisitioni tue non duximus respondendum, ne forsan intentioni tue nostra fortius responsio contrairet. Dat. Rome, apud S. Petrum, II kalendas februarii, pontificatus nostri anno IX.

**1250.** — Février 1207 ou 1208[1].

*Julienne, dame de Césarée, avec l'assentiment d'Aymar de Layron, son mari, donne à l'Hôpital la maison de Robert Hohais avec trois charruées de terre dépendant de Caferlet, et deux pièces de terre entre Caferlet et le casal de Robert de Châtillon.*

SOURCES : Carpentras, Bibl. publ., ms. Peiresc 48, f. 528 et f. 670 (copies, XVII^e s., d'après un vidimus de Thomas, évêque de Bethléem et légat apostolique, vers 1253); Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 12[1] (orig. auj. perdu). — ANALYSE : Lambert, *Cat. des man. de Carpentras,* II, 290. — TEXTE : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 289, n° X. — EXTRAITS : Taaffe, *The history of the... order of S. John of Jerusalem,* IV, app. n° LXXXV.

In nomine sancte et individue trinitatis. Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Juliana, domina Cesaree, attendens omnia temporalia transitoria et caduca, solam elemosinam mortalibus permanentem et eterna remuneratione condignam, pro redemptione anime mee et salute animarum patris mei Hugonis bone memorie, quondam domini de Cesarea, et matris mee Isabelle, et omnium parentum meorum, predecessorum, presentium simul et successorum, spontanea voluntate, bona fide, pio et sano intellectu, cum assensu et voluntate domini Aymari, mariti mei, donavi et concessi Deo et beate virgini Marie, et sancto Joanni Baptiste, et omnibus fratribus sancte domus Hospitalis Iherosolimitani presentibus et futuris, et Christi pauperibus domum Roberti Hohais, que fuit quondam Georgii, militis, cum tribus carrucatis terre francesiis a parte orientis, que fuerunt de terra de Capharleth, et cum duabus petiis terre a parte salmarum cum introitibus et exitibus suis, cum boscis et pascuis et aquis, sicut predicti Robertus Hoais et Georgius, miles dictam domum cum suprascriptis habuerunt et tenuerunt. Que domus cum suprascriptis sita est inter Capharleth et casale Rogerii de Chasteillon. Et ut ista elemosina rata sit, permanens perpetua et inconcussa, presentem paginam feci sigilli mei munimine roborari. Testes sunt : dominus Petrus, venerabilis archiepiscopus de Cesarea; frater Galfridus lo Rath, magister predicte domus ; frater Isembardus, preceptor Acconensis, quem de supradicta elemosina investivi et saisivi per guantum; frater Galfridus, bajulus de Jafe; frater Symon de Calenchum; frater Amauricus. De fratribus Templi: frater Petrus de Moneta, preceptor; Galfridus Anglicus; Wuillelmus de Brienҫon. De secularibus : comes Bertorth; Herri le Aleman; Willermus Embriac ; Simon de Cesarea; Conselath; Julianus; Philippus de Dubbes ; Guido de Laron; Adam Coste, juvenis ; Thomas de Maugastel ; Guido Flumine ; Hugo de Buria. Actum anno verbi incarnati M CC VII, mense februarii.

1. Ignorant le style suivi par les seigneurs de Césarée, nous ne pouvons préciser cette date.

## 1251. — Février 1207 ou 1208[1].

*La même donne à l'Hôpital le casal de Pharaon, et choisit sa sépulture dans le cimetière de l'ordre.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 10 (orig. auj. perdu)[2]. — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 94. — Extraits : Taaffe, *The history of... the order of S. John of Jerusalem*, IV, app. n° LVIII.

In nomine sancte et individue trinitatis. Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Juliana, domina Cesaree, attendens omnia temporalia et transitoria esse caduca, solam elemosinam mortalibus permanentem et eterna remuneratione condignam, pro redemptione anime mee et pro salute animarum patris mei Hugonis bone memorie, quondam domini de Cesarea, et matris mee Isabel, et omnium parentum meorum predecessorum, presentium simul et successorum, spontanea voluntate, bona fide et sano intellectu, cum assensu et voluntate domini Aimari, mariti mei, donavi et concessi Deo et beate virgini Marie, et sancto Johanni Baptiste, et omnibus fratribus sancte domus Hospitalis Iherosolimitani presentibus et futuris, et Christi pauperibus, casale, quod appellatur Pharaon et Seingibis, cum omnibus villanis suis, cum terris cultis et incultis, montanis et planis, et cum omnibus suis pertinentiis in perpetuam elemosinam, libere et quiete; concedens eidem domui quicquid juris et dominii ibidem liberius et quietius ego et pater meus vel antecessores mei habuimus, vel habere debuimus. Sunt autem termini Pharaon et Seingibis ab oriente pertingentes ad Caveam Ficuum, ad Petram Molarum usque ad fines Caphet; a meridie vero usque ad fines Phardesi, casalis domini Gormundi; ab occidente usque ad fines Calanchun, quod est ejusdem Hospitalis; a septentrione autem usque ad Caveam Artais. Elegi etiam mihi locum sepulture in Hospitali, sicut consoror ejusdem domus et amica, cui dicte domus pietas multum boni semper contulit et honoris. Ego vero non possum me conferre alteri religioni nisi Hospitali, et fratres domus tenentur mihi ad petitionem meam, in vita vel in morte, dare habitum Hospitalis benigne et caritative; et, dum vixero, tamquam sorori domus mihi deesse nec poterit, nec debebit. Et ut ista elemosina mea rata sit, permanens perpetua et inconcussa, presentem paginam feci sigilli mei munimine roborari. Testes sunt : dominus Petrus, venerabilis archyepiscopus de Cesarea; frater Gofridus lo Rath, magister predicte domus; frater Isembardus, preceptor Accon, quem de supradicta elemosina investivi et saisivi per unum guantum; frater Gefridus, bajulus de Jafe; frater Symon de Calanchun; frater Amauricus. De Fratribus Templi : frater Petrus de Monea, preceptor; Galfridus Anglicus; Willermus de Brienchon. De secularibus : comes Bertot; Horri l'Aleman; Willelmus Embriach; Symon de Cesarea; Conselath; Julianus; Philippus de Dubbes; Guido de Laron; Adam Coste, juvenis; Thomas de Maugastel; Guido de Flumine; Hugo de Burin. Actum anno verbi incarnati M CC VII, mense februarii.

## 1252. — Février 1207, Paris.

*Philippe-Auguste, roi de France, confirme la donation faite aux Hospitaliers*

1. V. la note de la pièce précédente.
2. Le sceau de la dame de Césarée, aujourd'hui perdu, qui scellait cette donation, a été reproduit par Pauli (*Cod. dipl.*, I, pl. 4, n° 45).

*de S. Jean en l'Ile par Thibaut de Bréon d'un cens annuel à la Celle sous Moret.*

Source : Paris, Arch. nat., K. 27, n° 9² (orig.). — Analyse : J. Tardif, *Cartons des rois*, 341, n° 740.

Philippus, Dei gratia Francorum rex. Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod Tibaldus de Breon, de assensu uxoris sue, dilectis nostris fratribus Hospitalis in perpetuam elemosinam dedit triginta duos solidos et dimidium de annuo censu apud Cellam juxta Moretum, ita tamen quod predictum redditum tenebit idem Tibaldus quamdiu vixerit, et in recognitione donationis sue domui Hospitalis singulis annis reddet quinque solidos; post decessum autem ejus, illi triginta duo solidi et dimidius de predicto censu libere et pacifice, et sine contradictione aliqua devenient ad fratres Hospitalis. Theobaldus autem, panetarius noster, de cujus feodo census predictus movet, donationem istam laudavit et concessit. Nos vero, ut hoc firmum et stabile habeatur in perpetuum, ad petitionem ejusdem Tibaldi de Breon, divine karitatis intuitu, presentem paginam confirmamus. Actum Parisius, anno incarnationis Domini M CC sexto, mense februarii.

## 1253. — Février 1207, Manosque.

*Raymond II de Baux accorde à Bertrand d'Olivella, grand-prieur de S. Gilles, l'exemption de péage sur ses terres pour les Hospitaliers.*

Sources : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 54, n° 3 (confirmation de Bertrand de Baux, du 8 octobre 1257) ; Paris, Bibl. nat., lat. 9001, f. 75 (copie d'A. de Naberat, XVII<sup></sup>e s.). — Analyse : Dr L. Barthélemy, *Inventaire chronologique et analytique des chartes de la maison de Baux* (Marseille, 1882), 121, n° 422.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quod ego Raimundus de Baucio, pro salute anime mee vel parentum meorum, dono et concedo domino Deo et sancte domui Ospitalis Jerosolimitani, et tibi fratri Bertrando de Olivella, priori apud S. Egidium, et per te universis fratribus presentibus et futuris, dono et concedo per me et meos hanc libertatem semper quod per totam meam terram de rebus suis propriis non donent pedagium neque in aqua nec in terra. Huic vero donationi presentes fuerunt: dominus comes Sancius[1]; Ugo de Baucio; Blacatius; Bernardus de Novis; Petrus de Lunci. De fratribus : Petrillo, comandator in Provincia; Dalmacius, preceptor domus Manuasce ; Willelmus Morri ; Vilelmus de Navi ; Johannes de Monsone. Actum est hoc mense februarii, in domo Ospitalis Manuasce, anno verbi incarnati M CC VI. Ego Dominicus, notarius, rogatu dicti Raimundi de Baucio hoc scripsi, et hoc signum feci.

## 1254. — 3 février 1207, Vatican.

*Le pape Innocent III aux prélats. Il renouvelle la bulle de Lucius III, du 7 mars 1185 : « Dilecti filii nostri fratres ». (V. plus haut, I, n° 752).*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 18 (orig.).

Dat. Rome apud S. Petrum, III nonas februarii, pontificatus nostri anno IX.

1. Sanche, comte de Provence, frère d'Alphonse II, roi d'Aragon.

**1255.** — 8 février 1207, Manosque.

*Guillaume IV, comte de Forcalquier, abandonne aux Hospitaliers ses droits sur Manosque et Toutes-Aures.*

Sources : Arles, Arch. comm., GG, auth. de S. Gilles, f. 167 (copie, comm. du xiiie s.) ; Manosque, Arch. comm., Ka. 9 (orig.); Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 628 (orig. bullé). — Analyse : Carpentras, Bibl. publ., ms. Peiresc 48, f. 606 (xviie s., d'après l'auth. de S. Gilles) ; *Rev. hist. de Provence*, I (1890), 93.

In apicibus literarum memoria comendatur, ne res gesta penitus oblivioni tradatur. Presentibus igitur et futuris hoc presenti scripto cunctis notificetur quod ego W[illelmus], Dei gratia comes Forcall[querii], filius domini comitis Bertrandi et domine comitisse Jaucerande, Dei amore et pietatis intuitu, et in redempcionem omnium peccatorum meorum, domino Jhesu Christo et omnibus sanctis suis, et sancte domui pauperum Christi Ospitalis Jherusalem, et fratribus ibi habitantibus presentibus et futuris, dono et concedo, et offero me ipsum et propriam domum meam, scilicet palacium et burgum de Manuascha, cum illis omnibus hominibus et mulieribus qui nunc habitant vel in antea habitabunt in jam dicto burgo de Manuascha. Et dono et offero domino Deo et sacre domui et fratribus Ospitalis, bono animo et spontanea bona voluntate, sine ullo retenemento, sine ullo vicio et ingenio, omnes rationes meas et justas possessiones, que ab antiquo ab antecessoribus meis habeo vel habere debeo in bur[go] de Manuascha intus et extra, in heremo et inculto, et in toto territorio sicut pertinent ad sepedictum burgum de Manuascha. Et etiam illud jus et racionem, quam habeo vel habere debeo in Totis Auris et in territorio suo, cum hac supradicta donatione dono et confirmo. Et ut firmiter et fideliter teneatur, et per me et per meos incorrupte servetur, jurejurando promito et confirmo, si Deus me adjuvet et h[ec] sancta evangelia, vobis domino priori S. Egidii, Bertrando nomine de Olivella. Hujus donacionis testes sunt : frater Stefanus Angelarius, tunc cappellanus jamdicti prioris; et frater Petrillonus, tunc preceptor in Provincia; et frater W[illelmus] Morre; Ramundus Osa Sica; B[ermundus], Forojuliensis episcopus; Bertrandus Cornuti ; Petrus Nigrelli; Xamenus de Vilava; Bertrandus Andreas ; W. Petri; Garnerius; Bertrandus Felicius; W. Vetula; Rostagnus Rainaudi ; Ramundus Bontos ; Poncius Rainaudi ; Johannes de Saunaria; Petrus, domini comitis notarius, qui propria manu scripsit et dictavit, et suum (*Seing manuel*) apposuit. Actum est (est) hoc in palacio Manuasche et in camera subtus capella, vi idus februarii, feria v, dominice incarnationis anno m cc vi.

**1256.** — 22 février 1207.

*Martin d'Andos, châtelain d'Amposte, avec le consentement et l'avis de Pierre, commandeur de S. Valentin, acense à Arnaud de Salellas et à sa femme Ermessende une pièce de terre sise à Azgronn, terroir de Terrasola, comté de Barcelone.*

Source : S. Gervasio de Cassolas, Arch. du gr.-pr. de Catalogne, 17 arm. de Villafranca, sac T, n° 365 (chirogr. orig.).

Actum fuit hoc vii kalendas marcii, anno Domini m cc vii.

**1257.** — 9 mars 1207, Latran.

*Le pape Innocent III renouvelle la bulle de Célestin III, du 3 juin 1193, pour Sigena : « Prudentibus virginibus que ». (V. plus haut, I, n° 947.)*[1]

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 131-132 (copie de Fernandez, faite en 1796). — Texte : Varon, *Historia del real monasterio de Sixena* (Pampelune, 1773-76), II, p. xlix.

Dat. Laterani, per manum Johannis, S. Marie in Cosmedin diaconi cardinalis, sancte Romane ecclesie cancellarii, vii idus martii, indictione nona, incarnationis dominice anno m cc vii, pontificatus vero domini Innocentii pape tercii anno x.

**1258.** — 17 mars 1207, Manosque.

*Guillaume IV, comte de Forcalquier, à la prière de Pierre de Montfaucon, grand-prieur de S. Gilles, confirme aux Hospitaliers la donation de Manosque et de Toutes-Aures, à eux faite par Guigues II, comte de Forcalquier, son oncle, le 1 juin 1149. (V. plus haut, I, n° 186.)*

Sources : Arles, Arch. comm., GG, auth. de S. Gilles, f. 166 *b* (copie, comm. xiii^e s.) ; Carpentras, Bibl. publ., ms. Peiresc 48, f. 639 (copie, xvii^e s.); Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 627 (orig.). — Analyse : Carpentras, Bibl. publ., ms. Peiresc 48, f. 606 (xvii^e s., d'après l'auth. de S. Gilles); Lambert, *Cat. des man. de Carpentras*, II, 293; *Rev. hist. de Prov.*, I (1890), 93. — Texte : A. de Ruffi, *Hist. des comtes de Provence* (Aix, 1655), 145.

In apicibus literarum memoria comendatur, ne res gesta penitus oblivioni tradatur. Presentibus igitur et futuris hoc presenti scripto cunctis notificetur quod ego W[uillelmus], Dei gratia comes Forcal[querii], filius domini comitis Bertrandi et domine comitisse Jaucerande, Dei amore et pietatis intuitu, et in redemptionem peccatorum meorum, corroboro atque confirmo specialiter Deo et Hospitali Jherosolimitane (*sic*), et pauperibus, et omnibus fratribus presentibus et futuris, in manu de te Petro de Montefalcono, priore S. Egidii, donationem quam Guigo, bone memorie comes Forcal[querii], avunculus meus, domui Hospitalis fecit de Manuascha, burgo scilicet et castello, et de Totis Auris, cum eorum territoriis, hoc est usque ad territorium S. Tulie, et usque ad territorium Petre Viridis, et usque ad territorium Montisfuronis, et usque ad territorium S. M[arti]ni, et usque ad territorium Dalfini, et usque ad territorium de Vols, usque ad [flum]en Durencie, sicut instrume[nto] donacionis continetur. Nunc quoque specialiter, ad omnem ambiguitatem tollendam, de novo, domino Jhesu Christo, et omnibus sanctis suis, et specialiter sancte domui pauperum Christi Hospitalis Jherosolimitani, et fratribus ibi habitantibus, presentibus et futuris, dono, concedo, et offero me ipsum, et propriam domum meam, scilicet palacium de Manuascha, et castrum de Manuascha, cum omnibus pertinentiis suis, intus et extra, cultis et incultis, sicut melius habui vel habere debui et possidere. Item dono, concedo, offero Deo et fratribus Hospitalis burgum de Manuascha, cum omnibus hominibus et feminabus qui nunc ibi habitant vel in futurum habitabunt, et omnes possessiones omniaque jura, que ab antiquo ab antecessoribus meis habeo vel habere

1. Il est fort probable qu'il y a une erreur dans la transcription de la date de mois de cette bulle, et que celle-ci ne fait qu'une avec celle du 9 mai 1207. (V. plus bas, p. 70, n° 1261.)

debeo, vel habere visus sum, in burgo de Manuascha vel in ejus pertinentiis, intus vel extra, scilicet in terris cultis et incultis, pratis, pascuis vel nemoribus, demum in quibuscumque rebus sit et esse possit, que specialiter vel generaliter possent nominari, et quicquid habeo vel habere debeo in Totis Auris, et in ejus territorio et pertinentiis. Demum quicquid habeo vel habere debeo in omnibus suprascriptis lociis (*sic*) vel infra predicta loca, sicut superius designata sunt et terminata, in eadem donacione concludo, et jure perfecte donacionis inter vivos trado tibi Petro de Montefalcono, priori S. Egidii, nomine Hospitalis accipienti. Confiteor attamen et recognosco me hanc donacionem a domo Hospitalis et a fratribus habere et possidere dum vixero. Et ut, post dies et finem hujus vite mee, jam dicta domus Hospitalis hanc donacionem habere et possidere valeant (*sic*), promitto me donacionis confirmacionem perpetuo servaturum, et nullo jure vel racione contraventurum, tactis sacrosanctis evangeliis, corporaliter juro. Hujus donacionis et confirmacionis testes sunt : W[illelmus], Vapinensis (*sic*) episcopus[1]; Bertrandus de Olivella, preceptor S. Egidii[2]; Bermundus de Ludunzonio, preceptor S. Thome; Petrillonus, preceptor in Provincia; Ramundus de Ledinano, capellanus in Palacio; W[illelmus] Morre; Petrus Goescal[ci], capellanus comitis; Lantelmus de Bedoino; Antoninus; Ramundus Buxonus; Isoardus; W. Petri; Garnerius; Bertrandus Felicius; Giraudus Ebrardi; Rostagnus Rainaudi et filius ejus; W. Rainaudi; Guigo Arquerius; W. Faber; Ugo de Auriol; Rostagnus Carbonellus; W. Blancus; W. Martinus; Jacobus Malpel; W. Simon; W. Vetula; Petrus Borgarellus; Tassilus Medicus; W. Martellus; W. Ramundi Treballus. Actum est hoc in palacio Manuasche, ante hostium camere subtus capella, sub dominice incarnationis anno M CC VI, indictione VIIII, XVI kalendas aprilis. Petrus, domini comitis notarius, scripsit, dictavit domini comitis mandato, et sigillavit, suumque (*Seing manuel*) apposuit.

## 1259. — 18 avril 1207, Latran.

*Le pape Innocent III renouvelle la bulle de Lucius III, du 12 décembre 1184 : « Si diligenter attenditis ». (V. plus haut,* I, *n*° 706.)

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 71 (copie, XVI° s.).

Dat. Laterani, XIV kalendas maii, pontificatus nostri anno X.

## 1260. — 3 mai 1207, Pampelune.

*Jean de Tarazona, évêque de Pampelune, règle les droits de son église et ceux de l'Hôpital sur les dîmes de Castiliscar. (V. plus haut,* I, *n*° 592.)[3]

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 268 (charte-partie orig.).

Facta carta anno ab incarnatione Domini M CC VII, mense maii, in die sancte Crucis, in conventu Pampilonensi.

1. Guillaume III de Gibelin fut évêque de Gap de 1205 à 1212.

2. On ne s'explique pas comment Bertrand d'Olivella, qui était grand-prieur de S. Gilles en février 1207 (V. plus haut, n°s 1253 et 1255), ait été, en mars suivant, déchu de son grand-prieuré pour passer au rang de simple précepteur de S. Gilles.

3. Le texte a été donné plus haut. (Voir I, n° 592.)

### 1261. — 9 mai 1207, Latran.

*Le pape Innocent III renouvelle la bulle de Célestin III, du* 3 *juin* 1193, *pour Sigena* : « *Prudentibus virginibus que*[1] ». (*V. plus haut,* I, *n°* 947.)

SOURCE : Rome, Arch. du Vatican, reg. 7 A, f. 14 (copie contemp.). — ANALYSE : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 3098. — TEXTE : Baluze, *Innoc. III epist.*, II, 31 ; Migne, *Patr. lat.*, CCXV, col. 1155.

Dat. Laterani, per manum Johannis, S. Marie in Cosmedin diaconi cardinalis, sancte Romane ecclesie cancellarii, VII idus maii, indictione VIIII, incarnationis dominice anno M CC VII, pontificatus vero domini Innocentii pape III anno X.

### 1262. — 22 mai 1207.

*Raymond Rupin, prince d'Antioche, avec l'assentiment de Léon II, roi d'Arménie, son oncle et tuteur, donne à l'Hôpital la ville de Giblet.*

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 12 (orig. auj. perdu). — TEXTE : V. Langlois, *Le trésor des chartes d'Arménie* (Venise, 1863), 130; Pauli, *Cod. dipl.*,I, 95. — EXTRAITS : Taaffe, *The history of the... order of S. John of Jerusalem*, IV, app. n° LIX.

In nomine individue sancte trinitatis, patris et filii et spiritus sancti, amen, amen, amen. Notum sit omnibus hanc paginam intuentibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Rupinus, Dei gratia Antiochie princeps, ex innata benignitate mea, et pro remissione peccatorum anime mee et animarum anticorum meorum, dono et firmiter concedo sacrosancte domui Hospitalis Iherusalem infirmorum civitatem Gibel cum omnibus pertinenciis suis que sunt nominate, tam intrinsecus quam extrinsecus, in montanis et planis, laboratis et non laboratis, et nemoribus, et aquis, et cum omni ditura sua et omni conquestu. Tali modo quod ego, quamdiu fuero, manutenebo donum istud contra omnes contradicentes homines presentes et futuros. Et ut sit hoc scriptum hujus doni firmum, rogavi dominum Leonem, avunculum et balium meum, Dei et Romani imperii gratia regem Armenie, ut faceret roborari hoc scriptum cum sigillo suo aureo, et testimonio proborum inclitorum baronum suorum, quorum nomina subsequuntur. Preterea ego Rupinus, prefate Antiochie princeps, ad confirmandum hoc privilegium hujus predicti doni, dedi fidem meam fratri Garino de Monte Acuto, marescalco ejusdem domus Hospitalis, coram fratre Goberto, preceptore domus Hospitalis Antiochie, et fratre Girent Dedolue, et fratre Bernardo, quod, annuente Domino, quando pervenero ad etatem, faciam hoc privilegium cum meo proprio sigillo roborari. Hujus rei enim sunt testes : ego Leo, rex Armenie, [balius] predicti nepotis mei Rupini, principis Antiochie, qui sigillo meo feci muniri hoc privilegium, concedo predicte domui..... quamdiu vixero paratus ero manutenere omnia que continentur in isto scripto, et etiam facere roborari cum sigillo..... ad etatem. Ego Eburgarib, regni Armenie comestabulis, testis sum. Ego Basilius Sefricum, predicti regni marescalcus, testis sum. Ego Adam de Gastonis testis sum. Ego Robertus, civitatis Antiochie comestabulus, testis sum. Ego frater Garinus de Monte Acuto, marescalcus predicte domus, testis sum. Ego

1. Les premiers mots : « Prudentibus virginibus que sub habitu » manquent au registre du Vatican.

frater Gobertus, predicte domus Hospitalis Antiochie, testis sum. Ego Girencius Dedolue, frater ejusdem domus, testis sum. Ego Bernardus, ejusdem domus frater, testis sum. Factum est autem hoc privilegium in tempore fratris Gofredi li Rat, magistri ejusdem domus Hospitalis infirmorum Iherusalem, et datum est per manus Basilii, fidelis cancellarii domini L[eonis], regis Armenie, avunculi mei, in XXII die madii, indictione X, anno dominice incarnationis M CC VII feliciter, amen. † Λεο[1].

**1263.** — [Après 22 mai 1207].

*Le même prie les cardinaux de faire confirmer par le pape la donation de la ville de Giblet, qu'il a faite à l'Hôpital. (V. plus haut, n° 1262.)*

SOURCES : Paris, Bibl. nat., fonds Decamps, vol. 100, f. 32 *b* (copie, XVII° s., à la date approximative de 1224); fonds Dupuy, vol. 1, f. 94 (copie, XVII° s.)[2]: fonds franç., 3910, f. 62 (copie de la coll. de Mesmes, XVII° s., d'après Dupuy.) — ANALYSE : Paris, Bibl. nat., portefeuille Fontanieu 530.

Reverendis in Christo patribus et dominis episcopis, presbyteris, diaconibus et sacrosante Romane matris ecclesie cardinalibus Raymundus Rupini, Dei clementia princeps Antiochenus, salutem et tam debitum quam devotum in omnibus famulatum. Majestati vestre significo, patres sanctissimi, me per privilegium, pro anima mea et parentum meorum, civitatem Guabeli cum suis omnibus pertinentiis, sicut in eodem privilegio continetur, sancte domui Hospitalis Jerosolimitani tradidisse, et, quod prius feceram, per privilegium ardenti cupiens desiderio adimplere, non post multum temporis dicta civitate a paganis vacua derelicta, personaliter cum quibusdam meis hominibus in manu valida equitum et peditum per mare et per terram ad ipsam accedens, fratribus ejusdem domus possessionem tradidi corporalem. Preterea in eminentiori loco civitatis meum principale vexillum erigens et infingens, tandemque resumens manu propria, in signum donationis perpetue in manus fratris Jouberti, castellani Margati, et aliorum fratrum Hospitalis adstantium tradidi, et vexillum supra memorate domus eodem loco quo meum ante erexeram collocavi, quicquid juris tam ex dominico principatus quam aliunde me inde poterat contingere, prefate sancte domui Hospitalis totum donans coram omni congregato ibidem populo et concedens, precepi militibus, qui mecum venerant ad eandem et olim ibi habuerant sua feoda, predictis fratribus facere homagia, sicut mihi et aliis quondam principibus facere tenebantur. Postmodum autem reversus Antiochiam, congregata mea curia, et banno in civitate per preconem publice promulgato, precepi omnibus qui ibi habebant feoda quod homagia, que mihi tenebantur facere de his que habebant in Guabeli dominio, facerent fratribus Hospitalis. Et in mea presentia quemadmodum volui et precepi continue multi fecerunt. Quapropter universitatis vestre clementiam attentius, devote et humiliter exoro quatenus intercedere dignemini apud dominum papam, ut confirmare dignetur hoc donum quod feci predictis fratribus, quorum sanctum collegium in defensione christianitatis et pauperum hospitalitate citra mare precipuum locum tenet, et mei meorumque omnium contra pravitatem barbaricam sunt speciale presidium, quorum etiam consilio et subsidio spero et necesse habeo specialius gubernari. Et notandum quod quicquid de donatione, quam feci superius, est relatum, actum est ecclesiarum in omnibus salvo jure.

1. Signature en cinabre, lettres grecques.

2. Dupuy n'indique pas la source à laquelle il a emprunté la transcription de cette pièce; mais il reproduit, à la suite de celle-ci, la bulle de plomb de Raymond Rupin, qui l'accompagnait; cette particularité implique qu'il a eu l'original sous les yeux.

**1264.** — 28 mai 1207, Bâle.

*Philippe II, roi des Romains, prend sous sa protection les Hospitaliers et particulièrement la commanderie d'Heimbach, et permet aux sujets de l'empire de faire des donations à l'ordre.*

Sources : Frauenfeld, Arch. du cant. de Thurgovie, div. Tobel, tiroir II, liasse 2 (vid. du notaire impérial de Fribourg, du 23 novembre 1374); Harlem, Arch. comm., L. 42, f. 38 (bullaire, fin xv<sup>e</sup> s.); Lucerne, Arch. cant., comm. de Hohenrein (vid. de 1519); Munich, Arch. roy. de Bavière, comm. Rotenbourg, fasc. 1 (vid. de l'évêque de Wurtzbourg, du 25 janvier 1275); Bibl. roy., lat. 4620, f. 129 *b* (copie, xiv<sup>e</sup> s.). — Analyse : Boehmer, *Regesta imperii* (éd. Ficker), V, 43, n° 146; Hidber, *Schweizerisches Urkundenregister*, III (vers 1878), 15, n° 2941; K(rapf), v(on) R(eding) *Die Reg. der Johanniter Comthurei Tobel*, n° 2, dans Th. v(on) Mohr, *Die Reg. der Arch. in der Schweizerischen Eidgenossenschaft*, II (Coire, 1852); *Monumenta Zollerana*, I (Berlin, 1852), 29. — Texte : Meyer, *Thurgauisches Urkundenbuch*, II, 281; *Monumenta Boica*, XXXI, I, 468; Neugart, *Episcopatus Constantiensis*, II, 521 (d'après une copie des arch. de la comm. de Villingen).

Philippus secundus, Dei gracia Romanorum rex semper augustus. Decet regalem clemenciam loca divinis deputata obsequiis protectionis sue clippeo tueri diligenter, et circa commoda earum et utilitates curam non segnem et operam impendere efficacem. Eapropter ad universorum imperii fidelium presentis etatis et posteritatis successure noticiam duximus perferendum quod nos, animadvertentes tam salubrem quam honestam fratrum Hospitalis sancti Johannis Baptiste conversationem, quantaque locus idem contra inimicos crucis christiano nomini prebeat subsidia, domum cum omnibus possessionibus et mancipiis suis in imperio nostro constitutis, et specialiter predium suum in Heimbach, sub omnimodo majestatis nostre recipimus protectionem, regia auctoritate memorate domui et fratribus ipsis confirmantes quecunque bona in presenciarum possident, queve imposterum prestante Deo poterunt juste acquisitionis titulo adipisci. Ad hec, divine retributionis intuitu, et ob remedium animarum progenitorum nostrorum, concedimus et promittimus ut quicunque homo ingenuus vel ministerialis aut cujuscunque conditionis de bonis illis, que de manu nostra tenet, sive illa imperii sint vel ratione proprietatis nobis pertineant, aliquid sepefato Hospitali erogare voluerit, libere id et sine consensus nostri facere possit requisitione, ipsam donationem tanquam per manus nostras factam perpetuo robore vigere decernentes. Si quis igitur locum illum in bonis suis deinceps molestare presumpserit, vel dampnum sibi aut injuriam quacunque occasione irrogare, iram tremendi judicis nostreque sublimitatis offensam se noverit graviter incursurum. Quod ut verius credatur, hanc paginam exinde conscriptam sigillo nostro jussimus communiri. Testes hujus rei sunt : Amedeus, Bisuntinensis archiepiscopus; Conradus, Spirensis episcopus; Liudolphus, Basiliensis episcopus ; Henricus, Argentinensis episcopus ; Bertholdus, dux Zeringie[1]; Thomas, comes Sabaudie[2]; comes Sibertus de Viarada ; comes Rodolfus de Habspurg[3]; comes Fridericus de Liningen ; comes Fridericus de Zolre[4]; comes Wolfrandus de Veringen ; Hermannus de Marchdorf; Henricus, dapifer de Walporch; Henricus de Scharphenberch, et alii quam plures. Datum apud Basiliam, anno dominice incarnationis millesimo CC VII, V kalendas junii, indictione decima.

1. Berthold V de Zähringen mourut en 1218.
2. Thomas I, comte de Savoie.
3. Il mourut en 1232.
4. Frédéric, comte de Zollern.

**1265.** — 28 mai 1207, Bâle.

*Le même ratifie la vente d'un domaine à Mundingen, faite par Henri d'Heimbach, maître de l'Hôpital en Allemagne, moyennant* 150 *marcs, à Berthold, abbé de Tennebach.*

Source : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, diplômes impériaux n° 3 (orig. scellé). — Analyse : J.-F. Boehmer, *Regesta imperii* (éd. Ficker), V, 43, n° 147; *Fürstembergisches Urkundenbuch*, I (Tubingue, 1877), app., 345, n° 112; *Zeitschrift für Geschichte der Oberrheins*, XI (1860), 20, et nouv. série I(1886), 63. — Texte : Marian, *Austria sacra* (Vienne, 1780), I, II, 298.

Philippus secundus, Dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Sicut juri congruit et rationi est consuetaneum, ita non minus id pietatis tramiti competit, et equitatis ordo satis expostulat ut illa, que per quosque fideles nostros committuntur, sive per commercium cujuscumque contractum, sive per quamcumque conventionem, redigantur in publico instrumento, ne processu temporis per oblivionem id a memoria hominum elabatur, et si malitia hominum hoc quandoque revocetur in dubium, per evidentiam ipsius autentici negocii veritas cognoscatur. Hinc sane est quod nos ad notitiam omnium fidelium nostrorum, tam presentis etatis quam posteritatis successure, volumus pervenire quod, accedens ad presentiam nostram frater Heinricus de Heimbahc cum quibusdam confratribus suis, qui est magister in Alemannia omnium Hospitalariorum S. Johannis Baptiste in Jerusalem, significavit nobis quod ipse, de consensu et voluntate totius conventus fratrum et capituli sui, quamdam curtem in Mundingen cum omnibus appendiciis et pertinenciis suis, et cum omnibus utriusque sexus mancipiis, cum aquis et aquarum decursibus, agris, vineis, pratis, ortis, pomeriis, silvis, pascuis, liberam quoque ab omni occupatione feudali sive censuali, et ab omni pignoraticia actione absolutam, vendiderit pro CL marcis dilecto nostro Bertholdo, abbati de Tennibahc, et hoc nomine ipsius ecclesie de Tennibahc, et sibi in perpetuum mancipandam. Ad majorem quoque jamdicti abbatis et ecclesie sue in hoc contractu securitatem, ipsa jamdicta curia in Mundingen, cum universis supradictis appendiciis suis, in manus nostras tradita fuit, et nos tunc ipsam donavimus antefato abbati et sue ecclesie in Tennibahc jure proprietatis perpetuo possidendam. Significamus ad hec quod nos jamdicta bona in Mundingen, et universa alia bona, que ipsum monasterium nunc possidet vel de cetero justo aquisitionis titulo conquisierit, cum omnibus quoque personis Deo ibi famulantibus, sub protectionem regie suscepimus majestatis, pacemque et omnimode quietis tranquillitatem sibi precipimus inviolabiliter observari, et quicumque ipsos in aliquo molestaverit, aut rerum eis intulerit dispendium, iram omnipotentis Dei nostreque sublimitatis gravem offensam se non ambigat incurrisse. Ut autem hec omnia rata semper et inconvulsa permaneant, hanc divalem paginam exinde conscriptam sigilli nostri karactere jussimus communiri. Hujus rei testes sunt : Amedeus, Bisuntinus archiepiscopus ; Liudolfus, Basiliensis episcopus ; Conradus, Spirensis episcopus ; Heinricus, Argentinensis episcopus ; Bertholdus, dux Ceringie ; Thomas, comes Sabaudie ; comes Rodulfus de Hauspurc ; comes Fridericus de Ferreto ; comes Sibertus de Werda ; comes Fridericus de Liningen ; comes Hermannus de Vroburc ; comes Fridericus de Zolre ; comes Wolfradus de Verngen ; Fridericus, marchio de Baden ; Conradus, advocatus de Swarzinberc ; Waltherus de Tiersperc ; Rodolfus de Usinberc ; Cono junior de Minzinberc ; Wernherus de Rogginbahc ; Heinricus, dapifer de Walpurc, et alii quamplures. Datum apud Basileam, anno dominice incarnationis millesimo CC VII, quinto kalendas junii, indictione X.

**1266.** — 5 juin 1207, Latran.

*Le pape Innocent III renouvelle la bulle d'Alexandre III, du 26 août 1180 : « Si discrimina que ».* (*V. plus haut,* I, *n°* 590.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 68 (copie, xvi^e s.).

Dat. Laterani, nonis junii, pontificatus nostri anno x.

**1267.** — 6 juillet 1207, Viterbe.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du 23 janvier* 1168, 1169 *ou* 1170 : « *Cum dilectis filiis fratribus* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 392).

Source : Paris, Bibl. nat., lat. 8998, n° 2 (orig. bullé).

Dat. Viterbii, II nonas julii, pontificatus nostri anno x.

**1268.** — 17 juillet 1207, Viterbe.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du 23 janvier* 1168, 1169 *ou* 1170 : « *Cum (dilectis filiis) fratribus* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 392.)

Source : Strasbourg, Arch. de l'anc. dép. du Bas-Rhin, H. 1351, n° 3 (copie not. contemp. d'un vid. de l'official de Wurtzbourg de 1325).

Dat. Viterbii, XVI kalendas augusti, pontificatus nostri anno x.

**1269.** — 5 septembre 1207.

*Simon de Veer donne à Roger de Veer, son oncle, grand-prieur d'Angleterre, le manoir de Bottesford, avec la dot et l'avouerie de l'église de ce lieu*[1].

Source : Londres, Record office, rot. chart., 55 Henri III, membr. 3 (vid. du 15 juillet 1271).

Sciant presentes et futuri quod ego Simon de Veer, miles, filius et heres domini Simonis de Veer, filii domini Walteri de Veer, dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi fratri Rogero de Veer, fratri Hospitalis Jerosolimitani, priori in Anglia, avunculo meo, et fratribus ejusdem Hospitalis in Anglia commorantibus, pro salute anime mee et pro animabus antecessorum et successorum meorum, totum manerium meum de Botnesford[e], cum suis pertinenciis absque alio retenemento, videlicet cum omnibus terris arabilibus, boscis et tenementis que habui in dominico vel in servicio, in villis et territoriis de Botnesforde, Messingham, Yalde-

1. Ce document est important parce qu'il donne la filiation de Roger de Veer. (Cf. *Des sceaux des prieurs anglais de l'ordre de l'Hôpital,* dans *Mél. d'arch. et d'hist.,* publ. par l'Ecole française de Rome, I, 374.)

thorpe, Burningham, Butterwyke, una cum dote et assartis de Askeby et de Brunneby, simul cum advocacione ecclesie de Bonestforde, et eciam totum jus quod habui vel aliquo modo habere potui in supradictis villis et territoriis, ut in wardis, releviis, redditibus, stagnis, molendinis, homagiis, villenagiis, operacionibus, consuetudinibus, tallagiis, sectis et sequelis, insuper in pratis tam super flumine de Trente quam in aliis pratis, pascuis et pasturis, piscariis, viis et semitis, planis et montanis, turbariis, moris, mariscis, et cum omnibus libertatibus, aisiamentis, commoditatibus et eschaetis, que michi vel heredibus meis infra villas prenominatas et extra, casu aliquo contingente, poterunt accidere, habenda et tenenda sepedictum manerium, dotem et ecclesie predicte advocacionem cum essartis prenominatis et suis pertinenciis, memoratis priori et fratribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam. Ego vero Simon et heredes mei prenominatum manerium cum omnibus suis pertinenciis, ut supradictum est, sepedictis priori et fratribus et quibuscumque eorum assignatis contra omnes homines warantizabimus de omnibus serviciis, tam intrinsecis quam forinsecis, acquietabimus et defendemus imperpetuum. Ut autem hec mea donacio, concessio et hujus carte confirmacio firmitatis robur optineat, sigilli impressione eam roboravi. Hiis testibus : Henrico de Lacy ; Gregorio de Cantilupo ; Johanne de Beke ; Rogero de Terhamptone ; Johanne de Stanton. ; Johanne Pycot ; Philippo de Neville ; Petro de Gousel, militibus ; Alexandro, rectore ecclesie de Botnesford ; magistro Johanne de Horkestede, et aliis. Scriptum die mercurii proxima post festum sancti Egidii abbatis, anno dominice incarnationis M CC septimo.

### 1270. — 21 septembre 1207, Castle-Cary.

*Jean sans Terre, roi d'Angleterre, ordonne à Renaud de Cornouaille de verser à R[oger de Veer], grand-prieur d'Angleterre, mille marcs d'argent pour la délivrance de Gérard d'Athies.*

SOURCE : Londres, Record office, rot. litt. claus., 9 Johannis I, membr. 14 (copie contemp.). — TEXTE : *Rot. litterarum clausarum*, I, 92.

Teste me ipso apud Kari, XXI die septembris.

### 1271. — 27 septembre 1207.

*Othon de Lobdenbourg, évêque de Wurtzbourg, et son chapitre confirment la donation du droit de patronage de l'église de Mergentheim, faite aux Hospitaliers par Albert de Hohenlohe[1], avec l'assentiment d'Edwige, sa femme, et d'Henri, son frère.*

SOURCE : Stuttgart, Arch. roy. de Wurtemberg, ordre de S. Jean, command. de Mergentheim (orig. scellé). — TEXTE : *Wirtembergisches Urkundenbuch*, II, 365.

Acta sunt hec anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo VII, V kalendas octobris, pontificatus nostri anno II.

1. Le sceau qui authentique cet acte n'est pas celui d'Albert, mais celui de Conrad de Hohenlohe.

### 1272. — 1 octobre 1207, Acre.

*Garin de Montaigu, grand-maître de l'Hôpital, confirme l'échange fait entre Sancia, reine d'Aragon, et Garsias de Lissa, châtelain d'Amposte, du manse de Codon, au territoire de Tarragone, contre Sigena, Sena, Urgellet et S. Lecina, et promulgue le règlement du monastère de Sigena.*

SOURCES : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 131-132 (copie, XVIII^e s.) ; Cartul. Magno, II, 23 (copie, fin XIV^e s.) ; Sigena, Arch. du monastère (orig.). — TEXTE : Varon, *Historia ... de Sixena*, I, 192 et 249.

Frater Guerrinus, Dei miseratione sancte domus Hospitalis Hierusalem magister humilis et pauperum Christi servus, charissime in Christo sorori et amice Sanctie, Dei gratia illustri Aragonum regine, comitisse Barcinonis et marchionisse Provincie, Domini gratiam in presenti et gloriam in futuro. Justis postulationibus vestris et desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, et vota vestra, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, charissima in Christo soror et amica, petitionibus vestris clementer annuimus, et concambium illud, quod inter vos et bone memorie Garsiam de Lissa, magistrum Emposte, de manso Codong, quod est in territorio Tarraconis, pro loco monasterii de Sixena et Sena et Urgelet et S. Lecinia, cum omnibus pertinentiis suis, de consilio et consensu fratrum Hospitalis extat celebratum, de consensu fratrum nostrorum ratum habemus, et, sicut in instrumento exinde confecto plenius continetur, volumus et statuimus perpetuis temporibus inviolabiliter observari. Volumus nihilominus et concedimus ut semper sit priorissa in monasterio de Sixena in habitu Hospitalis, sub cujus potestate sint omnia ad prefatam domum pertinentia. Fratres et sorores, confratres et omnes qui in eadem domo steterint, ei obediant, tam clerici quam laici, et vivant omnes sub institutione qua fratres Hospitalis vivere consueverunt. In qua domo omnes sorores, que intra bajuliam Emposte se Hospitali obtulerint, recipiantur et sustententur, et possint ibi habitare in unum. Concedimus et laudamus quod omnia munera, que predicte sorores Hospitali sunt oblature, sive sint mobilia sive immobilia, si sorores fuerint de regno Aragonum, omnia sint illius domus de Sexena. Si vero sorores, que ibidem advenerint, non fuerunt de regno Aragonum, tamen de bajulia Emposte, si res mobiles attulerit, similiter sint ejusdem domus de Sexena ; si autem fuerint res immobiles, sint domus Emposte. Si magister tamen voluerit eas comutare sive cambiare priorisse et sororibus ejusdem loci, competenti tamen permutatione. Liceat etiam priorisse tot sorores accipere cum assensu magistri Emposte et sororum conventus, quot ad sue domus ordinationem ei et conventui visum fuerit expedire usque ad tridenarium numerum vel amplius, si tamen tot de bonis ejusdem domus potuerint sustentari ; sin autem, recipiatur ibidem numerus sororum juxta domus possibilitatem. Preterea volumus ut non liceat alicui magistro, inconsulta priorissa, sororem aliquam inde ejicere, sive statuere, vel transmutare. De fratribus ejusdem domus statuimus et sancimus ut illos, quos priorissa viderit sibi utiles et necessarios in bajulia Emposte, postulet eos a magistro, qui ei, quos ipsa voluerit, dummodo commendatores non sint, sine dificultate aliqua tribuat et concedat, et ad postulationem priorisse removeat aut mutet pro domus de Sixena utilitate. Obeunte vero priorissa, nulla ibi qualibet violentia preponatur, nisi ea quam sorores communi assensu vel sororum major pars sanioris consilii, et per consilium magistri Emposte vel vestri, dum vixeritis, secundum Dei timorem et regulam suam providerint eligendam. Et si contigerit eamdem priorissam vel aliquam sororem excessum facere, si excesus ipse per conventum

non potuerit emendari, per magistrum Emposte secundum Hospitalis regulam corrigatur in eadem domo. Et si talis fuerit excessus qui depositionem et ejectionem meruerit, magister Emposte, convocatis secum religiosis personis de fratribus Hospitalis, in ipso negotio sancte et canonice procedat, consilio conventus sororum illius loci. Preterea predicta priorissa ad generale concilium fratrum Hospitalis intra fines regni Aragonum accedat, ad audienda precepta magistri, si que de novo data fuerint, et de bonis sue domus, secundum quod sibi visum fuerit, suas anuatim eleemosinas infirmis pauperibus Hospitalis Hierosolimitani transmisura ; sed non liceat fratribus Hospitalis a monasterio supradicto quidquam tollere vel auferre, nisi illud quod priorissa cum asensu conventus pauperibus Hospitalis Hierusalem annis singulis decreverit transmittendum. Si vero predictam domum, casu aliquo, nimia contigerit inopia laborare, erit in providentia magistri Emposte ut domui eidem competenti subsidio debeat subvenire; cui etiam magistro in omnibus obediat priorissa, nisi forte contra honestatem et religionem, quod absit, velit eidem aliquid imperare. Decernimus ergo, de communi fratrum nostrorum et totius capituli nostri deliberatione pariter et consensu, ut nulli successorum nostrorum seu alicui fratrum Hospitalis Hierusalem liceat contra hanc paginam venire, sive domum ipsam aut personas ibi degentes quomodo libet aggravare. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Dei omnipotentis incurrat. Datum Accon, anno verbi incarnati M CC VII, kalendis octobris.

## 1273. — 19 octobre 1207, Toscanella.

*Le pape Innocent III confirme au prieur et aux Hospitaliers d'Autriche la possession des villes de Mailberg, des paroisses de Kadolz, Strengendorf, Zwingendorf, Rodingec, de la ville de Muschenslage et de l'église de Pölla.*

SOURCE : Prague, Arch. du gr.-pr. de Bohême, G. XXXIV, comm. de Mailberg, n° 333 (orig. bullé).

Innocentius, etc., priori et fratribus Jerosolimitani Hospitalis in Austria, salutem, etc. Solet annuere, etc. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, domum et villam in Mourberc cum campis, silvis et vineis, ecclesiam sancti Johannis Baptiste ac ejus villas parrochiales, videlicet Kadolte, Strengendorf, Çwingendorf et Rodingec, et decimam in Mouberc, et villam in Muschençlage, et ecclesiam in Polen cum pertinenciis eorum, sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos domui Hospitalis auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Tuscan[ie], XIIII kalendas novembris, pontificatus nostri anno X.

## 1274. — Novembre 1207, Daroca.

*Sancia, reine d'Aragon, donne à Martin d'Aivar, commandeur de Sigena, une journée de terre au marais (cannizar), situé au-dessus de Calamocha, et le moulin qui en dépend.*

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 148-150 (orig. signé).

Data apud Darocham, mense novembris, per manum Boneti, domine regine notarii, et mandato ejus scripta, sub era M CC XLV.

### 1275. — 30 novembre 1207, Vatican.

*Le pape Innocent III renouvelle la bulle de Lucius III, du 6 décembre 1184 : « Non absque dolore ». (V. plus haut, I, n° 702).*

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 72 (copie, XVI^e^ s.).

Dat. Rome apud S. Petrum, II kalendas decembris, pontificatus nostri anno X.

### 1276. — 18 décembre 1207, Acre.

*Albert Avogadro, patriarche de Jérusalem, certifie qu'Alix, fille de Turgin, a donné à l'Hôpital quatre charruées de terre au casal Geschale, que Turgin avait achetées de Guy, roi de Jérusalem, et cent besans à prendre, à la mort d'Alix, sur le produit de la vente d'un cens de cinquante besans que la donatrice percevait à Acre sur des maisons sises dans la rue de la Chaîne.*

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 13 (orig. auj. perdu). — TEXTE : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 278.

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Notum facio presentibus et futuris ego Albertus, Dei gratia sancte Resurrectionis ecclesie patriarcha, quod Aalys, filia Turgini, domus Hospitalis sancti Johannis Iherusalem consoror, in nostra presentia, pro salute anime sue nec non et parentum suorum, predicte domui Hospitalis se in confraternitatem, et in perpetuam dedit elemosinam quatuor carrucatas terre, cum domibus quas in casali Geschale sitas prenominatus pater ejus emerat mille bisantios a rege Guidone et regina Sibilla, tunc temporis quando ipse rex Joppensis et Ascalonensis erat comes, et ipsa comitissa[1]. De quarum videlicet emptione predictus rex et prefata regina, ad majorem rei certitudinem, prescripto Turgino et heredibus suis duo fecerunt atque dederunt privilegia ; que scilicet privilegia, modum emptionis dicte terre et domorum, et quo loco, et quo tempore continentia, predicta Aalys cum ipso dono supradicte elemosine tradidit et dedit predicte domui Hospitalis in manus fratris Isembardi, ejusdem domus magni preceptoris, et fratris Ricardi, thesaurarii. Dedit insuper prelibata Aalys sepedicte

1. La vente à laquelle il est fait allusion ici eut lieu en 1183 ; en voici le texte : « (*Croix*) In nomine sancte « et individue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti, « amen. Notum sit omnibus presentibus atque futuris « quod ego Guido, Dei gratia Joppes et Ascalonis « comes, et domina Sibilla, sponsa mea, earumdem « urbium comitissa, concedimus, donamus et confirma- « mus tibi Torgis et heredibus tuis illas duas carru- « catas terre et illam medietatem domorum, quas ego « Gudo (*sic*), Joppes et Ascalonis comes, et domina « Sibilla, sponsa mea, emimus in casale Geschale ba « Georgio Suriano, scriba nostro, filio Haririe, fratre « Davidis, scribe, et ab uxore sua Saragie. Que omnia, « o Turgis, emisti a nobis quingentis bisanciis tibi et « heredibus tuis, hereditario jure libere habenda et « quiete possidenda in perpetuum. Ut autem hujus « emptionis, donacionis et confirmacionis nostre auc- « toritas tibi [et heredibus t]uis rata perseveret in « eternum et indissoluta, presentem paginam sigillo « nostro et testibus subscriptis facimus immuniri. Hu- « jus itaque rei sunt testes : Joscelinus de Somasac, « tunc Ascalonis castellanus ; Baldoinus, frater ejus ; « Seignoreit, tunc Ascalonis vicecomes ; Rainaldus de « Mongisart ; Rainaldus de Saisons ; Girardus de Re- « mille ; Baldoinus Magnus ; Bertrandus Caruana et « Guibertus, frater ejus ; Simon Batalle ; Guillelmus « Tonsus ; Secardus, frater ejus ; Henricus de Bau- « genceio ; Bartolomeus Renterius. Factum est hoc « anno ab incarnatione Domini M C LXXXI II, indictione « prima. » *Au dos* : « Comites Yopen. » (Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 4, n° 20, original. Ed. Delaville Le Roulx, *Archives de Malte*, 153.)

domui Hospitalis centum besancios in elemosynam, ad mortem suam accipiendos super L besancios, quos ipsa annuatim habet censuales super quasdam domos, in vico Catene Accon ante domum Johannis Daht sitas, quas Thomas Pisanus tenet ab ea censuales. Que scilicet domus ab oriente vie publice, a meridie domui filie Joannis Daht, et a septentrione domui Tortose coherent, et ab occidente respiciunt ad mare quod dicitur Lordemer. Tali inquam modo prenominata Aalys predictos centum bisantios in elemosinam Hospitali dedit quod fratres Hospitalis prenominatum censum quinquaginta bisantiorum post ejus decessum debent vendere, et de ejusdem venditione predictos centum bisantios accipere, et residuum venditionis census, prout ipsa disposuerit, pro salute anime sue distribuere. Et si aliquo casu, quod absit, jamdicta Aalys intestata obierit, predicti fratres, receptis prius centum bisantiis de elemosina super census venditione, residuum venditionis ipsius census debent distribuere, prout melius eis visum fuerit, pro salute anime Aalys sepedicte. Ut autem noscant omnes, presentem cartam inspicientes, quod hec in presentia nostra facta sunt, ad preces predicti preceptoris et fratrum, et ad peticionem prememorate Aalys, presenti pagine sigillum nostrum fecimus apponi. Ad hec interfuerunt: Petrus, Cesaree archiepiscopus; magister Guido, Cesaree archidiaconus; Gervasius, Acconensis archidiaconus; Balduinus Iherusalem, regius notarius; magister Guillelmus Medicus; magister Lambertus; frater Sequinus, prior; frater Fulco; Bremont, hospitalarius; frater Simon de Calenson; frater Constantius; Philippus Moresin; Andreas de Viana; Bernardus de Cathena. Factum est hoc Accon, anno dominice incarnationis M CC VII, quinto decimo kalendas januarii.

### 1277. — 1208.

*Sancia, reine d'Aragon, ordonne dans son testament qu'on l'enterre à Sigena, dans la chapelle S. Pierre; elle donne au monastère ses joyaux, une étoffe de soie que détenait Zecxino, Juif d'Alagon, la relique du Doigt du Seigneur, des Juifs d'Huesca, de Saragosse, de Calatayud, d'Alagon et de Daroca, et des biens à Calamocha et à Cambor de Pina*[1].

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, invent. de la châtellenie d'Amposte de 1523, p. 15.

### 1278. — 1208.

*Jean sans Terre, roi d'Angleterre, ordonne au vicomte de Kent d'autoriser le mariage de Jean, fils de Robert de Cantorbéry, les Hospitaliers, dont Jean était l'hôte, ayant versé au roi vingt marcs pour obtenir cette autorisation.*

Source : Londres, Record office, rot. finium, 9 Johannis I, membr. 2 (copie contemp.). — Texte : *Rotuli de oblatis et finibus in turri Londinensi asservati tempore regis Johannis*, (Londres, 1835), 438.

1. Ce testament semble aujourd'hui perdu.

**1279.** — 1208.

*Eudes III, duc de Bourgogne, prend sous sa protection les Hospitaliers de Dijon.*

Source : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, grand-prieuré de Champagne, H. 1203 (orig.). — Analyse : E. Petit, *Hist. des ducs de Bourg.*, III, 410 (à la date de 1207).

Ego Odo, dux Burgondie, omnibus, ad quos littere presentes pervenerint, notum facio me in conductu et protectione mea suscepisse omnes homines domus Hospitalis Jerosolimitani site apud Divionem, volens et precipiens ut ipsi cum rebus suis per totam terram et amicorum meorum securum habeant conductum. Actum hoc anno gratie M CC VIII.

**1280.** — 1208.

*Le même donne aux Hospitaliers un denier de revenu par vingt livres perçues au péage de Dijon, en échange des droits qu'ils avaient à Louesme et qu'ils lui ont abandonnés.*

Sources : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, grand-prieuré de Champagne, H. 1204 (orig.) ; cartul. n° 238, f. 31 (copie, XVII[e] s.) ; et cart. n° 240, f. 62 (copie, XVII[e] s.). — Analyse : E. Petit, *Hist. des ducs de Bourg.*, III, 417.

Ego Odo, dux Burgundie, notum facio presentibus et futuris me dedisse et in perpetuam elemosinam concessisse Deo et domui Hospitalis Jerosolimitani unum denarium in pedagio meo Divionis grosso et minuto in omni proventu viginti l[i]b[rarum], pro omni illo quod dicta domus habebat in omni proventu apud Loemam, quod mihi et meo mandato in perpetuum possidendum concessit. Quod vero ultra dictas viginti libras residuum erit de proventu dicti denarii, eidem domui in puram elemosinam, pro remedio anime mee et antecessorum meorum, dedi et in perpetuum concessi. Predicte etiam domui concessi quod ipsa pedagiarium suum pro dicto redditu recipiendo apud Divionem habeat, salva tamen justitia mea. Quod ut ratum habeatur, presens scriptum sigillo meo confirmavi. Actum anno gratie M CC octavo.

**1281.** — 1208.

*Le même certifie que les Hospitaliers ont remboursé une créance garantie par des biens, situés à Magny sur Tille et à Crimolois, que Hugues Chaigne avait d'abord engagés et ensuite abandonnés à un autre créancier, Guy de Blaisy.*

Source : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, grand-prieuré de Champagne, H. 1206 (orig.). — Analyse : E. Petit, *Hist. des ducs de Bourg.*, III, 416.

Ego Odo, dux Burgundie, notum facio presentibus et futuris quod dominus Guido de Blaseio recognovit in presencia mea quod Johannus Rufus legitimam probationem fecerat coram eo, quod super guageriam de Maneio et de Crimoloix, quam guageriam tenebat a domino Uguone Chaigne, habebat centum libras Stepamensium [*lisez* Stephanensium]. Et fratres Hospitalis predictam guageriam mandato et voluntate domini Guidonis de Blaseio, in cujus potestate predictus Uguo Chaigne eredem

et guageriam dimiserat, de predictis cenptum libris redimerunt a Johanne Rufo. Et ut hoc ratum et firmum permaneat, predictam cartulam sigilli mei munimine roboravi. Auctum anno Domini M CC octavo.

### 1282. — 1208.

*Le même confirme aux Hospitaliers de Jérusalem la donation de Crimolois*[1], *à eux faite par Pierre, seigneur de Ravières, et par sa femme Nicole, fille d'Aymon, seigneur de Magny sur Tille.*

Source : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, grand-prieuré de Champagne, H. 1206 (orig.), et cartul. n° 238, f. 51 (copie, xvii° s.). — Analyse : E. Petit, *Hist. des ducs de Bourg.*, III, 416.

Ego Odo, dux Burgundie, notum facio presentibus et futuris quod discordia, que vertebatur inter fratres Hospitalis Jerosolimitani et Petrum, dominum Raverarium, et Nicolam, uxorem ejus, de villa que dicitur Crimoloix et ejus pertinentiis, quam dicti fratres asserebant ab Aimone, domino Magneii, in elemosinam sibi datam fuisse, coram me pacificata est in hunc modum quod Nicola, filia dicti Aimonis, uxor videlicet dicti Petri, elemosinam, quam pater dicte domine de villa Crimoleix et ejus pertinentiis predictis fratribus facerat, laudavit et concessit, quiete et libere in perpetuum possidendam, excepto quod dicta Nicola medietatem omnium proventuum nominate ville in omni commodo singulis annis, quandiu ipsa vixerit, habebit, exceptis possessionibus quas dicti fratres antequam pax ista fieret possidebant. Post decessum vero dicte Nicolete, predicta villa de Crimoloix cum pertinentiis ejus quitta erit domus Hospitalis predicti ; dicta vero Nicoleta vel Petrus, maritus ejus, vel alius eorum assensu in eadem villa nullum giestum capere nec aliquam vim facere poterunt, que non corrigatur. Villicus etiam ex assensu utriusque partis ibidem constituetur. Si vero discordia inter dictos fratres et Petrum predictum vel Nicoletam, quod absit, exorta erit, ad aspectum meum coram me pacificabitur. Quod ut ratum habeatur, presentes litteras sigillo meo confirmavi. Actum anno incarnati verbi millesimo ducentesimo octavo.

### 1283. — 1208.

*Robert III, comte d'Alençon, donne aux Hospitaliers de Normandie une rente annuelle de cent sous tournois et de trois arbres à prendre dans ses forêts, en échange du bourg de Gastine que lui a cédé Guillaume de Villiers, grand-prieur de France.*

Source : Paris, Arch. nat., S. 5055, n° 4 (orig.), n° 5 (copie, xv° s.), n° 6 (vid. du 9 novembre 1346).

Notum sit omnibus, tam futuris quam presentibus, quod ego comes de Alenthonio Robertus et heredes mei reddemus annuatim fratribus Hospitalis Jerosolimitani in Normannia manentibus centum solidos Turonensium in prepositura nostra Vitriaci, ad festum sancti Remigii percipiendos, et tres arbores in forestis meis

1. La donation d'Aymon de Magny, à laquelle il est fait allusion ici, est de 1183. Elle est conservée à Dijon (Arch. de la Côte-d'Or, gr.-pr. de Champagne, H. 1206), et a été éditée par Lory (*Etude sur l'établ. des chev. de S. Jean de Jér. à Dijon*, dans *Mém. de la Comm. des Antiq. de la Côte-d'Or*, IX (Dijon, 1874-77), 302).

annuatim, scilicet duas quercus et unam fagum, ubicumque capere voluerint. Sit in bursa pro burgo de Gastina cum pertinenciis, quem tradidit mihi et heredibus meis in perpetua hereditate frater W[illelmus] de Villeriis, magister Hospitalis in Francia, assensu capituli sui. Volumus et concedimus ut fratres possint arbores suas predictas vendere, si voluerint, aut sicare, vel cum cunis findere aut aperiri facere, nec sit aliquis qui illos disturbet. Si autem forte evenerit quod prepositus Vitriaci dictis fratribus prefatos centum solidos infra octabas sancti Remigii non reddiderit, dictus prepositus in emenda mea remanebit de xx solidis Turonensium, de quibus ego vel heredes mei medietatem habebimus et fratres predicti aliam medietatem. Et quoniam tota terra ad meum feodum pertinet, et de jure eam defendere debeo, fratres Hospitalis quietos et indempnes super ista pactione ab omnibus conservabo. Et ut ratum permaneat, presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum hoc anno dominice incarnacionis M CC VIII.

## 1284. — 1208.

*Geoffroy, vicomte de Châteaudun, certifie que Robert le Voyageur a donné aux Hospitaliers une rente de deux sextiers de blé sur son moulin à Viviers.*

Source : Paris, Arch. nat., S. 5000, n° 52 (orig.). — Analyse : Mannier, *Comm. du grand-prieuré de France*, 142.

Anno Domini M CC octavo.

## 1285. — 1208.

*Pons, seigneur d'Argenteuil, et Etienne, son frère, avec l'assentiment de Pierre de Courtenay, comte d'Auxerre, et de Miles, seigneur de Noyers, leurs suzerains, donnent aux Hospitaliers de Sacy le droit de pâturage pour leur bétail à Vermenton.*

Source : Paris, Arch. nat., S. 5241, n° 16 (orig.). — Analyse : Mannier, *Comm. du grand-prieuré de France*, 369.

Actum anno Domini M CC VIII.

## 1286. — Janvier 1208.

*Etienne, maître de l'Hôpital au diocèse de Langres, abandonne à Blanche, comtesse de Champagne, à titre de pariage, la moitié de la seigneurie d'Esnouveaux.*

Sources : Paris, Arch. nat., J. 201, n° 2 (orig.); Bibl. nat., lat. 5992, f. 144 (copie, XIII° s.), et lat. 5993, f. 26 *b* (copie, XIII° s.); Troyes, Bibl. publ., ms. 22, p. 77 (copie, XVII° s., d'après le ms. lat. 5992). — Analyse : D'Arbois de Jubainville, *Hist. des comtes de Champagne*, V (Paris, 1863), 48, n° 676.

Stephanus, humilis magister Hospitalis in diocesi Lingonensi, omnibus presentem cartam inspecturis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod nos carissime domine nostre B[lanche], illustri comitisse Campanie, et heredibus suis dominis Campanie dedimus in perpetuum et concessimus medietatem omnium que Hospitale habebat apud Novax et in finagio, in redditibus et exitibus, et in omnibus

proficuis, tam in nemoribus quam in terra plana, in aquis et in pratis, in omni justitia et in banno, et in omnibus aliis rebus, exceptis domo nostra quam habemus apud Novax, cum omni porprisio et ecclesia ejusdem ville, et decimis, et furnis et molendinis, et exceptis illis pratis et terris arabilibus que tenueramus et colueramus usque modo. Nullus apud Novax vel in finagio nisi per nos furnum facere poterit vel molendinum. Major in predicta villa assensu nostro et comitis Campanie communiter eligatur, et tam nobis quam ipsis faciet fidelitatem; quod jus utriusque servabit integrum et illesum. Et si major nobis vel comiti Campanie fecerit forisfactum, emenda communiter erit nostra. Comes Campanie in predicta villa non poterit aliquam vim facere sine nobis, nec nos sine ipso. Hanc autem villam comes Campanie nullo modo a manu sua poterit alienare; et, si forte faceret, omnia supradicta ad Novax et finagium pertinentia ad nos absque diminutione aliqua redirent. Domina siquidem comitissa hoc donum recepit, salvo jure omnium eorum qui aliquod jus habent ibidem. Quod ut ratum sit et firmum in posterum perseveret, presentem cartam fieri voluimus, et sigilli nostri munimine roborari. Actum anno ab incarnatione Domini MCC septimo, mense januario.

## 1287. — 18 janvier 1208, Vatican.

*Le pape Innocent III renouvelle la bulle d'Alexandre III, du 4 juillet 1171, 1172 ou 1180 : « Audivimus et audientes ». (V. plus haut, I, n° 428.)*

SOURCE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 12, n° 65 (orig.).

Dat. Rome apud S. Petrum, XV kalendas februarii, pontificatus nostri anno X.

## 1288. — 19 janvier 1208, Vatican.

*Le même informe Geoffroy la Lande, archevêque de Tours, et Geoffroy de Coursol, abbé de Marmoutier, qu'il ratifie la décision arbitrale rendue dans le procès entre l'abbesse de N.-D. d'Angers et les Hospitaliers, et, donnant raison à l'abbesse, leur enjoint de faire exécuter la sentence. (V. plus haut, n° 1212.)*

ANALYSE : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 3277. — TEXTE : Baluze, *Innoc. III epist.*, II, 116 ; Migne, *Patr. lat.*, CCXV, col. 1297.

Innocentius, etc., archiepiscopo et abbati Majoris Monasterii Turonensibus, etc. Cum dilecti filii fratres Hospitalis Hierosolymitani suam ad nos olim querimoniam destinassent, quod dilecta in Christo filia abbatissa S. Marie Andegavensis eos domo eleemosynaria, quam per donationem illustris memorie Richardi, regis Anglorum, fuerant assecuti, et aliquandiu possederant in quiete, post appellationem ad nos interpositam, spoliare fecisset per potentiam laicalem, et detinere eamdem contra justitiam occupatam, cancellario, archidiacono et preposito de Armeliaco Carnotensibus commisimus causam ipsam ; quorum processum postmodum, quia post appellationem ad nos rationabiliter interpositam et lite non contestata processerant, irritantes, eamdem causam, de communi assensu partium, dilectis filiis abbati Monasterii Novi, priori S. Radegundis, et magistro G., canonico Pictavensi, duximus committendam ; qui, causam ipsam diligenter examinantes, eamdem ad nos remiserunt sufficienter instructam. Memorata itaque abbatissa et Hospitalis procuratore

propter hoc nuper in nostra presentia constitutis, idem proposuit procurator quod per depositiones testium coram jam dictis judicibus productorum multa constabat esse probata, per que de violentia ipsis illata manifeste liquebat, propter quod restitutionis beneficium postulabat. Asserebat siquidem manifeste probatum quod abbatissa predicta, collecta multitudine laicorum, ad domum memoratam accessit, petens instanter ut claves ejusdem domus assignarentur eidem. Et licet fratres Hospitalis commorantes ibidem vocem ad nos appellationis emiserint, ne quid in ipsorum injuriam fieret, protectioni se apostolice supponentes, dicta nihilominus abbatissa secum Andegavensem prepositum ad domum ipsam adduxit, qui, cum firmiter precepisset eisdem ut abbatisse claves domus restituerent universas, ipsi juxta mandatum ejus, quem non modicum verebantur, eas protinus reddiderunt. Abbatissa vero, clavibus receptis ab ipsis, unam partem earum canonicis et partem aliam suis servientibus assignavit, eisdem injungens ut fratribus Hospitalis victualia nullatenus exhiberent, nec ab aliis permitterent exhiberi. Qui cum per triduum famis inedia graviter afflicti fuissent, ab eodem loco recedere sunt coacti. Ideoque cum, per multitudinem hominum quam abbatissa secum adduxerat, eisdem fratribus, sicut procurator asseruit, fuerit timor incussus, et post appellationem ad nos interpositam ipsis injuria videatur illata, qui per impressionem domini secularis claves ipsius domus restituere ac per subtractionem victualium ab eodem loco recedere sunt compulsi, ad domum ipsam procurator jamdictus restitui postulabat. Pars autem abbatisse proposuit in hunc modum, quod, cum bone memorie S., senescallus clare memorie Henrici regis Anglorum [1], sepedictam domum cum oratorio in fundo predicti monasterii S. Marie de bonis propriis fundavisset, ac de consensu diocesani episcopi ordo canonicorum regularium secundum beati Augustini regulam fuisset postmodum institutus ibidem, canonici regulares, quibus fuit domus ipsa concessa, eam longo tempore pacifice possederunt. Ceterum sepedictus Richardus rex, de Hierosolymitanis partibus rediens, dum in custodia teneretur, domum ipsam Hospitalariis contulit supradictis ; quibus postea venientibus ad eamdem ut apprehenderent possessionem ipsius, abbatissa cum suis sororibus contradixit. Verum ipsi tam contradictionem earum quam appellationem ad nos propter hoc interpositam contemnentes, domum ipsam nihilominus intraverunt, et per violentiam ejecerunt clericos ministrantes ibidem. Cumque predictus rex processu temporis didicisset quod bona ipsius domus, usibus pauperum deputata, iidem Hospitalarii dissiparent, rex idem injunxit ut, Hospitalariis ipsis exclusis, canonici, qui fuerant exinde violenter ejecti, domus ipsius administrationem plenariam obtinerent, quam iidem canonici usque ad hec tempora continue tenuerunt. Cum igitur videretur ex iis constare quod falso se asseruerant iidem Hospitalarii spoliatos, ipsis erat merito juxta ipsius partis assertionem restitutio deneganda. Ad ea vero que predictus procurator objecit in hunc modum, eadem pars abbatisse respondit quod, etsi probatum esset quod ad domum ipsam cum multitudine hominum abbatissa venisset, nullatenus tamen ostensum est quod vel per ipsam vel per eos qui cum ea venerant aliqua fuerit ipsis fratribus violentia irrogata, vel etiam quod prepositus, qui ad domum accessit, aliquam vim intulerit vel Hospitalariis comminatorie sit locutus. Sed nec contra appellationem ab ipsis objectam aliquid dignoscitur attentatum, licet eadem abbatissa claves domus ab ipsis acceperit resignatas. Quanquam enim abbatissa mandaverit ut fratribus Hospitalis, qui auctoritate propria remanere volebant ibidem, victualia non darentur, idem reputare non poterant nec debebant ex hoc injuriam sibi factam, cum abbatissa minime teneretur eisdem fratribus, nisi vellet, in victualibus providere. Insuper eadem pars adjecit quod adversus abbatissam predictam ipsius domus inepte restitutio petebatur.

1. Henri II, roi d'Angleterre (1154-1189).

Quamvis etenim abbatissa quedam jura sibi vendicet in eadem, pro eo quod in ea jus obtinet patronatus, ipsam tamen non ipsa sed canonici possident supradicti. Unde cum ipsa non possideat, nec dolo desierit possidere, adversus ipsam rite non poterat interdictum restitutorium intentari. Nos igitur iis et aliis, que tam coram judicibus supradictis quam etiam coram nobis partes proponere curaverunt, plenius intellectis, de consilio fratrum nostrorum, abbatissam predictam ab impetitione predictorum procuratoris et Hospitalariorum quoad possessorium, de quo tantummodo actum esse dignoscitur, sententialiter duximus absolvendam. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, quod a nobis est sententialiter diffinitum, faciatis per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, inviolabiliter observari. Dat. Rome apud S. Petrum, XIV kalendas februarii, [pontificatus nostri] anno X.

**1289.** — 22 janvier 1208, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du 4 juillet 1171, 1172 ou 1180 : « Audivimus et audientes ». (V. plus haut, I, n° 428.)*

SOURCE : Poitiers, Arch. de la Vienne, grand-prieuré d'Aquitaine, $H^3$, liasse 1 (orig.).

Dat. Rome apud S. Petrum, XI kalendas februarii, pontificatus nostri anno X.

**1290.** 12 février 1208, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du 26 août 1180 : « Si discrimina que ». (V. plus haut, I, n° 590.)*

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 30, n° 11 (orig.).

Dat. Laterani, XVIII (*sic*) kalendas martii, pontificatus nostri anno X.

**1291.** — 15 février 1208, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du 19 décembre 1184 : « Cum apostolica sedes ». (V. plus haut, I, n° 711.)*

SOURCE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 12, n° 66 (orig.).

Dat. Laterani, XV kalendas martii, pontificatus nostri anno X.

**1292.** — 15 février 1208, Latran.

*Le même renouvelle la bulle du 18 février 1199 : « Religiosos viros fratres ». (V. plus haut, I, n° 1071.)*

SOURCE : Edimbourg, Bibl. des avocats, reg. album, f. 6 (copie, milieu du XIV^e s.). —

Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 3296ª.— Texte : *Registrum episcopatus Aberdonensis* (Edimbourg, 1845, public. du Spalding-Club), II, 262.

Dat. Laterani, xv kalendas martii, pontificatus nostri anno x.

**1293.** — Mars 1208, Palerme.

*L'empereur Frédéric II, roi de Sicile, confirme aux Hospitaliers de Messine des terres qui leur avaient été données au Val de Milazzo.*

Source : Palerme, Bibl. comm., H. 12, f. 22 (copie d'Amico, xvii<sup>e</sup> s.). — Analyse : Boehmer, *Reg. imperii* (éd. Ficker), V, 164, n° 590.— Texte : Winkelmann, *Acta imperii ined. sæc XIII*, I, 86.

Fredericus, divina favente clementia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue. Cum omnia humanitatis opera, que pietatis intuitu conferuntur, ex intentione remunerationis eterne stabile apud Deum habeant firmamentum, illud precipue eternas nobis divitias promeretur quod locis religiosis et Christi pauperibus misericorditer inpertimur. Inde est quod nos, attendentes devotionem quam tu, frater Garsias, venerabilis prior Hospitalis sancti Joannis de Messana, fidelis noster, erga nostram habere dignosceris majestatem, considerantes nichilominus ipsius Hospitalis grate religionis fervorem, que Deo et hominibus est accepta, pro redemptione domini quondam imperatoris et domine imperatricis[1], carissimorum parentum nostrorum felicis recordationis, de solita pietatis nostre gratia supplicationem tuam benignius admittentes, concedimus et confirmamus tibi et successoribus tuis, [et] predicto Hospitali in valle Melatii terras laboratorias ad duo paricla, que fuerant quondam gayti Aimar, et idem dominus imperator felicis memorie Boccayto quondam secreto concessit, sicut in privilegio eidem Boccayto ab ipso domino imperatore indulto plenius continetur; quas terras idem Boccaytus in ultimis vite sue eidem Hospitali obtulit et judicavit. Volentes ut idem Hospitale terras ipsas in perpetuum pacifice habeat et quiete, sicut idem dominus imperator eas predicto Boccayto concessit, et idem Boyccatus postmodum eidem Hospitali contulit et donavit, sicut in privilegio imperiali et scripto Boccatii, quod inde habet Hospitale, asseritur contineri, non obstante aliqua concessione per privilegium seu litteras nostras alicui ante inde facta. Ad hujus autem concessionis et confirmationis nostre memoriam et inviolabile firmamentum, presens inde privilegium per manus Aldoini, notarii et fidelis nostri, scribi, et nostre majestatis sigillo jussimus communiri, anno, mense et indictione subscriptis. Data in urbe felici Panormi, per manus Gualtherii de Pallena, regni Sicilie cancellarii, anno dominice incarnationis M CC VIII, mense martii, XI indictionis, regni vero domini nostri Frederici, Dei gratia illustrissimi regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, anno decimo feliciter, amen.

**1294.** — 7 mars 1208, Latran.

*Le pape Innocent III ordonne à Calanda, évêque de Veszprim, et à l'abbé de Zircz d'engager Pierre, évêque de Raab, à ne pas exiger de dîmes des Hospitaliers et de leurs hommes.*

Sources : Budapest, Bibl. de l'Université, coll. Hevenessi, I (Cruciferorum), 50 (copie,

1. Henri VI, empereur (1190-1194), mourut en 1197, et sa femme Constance de Sicile en 1198.

xviii<sup></sup>

Innocentius, etc., venerabili fratri Vesprimiensi episcopo, et dilecto filio abbati de Bucan, Wesprimiensis dioecesis, salutem, etc. Oblata nobis dilectorum filiorum fratrum Hierosolymitani Hospitalis petitio continebat quod venerabilis frater ecclesię Jaurinensis episcopus ab eis et servis eorum, qui sumtibus eorum terras excolunt, contra sedis apostolice privilegia et generalem regni consuetudinem, decimas nititur extorquere. Unde nos eidem episcopo dedimus in mandatis ut ab eorumdem fratrum indebita molestatione desistat. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus dictum episcopum, ut ab ipsorum super hac molestatione indebita conquiescat, monitione premissa, qua convenit distractione, appellatione remota, cogatis. Testes autem, etc. Dat. Laterani, nonis martii, pontificatus nostri anno xi.

### 1295. — 13 mars 1208, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du 26 août 1180 : « Si discrimina que ». (V. plus haut, I, n° 590.)*

Source : Lyon, Arch. du Rhône, H. 22, f. 77 (copie d'A. de Naberat, xvii<sup></sup>

Dat. Laterani, iii idus martii, pontificatus nostri anno xi.

### 1296. — 17 mars 1208, Latran.

*Le même charge l'archevêque de Werria, l'évêque de Silivri et le prévôt de S. Sophie de Constantinople d'examiner la plainte du prévôt et du doyen de S. Georges de Constantinople contre les Hospitaliers, le seigneur de Lamro et quelques habitants de Constantinople, accusés de porter préjudice aux revenus et aux biens de l'Hôpital de S. Georges.*

Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 3339. — Texte : Baluze, *Innocentii III epist.*, II, 152 ; Migne, *Patr. lat.*, CCXV, coll. 1362.

Innocentius, etc., archiepiscopo Verisiensi et episcopo Salembriensi, et preposito S. Sophie Constantinopolim, [salutem, etc]. Porrecta nobis dilectorum filiorum prepositi et decani S. Georgii Constantinopolitani querimonia patefecit quod fratres Hospitalis Hierosolymitani, dominus de Lamro et quidam alii Constantinopolitani super Hospitali S. Georgii quibusdam redditibus et rebus aliis mobilibus et immobilibus injuriantur eisdem. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, partibus convocatis, audiatis causam, et, appellatione remota, fine debito terminetis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, etc. Quod si non omnes, etc. Dat. Laterani, xvi kalendas apriliis, [pontificatus nostri] anno xi.

### 1297. — 21 mars 1208.

*Alphonse III, roi de Castille, sa femme Eléonore et ses fils Ferdinand et Henri confirment l'Hôpital dans tous les biens qu'il possède dans leurs états.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue de Castille, Invent. donat., liasse 2, n° 1.

**1298.** — 22 mars 1208, Latran.

*Le pape Innocent III renouvelle la bulle d'Alexandre III, du 4 juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Audivimus et audientes* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 428.)

Source : Budapest, Bibl. de l'Université, coll. Hevenessi, I (Cruciferorum), 32 (copie, xviii^e s., d'après les archives de la chancellerie de Presbourg) ; coll. Kaprinay, vol. 37 (in-4°), 210 (copie, xviii^e s.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 3341. — Texte : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, III, i, 84.

Dat. Laterani, xi kalendas aprilis, pontificatus nostri anno xi.

**1299.** — 23 mars 1208, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du 4 juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Audivimus et audientes* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 428.)

Source : S. Gervasio de Cassolas, Arch. du gr.-pr. de Catalogne, bulles n° 78 (vidimus).

Dat. Laterani, x kalendas aprilis, pontificatus nostri anno xi.

**1300.** — [6 avril-13 juillet] 1208, Paris.

*Philippe-Auguste, roi de France, approuve la vente faite aux Hospitaliers par Hugues Bachelier et Gille, sa femme, de ce qu'ils possédaient à Bruyères le Châtel ; cette vente comprenant la dot de Gille, son mari lui assigne comme remploi les biens qu'il avait à Louvigny.*

Source : Paris, Arch. nat., S. 5125 B, n° 11 (orig. scellé).

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Philippus, Dei gratia Francorum rex. Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod Hugo Bachel[er], miles, et Gila, uxor sua, fratribus Hospitalis vendiderunt quicquid tenebant de feodo nostro apud castellum Brueriarum, et quicquid de feodo illo erant habituri, pro quinquaginta libris Parisiensis monete. Et dicta Gila totum dotalicium, quod habebat vel habitura erat in feodo supradicto, eisdem fratribus quitavit, et tam dictus Hugo quam ipsa Gila promiserunt, fide data in manu episcopi Parisiensis Odonis[1], se hanc venditionem servaturos. Dictus vero Hugo, in recompensacionem hujus dotalicii dicte Gile, assignavit ei quicquid ipse habebat apud Lupiniacum, et quicquid ibi erat habiturus, et herberiagium integre. Nos vero, quia predicta erant de feodo nostro, ad petitionem eorum ratam habemus tam venditionem quam quitationem, sicut superius continetur. Et ut perpetuum robur obtineat, sigilli nostri auctoritate et regii nominis karactere inferius annotato presentem paginam confirmamus. Actum Parisius, anno ab incarnatione Domini m cc octavo, regni nostri anno vicesimo nono. Astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa, dapifero nullo. S. Guidonis, buticularii. S. Mathei, camerarii. S. Droconis, constabularii. Data vacante (*Monogramme*) cancellaria, per manus fratris Garini.

*Au dos* (xiii^e s.) : Super vendicione de Brueriis. Concessio regis nobis facta ab Hugone Bacheler apud Bruerias.

1. Eudes de Sully, élu en 1196, mort le 13 juillet 1208.

**1301.** — [6 avril] 1208—[29 mars 1209].

« *Lettre du roy Philippes second, dict Auguste, de l'an mil deux cens huict, par* « *laquelle il declare que les freres de l'Hospital de Hierusalem ont quitté à son bien* « *aymé et feal cousin Pierre* [*de Courtenay*], *comte d'Auxerre, et à ses héritiers tout* « *ce qui leur appartenoit à Toutenant, et ledict seigneur comte Pierre, du consente-* « *ment d'Yolande* [*de Flandre*], *sa femme, a quicté ausdits de l'Hospital huict hostes* « *avec leurs hostisses, et tout ce qui leur appartenoit sur iceux et sur leurs heritiers.* « *Les dicts hostes nommez Bernard Tabor, Estienne de Cathenay, Estienne Cudot,* « *Estienne de Voire, Simon de Bordes, Gaultier Gastellan, Bernard du Boys,* « *Estienne de Beord, et leur a quitté ce qu'il prétendoit sur Foubert de Hanoues et* « *sur une hostisse que Jocelin de Loef leur avoit donnée en la parroisse de Choile,* « *lesquelles choses ledit seigneur roy confirme et aggrée.* »

Analyse : Paris, Arch. nat., S. 6072, f. 36 (invent. de la comm. d'Auxerre, 1638).

**1302.** — 13 avril 1208, Latran.

*Le pape Innocent III ordonne à Calanda, évêque de Veszprim, et à l'abbé de Zircz de faire restituer aux Hospitaliers la dot que Marguerite, comtesse de Samogye-Var, leur avait léguée en mourant, et que son fils Andronic refusait de leur délivrer.*

Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 3369. — Texte : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, III, I, 56 ; Fuxhoffer, *Monasteriologiæ regni Hungariæ libri duo* (2e éd. Pesth, 1858-60), II, 140 ; Katona, *Hist. crit. reg. Hung.*, V, 81 ; Pray, *Dissert. de prioratu Auranæ* (Vienne, 1773), 106.

Innocentius, etc., venerabili fratri Wesprimiensi episcopo, et dilecto filio abbati de Bucan, Wesprimiensis diecesis, salutem, etc. Gravem dilectorum filiorum prioris et fratrum Hospitalis Jerosolymitani in Hungaria recepimus questionem quod, cum bone memorie Margareta, quondam uxor bone memorie Andree, comitis de Symighio, amita carissimi in Christo filii nostri illustris regis Hungarie[1], eidem Hospitali dotem suam in ultima voluntate legaverit intuitu pietatis, nobilis vir Andronicus, filius comitis supradicti, eandem dotem contra justiciam detinet, et eisdem fratribus restiture contradicit. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus prefatum nobilem ut jam dictis fratribus dotem ipsam sine difficultate qualibet restituat, ut tenetur, monicione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, cogatis. Dat. Laterani, idibus aprilis, pontificatus nostri anno XI.

**1303.** — 18 avril 1208, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 12 *décembre* 1184 : « *Si diligenter attenditis* ». (*V. plus haut*, I, *n°* 706.)

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse

1. André II, roi de Hongrie ; Marguerite, mariée au comte de Samogye-Var, était sœur du roi Bela III.

22, bullaire, f. 14 (copie, xv^e s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 73 (copie, xvi^e s.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 74 (copie de Smitmer, xviii^e s., d'après les arch. du gr.-prieuré de Venise).

Dat. Laterani, xiiii kalendas maii, pontificatus nostri anno xi.

## 1304. — 18 avril 1208, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du 19 décembre 1184 : « Cum apostolica sedes ». (V. plus haut, I, n° 711.)*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 22, bullaire, f. 14 (copie, xv^e s.).

Dat. Laterani, xiiii kalendas maii, pontificatus nostri anno xi.

## 1305. — 19 avril 1208, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du 6 décembre 1184 : « Non absque dolore ». (V. plus haut, I, n° 702.)*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 18 (2 originaux).

Dat. Laterani, xiii kalendas maii, pontificatus nostri anno xi.

## 1306. — 10 juillet 1208, S. Germano.

*Le même ordonne à Albert Avogadro, patriarche de Jérusalem, et aux grands-maîtres du Temple et de l'Hôpital de recevoir l'aumône des Cisterciens, l'impôt du 40^e destiné par Eudes, évêque de Paris, à la Terre Sainte, et mille livres de Provins. Il les exhorte à prêcher la paix parmi la chrétienté, afin que les secours soient plus abondants pour la Terre Sainte.*

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 7 A, f. 61 (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 3454. — Texte : Baluze, *Innoc. III epist.*, II, 190; Migne, *Patr. lat.*, CCXV, col. 1427.

Eidem [Alberto, patriarche Jerosolimitano], et dilectis filiis militie Templi et... Hospitalis Jerosolimitani magistris, etc. Super miseria Terre Sancte per diem ac noctem quasi torrentem lacrimas deducentes, subventionem ipsius quomodocunque ac etiam undecumque possumus nec destitimus hactenus, nec etiam adhuc desistimus procurare. Ita quod, ad nostre sedulitatis hortatum, plurimus Christianorum exercitus in Alamannia cum nobili viro [Leopoldo], duce Austrie, ac in Francia cum [Radulfo], comite Augi, aliisque magnatibus ad ejusdem auxilium preparatur [1], et in Teutonia generalis sit pro sua subventione collecta, de universali assensu principum constituta et nostre auctoritatis munimine roborata. Quia igitur

1. Léopold VI, duc d'Autriche, et Raoul II de Lusignan d'Exoudun ne passèrent en Palestine qu'en 1217.

pro ipsius terre defensione pecuniam vobis esse credimus neccessariam, presentium vobis auctoritate mandamus quatinus elemosinam Cisterciensis ordinis et quadragesimam, de mandato nostro a venerabili fratre nostro Parisiensi episcopo destinatam, depositam apud Templum, accipere, ac tam ipsam quam mille libras Proveniensium, quas nuper in subsidium Terre Sancte de beati Petri elemosina destinavimus, expedire procuretis, prout Terre Sancte necessitati et utilitati noveritis expedire. Apud nos autem sunt quedam alie fidelium elemosine, quas vobis oportunitate mittemus inventa circa subventionem ejusdem Terre, sine intermissione qualibet diligentem, et utinam efficacem, operam impensuri. Rogamus autem discretionem vestram propensius et hortamur quatinus, ad gubernandum hereditatis Christi reliquias, prudenter et constanter per vos et alios quos habetis auxiliarios intendatis, non solum in finibus vestris, verum et in Antiochia et in Tripoli, donec, preduce Deo, preparata jam et in proximo preparanda militia vobis christiana succurrat. Nos autem propter hoc specialiter intendimus incessanter ad pacem, non solum in imperio, verum et in regnis ubicunque desuper datum fuerit reformandam, ut tanto copiosius exinde Terre Sancte subsidium procuretur quanto cessantibus domesticis simultatibus ad id intendere poterunt efficacius hii quos tangit injuria Crucifixi. Dat. apud S. Germanum, VI idus julii, [pontificatus nostri] anno XI.

### 1307. — 30 août 1208, Sora.

*Le même renouvelle la bulle du 20 avril 1200 : « Cum dilecti filii ». (V. plus haut, I, n° 1115.)*

SOURCE : Strasbourg, Arch. de l'anc. dép. du Bas-Rhin, H. 1351, n° 2 (orig.).

Dat. Sore, III kalendas septembris, pontificatus nostri anno XI.

### 1308. — 30 août 1208.

*Extraits du testament d'Armengaud VIII, comte d'Urgel, relatifs à l'Hôpital et au Temple.*

SOURCE : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, Catalogne, arm. 1, n° 113 (orig.). — TEXTE : *Col. de docum. ined. de la corona de Aragon*, IX (Barcelone, 1853), 433.

In primis dimitto corpus meum et animam meam omnipotenti Deo et Hospitali de Hyerusalem, et eligo sepulturam meam in Hospitale de Emposta cum mille et quingentis morabatinis, quos ibi dimitto pro anima mea, cum equo et armis et lecto et animalibus tunc temporis meis stantibus..... Item dimitto in posse Alvire comitisse[1] novem mille morabotinos, de quibus mando ei ut donet Hospitali de Hyerusalem supradictos MD morabotinos, quos ei superius dari disposui....... Et dimitto domui militie Templi totam dominicaturam meam de Albesa, et ut liceat eis molendina facere in cequia de Albesa. Et dimitto eidem domui arma et ballistas, et fundibula cum eorum apparatu, et ensem meum, et anulum, et cofas meas..... Quod est actum tertio kalendas septembris, anno Domini millessimo ducentessimo octavo.

1. Elvire, comtesse de Subiras, femme du testateur.

**1309.** — [Septembre][1] 1208, Compiègne.

*Philippe-Auguste, roi de France, confirme la donation de 10 livres parisis à prendre annuellement sur le péage de Crépy en Valois, qu'Éléonore, comtesse de S. Quentin et dame de Valois, avait faite aux Hospitaliers*[2].

Source : Paris, Arch. nat., K. 27, n° 19 (orig.). — Analyse : L. Delisle, *Cat. des actes de Phil.-Aug.*, 254, n° 1096 ; J. Tardif, *Monum. hist., cartons des rois*, 342, n° 744.

Actum Compendii, anno ab incarnatione Domini M CC octavo, regni vero nostri anno vicesimo nono, astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa, dapifero nullo. S. Guidonis, buticularii. S. Mathei, camerarii. S. Droconis, constabularii. Data vacante (*Monogramme*) cancellaria, per manum fratris Guarini.

**1310.** — 1 septembre 1208.

*Eudes III, duc de Bourgogne, donne à l'Hôpital de la Madeleine de Dijon le château et l'île d'Ouche, avec les droits de haute et basse justice à Crimolois*[3].

Source : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, grand-prieuré de Champagne, H. 1206 (copie, xv° s.); cartul. 238, f. 52 (copie, xvii° s.). — Analyse : E. Petit, *Hist. des ducs de Bourg.*, III, 416. — Texte : Lory, *Et. sur l'établ. des chev. de S. Jean de Jér. à Dijon*, dans *Mém. de la Comm. des Antiq. du dép. de la Côte-d'Or*, IX (Dijon, 1874-77), 304.

Ego Odo, dux Burgundie, notum facio presentibus et futuris quod, ob reverentiam passionis domini nostri Jhesu-Christi, et tuitione fidei catholice, dedi et concessi pro me et successoribus meis, et pro remedio animarum meorum antecessorum, in perpetuam eleemosinam irrevocabilem inter vivos et mortuos, Deo et magistro Hospitali Jherosolimitano, pro se et successoribus suis et preceptoribus beate Marie Magdalene Divionensis, castrum nostrum et insulam Hoscarie, contiguam dicti castri, cum villagio de Crimoleto et molendino, cum riparia et alta justitia et bassa, fundum et territorium nostri dominii de dicto Crymoleto, videlicet tamen quod dicti Hospitalarii non poterunt vendere, permutare, nec castrum predictum cum insula alieni tradere sine nostra vel nostrorum successorum licentia. Hujus rei sunt testes : Theobaldus, miles, de Maingneio, marescallus noster ; Everardus de Tarsuto ; Petrus de Nulleyo ; Odo Grossus; Haimo Bornus; Bartholomeus, clericus, cognomine Capra ; Bricius Cliens ; dominus Guillelmus de Saul ; Garnerius de Aspero Monte ; Bernardus de Nulleyo ; Gauffredus Nauta Maris. Acta sunt anno incarnati verbi millesimo CC octavo, sub sigillo nostro, armis nostris impresso, hic apposito, die prima mensis septembris. [Sic[4] signatum per me S. de Monte, Pallerem.]

1. D'autres actes de Philippe-Auguste, de septembre 1208, nous apprennent que le roi résidait à cette date à Compiègne.
2. Cette donation, du 2 juillet 1195, est annexée, en original, à la confirmation de Philippe-Auguste (Paris, Arch. nat., K. 27, n° 19).
3. La rivière d'Ouche arrose les territoires de Crimolois (Côte-d'Or, arr. et cant. est de Dijon) et de Fauverney (Côte-d'Or, arr. Dijon, cant. Genlis).
4. Les mots mis entre crochets, qui figurent dans le texte donné par Lory, appartiennent à la copie de l'acte, non à l'acte lui-même.

**1311.** — 1 septembre 1208.

*Le même donne à l'Hôpital de la Madeleine de Dijon un moulin à Fauvernay et la basse justice dudit lieu.*

Sources : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, grand-prieuré de Champagne, H. 1206 (copie notariée du 25 septembre 1481), et cartul. n° 238, f. 86 (copie, xvii° s.). — Analyse : E. Petit, *Hist. des ducs de Bourg.*, III, 416. — Texte : Lory, *Et. sur l'établ. des chev. de S. Jean de Jér. à Dijon*, dans *Mém. de la Comm. des Antiq. du dép. de la Côte-d'Or*, IX, 305.

Acta sunt anno incarnati verbi millesimo ducentesimo octavo, sub sigillo nostro, armis nostris impresso, his apposito, die prima mensis septembris. [Sic signatum per S. de Monte] [1].

**1312.** — 1 octobre 1208, Huesca.

*Pierre II, roi d'Aragon et comte de Barcelone, en vertu de la confirmation générale des privilèges et donations de l'Hôpital qu'il a faite aux cortès de Huesca, exempte l'ordre de tous impôts ou redevances.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 38-41 (2 orig. scellés).

P[etrus], Dei gratia rex Aragonum et comes Barchinone, fidelibus suis universis merinis, bajulis, vicariis, justiciis, zahalmedinis, judicibus et alcaldis, repositariis, senioribus, majoribus domus, juratis et conciliis, presentibus et futuris, qui presentes viderint litteras, salutem et suam gratiam. Sciatis quod de mandato nostro apud Oscham, in nostra generali curia, ab episcopis Oscensi et Tirasonensi, et justiciis Oscensi et Tirasonensi, et aliis viris sapientibus juste judicatum fuit ut omnia privilegia et instrumenta, que a nobis et predecessoribus nostris domui Hospitalis Jherosolimitani data sunt et concessa, servaremus et servari perpetuo inviolabiliter faceremus. Eapropter volumus et universati vestre firmiter atque districte mandamus ut de cetero ipsius domus cartas ratas et firmas habeatis, et ab hominibus Hospitalis, cujuscunque condicionis, professionis vel dignitatis fuerint, nullam peitam, nullam questiam, nullam lezdam, pedagium, portagium, usaticum, toltam, consuetudinem, statutas vel statuendas, nullumque servicium vel demandam aliquatenus exigatis, nec ab aliquo exigi permittatis, omnia jura eorum eis illesa et illibata servantes, sicut in carta nostra, ipsi domi (*sic*) Hospitalis et fratribus a nobis concessa et facta, et sigilli nostri plumbei munimine roborata, plenius et melius continetur. Quicquid autem contra hoc mandatum nostrum venire attemptaverit, iram nostram et indignationem noverit se perpetuo incursurum, et insuper a nobis, pro solo ausu et contemptu nostro, mille aureorum pena sine aliquo remedio feriendum. Datum Osce, kalendis octobris, era M CC XLVI, per manum Ferrarii, notarii nostri. Testibus et presentibus : dompno G[arcia], episcopo Oscensi ; dompno G[arcia], episcopo Tirasonensi ; dompno G[uillelmo], episcopo Ausonensi; comite Sanccio; Eximino Cornelii; Garsia Romei ; Michaele de Lusia; A[rnaldo] de Alascone; P[etro] Sesse; P[etro], justicia Tirasone, et multis aliis clericis et laicis.

1. Même observation que plus haut à l'occasion de la pièce précédente.

**1313.** — 1 octobre 1208, Acre.

*Othon, comte de Hinneberg, et Béatrice, sa femme, fille de feu Joscelin III, comte d'Edesse, donnent aux Hospitaliers la moitié du Casal Blanc.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 15 (orig. auj. perdu). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 96.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Otto, comes de Hinneberch, cum venerabili comitissa Beatrice, uxore mea, quondam filia comitis Jocelini, bona voluntate nostra et pari consensu, donamus sancte domui Hospitalis Iherusalem, cujus confratres sumus, et ad opus pauperum Christi, medietatem de Casal Blanc cum omnibus pertinentiis suis, libere et quiete in perpetuum possidendam. Et si forte aliquis in supradicto casali aliquid juris clamaverit, nos illud ab omnium hominum inquietatione absolvemus, vel per concambium Hospitali satisfaciemus, et hoc pro animabus nostris, et patrum nostrorum, et matrum, et aliorum predecessorum nostrorum. Et ut hec donatio nostra firma et inviolabilis permaneat, hanc cartam fecimus scribi, et sigillo nostro plumbeo roboravimus. Hujus vero donationis testes sunt : Advocatus de Suvarcenberch ; Prepositus Alemannus ; Henricus Alemannus ; Johannes Tortus ; Johannes de Aistat ; Girardus de Cabor ; Petrus de Ancre ; Eustacius de Caiphas. Actum Accon, anno ab incarnatione Domini M CC VIII, intrante mense octobris.

**1314.** — 9 octobre 1208, Ferentino.

*Le pape Innocent III renouvelle la bulle de Lucius III, du* 6 *décembre* 1184 : « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 702.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 76 *bis* (f° non numéroté, copie, XVI$^e$ s.).

Dat. Ferentini, VII idus octobris, pontificatus nostri anno XI.

**1315.** — 27 octobre 1208, Huesca.

*Pierre II, roi d'Aragon et comte de Barcelone, à la prière de la reine Sancia, sa mère, confirme toutes les donations faites par Alphonse II, son père, et par lui à Sigena, prend le monastère sous sa protection, et livre aux Hospitaliers le château de Ciurana en garantie des sommes qu'il leur devait.*

Source : Sigena, Arch. du monastère (orig.).

Quoniam tempus labitur, et que fuerint in tempore labuntur similiter cum tempore, nisi scripti memoria comendentur, inde est quod ego Petrus, Dei gratia rex Aragonum et comes Barchinone, bono animo et spontanea voluntate, et ad preces domine venerabilis Sancie, regine Aragonum, matris mee, laudo et concedo atque confirmo omnes hereditates et donaciones, quas pater meus bone memorie dominus

Ildefonsus rex donavit et concessit vobis domine regine, matri mee, ad opus monasterii de Sexena et ad opus vestrum, ad omnes vestras voluntates faciendas, et omnes hereditates et donaciones, quas ego donavi et feci predicto monasterio et vobis ad faciendas omnes vestras voluntates, et dominabus ibi servientibus Deo usque in hodiernum diem, et quas in antea fecero. Notum sit igitur omnibus presentibus et futuris quod omnia ista suprascripta, et omnia alia que dictum monasterium et domine ibi Deo servientes habeant in tota terra mea, tam in Aragonia quam in Catalonia, accipio sub mea speciali protectione et defensione et in meo ducato. Laudo etiam atque concedo quod domina regina mater mea comendet et possit comendare castellum de Suirana cum toto termino suo et cum omnibus exitibus suis, que ad predictum castellum cum toto termino pertinent et pertinere debent, magistro Hospitalis. Tali scilicet modo quod magister Hospitalis teneat castellum de Suirana cum toto suo termino post obitum domine regine, et accipiat omnes proventus castelli et tocius termini de Suirana, donec habeat solutos II milia aureorum Alfonsensium monasterio et dominabus de Sexena, et mille D aureos Alfonsenses ubi domina regina mandaverat et hordinaverit cum licentia magistri Hospitalis. Et si ego P[etrus], rex Aragonum, persolverem post obitum domine regine matris mee magistro Hospitalis ista III milia et quingentos aureorum Alfonsensium, ipse magister Hospitalis reddat michi vel cui ego mandavero castellum de Suirana sine omni occasione. Adhuc laudo et concedo quod magister Hospitalis, post obitum domine regine, accipiat omnes res domine regine mobiles et immobiles et semoventes, videlicet oves, boves, vacas et equas, et totum blatum et vinum quod habet in tota terra mea, tam in Aragonia quam in Catalonia. Hec autem omnia accipiat et dividat et donet ipse magister Hospitalis ubi domina regina ordinaverit et mandaverit cum licencia sepedicti magistri. Adhuc recipio sub mea protectione et defensione et in meo ducatu omnia que ipsa regina domina habet in Catalonia et in Aragonia, mobilia et immobilia, et omnes viros et mulieres quos habet in tota terra mea, cum omnibus rebus eorum mobilibus et immobilibus, ubicunque eas habent vel habituri sunt. Laudo etiam et concedo quod omnia illa, que domina regina mater mea ordinaverit et dimiserit pro suis debitis persolvendis, et que tenentur persolvere suis hominibus, totum faciam attendere et complere bona fine et sine malo ingenio. Et ad majorem et firmiorem securitatem, ego P[etrus], rex Aragonum supradictus, in propria persona mea, tactis sacrosanctis evangeliis, juro me omnia ista supradicta firmiter et inviolabiliter servaturum. Data Osce, VI kalendas novembris, era M CC XLVI, per manum Ferrarii, notarii nostri, et mandato ejus scripta, loco, die et era. S. (*Seing manuel*) Petri, Dei gratia regis Aragonum et comitis Barchinonensis. Testes hujus rei sunt : domina E. [*lisez* Constantia], illustris regina Sicilie ; comes Sancius ; Michael de Lusia ; A[rnaldus] de Alascone ; Lop Ferrenc de Luna : don Ladron ; P[etrus] Sesse ; Ato Orela ; P. Ex[imini] de Orrea ; Marcho Lizana ; P. Lain ; Alvarus Soterriz, majordomus ; Martinus de Caneto ; Didacus Ferrandiz ; Furtunius Valerii. S. (*Seing manuel*) Bonanati, qui mandato Ferrarii, notarii domini regis, hoc scripsit, et signum domini regis fecit, quia dictus Ferrarius non aderat presens, loco, die et era prefixa.

**1316.** — [1 novembre] 1208—[28 mars 1209], Paris.

*Philippe-Auguste, roi de France, atteste que Guillaume de Mandeville, comte d'Essex, a donné à l'ordre de l'Hôpital ses maisons de Rouen.*

Source : Rouen, Arch. mun., tiroir 109, liasse 1 (vid. de 1489). — Analyse : L. Delisle.

*Cat. des actes de Phil.-Aug.*, 257, n° 1106. — TEXTE : L. Delisle, *Cartulaire normand* (Caen, 1852), 295.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Philippus, Dei gratia Francorum rex. Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod Guillelmus de Mandevilla, comes Essexie, dedit, pro amore Dei et pro anima sua, et pro animabus antecessorum suorum, pauperibus Hospitalis sancte domus Jerusalem omnes domos suas de Rothomago, quas idem Guillelmus emerat, cum toto mesagio suo ibidem, in liberam et perpetuam elemosinam. Quare etiam idem Guillelmus voluit et firmiter precepit quatinus prefati pauperes supradictas domos cum eodem tenemento, scilicet mesagio, libere et quiete ab omnibus secularibus serviciis bene et in pace et honorifice tenerent. Quod ut perpetuum robur obtineat, sigilli nostri auctoritate et regii nominis karactere inferius annotato presentem paginam confirmamus. Actum Parisius, anno Domini millesimo ducentesimo octavo, regni vero nostri anno tricesimo, astantibus in palacio nostro quorum nomina supposita sunt et signa, dapifero nullo. S. Guidonis, buticularii. S. Bartholomei, camerarii. S. Droconis, constabularii. Data vacante cancellaria, per manum fratris Guarini.

## 1317. — 15 novembre 1208, Salzbourg.

*Eberard II de Truchsen, archevêque de Salzbourg, certifie que Renaud, abbé de Mölk, a renoncé aux dîmes que lui contestaient les Hospitaliers de Mailberg.*

SOURCE : Prague, Arch. du gr.-pr. de Bohême, G. XXXI (orig. scellé).

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis, Eberhardus, Dei gratia Salzburgensis ecclesie archiepiscopus, universis Christi fidelibus in perpetuum. Res gesta in tempore scriptis debet confirmari, ut perhenniter maneat inconvulsa. Noverit itaque discretio tam futurorum quam presentium quod Reinoldus, abbas Medelicensis, consensu totius capituli sui, in presentia nostri et conjudicum nostrorum, scilicet abbatis de Gerste Hademari et archidiaconi de Gruscharn Heinrici, liti, que vertebatur inter ipsum et fratres Hospitalis Iherosolimitani de Movreberc pro quibusdam decimis, cujus videlicet litis jam dictus abbas Medelicensis judices delegatos a sede Romana nos impetraverat, bona fide et sine dolo et sine exceptione cujuslibet ecclesiastici instrumenti penitus ab[re]nuntiavit, premissis fratribus justam et per legitimam possessionem supradictas decimas pertinere recognoscens. Quapropter, auctoritate domini Innocentii pape III et nostra, quicumque jam dictos fratres Hospitalarios in prefatis decimis molestare presumpserit, anathematis vinculo se sciat innodatum. Hujus facti testes sunt: Richerus, abbas de Zwetel; Heinricus, abbas de Mense; et canonici Salzeburgensis ecclesie Heinricus, Volricus, Gotschalcus; et prepositus de Garz; Chonradus, plebanus de Muldorf, et alii quam plures. Acta sunt autem hec anno dominice incarnationis M CC VIII. Data apud Salzburg, XVII kalendas decembris.

## 1318. — 26 novembre 1208, Latran.

*Le pape Innocent III ordonne à Raymond de Rocaberti, archevêque de Tarragone, à Pierre III, archevêque de Braga, et à Pierre Muñoz, archevêque de Compostelle, de défendre aux abbés Cisterciens d'Espagne d'accueillir les Hospitaliers dans leur ordre.*

ANALYSE : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 3540. — TEXTE : Aguirre, *Coll. max. concil. omnium Hispaniæ* (Rome, 1753-55), V, 143; Baluze, *Innoc. III epist.*, II, 227; Boehmer, *Corp. juris*

*canonici*, II, 536; Migne, *Patr. lat.*, CCXV, col. 1491 ; Richter, *Corpus juris canonici*, II, 554. — EXTRAITS : Augustin, archevêque de Tarragone, *Opera omnia* (Lucques, 1765-74), IV, 539.

Innocentius, etc., Terraconensi, Bracarensi et Compostellano archiepiscopis, etc. Licet quibusdam monachis et canonicis, necnon Hospitalariis et Templariis a sede apostolica sit indultum ne, postquam aliquis professus fuerit apud eos, ad alium locum possit ipsis invitis arctioris etiam religionis obtentu transire, ut unusquisque, secundum Apostolum, in ea vocatione permaneat in qua dignoscitur esse vocatus, quia tamen ubi spiritus Dei est, ibi libertas, et qui spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege, quia lex posita non est justo, ea ratione videtur hoc illis fuisse concessum ne quis ex temeritate vel levitate in jacturam et in ruinam sui ordinis sub pretextu majoris religionis ad alium ordinem transvolaret, sicut frequenter a multis constat esse presumptum, non quidem ut ei transeundi licentia denegetur qui eam cum humilitate ac puritate duxerit postulundam, quatenus non ficte, sed vere, ad frugem melioris vite valeat transmigrare. Talis ergo, postquam a prelato suo transeundi licentiam postulaverit, ex lege privata, que publice legi prejudicat, absolutus, libere potest sanctioris vite propositum adimplere, nonobstante proterva indiscreti contradictione prelati, qui privilegium meretur amittere cum concessa sibi abutitur potestate, cum et Romanus pontifex, qui supremam obtinet in ecclesia potestatem, archiepiscopis et episcopis cedendi licentiam ex juxta causa petentibus sine difficultate concedat. Quocirca noverint universi, quibus hujusmodi privilegium est concessum, se ad concedendum transeundi licentiam taliter postulantibus de jure teneri, quia, sicut subditus a prelato cum humilitate ac puritate debet transeundi licentiam postulare, ne bonum obedientie contemnere videatur, sic profecto prelatus subdito sine difficultate ac pravitate debet transeundi licentiam indulgere, ne videatur propositum impedire divinitus inspiratum. Si vero probabiliter dubitetur utrum quis velit ad ordinem arctiorem an laxiorem ex charitate an ex temeritate transire, superioris est judicium requirendum, ne forte angelus Satane in lucis angelum se transformet, illa semper regula inviolabiliter observata, ut nullus absque licentia Romani pontificis presumat occasione quacumque deserere presulatum, quoniam, sicut majus bonum minori bono preponitur, ita communis utilitas speciali utilitati prefertur ; et in hoc casu recte preponitur doctrina silentio, sollicitudo contemplationi, et labor quieti. Ad quod utique designandum unigenitus Dei filius Jesus Christus non de Rachele secundum carnem natus est, sed de Lia ; nec legitur eum in domum suam Maria excepisse, sed Martha ; unde, quandiu potest episcopus paresse pariter et prodesse, non debet cedendi postulare licentiam aut etiam obtinere. Sane dilecti filii fratres Hospitalis Hierosolymitani, in partibus Hispanie constituti, gravi nobis conquestione monstrarunt quod quidam fratres eorum, qui administrationem et magistratum habuerant in domibus Hospitalis, et alii ejusdem ordinis, cum mandatum aliquod recipiunt a magistris quod sibi non placeat aut durum etiam videatur, se ad ordinem Cisterciensem transferunt, et sic domus Hospitalis bonis suis multoties spoliatur. Quia vero eorumdem fratrum gravamen clausis non possumus oculis pertransire, dilectis filiis universis abbatibus Cisterciensis ordinis in Hispania constitutis nostris litteris dedimus in preceptis ut, que premissa sunt diligenti meditatione pensantes, procurent eadem firmiter observare, provisuri attentius ut quod sibi fieri nolunt, minime faciant fratribus antedictis. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, si dicti abbates mandatum nostrum neglexerint adimplere, vos memoratos fratres contra premissorum tenorem non permittatis aliquatenus molestari, quinimo tam recedentes fratres quam illos qui eosdem contra premissam formam recipere forte presumpserint, ut ab hujusmodi presumptione desistant, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellatis. Quod si non omnes, etc., duo vestrum, etc. Dat. Laterani, VI kalendas decembris, [pontificatus nostri] anno XI.

### 1319. — 26 novembre 1208, Barbastro.

*Pierre II, roi d'Aragon et comte de Barcelone, assure à Ximenès de Lavata, grand-commandeur d'Espagne, qu'il acquittera toutes les dettes de la reine Sancia, sa mère*[1].

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, II, 141 (copie, XIVe s.).

Sit notum cunctis quod nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum et comes Barchinone, promittimus vobis fratri Eximino de Lavata, venerabili magno magistro Hospitalis in Yspania, et domui et fratribus ejusdem Hospitalis quod, si aliqui clamantes de cetero exierint pro aliquo debito, quod dixerint dominam S[anciam], reginam bone memorie, matrem nostram, sibi debere, nos illis clamantibus sive conquerentibus respondebimus in jure et satisfaciemus ad plenum. Unde volumus et statuimus, et mandamus firmiter ut, si aliquis deinceps unquam, homo scilicet aut femina, aliquod clamum vel aliquod debitum de domina regina matre nostra haberet vel diceret se habere, domum Hospitalis vel fratres vel homines vel res eorum alicubi pignorare vel agraviare non attemptet alicubi unquam, quoniam nos parati sumus et erimus semper inde respondere ad plenum omni homini, quicumque sit, querimonia aliqua contra eam pro debito aliquo proponenti. Quicumque ergo contra hanc cartam et mandatum nostrum venire attemptaret, esset incurs[ur]us in posse nostro cum corpore et avere, et non remaneret aliquo modo unquam in tota terra nostra. Datum Barbastri, VI kalendas decembris, era M CC XL sexta, per manum Ferrarii, notarii nostri. S. (*Seing manuel*) Petri, Dei gratia regis Aragonum et comitis Barchinone. Testes hujus rei sunt : domina C[onstantia], illustris regina Sicilie ; domina Catalina ; comes Sancius ; Eximinus Cornelii ; Acenarius Pardi ; Martinus de Caneto ; Blomeus, scriptor ; R., repositarius ; Bernardus de Almenar, portarius major ; Enecus de Ayvar, repositarius ; G. de Bono Astro. Ego Ferrarius, notarius domini regis, hoc scribi feci mandato ipsius, loco, die et anno prefixis.

### 1320. — Janvier 1209, les Baux.

*Barrale, femme de Hugues I de Baux, ratifie aux Hospitaliers, représentés par Bermond de Lusancion, commandeur de Trinquetaille, tout ce qu'ils possédaient à Gouyère, moyennant le paiement de cent sous de Raymondins neufs qu'ils lui font.*

SOURCE : Arles, Arch. comm., GG., authentique de S. Gilles, f. 173 *b* (copie, comm. XIIIe s.). — ANALYSE : *Rev. hist. de Prov.*, I (1890), 96, n° 346.

Noscant presentes et futuri quod, anno dominice incarnationis M CC VIII, mense januarii, ego domina Barrala, concensu et voluntate domini et viri mei Ugonis de Baucio, dono, laudo, et in perpetuum concedo, pro remedio anime mee et domine matris mee, et domini mei et mariti U[gonis] de Baucio, et parentum nostrorum, tibi Bermundo de Luzensoñ, domus Hospitalis S. Tome magistro, et per te domui Hospitalis S. Egidii, et omnibus fratribus presentibus et futuris omnes res et possessiones quas domus Hospitalis tenet vel possidet, vel visa est tenere vel possidere, vel alius ejus nomine, in toto territorio vel tenemento de Gozeira, ubicunque sit, vel in quibuscunque rebus a vinea S. Trinitatis usque ad terram Petri de Bur, et

1. Elle venait précisément de mourir en novembre 1208.

arrumpida S. Trinitatis usque ad Robinam Malam. Hanc autem donationem et concessionem vobis facio, ita quod nec ego, nec alius per me vel pro me, vel propter res illas in rebus illis faciat vel facere possit ullo tempore, ulla occasione, aliquam inquietacionem, molestiam vel exactionem, salvo tamen in rebus jam dictis jure meo mihi et meis, et salvo meo dominio et tasca in illis locis in quibus eam habere debeo. Receptis a vobis hujus concessionis vel laudimii nomine C solidos Raimundensium novorum, de quibus mihi satisfactam solutione et tradicione confiteor. Hec omnia et singula me firmiter servaturam, nec ullo jure, ulla ratione in totum vel in partem contraventuram, ob salutem anime mee et omnium predictorum nostrorum, per stipulationem promitto. Factum fuit hoc in furnello Baucii, in presencia domine Alazaicis de Margaritis. Hujus rei sunt testes : Bertrandus Guigo, frater Hospitalis S. Tome ; Vitrola ; Raimundus de Novis ; P. Mataro ; R. de Agulla ; Hugo Ros ; Bernardus de Calvissone ; et ego Bertrandus, notarius, qui ab utraque parte mandatus hanc cartam scripsi et sigillavi.

**1321.** — 5 janvier 1209, Barcelone.

*Guillaume III de Tavartet, évêque de Vich, Pierre, sacristain de Vich, Bernard Amell et Colomb, notaire du roi, certifient l'accord intervenu entre Pierre II, roi d'Aragon et comte de Barcelone, et les Hospitaliers, représentés par Ximenès de Lavata, grand-commandeur d'Espagne, et par Martin d'Andos, châtelain d'Amposte, relativement à la ville de Cicero et à des moulins situés à Solers et à Barcelone.*

Source : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, parch. de Pierre II n° 70 (charte-partie orig.)[1], et n° 310 des copies faites en 1820.

Notum sit cunctis quod hec est carta composicionis facte inter dominum Petrum, Dei gratia regem Aragonum, comitem Barchinone, et fratrem Examemum de Lavata, magnum magistrum Yspanie, et Martinum de Andos, castellanum Emposte, et alios fratres ejusdem domus, per manum dompni Guillelmi, venerabilis episcopi Ausonensis, et Petri, Ausonensis sacriste, et Bernardi Amelii et Columbi, scilicet super questionem quam dicti fratres movebant domino regi super juribus que allegabant se habere in villa Ciceronis et in terminalibus ejus, et super controversia molendinorum, que dominus Ildefonsus rex bone memorie dicebatur hedificasse in jure Hospitale, et etiam super multura, quam firmiter asserebant se habere debere et longissimo tempore possedisse in molendinis domini regis apud Barchinonam ad opus fratrum et familie, quod non ita plenarie dominus rex concedebat. Forma itaque transaccionis hec est : quod domus Hospitalis et dicti fratres, per se et successores suos omnes et per Jerosolimitanum Xenodochium, solvunt et diffiniunt et tradunt dicto domino regi quicquid habent vel habere debent, et etiam quicquid petebant in villa de Cicerone et in omnibus suis terminalibus, ut de cetero licite possideat ad omnem suam voluntatem faciendam in perpetuum suorumque ; et similiter solvit et diffinit pretaxata domus et fratres domino regi dictam molturam, quam in ejus molendinis exigebant ad suum opus et familie sue. Pro hac autem diffinitione et compositione donat dominus rex et tradit dicte sancte domui Hospitalis, et prenominatis fratribus et successoribus suis in perpetuum, per liberum et franchum alodium, ad omnes voluntates suas plenarie faciendas, unum molendinum in casali

1. Les deux exemplaires de la charte-partie se trouvent aujourd'hui réunis au dépôt de Barcelone. Celui qui était destiné aux Hospitaliers porte au dos la cote suivante : arm. 2 de Barcelone, sac Jésus n° 86, et cette cote atteste que l'acte faisait partie des archives du grand-prieuré de Catalogne. Comment est-il entré aux archives d'Aragon, et à quelle époque ? C'est ce qu'il nous a été impossible de déterminer.

quod appellatur de Solerio, quod appellatur de Nathali, ut ipsum habeant licite et potenter, et in ductu aque vel reductu, vel in paxeriis vel ripis, nullam expensam vel sumptus faciant, quia dominus rex et suus bajulus aquam illam semper debet tenere paratam ad molendinum sine expensis et sumptibus Hospitalis. Preterea dominus rex vel suus bajulus, vel homo suus non impediat, vel turbet, vel prohibeat homines vel feminas, qui vel que molere voluerint in dicto molendino Hospitalis, et ipsum Hospitale accipiat molturam a molentibus secundum usum aliorum molendinorum que in eodem casali sita fuerint et constituta ; Hospitale tamen non habeat ibi bestiam ad blatum portandum molencium nisi ad propriam sue domus, nisi ibi dominus rex vel suus bajulus ad sua molendina bestiam habent. Et rursum concedit dominus rex et donat dicte religiose domui Hospitalis et fratribus usum aque de reggo ad rigandum ortum Hospitalis mansi de Clot in perpetuum, et omnes terras et vineas, quascumque propriis sumptibus coluerint, ubicumque accipere voluerint ad suum opus et ad opus mansi, dum tamen claudant aquam in uno loco quando alibi mutare voluerint, nec aliud per ipsam aquam vel usus ejus teneantur facere servicium vel expensam. Et est verum quod aquam de ipso reggo sic longissimo tempore acceperunt. Omnia supradicta laudamus et confirmamus vobis domino regi et vestris in perpetuum, consilio fratrum nostre domus, nos scilicet Examenus de Lavata, magnus magister, et Martinus de Andos, et B. de Alcharracio, preceptor domus Hospitalis Barchinone, ad vestras vestrorumque voluntates plenarie faciendas. Et ego dominus P[etrus] dictus rex omnia supradicta laudo et confirmo vobis fratribus et successoribus vestris in perpetuum, et sancte domui Hospitalis, promitentes bona fide per sollempnem stipulationem vobis stipulantibus quod molendinum predictum et usum aque, ut pretaxatum est, faciam vos et vestros, per me et per meos, habere et tenere potenter et in pace; et ab omni persona contradicente defensor ero, et omnia supradicta faciam vobis fideliter observari et domui Hospitalis in perpetuum. Datum Barchinone, per manum Ferrarii, notharii nostri, nonas januarii, anno millesimo ducentesimo octavo. S. Petri, Dei gratia regis Aragonum et comitis Barchinone. S. Exameni de Lavata, magni magistri Yspanie. S. Martini de Andos, castellani Emposte, qui hoc laudamus et firmamus pro nobis et pro fratribus Hospitalis. Testes hujus rei sunt : Michael de Lusia ; Aznarius Pardi ; Bernardus de Bellocho, majordomus ; dompnus Latro ; Gomez de Luna ; Guafredus de Rochabertino ; Arnaldus de Lerz ; Dalmatius de Crexello ; Petrus de Crexello ; Jozfredus Guilaberti ; Pontius Guillelmi de Turredella. S. Durfort, bajuli domini regis. † Guillelmus, Ausonensis episcopus. † Petrus, Ausonensis sacrista. S. Bernardi [Amelii]. S. Columbe, domini regis notarii. S. Barfith Modah, testis [1]. Ego Ferrarius, notarius domini regis, hoc scribi feci mandato ipsius, loco die et anno prefixis. S. † Petri Macharanis, qui hoc scripsi mandato Ferrarii, notharii domini regis, cum litteris appositis in linea XIII et emendatis in XIIII et XVIII, die et anno prefixis.

## 1322. — 30 janvier 1209, Latran [2].

*Le pape Innocent III défend aux Hospitaliers et aux Hospitalières de Portugal de déposer l'habit de l'ordre et de retourner aux plaisirs du monde.*

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 242 (copie de S. Pauli, XVIII° s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 74 (copie, XVI° s.), et bullaire A, f. 66 (auj. perdu).

Innocentius, etc., magistro et fratribus Hospitalis Hierosolimitani in Por-

1. Cette signature est en hébreu ; elle est écrite en caractères rabbiniques.

2. Cette bulle pourrait également être attribuée à Innocent IV et datée du 30 janvier 1254.

tugallia, salutem, etc. Religionis vestre meretur honestas ut, vos in charitatis visceribus amplexantes, petitionibus vestris, quantum cum Deo possumus, [annu]amus. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod nonnulli fratres et sorores vestri ordinis, post factam in eo professionem, rejecto habitu regulari, ad illicitas voluptates seculi, quas prius salubriter abdicaverant, tanquam canes ad vomitum, redeuntes, matrimonia de facto, cum de jure non possint, contrahere propria temeritate presumunt, et, tanquam laici secularibus negotiationibus dampnabiliter implicantes et diligenter ammoniti, redire ad predictum ordinem aspernantur in animarum suarum periculum, plurimorum scandalum, et derogationem ipsorum ejusdem ordinis manifestam. Quare fuit nobis ex parte vestra humiliter supplicatum ut super hoc adhibere congruum remedium curaremus. Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, ne talia de cetero ab aliquibus fieri debeant, auctoritate presentium districtius inhibemus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, III kalendas februarii, pontificatus nostri anno XI.

## 1323. — [1-21 février 1209.]

*Le même informe Jean de Velletri, évêque de Florence, Rénier, évêque de Fiesole, et l'archiprêtre de Pistoia qu'il a adjugé aux Hospitaliers du S. Sépulcre de Pise l'Hôpital de S. Alluccio.*

ANALYSE : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 3672. — TEXTE : Augustin, archevêque de Tarragone, *Opera omnia*, IV, 532 ; Baluze, *Innoc. III epist.*, II, 281 ; Boehmer, *Corpus juris canonici*, II, 495 (avec attribution à l'année 1208) ; Migne, *Patr. lat.*, CCXV, col. 1583 ; Richter, *Corpus juris canonici*, II, 516.

Innocentius, etc., Florentino et Fesulano episcopis, et archipresbytero Pistoriensi, salutem, etc. Inter dilectos filios Hospitalarios S. Sepulchri de Pisis Hospitalis Hierosolimitani ex una parte, ac fratres Hospitalis S. Allucii questione suborta, cum iidem Hospitalarii super possessorio, quod semel et iterum, ex causis tamen dissimilibus, intentarunt, contrariam sententiam reportassent, demum ad petitorium recurrentes, per procuratorem suum coram dilecto filio Andrea, subdiacono et capellano nostro, quem sibi et procuratori partis alterius auditorem concessimus, ponere curaverunt. Quod cum B., quondam rector, et patres ac patroni ejusdem Hospitalis S. Allucii, habito communi tractatu, deliberassent Hospitale ipsum Hospitalariis supponere supradictis, commiserunt in hoc tribus procuratoribus vices suas, communiter statuentes ut quod per ipsos super hoc fieret acceptarent. Qui postmodum ad predictos Hospitalarios accedentes, cum eisdem taliter statuerunt ut ad ipsum Hospitale aliqui mitterentur, qui eorum nomine reciperent assignationem ipsius. Cum autem fratrem M. et B. propter hoc illuc transmisissent, iidem in camera predicti rectoris donationem et assignationem Hospitalis predicti tam a prefato magistro quam supradictis procuratoribus et aliis ejusdem domus fratribus receperunt..... Procurator autem partis alterius ex adverso respondit quod predicta donatio debebat non immerito retractari, quoniam, multis ex fratribus inconsultis, a predicto rectore ac paucioribus fratribus excommunicatis nihilominus et perjuris ac de re litigiosa et in fraudem plebani de Piscia, qui super eodem Hospitali moverat questionem, fuerat celebrata ; et hec omnia proponebat sufficienter esse probata per depositiones testium productorum. Ad hec vero parte altera multipliciter respondente, hinc inde fuit aliquandiu disceptatum. Nos igitur, iis et aliis intellectis, que coram capellano predicto partes proponere curaverunt, et ipsarum attestationibus diligenter inspectis, attendentes quod fratres et patroni S. Allucii pro se, imo potius

contra se suam turpitudinem allegabant, videlicet perjurium, excommunicationem et fraudem, non utique contra ipsos sed ab ipsis commissam, et intelligentes donationem ab eis prefatis Hospitalariis factam puram ac simplicem exstitisse, quia non deceptoribus sed deceptis jura subveniunt, unde per ea que superius sunt proposita se contra factum proprium legitime defendere non valebant, cum et quedam ex ipsis non fuerint comprobata, de consilio fratrum nostrorum Hospitale predictum S. Allucii cum pertinentiis suis Hospitalariis S. Sepulcri adjudicare curavimus, ita quod per hanc nostre diffinitionis sententiam diocesano episcopo et plebano de Piscia nullum prejudicium generetur, cum res inter alios acta non debeat aliis prejudicium generare.

## 1324. — 4 février 1209, Manosque.

*Guillaume IV, comte de Forcalquier, fils du comte Bertrand II et de la comtesse Joscerande, confirme aux Hospitaliers, dans son testament, la donation de Manosque.* (*V. plus haut, n°* 1258.)[1]

Sources : Manosque, Arch. comm., Ka, n° 11 (orig.); Marseille, Arch. des B.-du-Rh., B. n° 5 (Reg. Rubei), f. 172 (copie, xvi[e] s.); ordre de Malte, H. 628 (orig. bullé). — Analyse : Bréquigny, *Table chron. des diplômes... concern. l'hist. de France*, IV (Paris, 1836), 432. — Texte : H. Bouche, *La chorogr. ou descr. de la Provence*, II (Aix, 1664), 196 ; J. Columbi Manuascensis *Opuscula varia* (Lyon, 1668), 461; Féraud (abbé), *Hist. de Manosque* (Digne, 1848), 187; Pauli, *Cod. dipl.*, I, 305.

In apicibus literarum memoria comendatur, ne res gesta penitus oblivioni tradatur. Presentibus igitur et futuris hoc presenti scripto cunctis notificetur quod, anno dominice incarnacionis M CC VIII, indiccione XI, pridie nonas[2] februarii, dominus comes W[illelmus] Forcall[querii], filius domini comitis Bertrandi et domine comitisse Jaucerande, in palatio suo Manuasche, in camera subtus capella, in suo scilicet sedens lecto ante furnellum, nobiles viros suos, castellanos videlicet et milites ac filios militum terre sue, burgenses et proceres, totumque populum suum de Manuascha, tam divites quam pauperes, tam juvenes quam senes, nomina quorum omnium inferius scripta sunt, cum pietatis affectu atque pia diligenter cum religiosa mente ad se in conspectu suo venire jussit atque vocavit. Quibus omnibus conspectui suo adsistentibus, professus fuit et recognovit donacionem avunculi sui Guigonis, et eam specialiter confirmavit, et proprium corpus suum sepulture destinando, et destinacionem seu votum sacramento confirmando, de novo in domum Hospitalis donacionem inter vivos contulit in hunc modum : Ego W[illelmus], Dei gratia comes Forcall[querii], filius domini comitis Bertrandi et domine comitisse Jaucerande, pietatis intuitu et in redemptione peccatorum meorum et parentum meorum, et in compensacione dampni Hospitali et fratribus a me illati, dono et jure perfecte donacionis inter vivos trado in perpetuum, sine omni retinemento, domino Deo et fratribus Hospitalis Jherusalem presentibus et futuris, in manus de te fratre Petro de Falcone, ejusdem Hospitalis priore, propriam domum meam, scilicet palacium de Manuascha cum omnibus pertinenciis suis, quod meis sumptibus edificavi. Et preterea quicquid quocumque jure ad me pertinet vel quandocumque pertinuit in burgo et castro de Manuascha et in eorum pertinenciis, et in Totas Auras, intus et extra, cum terris cultis et incultis, pratis, nemoribus, aquis, aquarum decursibus, et cum hominibus et feminabus, et cum justiciis, firmanciis, et jurisdictione, et

1. Guillaume IV, dernier comte de Forcalquier, mourut le 7 octobre 1209. (J. Roman, *Obituaire du chap. de S. Mary de Forcalquier*, Digne, 1887, p. 57.)
2. Pauli imprime par erreur : idus.

explectis, sicut melius generaliter vel specialiter posset nominari, sicut ego vel aliquis de genere meo per nos vel per alium unquam melius vel plenius habuimus, vel possedimus, vel habere vel possidere visi sumus, ubicumque in omnibus suprascriptis territoriis, seu in quolibet eorum, hoc est usque ad territorium S. Tulie, et usque ad territorium Petreviridis, et usque ad territorium Montisfuronis, et usque ad territorium S. Martini, et usque ad territorium Dalfini, et usque ad territorium de Vols, et usque ad flumen Durencie. Que utique omnia in eadem donacione in formam suprascriptam concludo et profiteor, et in veritate recognosco me eandem dudum domui Hospitalis celebrasse donacionem, et a tempore predicte donacionis omnia predicta pro domo Hospitalis et fratribus possedisse, et modo in presenti totum predictum palacium, et burgum, et castrum de Manuascha et Totas Auras, et si quid meo nomine in predictis vel infra predicta loca possideo, nomine Hospitalis et fratrum ibidem Deo serviencium presencium et futurorum me constituo possidere tantum dum vixero, ut exinde fratres Hospitalis sua auctoritate, nullius requisito consilio nec alicujus voluntate expectata, omnium suprascriptorum possessionem absque contradictione valeant occupare, et ut proprium habere ad omnes voluntates suas inde faciendas. Preterea corpus meum vovens et offerens pro sepultura cimiterio domus Hospitalis, profiteor et in veritate recognosco Guigonem, avunculum meum bone memorie, predictorum locorum omnium domui Hospitalis et fratribus, presentibus scilicet et futuris, fecisse donacionem, quam specialiter bona fide et sine dolo laudo et inperpetuum confirmo[1]. Omnia itaque, et sicut singula superius scripta sunt, me perpetuo bona fide servaturum per me successoresque meos, nec aliquo jure scripto vel non scripto, vel ratione contraventurum per stipulationem promito, et me et meos inde devestio, et domum sive domos Hospitalis et fratres scilicet presentes et futuros inde investio. Et ut predicta donacio et omnia suprascripta post obitum meum majori et perpetua gaudeant firmitate, barones et proceres meos et homines de Manuascha, quorum nomina infrascripta sunt, per sacramentum fidelitatis et hominii, quo michi tenentur adstricti, comoneo, eosque de novo jurare precipio, ut predictam donacionem tam devote factam pro posse suo servent et servari procurent. Et si quis in posterum contra predictam munificenciam aliquomodo venire temptaret, contra illum vel illos pro posse suo domui et fratribus Hospitalis auxilium et consilium inpendant, et ab omni violentia defendant; et ipsis Hospitalariis homines de Manuascha in omnibus et per omnia tanquam veris dominis obedientes existant, et de predictis, si necessitas exigeret, testimonium ferant. Predicte quoque donacioni specialiter addicio scilicet ut jure perfecte donacionis habeant in perpetuum omnes hereditates seu possessiones vel honores qui fuerunt militum vel hominum castri de Manuascha; quas pro malicia seu perfidia vel prodicione, quam contra me comiserunt, jure confiscacionis occupavi, ita ut nullus eorum aliquo tempore suas valeat possessiones recuperare, nisi ad cognicionem domini prioris, pro tempore in prioratu Hospitalis residentis, a crimine tante perfidie et prodicionis sese purgaverint. Ad majorem omnium suprascriptorum firmitatem atque cautelam, hanc cartam presentari volo domino pape et domino inperatori, et in eorum noticia quicquid in ea continetur deduci, et ad perpetuam rei memoriam et indubitabilem fidem eorum sigillis presentem paginam precor comuniri. Ad hec nos barones et proceres et homines infrascripti, pie domini comitis donacioni gratum prebentes assensum, bona fide promitimus et tactis sacrosanctis evangeliis juramus quod omnia et singula et predicta pro posse nostro domui et fratribus Hospitalis presentibus et futuris defendemus, et contra omnes ad tuicionem predicte donacionis auxilium et consilium ipsis prestabimus. Et nos homines de Manuascha ipsis, post obbitum domini comitis, tamquam dominis fide-

1. Il s'agit de la donation du 1 juin 1149. (V. plus haut, I, n° 186.)

liter obbediemus. Illi itaque qui juraverunt sunt hii : W. de Sabrano ; Raimbaudus Osasica, et Ramundus, frater ejus ; Bertrandus de Villamuro ; Guigo Roze ; Isnardus de Dalfino ; Laugerius de S. Maximo, et Bertrandus, frater ejus ; Petrus Ferulfus ; Durandus Basili ; Tibanus ; Guigo Barba Torta ; Ugo de Manuascha ; Arbertetus Minius ; W. de Cucurone ; Guibertus de Rellania ; Lanbertus de Rellania, frater ejus ; Ugo de Monte Justino ; Petrus Nigrellus ; Bertrandus Savini ; Laugerius Savini ; W. Cornuti ; W[illelmus] de Forcall[querio] ; Ramundus Riperti ; Rostagnus Roze[1]. Petrus, notarius, domini supradicti comitis W[illelmi] mandato, hanc hujus pie donacionis cartam dictavit, et propriis manibus conscripsit, et cum hoc presenti plumbeo sigillo ipsius comitis corroborando publice sigillavit, et etiam hoc (*Seing manuel*) suum apposuit.

## 1325. — 26 février 1210, Agramunt.

*Pierre II, roi d'Aragon et comte de Barcelone, en souvenir de la reine Sancia, sa mère, donne au monastère de Sigena et à la prieure Ozende de Lizana un Juif nommé Vital, et sa famille, et le fait bénéficier des avantages dont jouissaient les Juifs dans ses états.*

Source : Sigena, Arch. du monastère (conf. scellée de Jacques II, roi d'Aragon, du 7 juillet 1304).

In Christi nomine, manifestum sit omnibus quod nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum et comes Barchinone, attendentes karitatis opera quibus domus Hospitalis Jherosolimitani ubique cernitur habundare, et considerantes quod quadam specialitate et dilectionis affectu domui de Sexena et fratribus et sororibus ejusdem tenemur, tum propter religionem et Dei servicia que ibi cotidie fiunt, tum gratia et intuitu felicis recordationis domine Sancie, illustris quondam regine Aragonum, matris nostre, cujus studio eam constat edifficatam, ob remedium anime nostre et parentum nostrorum, damus, concedimus et laudamus in perpetuum eidem domui, et vobis dompne Otzende, venerabili priorisse, et fratribus et sororibus ejusdem presentibus et futuris Judeum nostrum magistrum Vitalem, filium quondam magistri David Abnadean, alfaquinii domini Ildefonsi regis bone memorie patris nostri, et uxorem ejus, et filios ejus omnes, et omnes suos imperpetuum, cum uxoribus et filiis et omnibus rebus et possessionibus suis, quas nunc alicubi habent vel in antea poterunt adipisci, ad habendum et tenendum et possidendum eos libere et quiete et sine omni nostro nostrorumque retentu, ad omnes voluntates vestras inde perpetuo faciendas. Emfranchimus autem predictum Judeum et uxorem ejus, et filios ejus, et omnes suos per secula cuncta ab omni fazcenda et demanda regali et vicinali, et eicimus eos ab omni vicinitate et potestate de algema Judeorum inter quos habitaverint. Ita quod sint franchi, liberi, ingenui et immunes ab omni dono et prestito et servicio nostro, et ab omni peyta, pedido, questia, paria, precaria, forcia, bovatico, monetatico, servitute et exactione ac succursu, ab omni quoque oste et cavalcata earumque redemptione, et ab omni lezda, pedatico, portatico, usatico, peso, mensuratico, tolta et consuetudine, novis et veteribus, statutis et statuendis per omnia loca nostre dominationis, tam in mari quam in terra, quam in stagno et in aqua dulci, cum omnibus rebus et mercibus suis, quas secum duxerint vel portaverint vel per aliquos captalarios miserint. Ita quod ab hiis omnibus et singulis sint quieti, et penitus alieni nunc et semper, sic quod neque alyama Judeorum neque merinus,

1. L'acte contient ici la liste très longue des habitants de Manosque, témoins de l'acte ; il a paru inutile de la reproduire ; mais le lecteur la trouvera dans les ouvrages de Columbi et de l'abbé Féraud.

neque justicia, neque zahalmedina, neque judex, neque alchaldus, neque repositarius, neque majordomus, neque senior, neque eorum homo, neque aliquis alius homo noster seu alienus aliquid horum a predictis Judeis vel posteris suis audeat demandare seu exigere, vel eos ad horum aliquid dandum, faciendum vel solvendum compellere vel distringere ulla ratione vel modo. Preterea laudamus, concedimus et perpetuo confirmamus predictis Judeis et suis omnibus omnia donativa et omnes hereditates et possessiones suas,quas habent et habere debent in tota terra nostra, et ea omnia que adquirere poterunt unquam de cetero emptione, pignore, adquisitione vel aliquo alio modo, et omnia instrumenta que habent a predecessoribus nostris vel ab aliis personis, sicut melius dici et intelligi potest ad eorum profectum. Statuimus etiam quod liceat prenominatis Judeis et suis omnibus semper colligere et recuperare et etiam pignorare omnia debita sua sine omni impedimento, ubique, a debitoribus suis, sicut in cartis eorum sufficienter poterit demostrare. Item volumus et statuimus quod Judei predicti vel sui non teneantur unquam de ullo stabilimento vel coto, quod Judei, inter quos habitaverint, fecerint vel stabilierint inter se, vel forte jam factum vel stabilitum habent, neque ad aliquam caloniam vel coti solutionem pro violatione illius distringi possent aliquatenus vel compelli. Volumus preterea et statuimus ut vos, priorissa et sorores et fratres de Sexena, presentes vel futuri, non possitis de predictis Judeis vel suis unquam aliquod cambium vel commutationem facere, vel eos pro aliquibus aliis Judeis vel Christianis aut Sarracenis, vel pro aliqua re desemparare unquam vel aliquatenus commutare. Tandem statuimus et mandamus firmiter ut nullus Judeus neque aliquod algema Judeorum predictos Judeos vel suos unquam audeat excommunicare, vel super eos alathma mittere vel jactare, aut interdictum vel ligamentum eis facere, aut venditionem vel emptionem alicujus rei prohibere, vel propter eos scolam aut sinagogam dimittere, vel eos inde eicere, vel ab oratione desistere, aut propter eos separatim orare, vel in sinagoga tacere, aut negare vel prohibere sepulturam seu circumcisionem attemptet aliquo modo, aliqua occasione vel ratione. Quicumque autem contra hanc cartam nostram venire in aliquo attemptaret, iram et indignacionem nostram prorsus incurreret, et insuper, dampno illato prius in duplum plenarie restituto, mille aureorum pena a nobis sine aliquo remedio feriretur, presenti privilegio nichilominus in suo robore duraturo, et nullo alio facto vel faciendo in aliquo huic contraire valenti. Datum apud Acrimontem, IIII kalendas marcii, anno dominice incarnationis millesimo CC nono, era M CC XL octava, per manum Ferrarii, notarii nostri. S. Petri, Dei gratia regis Aragonum et comitis Barchinone. Testes hujus rei sunt: Guillelmus, vicecomes Cardone ; R. de Montecateno ; R. Gaucerandi ; Garssias Romei; Blascus Romei ; Sancius de Antilione ; Azcenarius Pardi ; Atto Orela ; Martinus de Caneto; Rodericus Lizana; Atto de Fozes ; P. de Podio Viridi ; Berengarius de Podio Viridi ; G. de Podio Viridi ; Berengarius de Petra Mala ; G. R.. senescalcus ; B[er]n[ardus] de Belloc, majordomus ; Bertrandus de Belloc, et multi alii. Ego Ferrarius, notarius domini regis, hoc scribi feci mandato ipsius, loco, die et anno prefixis.

**1326.** — 28 février 1209, Latran.

*Le pape Innocent III défend aux prélats d'encourager la rebellion des Hospitaliers contre leurs supérieurs, et d'accepter les dépôts d'argent faits par eux au préjudice de l'Hôpital.*

Source : Paris, Bibl. nat., lat. 8998, n° 3 (orig. bullé).

Innocentius, etc., venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis et dilectis

filiis, tam clericis quam laicis, ad quos littere iste pervenerint, salutem, etc. Quam laudabiliter dilecti filii nostri fratres Hospitalis Jerosolimitani per opera pietatis servitio conditoris immineant, et quot de subventione ipsorum infirmi et pauperes sustententur, neminem, qui christiana lege censetur, utilitas, que de operibus ipsorum provenit, patitur ignorare. Sane conquerentibus ipsis accepimus quod quidam fratres eorum, sepius de domibus propriis exeuntes, magistris suis rebellione dampnabili contradicunt, et in hoc frequenter a viris ecclesiasticis et secularibus roborantur. Quidam eciam pecuniam a fratribus ipsis recipiunt preter conscientiam aliorum, eamque in prejudicium Hospitalis detinent, et reddere contradicunt, depositores ipsius in sua pariter malicia defendentes. Quia vero tam graves injurias predictorum fratrum sustinere nec volumus nec debemus, universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus quatinus neminem predictorum fratrum quisquam vestrum presumat defendere, vel eis in rebellione sua et contumacia favorem aliquem dampnabiliter exhibere, ne pecuniam a quoquam fratrum recipiat vel receptam retineat, nisi ei fuerit de communi fratrum domus consilio commendata. Si vero aliquis, quod non credimus, contra hujus apostolice jussionis tenorem venire presumpserit, nisi commonitus infra viginti dies errorem suum debita satisfactione correxerit, eum usque ad satisfactionem congruam excommunicacioni decernimus subjacere. Dat. Laterani, II kalendas martii, pontificatus nostri anno XII.

## **1327.** — [25-31] mars 1209 [ou 1-24 mars 1210], Arles.

*Hugues I et Barrale de Baux concèdent à Pierre de Faucon, grand-prieur de S. Gilles, la liberté de transit dans leurs domaines pour les Hospitaliers et leurs marchandises.*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 54, n° 4 (copie notariée, XIII[e] s.), et Authentique de Trinquetaille, f. 56 (copie, XIII[e] s.). — Analyse : D[r] L. Barthelemy, *Invent. des chartes de la maison de Baux*, 37, n° 134.

Noscant[1] presentes et futuri quod, anno dominice incarnationis M CC VIIII, mense [marcii], ego Hugo de Baucio et ego Barrala, ejus uxor, consencientes in idem amore Dei et pro salute animarum nostrarum et [omnium] parentum nostrorum, mera liberalitate et spontaneo motu, donamus et concedimus in perpetuum tibi fratri P[etro] de Falcone, priori Hospitalis S. Egidii, et per te omnibus fratribus Hospitalis Jherosolimitani, presentibus et futuris, talem libertatem quod per portum de Trencataillia, et Rodaneti, et Burgi et S. Egidii, et per omnes alios portus qui in nostro sunt dominio, vel in antea erunt, omnes fratres Hospitalis Jerosolimitani et omnes res eorum, eundo et redeundo, libere et absolute, sine omni inquietatione et perturbatione seu inquisitione, quandocumque voluerint valeant pertransire. Et si quis aliquis homo vel femina, quod absit, huic donationi aliquid contradixerit, iram nostram incurret insuper. Et nos predicti per stipulationem promittimus et per fidem, quam domino Deo tenere debemus, quod supradictam donationem ratam et pro omni posse nostro et amicorum nostrorum predicto Hospitali habere et tenere in perpetuum faciemus. Actum est hoc in domo domini predicti Hugonis de Baucio, in burgo novo Arelatis. Hujus rei sunt testes : Autardus; Bernardus; Ferreolus; W. [de] Cabannis. Et isti alii, qui sunt fratres predicti Hospitalis : P. de Salviano ; Po.

1. L'acte porte, dans l'Authentique de Trinquetaille, le titre suivant : « Hec est carta quam Ugo de Baucio afranchi Hospitale, quod fratres possunt transire libere per omnes portus Rodani, ad eum pertinentibus ».

Hospinelli; Bertrandus Guigo; frater Rostagnus; W. Martinus; frater Bertrandus; S. Rossignol; frater Gilius; frater Stefanus Ortolanus; R. Escudier; Simon, diaconus; R[aimundus] Ricardus; M. Johannes; Bertrandus Taboix. Et ego Bertrandus notarius, qui, ab utraque parte mandatus, hanc cartam scripsi et sigillavi. Et ego magister Radulfus, notarius, scripsi hoc transcriptum, et sumpsi ab horiginali verbo ad verbum sine augmento et diminucione, et signavi.

### 1328. — [23 avril 1209[1].]

*Le pape Innocent III avise Albert Avogadro, patriarche de Jérusalem, et les grands-maîtres du Temple et de l'Hôpital qu'il leur a envoyé par Jean de Sambuco, frère de l'Hôpital,* 850 *livres de Provins à employer à leur gré; ils recevront ultérieurement une somme égale. L'année précédente, il leur avait envoyé, par l'entremise des Templiers, mille livres d'or de Provins, et compte leur faire parvenir, par les Hospitaliers et les Templiers,* 1400 *marcs d'argent à dépenser à leur gré en prenant l'avis de Jean, comte de Brienne. — « Ecce mittimus vobis. »*

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 7 A, f. 100 *b* (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 3716. — Texte : Baluze, *Innoc. III epistolæ*, II, 314; Migne, *Patr. lat.*, CCXVI, col. 37.

Dat. Laterani, anno xii.

### 1329. — 9 juillet 1209, Viterbe.

*Le même aux Cisterciens de Provence. Il renouvelle la bulle du* 26 *novembre* 1208 : *« Licet quibusdam monachis ». (V. plus haut, n°* 1318).

Sources : Paris, Arch. nat., L. 238, n° 65 (orig. bullé); Bibl. nat., lat. 9001, f. 75 *b* (copie d'A. de Naberat, xvii° s.).

Dat. Viterbii, vii idus julii, pontificatus nostri anno xii.

### 1330. — [Août] 1209.

*Geoffroy, prieur de la Charité-sur-Loire, vend aux Hospitaliers les églises de la Croix-en-Brie, de Closfontaine, et le temporel que le couvent avait à Courmery, au Sceau, à Bruyères, à Praaz, à S. Just, à Merreuilles, à Montauger, etc.*

Source : Paris, Arch. nat., S. 5165, n° 5 (orig. scellé). — Analyse : Mannier, *Command. du grand-prieuré de France*, 227.

Ego Gaufridus, prior, et conventus de Caritate notum facimus universis, presentibus pariter et futuris, quod nos donamus in perpetuum fratribus Hospitalis integre ecclesiam de Cruce in Bria, et ecclesiam de Clofonte cum omni jure ad nos

[1]. Cette date approximative est déterminée par une bulle d'Innocent III, adressée à Philippe-Auguste, roi de France, le 23 avril 1209 : « Illud quod quidem »; dans celle-ci, en effet, le pontife fait allusion à la somme de 1400 marcs dont il est ici question (Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 3715).

pertinente, et cum decimis ipsarum ecclesiarum, et omnia spiritualia ad ipsas ecclesias pertinentia. Preterea ipsis fratribus Hospitalis vendidimus omnia temporalia, que in ipsa villa de Cruce, et apud Cormeruium, Loysoillis, Brueron, Praaz et apud S. Justum habemus. Quicquid etiam habemus apud Merrolias et apud Montem Hogeri, et in omnibus aliis locis ad ipsum prioratum de Cruce pertinentibus, cum omnibus redditibus, feodis, et cum omnibus fructibus, proventibus, sive mobilibus; sive eciam in hospitibus, et hominibus, servis et ancillis, et cum omnibus aliis rebus, et cum omni jure, et justitia ad predictum prioratum de Cruce pertinentibus, ipsis fratribus Hospitalis vendidimus pro sex millibus librarum[1] Parisiensium; aliter enim non poteramus liberare ecclesiam nostram ab usuris, quibus tenebatur erga Judeos. Insuper nos tenemur liberare ipsis fratribus absolute quicquid obligavimus alicui seu aliquibus nomine pignoris, et, si quid alicui ad vitam suam tenendum concessimus, eisdem fratribus tenemur similiter liberare, ita tamen quod nos assignabimus equivalentes redditus dictis fratribus Hospitalis pro obligationibus, si que per nos facte sunt de aliquibus rebus ad predictum prioratum de Cruce pertinentibus. Omnia siquidem instrumenta, que nos habemus, sive de libertatibus, consuetudinibus, aut possessionibus ipsius prioratus de Cruce et rerum ad ipsum prioratum pertinencium, sepefatis fratribus Hospitalis tenemur reddere; et si aliqua habemus instrumenta que sint communia tam prioratui de Cruce quam aliis, quotiens necesse fuerit ipsis fratribus exhibere tenemur. Preterea si quis traxerit ipsos fratres in causam super predictis, nos garentiemus eos per jus cum sumptibus Hospitalis; et si non poterimus eos garentire, nos restituemus ipsis omnia dampna que propter hoc sustinebunt. Ceterum, si ita sit quod non possimus eos garantire, equivalens eis tenebimur assignare. Quod ut perpetuum robur obtineat, sigillorum nostrorum munimine presentem paginam confirmamus. Actum anno gratie millesimo ducentesimo nono.

## 1331. — Août 1209.

*Guillaume II, abbé de Cluny, ratifie la vente du prieuré de la Croix-en-Brie, faite par Geoffroy, prieur du couvent de la Charité-sur-Loire, aux Hospitaliers, et la vente antérieure de Châteaubleau, de Coutençon et de Carrois, aux mêmes.* (*V. plus haut, n°* 1177.)

Source : Paris, Arch. nat., S. 5165, n° 2 (orig. scellé).

Ego frater Willelmus, humilis Cluniacensis abbas, et totus ejusdem loci conventus, universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis in perpetuum. Noverit universitas vestra quod illam donationem spiritualium et venditionem[2] temporalium, quas dilecti fratres nostri prior et conventus de Karitate fecerunt fratribus Hospitalis super prioratu de Cruce in Bria de universis, tam spiritualibus quam temporalibus, et omni jure ad eundem prioratum pertinentibus, et alias venditiones, scilicet de Castro Beliart, de Contencon, de Coldreio, ab eis predictis fratribus Hospitalis factas, sicut in predictorum prioris et conventus Karitatis autenticis continetur, ratas habemus, et in perpetuum confirmamus. Et ut hoc perpetue stabilitatis robur obtineat, presentem paginam sigillorum nostrorum auctoritate roboramus. Actum anno incarnationis M CC nono, mense [aug]us[to].

1. Le reçu des 6000 livres mentionnées ici furent versées par Guillaume de Villiers, grand-prieur de l'Hôpital en France, comme prix de cette vente, à la date du 11 août 1209 (Paris, Arch. nat., S. 5165, n[os] 3 et 4, originaux scellés).

2. Cette vente fut autorisée à Melun, en août 1209, par Pierre de Corbeil, archevêque de Sens; la ratification du prélat figure dans l'acte de confirmation d'Honorius III, du 7 décembre 1217 : « Cum a nobis » (Rome, Arch. du Vatican, reg. 9, f. 181-2).

**1332.** — [Août-31 octobre] 1209, Paris[1].

*Philippe-Auguste, roi de France, ratifie la vente faite par Geoffroy, prieur, et par le couvent de la Charité-sur-Loire, aux Hospitaliers, des églises de la Croix-en-Brie, de Closfontaine, etc. (V. plus haut, n° 1330.)*

Source : Paris, Arch. nat., S. 5165, n° 1 (orig. scellé). — Analyse : Mannier, *Command. du grand-prieuré de France*, 227.

(*Croix.*) In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Philippus, Dei gratia Francorum rex. Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod Gaufridus, prior, et conventus de Karitate, in nostra presentia constituti, donaverunt integre et in perpetuum fratribus Hospitalis ecclesiam de Cruce in Bria et ecclesiam de Clofonte, cum omni jure ad ipsos pertinente, et cum decimis ipsarum ecclesiarum, et omnia spiritualia ad ipsas ecclesias pertinentia. Preterea, quia predicti prior et conventus debebant Mosse Judeo undecim milia librarum, de quibus fratres Hospitalis ipsos scilicet priorem et conventum quitari fecerunt, pro sex milibus libris vendiderunt eisdem fratribus omnia temporalia, que in ipsa villa de Cruce et apud Cormeruium, Loysoillis, Brueron, Praaz, et apud S. Justum, et apud Merrolias, et apud Montem Ogeri habebant, et etiam quicquid habebant in omnibus aliis locis ad ipsum prioratum de Cruce pertinentibus, cum omnibus redditibus, feodis, et cum omnibus fructibus, proventibus, sive mobilibus, sive etiam in hospitibus et hominibus, servis et ancillis, et cum omnibus aliis rebus, et cum omni jure et justicia ad dictum prioratum de Cruce pertinentibus, ipsis fratribus Hospitalis vendiderunt pro sex milibus librarum Parisiensium; aliter enim, etc. (La suite comme plus haut, n° 1330.) Nos igitur devotionem, quam idem fratres Hospitalis erga nos et predecessores nostros semper habuisse noscuntur, nec non et predicte ecclesie de Karitate necessitatem pio considerantes affectu, predicta omnia, sicut in ipsorum prioris et conventus autentico continetur, ad petitionem utriusque partis presenti pagine duximus inserenda. Et ut perpetuam et inviolabilem optineant firmitatem, sigilli nostri auctoritate, et regii nominis karactere inferius annotato presentem paginam confirmamus. Actum Parisius, anno incarnationis dominice M CC nono, regni vero nostri anno tricesimo, astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa, dapifero nullo. S. Guidonis, buticularii. S. Bartholomei, camerarii. S. Droconis, constabularii. Data vacante (*Monogramme*) cancellaria, per manum fratris Guarini.

**1333.** — 4 septembre 1209, Vitrebe.

*Le pape Innocent III renouvelle, avec quelques variantes, la bulle d'Alexandre III, du 23 janvier 1168, 1169 ou 1170 : « Cum dilectis filiis fratribus ». (V. plus haut, I, n° 392.)*

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 30, n° 12 (orig.); S. Gervasio de Cassolas, Arch. du gr.-pr. de Catalogne, liasse sans titre (copie de 1684 du notaire de la châtellenie d'Amposte).

Dat. Viterbii, II nonas septembris, pontificatus nostri anno XII.

1. Cette pièce semble devoir être datée du mois d'août 1209, car elle ratifie une vente que l'abbé de Cluny approuva en août 1209, et dont le prix fut versé le 11 août de la même année.

### 1334. — 20 septembre 1209.

*Extraits du testament de Raymond VI, comte de Toulouse, relatifs aux Hospitaliers et aux Templiers, au moment de son voyage à Rome.*

Source : Paris, Arch. nat., K. 27 *b*, n° 23 (orig. scellé). — Analyse : Du Bourg, *Hist. du gr.-pr. de Toulouse* (2e éd., 1883), 38. — Texte : D. Vaissette, *Hist. de Languedoc*, éd. Privat, VIII, col. 573.

.......In nomine domini nostri Jhesu Christi. Ego Raimundus, Dei gratia dux Narbone, comes Tolose, marchio Provincie, facio meum testamentum, si de me in hoc itinere decedebat. Et si hoc ita, Deo volente, evenerit, accipio pro meipso et ad meum opus omne blatum meum, et vinum quod de meis propriis honoribus exierit in illo anno in quo ab seculo transmigrabo ; quod blatum et vinum illius anni detur et dividatur totum, amore Dei et redemptione delictorum meorum, cognitione habitatorum domus milicie Templi et habitatorum domus Hospitalis Jerosolimis, ubi eis melius videbitur fore salvum. Item dispono et dimitto domui milicie meum equum et mea arma, et loricam, et caligas, et coopertaras ferreas, et galeam meam, amore Dei et redemptione peccatorum meorum. Item dispono et dimitto domui Hospitalis Jerusalem pro amore Dei equum meum juvenem.......... Item mando et dispono quod omne meum proprium bestiarium de meis propriis domibus detur cum omni blato meo et vino, uti dictum est superius, cognitione habitatorum domus milicie Templi et Hospitalis, amore Dei et redemptione peccatorum meorum.........
Hoc testamentum fuit ita positum IX die exitus mensis septembris, regnante Phylippo rege Francorum, et eodem Raimundo Tolosano comite, et Fulchone episcopo, anno M CC VIIII ab incarnatione Domini. Hujus testamenti et dispositionis sunt testes : Raimundus de Recalto, et Deodatus Alemannus, et Willelmus Calveria, et Petrus Arnaldus, notarius, et Petrus Sancius, qui cartam istam scripsit.

### 1335. — Octobre 1209, Cefalu.

*L'empereur Frédéric II, roi de Sicile, accorde des privilèges et libertés étendus aux Hospitaliers de Messine.*

Sources : Milan, Arch. d'Etat, Fondi di Religione, command. P. G., Malta e varie, 1197 (vid. scellé du grand-maître, du 18 octobre 1728, d'après la confirm. de Martin I); Palerme, Arch. d'Etat (registre original de la chancellerie de Sicile, année 1397, d'après une confirmation de Martin I de 1397). — Analyse : Boehmer (éd. Ficker), *Reg. imperii*, V, 167, n° 614. — Texte : Huillard-Bréholles, *Hist. dipl. Frid. II*, I, 156 ; Lünig, *Codex Italiæ diplomaticus*, II, col. 1647 ; A. Minutolo, *Memorie del gran priorato di Messina* (Palerme, 1699), 10 ; Rocco Pirri, *Sicilia sacra*, II (Palerme, 1733), 935 ; Giandonato Rogadeo, *Copia de' reali diplomi...* (Naples, 1786), p. VII.

In nomine Dei eterni et salvatoris nostri, amen. Fridericus secundus, divina favente clementia Romanorum rex semper augustus, et rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue. Etsi omnia caduca sint hominum, et temporum diuturnitate labantur, sunt tamen ex hominibus aliqua perpetue stabilitati connexa, illa videlicet que, divinis adjecta cultibus, hereditatis Dei funiculum inter homines ampliant, et precipue cum loca venerabilia, in quibus placens Domino sectatur hospitalitas, militie regalis protectionis favore muniunt, et eis munimenta, que vetustas non

diluat, votive libertatis indulgent. Inde est quod nos, attendentes celebrem vitam et pie religionis ordinem, in quo per hospitalitatis et divini cultus observantiam fratres domus Hospitalis sancti Joannis Hierosolimitani Messane et aliarum domorum, que sunt per regnum nostrum, laudabiliter militant Jesu Christo, illius intuitu qui dat salutem regibus et qui regalis culminis nobis sceptrum donavit, pro remedio quoque animarum divorum quondam augustorum parentum, et aliorum regum progenitorum nostrorum, ipsam domum Hospitalis sancti Joannis Hierosolimitani de Messana, omnesque domos que sunt in regno nostro, confratres, possessiones et homines ipsarum domorum sub nostra protectione et defensione suscipimus ; concedentes et confirmantes eis perpetuo plenariam libertatem, ut de fratribus ipsarum domorum libere de cetero, sine datione aliqua, sive plateatico, passagio et portulanatu, mittere, introducere et extrahere liceat, tam per mare quam per terram, tam per portas quam per portus et passagia, vendere quoque, emere, seu alienare quandocumque et ubicumque voluerint per regnum nostrum, pro negotiis et servitiis ipsarum domorum, et ut libere possint mittere, sine datione et conditione aliqua, quocumque voluerint, ad matrem et caput earum magnam domum Hospitalis Hierosolymitani, tam per mare quam per terram, cui magne domui cetere domus Hospitalis sancti Johannis sunt immediate subjecte. Concedimus etiam predicte domui Hospitalis sancti Joannis de Messana, ceterisque domibus Hospitalis sancti Joannis, que per regnum nostrum sunt, libera pascua pro animalibus suis et hominum suorum, et libertatem incidendi lignamina pro construendis et reparandis domibus suis, et ligna sicca ad usum ipsarum domorum, ubicumque sunt per nemora et forestas regni nostri, ipsis domibus vicinas. Et jubemus ut homines ipsius Hospitalis Messane et aliarum domorum de regno nostro liberi sint ab omni callagio, adjutorio, ab omni exactione et servitio seculari, nec teneantur respondere aliquibus de quibuscumque constitutionibus, nisi tantum in curia vestra Hospitalis, excepto de criminibus que pertinent ad curiam nostram. Volumus etiam ut quicumque utriusque sexus, cum stabilibus vel mobilibus suis, ipsi domui Hospitalis Messane vel alicui aliarum domorum se, in vita sua vel in testamento, reddere vel offerre volueri[n]t, sicut solet in mortificatis fieri, liberam exinde habeant facultatem, exceptis angariis et iis que sunt de feudis; qui etiam de licentia dominorum suorum, si voluerint, domui Hospitalis poterunt se offerre. Item confirmamus et regali sancimus edicto ut fratres Hospitalis sancti Joannis de Messana et aliarum domorum de regno nostro cum omni libertate bona ordinis ipsius Hospitalis cum omnibus, que concessione pontificum, donatione vel confirmatione regum, progenitorum nostrorum, ac nostra, nec non et oblatione fidelium rationabiliter inprasentiarum habent, vel justis in antea poterunt titulis adipisci, quiete, pacifice et sine contrarietate qualibet perpetuo conserventur. Prohibemus etiam ut nullus infra situs ipsarum domorum Hospitalis occasione qualibet insultum facere, hominem capere, vel domos ipsas in rebus suis intus vel extra, vel in personis, qui ibi sunt, temere perturbare, vel in aliquo damnificare presumat. Nullus sit igitur qui contra concessionem, confirmationem, et sanctionem nostram aliqua presumat temeritate venire; quod si in aliquo attentaret, indignationem nostri culminis, et detrimentum persone et rerum suarum se noverit incursurum. Ad hujus autem concessionis et confirmationis, et sanctionis nostre memoriam et inviolabile firmamentum, presens privilegium per manus Jacobi de Capua, notarii et fidelis nostri, scribi, et sigillo nostre celsitudinis mandavimus insigniri, anno, mense et indictione subscriptis. Datum Cefaludi, per manus Gualterii de Palena, venerabilis Cataniensis episcopi et regni Sicilie cancellarii, anno dominice incarnationis M CC IX, mense octobris, indictione XII, regni vero domini nostri Frederici, Dei gratia magnifici regis Sicilie, ducatus Apulie, principatus Capue, XII feliciter, amen.

## 1336. — Octobre 1209.

*Pierre de Loces, patriarche d'Antioche, donne reçu aux Hospitaliers d'Antioche de bijoux, que son prédécesseur avait mis en dépôt chez eux et qu'ils lui restituent.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 16 (orig. auj. perdu). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 97.

Petrus, Dei gratia sancte et apostolice sedis Antiochene patriarcha, et universum ejusdem ecclesie capitulum. Sciant omnes presens scriptum inspicientes quod nos, de commenda quam deposuit P[etrus][1] felicis memorie, predecessor noster, in domo Hospitalis in Antiochia, a thesaurario ejusdem domus et fratribus nomine ecclesie nostre et nostro, plenarie recepimus, videlicet et omnia ea que nominantur et exprimuntur in hoc scripto : videlicet veram crucem auream, margaritis et aliis lapidibus preciosis ornatam; magnum calicem aureum, margaritis et aliis lapidibus preciosis ornatum ; duo magna texta aurea, margaritis et aliis lapidibus preciosis ornata ; cyrothecas cum lunis aureis, cum margaritis ornatas; cuneos ferreos ad bullandum; septem cultellos cum manubriis eburneis. Hec sunt que deforis erant sub custodia fratrum. Preterea recepimus a dicto thesaurario hos tres cofros, duos albos et unum rubeum, in quibus hec omnia subsequentia erant : videlicet planeta una rubea ; dalmatica una rubea; tunica alia rubea; due dalmatice rubee, pluviale unum subalbidum ; paramentum unum album, stola et manipulum, alba deaurata; cingulum unum album; cingulum aliud rubeum; stola rubea et manipulum; stola una ad confirmandum ; giraudellum unum ; duo amicta, unum laboratum, aliud non ; turribalum unum argenteum ; vas argenteum ad confirmandum ; paramentum altaris ; pecten eburneum ; duo paria sandalium ; iconia una argentea ; pluviale maximum deauratum, auro laboratum ; due mape ; stola una ; mapa altaris perata ; pluviale rubeum; samiteum aliud croceum; casula damaltica; tunica crocea; casula dalmatica ; tunica de panno imperiali deaurata ; stola ; manipulum rubeum ; massa ad serviendum; casula doxi; pluviale unum album de samito; missale; liber evangeliorum ; liber epistolarum cum tabulis argenteis ; duo anuli aurei cum lapidibus topacis; tres pinule auree; casula dalmatica de sammito albo; tunica de sendato albo ; casula dalmatica ; tunica de amito nigro ; casula de samito Narengi ; tunica dalmatica de viridi samito; duo amicti; calix argenteus deauratus; giraudellus ; quatuor custodes ; corporalia cum custodita de carcubin ; stola ; manipulus de diaspre ; manipulus rubeus ; albe due, una perata, alia non ; tres mitre, una cum auro, due cum olfrizio ; stola et manipulus de carcubin ; due zone, una alba et una rubea; una mapa alba; pecten eburneus. Hec omnia, sicut continentur in hoc scripto, plenarie recepimus a fratre Garssione Asmaldi, thesaurario Hospitalis in Antiochia, et fratre Petro Galeis, et fratre Pascali, et fratre Thoma. Et si aliquis amodo in antea super his omnibus superius nominatis domum et fratres Hospitalis conveniret, vel ab eis inde peteret, vel eos etiam ad causam traheret, nos P[etrus], supranominatus patriarcha Antiochenus, et capitulum Antiochenum, et ecclesia Antiochena tenemur defendere et garentizare, et sine da[m]pno servare dictam domum et fratres Hospitalis. Et ad majorem rei firmitatem, presentem cartam sigilli nostri munimine roboravimus. Testes sunt : G., episcopus Tripolitanus ; B., cantor Antiochenus ; S., archidiaconus Tripolitanus ; B., magister scholarum Antiochenus ; P.,

1. Pierre d'Angoulême mourut, semble-t-il, avant le 12 juillet 1208.

cancellarius noster. Isti quatuor plenarie receperunt nomine (et) ecclesie hec omnia supradicta. Testes presbiteri sunt: B. de Mamendon; Pascalis de Seona; Stephanus de Cosquenit; Petrus Benedictus; et frater suus Martinus; Vivianus; Leo, presbiter. Actum est hoc anno ab incarnatione Domini M CC VIIII, mensis octobris, indictione XIII.

**1337.** — 21 octobre 1209, Latran.

*Le pape Innocent III renouvelle la bulle du 18 février 1199: « Religiosos viros fratres. » (V. plus haut, I, n° 1071.)*

SOURCE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 12, n° 67 (orig.).

Dat. Laterani, XII kalendas novembris, pontificatus nostri anno XII.

**1338.** — 28 octobre 1209, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du 4 juillet 1171, 1172 ou 1180: « Audivimus et audientes. » (V. plus haut, I, n° 428.)*

SOURCES : Lyon, Arch. du Rhône, H. 22, f. 79 (copie d'A. de Naberat, XVII[e] s.); Paris, Bibl. nat., lat. 9001, f. 76 (copie d'A. de Naberat, XVII[e] s.).

Dat. Laterani, V kalendas novembris, pontificatus nostri anno XII.

**1339.** — 30 octobre 1209, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du 6 décembre 1184: « Non absque dolore. » (V. plus haut, I, n° 702.)*

SOURCE : Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles n° 42 (orig. bullé).

Dat. Laterani, III kalendas novembris, pontificatus nostri anno XII.

**1340.** — 31 octobre 1209, Latran.

*Le même confirme et vidime aux Hospitaliers de S. Gilles la donation de Manosque, que leur avait faite Guillaume IV, comte de Forcalquier. (V. plus haut, n° 1324.)*

SOURCE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 628 (orig.). — ANALYSE : Baluze, *Innoc. III epist.*, II, 375; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 3808. — TEXTE : Migne, *Patr. lat.*, CCXVI, col. 143.

Innocentius, etc., priori et fratribus Jerosolymitani Hospitalis S. Egidii, salutem, etc. Cum a nobis petitur, etc. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, castrum, burgum et palatium de Manuascha, et alia omnia cum suis pertinentiis, a Guillelmo, quondam comite Forcal-

cariensi, domui vestre pie concessa, sicut ea juste ac pacifice possidetis, et in instrumento ipsius comitis continetur, vobis et per vos domui vestre auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Ad majorem autem cautelam, instrumentum predictum de verbo ad verbum huic nostre pagine duximus inserendum, cujus tenor talis est : « Ego Guillelmus, Dei gratia comes Forcalcariensis, etc. » (V. le texte de cet acte plus haut, n° 1324). Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, II kalendas novembris, pontificatus nostri anno XII.

### 1341. — Décembre 1209, Catane.

*L'empereur Frédéric II, roi de Sicile, donne à l'Hôpital de Messine la montagne de Mesofletu, près de Noara.*

Analyse : Boehmer (éd. Ficker), *Reg. imperii*, V, 167, n° 619. — Texte : Huillard-Bréholles, *Hist. dipl. Frid. II*, I, 159 (incomplet) ; Lünig, *Cod. Italiæ diplom.*, II, col. 1648; Rocco Pirri, *Sicilia sacra* (éd. de 1733), II, 934 (d'après les arch. du gr.-pr. de Messine).

Fridericus, rex Sicilie..... Attendentes religionis ordinem, in quo per Hospitalis et divini cultus observantiam fratres domus Hospitalis sancti Joannis Jerosolymitani de Messana laudabiliter Domino famulantur, illius intuitu qui dat salutem regibus, pro remedio quoque animarum augustorum bone memorie parentum nostrorum, donamus in perpetuum eidem domui Hospitalis Messane montana Mesofletu [1], que est juxta tenimentum Nugarie, cum omnibus justitiis, finibus ac divitiis suis..... Data in civitate Catane, per manus Gualterii de Pallena, venerabilis Catanensis episcopi, et regni Sicilie cancellarii, anno M CC IX, mense decembris, indictione XIII, regni domini Friderici XII feliciter.

### 1342. — 7 avril 1210, Latran.

*Le pape Innocent III renouvelle la bulle de Lucius III, du 12 décembre 1184 : « Si diligenter attenditis. » (V. plus haut, I, n° 706.)*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 76 (copie, XVIe s.).

Dat. Laterani, VII idus aprilis, pontificatus nostri anno XIII.

### 1343. — 13 avril 1210, Monzon.

*Pierre II, roi d'Aragon et comte de Barcelone, donne à Ozende de Lizana, prieure de Sigena, et au monastère de Sigena un homme de Berbegal, nommé Pierre d'Auvorta, avec toute sa famille.*

Source : Sigena, Arch. du monastère (orig.).

[In Christi] nomine, sit notum cunctis quod nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum et comes Barchinone, ob remedium anime nostre et parentum nostrorum,

1. Cette montagne devait faire partie du groupe de hauteurs appelé Juga Junonia.

per nos et omnes successores nostros, damus, concedimus et laudamus vobis dompne [Ozende], venerabili priorisse Sexene, et per vos domui et conventui de Sexena et successoribus vestris, unum hominem nostrum in Berbegal, nomine Petrum de Auvorta, et uxorem suam, et totum campmansum [in quo] habitat, et omnes successores ejus in perpetuum, unum scilicet post alium, cum uxore et filiis et omnibus rebus et possessionibus eorum qui in ipso capite manso habitaverunt per secula cuncta. Emfranchimus autem vobis [et] predicte domui in perpetuum predictum hominem et omnes posteros suos, unum post alium, ut dictum est, cum omnibus bonis eorum, ab omni oste et cavalcata, earumque redemptione, et ab omni questia, peita, paria, precaria, prestito, pedido, tolta, forcia, servitute, vicinitate et censu, et usatico malo, et ab omni fazcenda et demanda, et exactione regali et vicinali, et ab omnibus aliis que dici vel nominari possent, ita quod vobis et domui de Sexena semper faciant et facere teneantur ea que nobis vel alicui pro nobis facere deberent unquam ullo modo. Mandamus ergo firmiter et statuimus quod aliquis merinus vel justicia, vel zahalmedina, vel saio, vel portarius, vel senior, vel repositarius, vel majordomus, vel aliquis alius homo noster vel alienus non possit nec audeat unquam a predictis exigere vel demandare quicquam de hiis a quibus eos perpetuo emfranchimus, vel eos ad ea vel eorum aliquid dandum, faciendum vel solvendum compellere vel distringere ullo modo. Quod quidem qui facere attemptaret, iram nostram semper haberet, et insuper mille morabotinos nobis pro pena [sine] aliqua excusatione portaret. Datum apud Montemsonum, idibus aprilis, per manum Ferrarii, notarii nostri, era M CC XL octava. S. (*Seing manuel*) Petri, Dei gratia regis Aragonum et comitis Barchinonensis. Testes hujus rei sunt: frater Guillelmus de Roda, capellanus domini regis; frater Petrus, comendator de Sexena; Guillelmus de Alcalano; Marchus Ferriz; Rodericus de Liczana; Assalitus de Gudal; Atto Orela; Bertrandus de Novals; Poncius de Eril; Sanccius de Orta, et multi alii. Ego Ferrarius, notarius domini regis, hoc scribi feci, mandato ipsius, loco, die et anno prefixis.

## 1344. — 15 avril 1210, Tarse de Cilicie.

*Léon II, roi d'Arménie, informe le pape Innocent III qu'il a donné aux Hospitaliers la ville de Saleph, le Château-Neuf et Camard.*

SOURCES : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5, nº ✠ 1 (orig. auj. perdu), et div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 76 (copie, XVIe s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 8, f. 28 *b* (copie contemp.).— TEXTE : Baluze, *Innoc. III epist.*, II, 468; J. Bosio, *Dell' ist. della sacra rel... di S. Giov. Gierosolimitano*, I, 489; Bosquet, *Innoc. III epist.* (Toulouse, 1635), 104; V. Langlois, *Trésor des chartes d'Arménie*, 112; Lünig, *Cod. dipl. Ital.*, IV, col. 1459, et *Spicil. eccles. cont.*, II (Reichsarchiv, XX), 318; Migne, *Patr. lat.*, CCXVI, col. 305; Pauli, *Cod. dipl.*, I, 98; Vertot, *Hist. des chev. de Malte* (Paris, 1726), I, 611.

Reverentissimo in Christo patri et domino Innocentio, Dei gratia summo sancte et universalis ecclesie pontifici, Leo, per eamdem et Romani imperii gratiam rex Armeniorum, sanctitatis sue servus, sancteque Romane ecclesie nova devota et obediens planta, cum omni reverentia grata servicia et pedum oscula. Reverende ac recolende dominationi vestre cupimus innotescat venerabiles magistrum et conventum sancte domus Hospitalis preterita estate, mense videlicet augusti, sancte sedis apostolice amore ac reverentia, non solum nobis, verum etiam universe Christianitati magnum et necessarium contulisse succursum contra infinitam paganorum barbariem, super nos et regnum nostrum aggregatam, quam Deus disperdat; pro quo a beatitudine vestra, tamquam viri strenui vicem Machabeorum gerentes, pro-

meruerunt dignius commendari. Ea propter, reverendissime pater et domine celeberrime, pro tam fortunato ac necessario succursu nobis et Christianitati ab eisdem collato, Deo, a quo bona cuncta procedunt, sancte Romane ecclesie et vobis vices ipsius digne gerenti copiosas exolvimus gratiarum actiones, et a beatitudine vestra illos petimus inde regratiari. Unde quia dignius est operarios mercede, ex regalis largitatis nostre munificentia, pro salute anime nostre nostrorumque omnium progenitorum, habentes pre oculis cordis, quia, sicut aqua extinguit ignem, ita helemosina extinguit peccatum[1], donamus et concedimus sancte domui Hospitalis a modo in perpetuum, sancte sedis apostolice respectu et reverentia et bonorum meritorum suorum exigentia, civitatem Seleph, Castellum Novum et Camardesium, cum omnibus pertinentiis ipsorum et divisionibus signatis, et cum omni jure per terram [et] per mare sibi pertinente, secundum continentiam suprascripti privilegii, sigillo nostro regali muniti et corroborati. Insuper de sanctitate ac religione eorum plenam habentes spem et fiduciam, fratri Garino de Monte Acuto, venerabili magistro, et conventui sancte domus Hospitalis specialiter personam nostram, et personam dilecti nepotis et heredis nostri legitimi Raimundi Rupini, et totam terram nostram, quam modo habemus, et quam, Deo dante, acquisituri simus, per Deum et dominum vestrum in vita nostra et post decessum nostrum attentius recommendamus. Cujus donationis et concessionis nostre beneficium, et factam commendationem venerabilibus predictis confratribus a circumspecta dominatione vestra flagitamus per apostolica privilegia confirmari et corroborari, ut ne quis deinceps, cognito hujus nostre donationis, concessionis et recommendationis tenore, auctoritate apostolica confirmato, in aliquo ausu temerario contraire presumat. Dat. Tharsi Cilicie, medio mensis aprilis.

### 1345. — 23 avril 1210, Latran.

*Le pape Innocent III donne à l'évêque de Cannes et au prieur du S. Sépulcre de Barletta mission de terminer un différend entre l'évêque d'Andria et les Hospitaliers de Barletta, au sujet d'un casal, détenu par l'évêque, que ces derniers revendiquaient.*

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 20, bullaire, f. 19 (copie, xv[e] s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 64 (copie, xvi[e] s.).

Innocentius, etc., venerabili fratri episcopo Cannarum, et dilecto filio priori S. Sepulchri de Barulo, Tranensis diocesis, salutem, etc. Dilecti filii fratres Hospitalis Jherosolimitani de Barulo nobis conquerendo monstrarunt quod, cum bone memorie Andriensis episcopus quoddam eorum casale auctoritate propria occuparit, et illud nondum recuperare valuerint, prepediente malicia temporis et guerrarum, venerabilis frater noster, successor ipsius, dictum casale occupatum detinet ac reddere contradicit in ipsorum prejudicium et gravamen. Quo circa discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, partibus convocatis et auditis hinc inde propositis, quod justum fuerit, appellatione postposita, statuatis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, etc. Dat. Laterani, viiii kalendas maii, pontificatus nostri anno xiii.

1. Texte modifié de l'Ecclésiaste, 3, ỷ. 33.

**1346. — 15 mai 1210.**

« *Vente par Philippe d'Ybelin, du consentement de demoiselle Marie* [*de Montferrat*], *dame de Hierusalem, et de Jean d'Ybelin* [*le Vieux*], *régent dudit royaume, du consentement de la comtesse Alix* [*de Montbéliard*], *femme dudit Philippe, faite à l'ordre, de quelques casaux dans le terroir d'Acre, pour le prix de neuf mille besans, des ides de may* 1210. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 199 (xviii° s.).

**1347. — 27 juin 1210, Latran.**

*Le pape Innocent III renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 15 *mai* 1166, 1167, 1178 *ou* 1179 : « *Querelam gravem recepimus.* » (*V. plus haut,* I, *n°* 356.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 75 (copie, xvi° s.).

Dat. Laterani, v kalendas julii, pontificatus nostri anno xiii.

**1348. — 11 juillet 1210, Latran.**

*Le même charge l'archevêque de Néopatras, le prieur de S. Démétrius de Thessalonique et l'administrateur de l'évêché de Domoko, de rendre définitive la sentence portée par les archevêques d'Athènes et de Thèbes et par l'évêque des Thermopyles contre les Hospitaliers, qui détenaient injustement le château et l'évêché de Gardiki et l'abbaye d'Almyro.*

Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 4052. — Texte : Baluze, *Innoc. III epist.*, II, 466 ; Bosquet, *Innoc. III epist.*, 101 ; Migne, *Patr. lat.*, CCXVI, col. 297.

Innocentius, etc., archiepiscopo Neopatrensi, et priori S. Demetrii Thessalonicensis, et procuratori episcopatus Dimicensis, [salutem, etc.]. Lacrymabilem venerabilis fratris nostri Cardicensis episcopi recepimus questionem quod, cum obtentas a nobis litteras, rediens post labores, captiones et angustias plurimas, quas sustinuit, Romaniam, presentari fecerit fratribus Hospitalis S. Joannis Jerosolymitani, qui, episcopatum ipsius cum Cardicensi castro et res alias detinentes, nec restituere volunt ei, nec de perceptis a promotionis sue tempore proventibus, quos in usus proprios converterunt, in aliquo subvenire, ipsi, earum latore gravissime verberato, turpiter ipsas litteras projecerunt, et comminantes ipsum interficere, asseverant quod pro nullis litteris vel mandato episcopatum predictum ei resignabunt aliquatenus vel dimittent ; qui preter hec quamdam in Armiro cum suis pertinentiis, in qua propriam mansionem faciunt, detinent abbatiam, quam nos ei duximus concedendam. Propter quod idem episcopus factus pauper et ad extremam deductus inopiam, exsul ab episcopatu suo, compellitur mendicare. Verum, quia venerabiles nostri [Berardus] Atheniensis et... Thebanus archiepiscopi, et [Arnulphus] episcopus Termopilensis, quibus episcopus ipse causam super hoc obtinuit delegari, pro eo sententiam protulerunt, fratres ipsos, super restitutione castri

predicti et pertinentiarum ipsius ac casalium omnium et possessionum omnium pertinentium ad ecclesiam Cardicensem predicto episcopo condemnatos, quia contumaciter resistebant, excommunicationis vinculo innodantes, nobis humiliter idem episcopus supplicavit ut tam diffinitivam quam excommunicationis sententiam rite latas auctoritate dignaremur apostolica roborare. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus diffinitivam, sicut est justa, per censuram ecclesiasticam, excommunicationis vero sententiam, sicut rationabiliter est prolata, usque ad satisfactionem idoneam auctoritate nostra faciatis, appellatione remota, inviolabiliter observari; attentius provisuri ut fructus ecclesie sue, quos iidem fratres percepisse dicuntur, et castrum predictum, quod detinetur ab ipsis, eidem, sublato appellationis obstaculo, restitui cum integritate debita faciatis, contradictores censura ecclesiastica compescendo. Quod si non omnes, etc., duo vestrum ea, etc. Dat. Laterani, v idus julii, [pontificatus nostri] anno XIII.

## 1349. — Août 1210.

*Léon II, roi d'Arménie, avec l'assentiment de Raymond Rupin, son neveu, donne aux Hospitaliers la ville de Laranda, si elle tombe au pouvoir des Chrétiens, et le droit de conclure des trêves avec les Sarrazins.*

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 19 (orig. auj. perdu). — TEXTE : Langlois, *Trés. des ch. d'Arménie,* 115 ; Pauli, *Cod. dipl.*, I, 100.

In nomine sancte et individue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti, amen. Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod nos Leo, filius domini Stephani bone memorie, Dei et Romani imperii gratia rex Armenie, una cum assensu et concessione heredis nostri domini Reymundi Rupini, filii Reimundi primogeniti filii Boemundi, principis Antiochie, concessimus et donavimus quod, si de voluntate divina fuerit ut auferatur Laranda a manibus paguanorum per nos, vel per heredes nostros, vel per alios Christianos venturos, ut sit hereditas domus Hospitalis cum omnibus pertinentiis et dominiis suis, que habet et habitura erit. Similiter concessimus eidem domui plenariam et liberam potestatem ad faciendum guerram et treugam cum Laranda, et cum aliis marchiis que dividunt terram suam, terra et mari, salva defensione tocius regni nostri, ita quod nos Leo, rex Armenie, cum heredibus et hominibus nostris servabimus treugam illam, quam domus Hospitalis in marchia sua fecerit. Si vero habuerimus cum paguanis treugam, et fratres domus Hospitalis eodem tempore habuerint guerram, nos et heredes nostri terram Hospitalis defenderemus. Insuper concessimus fratribus domus Hospitalis nunc et semper ut, si aliquid lucrati fuerunt super inimicos Crucis Christi, sive nobis presentibus sive absentibus, cum ullo lucrum non partiantur, sed omne sit eorum proprium. Volumus enim ut habeat predicta domus Hospitalis plenariam potestatem ad accipiendum per totam terram nostram omnes suos fide mendaces, fures et apostatas, ut secundum justiciam domus de ipsis faciant. Hujus rei sunt testes de clericis : Petrus, venerabilis Tarsensis, electus ; Joannes, Tarsensis cantor ; Helias, Tarsensis thesaurarius. De fratribus : frater Heymericus, Selefkie castellanus ; frater Gofredus, marescalcus ; frater Albertus Roirad, preceptor Selefkie ; frater Helias de Turre. De baronibus : Constantius, comestabulis ; Adam de Guastone, senescalcus ; Osto de Tabaria ; Robertus Mansel, Antiochie comestabulis ; Rogerius de Monte, comestabulis ; Basilius, marescalcus ; Baharam, filius Gofredi de Corco. Ceterum ut hec dona omnia rata et inconcussa permaneant in eternum, sigilli nostri aurei impressione istud privi-

legium precepimus roborari. Factum est autem hoc anno ab incarnatione Domini M CC X, mense augusto, indictione XIII, per manus Bartholomei, regie duane secretorum protonotarii feliciter, amen. ✠ Λεο Թագաւոր Հայոց [1].

### 1350. — Août 1210.

« *Donation faite à l'ordre, entre les mains du grand-maître Guérin de Montaigu, par Léon, roy d'Arménie, fils d'Etienne, du consentement de Raymond Rupin, son neveu, fils de Raymond, fils aîné de Boémond, III*e *du nom, prince d'Antioche, de la ville de Selesk avec son château, Camerdes et Châteauneuf avec leurs dépendances, tant sur mer que sur terre, qui existoient du temps des Grecs et des Sarrazins et du temps qu'il les possédoit lui-même, du mois d'aoust* 1210, *en original, signée en rouge de la main du roy et contresignée par son secrétaire.* » (*V. plus haut, n*o 1344.)

ANALYSE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 200 (XVIIIe s.).

### 1351. — 3 août 1210, Latran.

*Le pape Innocent III confirme la donation de Saleph, du Château-Neuf et de Camard, faite par Léon II, roi d'Arménie, aux Hospitaliers, le* 15 *avril* 1210. (*V. plus haut, n°* 1344.)

SOURCES : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 76 (copie, XVIe s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 8, f. 28 *b* (copie contemp.). — ANALYSE : Bréquigny, *Table des diplômes*, IV, 484; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 4058. — TEXTE : Baluze, *Innoc. III epist.*, II, 467 ; Bosio, *Dell' istoria*... I, 489; Bosquet, *Innoc. III epist.* (Toulouse, 1635), 104; Langlois, *Trés. des chartes d'Arménie*, 114; Lünig, *Cod. dipl. Ital.*, IV, col. 1459, et *Spicil. eccles. cont.* II (Reichsarchiv, XX), 318 (avec une fausse attribution à l'ordre Teutonique); Migne, *Patr. lat.*, CCXVI, col. 305.

Innocentius, etc., magistro et fratribus Jerosolymitani Hospitalis, etc. Ex litteris carissimi in Christo filii nostri Leonis, Armenie regis illustris, accepimus quod ipse, ob reverentiam apostolice sedis et nostram, et quia necessarium ei contulistis adversus barbarorum multitudinem, regnum ejus volentium intrare, succursum, civitatem Saleph, Castellum Novum et Carmardesium, cum omnibus ipsorum pertinentiis et divisionibus assignatis, et cum omni jure ad ea terra et mari spectante, sicut in privilegio confecto suo exinde continetur, domui contulit Hospitalis. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis precibus inclinati, predicta omnia, sicut juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos domui vestre auctoritate apostolice confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Ad majorem autem domus vestre cautelam ejusdemque regis, litteras de verbo ad verbum presentibus duximus litteris inserendas, quarum tenor est talis : « Reverentissimo in Christo, etc. » (Voir plus haut le texte du n° 1344). Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, III nonas augusti, pontificatus nostri anno XIII.

1. Cette signature est en cinabre; le mot Léon est en grec, et le titre « roi des Arméniens » en arménien.

**1352.** — 14 août 1210, Latran.

*Le même charge l'archevêque de Néopatras, le prieur de S. Demétrius de Thessalonique et l'administrateur de l'évêché de Domoko de faire exécuter la sentence d'excommunication portée contre les Hospitaliers dans l'affaire de l'évêché de Gardiki.* (*V. plus haut, n°* 1348.)

Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 4062. — Texte : Baluze, *Innoc. III epistolæ*, II, 468 ; Bosquet, *Innoc. III epist.*, 105 ; Migne, *Patr. lat.*, CCXVI, col. 307.

Innocentius, etc., archiepiscopo Neopatrensi, et priori S. Demetrii Thessalonicensis, et procuratori episcopatus Dimicensis, [salutem, etc.]. Lacrymabilem venerabilis fratris nostri Cardicensis episcopi, etc. (Même texte que plus haut, n° 1348, jusqu'à : [Arnulphus] episcopus) Termopilensis, quibus episcopus ipse causam super hoc obtinuit delegari, cum in possessionem castri predicti et pertinentiarum ipsius ac casalium omnium et possessionum pertinentium ad ecclesiam Cardicensem causa rei servande miserunt, fratres ipsos, quia contumaciter resistebant, excommunicationis vinculo innodantes, nobis humiliter idem episcopus supplicavit ut eamdem excommunicationis sententiam auctoritate dignaremur apostolica roborare, ac ratum habere processum judicum predictorum. Ceterum quidam de fratribus dicti Hospitalis coram dilecto filio Benedicto, tituli S. Susanne presbytero cardinale, quem eis dedimus auditorem, mandatum ab eorum magistro procuratorium exhibentes, proposuerunt econtra quod idem episcopus super premissis composuerat cum eisdem, nobis humiliter supplicantes ut compositionem ipsam auctoritate curaremus apostolica confirmare. Prefatus vero episcopus humiliter supplicavit ut, quia eadem compositio redundat in enorme damnum ecclesie Cardicensis et sine consensu capituli facta fuit, pro qua etiam compositione irritanda nuntius et procurator capituli ad hoc specialiter destinatus nobis humiliter supplicavit, illam irritare auctoritate apostolica dignaremur. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus dictam excommunicationis sententiam, sicut rationabiliter est prolata, usque ad satisfactionem idoneam auctoritate nostra facientes, appellatione remota, inviolabiliter observari, causam convocatis partibus audiatis, et quod canonicum fuerit, appellatione postposita, decernentes, faciatis quod statueritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari ; attentius provisuri ut fructus ecclesie sue, quos iidem fratres percepisse dicuntur, et castrum predictum, quod detinetur ab ipsis, eidem, sublato appellationis obstaculo, restitui cum integritate debita faciatis, contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo. Quod si non omnes, etc., tu, frater archiepiscope, cum eorum altero ea, etc. Dat. Laterani, xix kalendas septembris, pontificatus nostri anno xiii.

**1353.** — [Septembre] 1210[1].

*Philippe-Auguste, roi de France, donne à l'ordre de l'Hôpital des terrains sis*

1. La date doit être restreinte entre le 18 avril et le 31 octobre ; mais comme on sait que Philippe-Auguste séjourna en septembre à Melun, il est permis de placer cette pièce en septembre 1210.

*à Melun, près de l'école des Juifs, et des vignes s'étendant entre ces terrains et la Seine.*

Source : Paris, Arch. nat., S. 5147 B, n° 52 (vid. du prévôt de Melun, du 25 février 1301).
Analyse : Mannier, *Command. du gr.-pr. de France*, 62.

Philippus, Dei gratia Francorum rex. Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod nos, ob remedium animarum pie memorie Ludovici, patris nostri, et Adelaidis, matris nostre, et antecessorum nostrorum, et anime eciam nostre, domui Hospitalis Jerosolimitani dedimus et concessimus plateas que sunt Meleduni juxta scolam Judeorum, et vineas inter predictas plateas et aquas sitas, et quicquid habemus inter cheminum et aquas, cum omnibus pertinenciis illarum platearum et vinearum, salvis hospitibus et burgensibus nostris, et salvo exercitu et equitacione nostra, salva eciam burgensia et taillia nostra, libere et quiete de nobis et heredibus nostris tenenda et imperpetuum possidenda. Quia vero ibidem capellam construere tenebantur, de voluntate nostra eis remisimus, et volumus ut ibidem cappelam construere de cetero non teneantur. Quod quidem ut perpetuam sorciatur stabilitatem, presentem paginam sigilli nostri auctoritate et regii nominis karactere inferius annotato communimus. Actum Meleduni, anno incarnacionis dominice M ducentesimo decimo, regni vero nostri anno tricesimo primo, astantibus in palacio nostro quorum nomina supposita sunt et signa, dapifero nullo. S. Guidonis, buticularii. S. Bartholomei, camerarii. S. Droconis, constabularii. Data vacante (*Monogramme*) cancellaria.

## **1354.** — Septembre 1210.

*Hugues I, roi de Chypre, donne à Garin de Montaigu, grand-maître de l'Hôpital, et aux Hospitaliers des terres et des casaux en Chypre, et divers privilèges.*

Source: Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 20 (orig. auj. perdu). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 101.

In nomine sancte trinitatis, ejusdemque individue unitatis, patris et filii et spiritus sancti, amen. Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego Hugo, Dei gratia rex Cypri, dono et in perpetuam elemosinam concedo tibi fratri Garino de Monte Acuto, venerabili magistro sancte domus Hospitalis sancti Joannis, tuisque successoribus, et universis fratribus ejusdem domus Hospitalis, presentibus et futuris, Platanistias casale, in territorio Paphi situm, cum omnibus suis juribus et pertinentiis in terris, aquis, villanis, chevagiis, dimos, montanis et planis, cultis et incultis, et cum omnibus juribus eidem casali pertinentibus. Dono etiam tibi tuisque successoribus et universis fratribus ejusdem domus Hospitalis casale quod dicitur Colos, in territorio Nimocii situm, cum omnibus suis pertinentiis et juribus in terris, aquis, villanis, chevagiis et dimos, montanis et planis, cultis et incultis, et cum omnibus juribus et consuetudinibus eidem casali pertinentibus, et cum omnibus que Garinus de Colos ibidem habebat, assensu et concessione ejusdem Garini de Colos, qui predicte domui Hospitalis illud quod habebat in dicto casali spontanea voluntate concessit et acquitavit; cui ego dedi pro eo ad libitum suum commutationem. Dono insuper tibi universisque ejusdem domus fratribus predictis prastiam Monagrole, in territorio Nimocii situm, cum tota terra quam Hardewinus ibi tenebat et habebat, cum omnibus suis pertinentiis et juribus in terris, aquis, villanis, chevagiis et dymos, montanis et

planis, cultis et incultis. Dono etiam tibi et predictis fratribus tuis, pro anima patris mei pie recordationis regis Aimerici, in territorio Paphi, prastiam que dicitur Finica, cum omnibus suis dricturis et pertinentiis in terris, aquis, villanis, chevagiis et dymos, montanis et planis cultis, et cum omnibus juribus et consuetudinibus eidem prastie pertinentibus, et omnia ea que in ea possidetis cum suis pertinentiis. Omnes autem terras prenotatas libere et quiete vobis dono, cum omnibus illis rebus quas in eis habeo et habere debeo. Dono insuper tibi et predictis fratribus tuis universa chevagia et dymos villanorum et heredum suorum, que in suprascriptis terris habeo et habere debeo. Dono etiam et concedo tibi et suprascriptis fratribus tuis, intuitu fratris Guillelmi de Belna, tunc preceptoris domus Hospitalis in Cypro, ut libere jure perpetuo bladum vestrum molatur ad molendina mea de la Questria, quantum opus fuerit domui Hospitalis in Nicossia, et domui More, et domui S. Georgii, ita quod statim post illum, qui inventus fuerit molens, cum ipse bladum suum moluerit, bladum vestrum apponatur et molatur, sine alicujus dricture vel exactionis exhibitione. Preterea dono tibi et predicte domui Hospitalis domos et plateas in Nimocio, que fuerunt Lambite Sabastos et sororis sue, sicut ego eas habui et tenui. Dono insuper tibi et prescripte domui in Nimocio jardinum, coherentem domui Guischon Span et domui Girardi de Maske, et ex alia parte balneis, scilicet totum hoc quod in ipso jardino habeo et habere debeo. Dono etiam tibi et predicte domui libertatem per universum regnum meum in Cypro emendi et vendendi proprias res domus Hospitalis per terram et per mare, sine alicujus dricture exhibitione. Dono etiam tibi et predicte domui libertatem intrandi et exeundi cum omnibus vassellis propriis domus Hospitalis, que portabunt proprias res domus Hospitalis, sine alicujus dricture exhibitione. Hec autem omnia dona, que tibi et predicte domui Hospitalis feci, ego et heredes mei tenemur garantizare, defendere ac manutenere tibi et predicte domui Hospitalis ab omnibus injuriam vobis inferre volentibus vel gravamen. Et ut hec mea dona jure perpetuo rata et firma teneantur, presentem paginam scribi, et sigilli mei plumbei impressione muniri, ac subscriptorum virorum testimonio confirmari feci, quorum hec sunt nomina : Galterius Cesaree, Cypri comestabulus ; Aimericus de Riveth, Cypri senescalcus ; Raynaldus Suessionis, marescalcus ; Galterius de Bethsan ; Laurentius de Morfo ; Simon Paph ; Marinus de Bombel ; Galterius Bellus ; Petrus Chaperon. Factum est hoc anno ab incarnatione Domini M CC X, mense septembri.

## 1355. — Septembre 1210.

*Raymond Rupin, prince d'Antioche, donne à Garin de Montaigu, grand-maître de l'Hôpital, et aux Hospitaliers la ville de Giblet et le château de la Vieille, et le droit de conclure des trêves avec les Sarrazins.* (*V. plus haut, n°* 1262.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 18 (orig. auj. perdu)[1]. — Texte : Langlois, *Trés. des ch. d'Arménie*, 132 ; Pauli, *Cod. dipl.*, I, 99.

In nomine sancte et individue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti, amen. Quoniam generaliter notum est ab omnibus quod humana memoria est labilis, auctoritas veterum legem constituit scriptis collocare que debent perpetualiter permanere. Idcirco notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego

1. Le sceau de Raymond Rupin, appendu à cet acte, a été reproduit par Pauli (*Cod. dipl.*, I, pl. 4, n° 46).

Raymundus Rupinus, Dei gratia princeps Antiochie, filius Raymundy, primogeniti filii Boamundi principis Antiochie, divina institucione in fratrem et socium et orationum participem dedi, concessi et reddidi me sacrosante domui pauperum Ospitalis Iherusalem, pro salute anime mee meorumque predecessorum, et contuli ore, et corde laudavi et concessi, assensu et voluntate uxoris mee domine Helwisie, filie domini Hemerici regis Iherusalem et Cipri, sacrosante domui Hospitalis et capitulo, et fratribus tam presentibus quam futuris, per manus fratris Garini de Monte Acuto, venerabilis ejusdem domus magistri, et aliorum quamplurimorum fratrum ibidem assistencium, civitatem Gabuli et Castellum Vetule, cum omnibus pertinenciis et jurisdicionibus suis, et aquisicionibus nominatis et innominatis, intrinsecis et extrinsecis, terrenis et marinis, planis et montaneis, fluminibus, nemoribus, cultis et incultis, piscariis terra et mari, et portubus, et cum omni jure suo, tam meis propriis quam ex omnibus feudalibus, absque ulla federis obligacione, et absque ullo retentu, omni remota prorsus calumpnia, quiete et libere, in helemosinam et dominacionem, et ligietatem omnium hominum, tam militum quam burgensium, ibi terras et hereditates habencium et possessiones, prout melius predecessores mei habuerunt et obtinuerunt, ad habendum, et possidendum, et faciendum quicquid placuerit magistris et fratribus supradicte domus sine fraude et malo ingenio, sine ulla contradictione et calumpnia, que fieri possit aut debeat a me vel ab heredibus meis aut successoribus, set per nostram et heredum et successorum meorum defensionem, ab omnibus hominibus nunc et semper hoc donum illesum maneat et inconcussum. Dedi eciam eidem domui liberam potestatem ad faciendum guerram et treugam cum Saracenis, qui sunt in convicinio prefate civitatis Gabuli et Castelli Vetule, et quod semper debeo esse in defensione ejusdem terre eorum in treuga et guerra, et quod treuga eorum sit observata semper per me et per homines meos. Hujus autem prelibati doni sunt testes : dominus Leo, illustris rex Armenie; Osto de Tabaria; Robertus Mansel, Antiochie comestabulus; Guillelmus de Insula ; Robertus Tali; Paganus, Antiochie buteler; Nicolaus Lualn; frater Hemericus de Pax, Selefkie castellanus; frater Albertus, preceptor Selefkie; frater Helias de Turre; Anfredus de Margat. Ceterum ut hoc predictum donum ratum et inviolabile permaneat in eternum, sigilli nostri plumbei impressione istud privilegium precepi roborari. Factum est autem hoc anno ab incarnatione Domini MCCX, mense septembris, XIIII indictione, per manus Bartolomei, regie duane secretorum domini regis Armenie protonotarii, feliciter, amen.

### **1356.** — 6 septembre 1210, Téruel.

*Pierre II, roi d'Aragon et comte de Barcelone, échange à Ximenès de Lavata, grand-commandeur d'Espagne, à Ximenès de Morieta, grand-prieur de Navarre, et à Martin d'Andos, châtelain d'Amposte, les Juifs et les Juives possédés par l'Hôpital depuis le rio Segre jusqu'à Feriçça, et les Maures que l'ordre avait à Huesca et à Saragosse, excepté Rabbi-Asser-Abin-Ben-Talca et sa famille, contre le château et la ville de Cabañas, près de Ricla, et contre le droit de disposer, chaque semaine, du samedi soir au dimanche soir, de l'eau de Ricla et de Cabañas pour irriguer l'Almunia de doña Godina.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 160 (orig. charte-partie).

In Christi nomine, sit notum cunctis quod nos Petrus, Dei gratia rex Ara-

gonum et comes Barchinone, bono animo et spontanea voluntate, per nos et omnes successores nostros, damus, concedimus, laudamus et corporaliter tradimus domino Deo et ejus gloriose genitrici semper virgini Marie, et beato Johanni, et vobis fratri Exemeno de Lavata, magno preceptori Hospitalis in Hyspania, et fratri Exemeno de Morieta, priori de Navarra, et fratri Martino de Andoss, castellano Emposte, et per vos domui, pauperibus et fratribus Hospitalis Jherosolimitani presentibus et futuris in perpetuum, in concambium et commutationem perpetuam omnium Judeorum et Judearum, quos vos et Hospitale habetis et habere debetis aliquo modo a flumine Sicore usque Feriççam, vel in aliquo loco totius Aragonis, et unius Mauri quem habetis in Osca, et alterius quem in Cesaraugusta habetis, preter Rabbi Asser Abinbentalca et filium suum Azday, et nepotes suos ambos fratres Salomonem et Azdoy Abynhariz, posteritatesque eorum, quos omnes et eorum posteros universos cum omnibus bonis suis habitis et habendis vobis et domui Hospitalis dimittimus et concedimus habendos et perpetuo possidendos [1], castellum scilicet et villam de Cabannis, que sunt juxta Riclam, cum Christianis et Mauris omnibus qui ibi sunt vel erunt unquam, et cum omnibus terminis et pertinenciis suis cultis et incultis, cum aquis et cequiis suis, cum caloniis, peitis, pedidis, cenis, precariis et omnibus omnino aliis, que nos ibi habemus et accipimus, et habere et accipere debemus, aliquo jure, aliquo modo, aliqua ratione vel causa. Damus etiam vobis aquam de Ricla et de Cabanis ad opus Almunie vestre, que dicitur de dona Gudina, a die sabbati in sero apparentibus stellis continue usque ad diem dominicam sequentem in sero apparentibus stellis, et sic per singulas septimanas in perpetuum. Quamquidem aquam accipere vobis liceat libere et sine omni contradictione in pace, ubicumque ea accipere volueritis, sine dampno tamen alicujus. Si vero in ea accipienda dampnum aliquod videatur alicui inferri, emendetur illud statim a vobis secundum arbitrium et cognitionem duorum aut trium bonorum hominum. Hec autem omnia supradicta habeatis, teneatis et possideatis integre et sine omni contrarietate per secula cuncta, per vestram hereditatem propriam, francham, liberam, ingenuam et immunem, ad dandum, vendendum, impignorandum, commutandum, et ad omnes alias voluntates vestras inde perpetuo faciendas sine omni nostro nostrorumque retentu, salva fidelitate nostra et omnium successorum nostrorum. Quicumque autem hanc aquam impedire vel contra hanc donationem venire attemptaret, a Deo sit maledictus, iram et indignationem nostram et penam mille morabotinorum se noscens sine dubio incursurum. Et nos prefati fratres Exemenus de Lavata, magnus preceptor Hospitalis in Hyspania, et frater Exemenus de Morieta, prior de Navarra, et frater Martinus de Andoss, castellanus Emposte, per nos et per domum et pauperes et fratres Hospitalis, habita deliberatione et pleno consilio cum saniori et meliori parte fratrum nostrorum, donamus, laudamus, concedimus et diffinimus vobis domino Petro, regi Aragonum, et successoribus vestris in perpetuum, omnes Judeos et Judeas et eorum progenies et posteritates, cum omnibus rebus et possessionibus suis, quos et quas per donationem vestram, vel patris aut matris, vel sororis vestre aut avorum vestrorum, vel alicujus antecessorum vestrorum, sive de genere vestro, sive etiam ex donatione, commutatione, emptione, legato vel alio quolibet jure ab aliqua persona ecclesiastica vel laica habemus vel habere debemus a flumine Sicore usque Feriççam, vel in aliquo loco totius Aragonis, et illum Maurum que[m] habemus in Osca, et alium quem habemus in Cesaraugusta, et eorum progenies atque posteritates, vobis eidem regi et vestris remittentes et diffinientes ex toto duo milia et quadringentos morabotinos Alfossinos, pro quibus obligati nobis erant

1. V. plus haut, p. 50, nº 1220, la donation de cette famille juive à l'ordre de l'Hôpital.

exitus vestri de Osca et vineaticum Judeorum. Si quod etiam jus habemus in aliquo Judeo vel Judea qui non sint ex toto nostri, totum vobis donamus, concedimus et perpetuo diffinimus. Excipimus autem ab hac diffinitione et concessione prefatos Rabbi Asser Abinbentalca, et filium suum Azday, et nepotes suos ambos fratres Salomonem et Azday Abinhariz, et eorum omnes posteritates, quos omnes et eorum posteros universos, cum omnibus bonis suis habitis et habendis, nobis et domui Hospitalis in perpetuum retinemus habendos et possidendos, sicut in cartis factis ipsis et nobis plenius continetur. Omnia autem instrumenta et carte, quecumque inde habemus vel ipsi Judei habent, sive generalia sive specialia, temporalia vel perpetua, exceptis omnibus instrumentis predictorum Rabbi Asser et filii et nepotum ejus, ab hac die in antea volumus esse cassa et irrita et penitus adnichilata, ita quod nec nos, nec ipsi Judei nec Mauri, nec aliquis nomine nostro vel eorum, aliquam cartam vel instrumentum inde confectum, preter instrumenta prenominatorum quatuor Judeorum, audeat vel presumat ostendere publice vel privatim. Datum Turolii, VIII idus septembris, per manum Ferrarii, notarii nostri, era M CC XL octava. S. (*Seing manuel*) Petri, Dei gratia regis Aragonum et comitis Barchinonensis. S. fratris Exemini de Lavata, magni preceptoris Hospitalis in Ispania. S. Exemini de Morieta, prioris de Navarra. S. fratris Martini de Andos, castellani Emposte, qui omnes hec omnia supradicta firmamus, concedimus et laudamus. Testes hujus rei sunt : frater Frontinus, comendator de Casis Novis ; frater Guillelmus de Rota, capellanus domini regis ; frater Ex[eminus], capellanus fratris Ex[emini] de Lavata ; Garssias Romei ; Azcenarius Pardi, majordomus Aragonis ; Furtunius Valerii ; don Ladron ; Petrus de Crexello ; Gaucerandus de Cartallano ; R. de Monte Regali ; Guillelmus de Orta ; Arnaldus de Alasc[o]no ; Assalitus de Gudal ; Artallus de Artusella ; Marchus de Lizzina ; Rodericus de Luzana ; P. de Falces ; P[etrus], justicia Tirasone, et multi alii. Ego Ferrarius, notarius domini regis, hoc scribi feci mandato ipsius, loco, die et anno prefixis.

## 1357. — 9 septembre 1210, Huesca.

*Le même, à la prière de la reine Sancia, sa mère[1], et de Ximenès de Lavata, grand-commandeur d'Espagne, exempte les Hospitaliers d'Aragon et de Catalogne de tous impôts ou droits dans ses états ; les vassaux de l'ordre à Girone et à San Celoni, qui avaient été imposés avec excès, sont spécialement désignés pour jouir à l'avenir de cette exemption.*

Source : Sigena, Arch. du monastère (orig.).

In Christi nomine, sit notum cunctis quod nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum et comes Barchinone, attendentes karitatis et misericordie studia, et hospitalitatis opera, ac sancte religionis fervorem, quibus sacra domus Hospitalis Jherosolimitani et fratres Deo servientes in ea pollere cernuntur in cismarinis et trasmarinis partibus et florere ; considerantes etiam quantam solicitudinem defensioni et propagationi fidei christiane invigilent jugiter et intendant, et pie ad memoriam sepius reducentes dilectionem ac bonam et in Domino laudabilem voluntatem, quam predecessores nostri erga predictam domum et fratres hactenus habuerunt, idcirco, corde bono et animo volenti, ob remedium anime nostre et parentum nostrorum, per nos et omnes successores nostros, ad preces domine

1. Elle était morte en novembre 1208.

Sancie, illustrissime regine Aragonum, matris nostre et nobilissime sororis Hospitalis ejusdem, et obtentu dilecti nostri fratris Eximini de Lavata, venerabilis magistri Hyspaniarum et magni, damus, concedimus et laudamus in perpetuum domino Deo et eidem domui Hospitalis, et prenominato magistro, et fratribus presentibus et futuris quod, ab ac hora in antea, ab hominibus Hospitalis, Christianis scilicet et Judeis et Sarracenis, quos alicubi in toto regno Aragonie et Catalaunia tota habere noscuntur, vel in futurum ex largitione et concessione nostra aut successorum nostrorum, aut collatione fidelium, aut emptione, aut commutatione, aut aliis justis modis ibidem adquirere poterunt et habere, nullam questiam vel peitam, nullam toltam vel fortiam, nullam ostem vel cavalcatam, vel appellitum, vel eorum redemptionem aliquam, nullumque malum servicium vel demandam, nullumque bovaticum vel monetaticum, vel eorum solutionem ullam, nullumque herbaticum, nullumque censum vel usaticum, nullamque lezdam vel portaticum, vel consuetudinem novam vel veterem, constitutam vel constituendam, nullamque aliam exactionem regalem aut vicinalem, vel aliquam aliam que dici vel nominari possit, queramus aut demandemus umquam aut demandari sinamus in aliquo loco terre vestre ullo modo; facientes cum hoc presenti scripto perpetuo duraturo fratres Hospitalis predicti et eorum homines et feminas, cujuscunque dignitatis vel legis vel conditionis sint, ubique per totam terram nostram, cum omnibus rebus et mercibus suis propriis, franchos et liberos, ingenuos et immunes et quietos, ac penitus alienos a supradictis omnibus et singulis per secula cuncta. Ita quod neque nos, neque nostri, neque aliquis homo noster vel alienus supradictos fratres Hospitalis vel eorum homines, ubicunque sunt vel erunt in tota terra nostra, aliquid de predictis audeat demandare unquam, vel ad illorum aliquid dandum, vel solvendum, vel faciendum, vel aliquid aliud quod cogitari possit distringere vel forciare presumant aliquo modo, aliqua ratione vel aliqua occasione vel causa. Predictis autem fratribus Hospitalis et eorum hominibus presentibus et futuris, ubicunque sunt vel erunt, hanc franchitatem et libertatem perpetuam et concessionem et donationem damus, facimus et indulgemus, quamvis hoc diu est datum et concessum sit eis a predecessoribus nostris per idonea instrumenta, et nominatim et specialiter omnibus illis hominibus et feminis, majoribus et minoribus, et eorum posteris, quos idem Hospitale et fratres habent nunc vel habituri sunt in Gerunda et in S. Celedonio eorumque terminis universis. Quos quidem homines de Gerunda et de S. Celedonio et aliorum locorum, ad ipsum Hospitale pertinentes, nos, quibusdam necessitatibus inducti nimium et compulsi, aggravavimus aliquando exactionibus indebitis et demandis; a quibus vero omnibus et aliis universis, cum hac carta perpetuo duratura, et eos omnes et eorum successores cum aliis universis hominibus ejusdem Hospitalis, Christianis scilicet et Judeis et Mauris, cum omnibus rebus, mercibus et hereditatibus suis, liberos facimus et immunes, et quietos nunc et semper ac penitus alienos. Quia vero omnia ea, que a predecessoribus nostris et nobis ipsis juste et secundum Deum facta sunt et concessa, domui Hospitalis et fratribus ejusdem debent semper inviolata manere, idcirco omnia privilegia et quelibet alia instrumenta, omnesque donationes, concessiones et franchitates ejusdem domus Hospitalis, et prenominato fratri Ex[imino] de Lavata, honorando Yspaniarum magistro, et fratribus ejusdem presentibus et futuris, laudamus, concedimus, et presentis scripti patrocinio communimus, decernentes ea robur perpetuum obtinere, sicut melius et utilius et sanius dici potest, ad communem utilitatem sepedicti Hospitalis et fratrum, et confirmantes atque laudantes predicto Hospitali et fratribus omnes res et possessiones suas, quas nunc alicubi habent in tota terra nostra, vel in antea, dante Domino, poterunt adipisci, sicut eas juste alicubi possident et quiete, et in eorum privilegiis et instrumentis inde factis a predecessoribus nostris et

nobis ipsis plenius continetur. Preterea volumus, statuimus et mandamus ut fratres et sorores Hospitalis Jherosolimitani, crucis insigne defferentes, si aliquem in causam traxerint vel ab aliquo tracti fuerint, aut eos super aliquo facto vel casu placitari contigerit, non donent nec dare teneantur unquam in aliquo loco tocius dominacionis nostre aliquam justiciam vel caloniam vel expensas ullomodo illi vel illis sub quorum examine litigaverint. Mandamus igitur firmiter et districte universis bajulis, vicariis, merinis, zahalmedinis, justiciis, judicibus, alchaldis, juratis, et aliis universis et singulis tocius terre nostre, et etiam senioribus, repositoriis et majoribus domus, presentibus et futuris, ut hanc cartam et omnia, que in ea scripta sunt, teneant et illibata conservent, et faciant ubique ab omnibus firmiter observari, si de se ipsis et de nostra gratia confidunt. Quicunque autem contra hec prescripta in aliquo venire presumpserit (*sic*), iram Dei omnipotentis et omnium sanctorum ejus incurrant, et extorres a corpore et sanguine Christi, cum Juda proditore et Datan et Abiron, intereant, et eant, nisi resipuerint, ad tartara non reddituri. Et ne aliqua pena eis desit, hic indignationem nostram perpetuam cum corpore et avere se noverint sine aliquo remedio incursuros. Dat. Osce, v idus septembris, era M CC XL octava, per manum Ferrarii, notarii nostri. S. (*Seing manuel*) Petri, Dei gratia regis Aragonum et comitis Barchinonensis. S. (*Seing manuel*) Jacobi, Dei gratia regis Aragonie et regni Majoricarum, comitis Barchinone et domini Montispessulani, qui hec laudamus et confirmamus, ut superius continentur[1]. Testes hujus rei sunt: dompnus G[arcia], episcopus Oscensis; dompnus G[arcia], episcopus Tirasonensis; comes Sanccius; Eximinus Cornelii; Garsias Romei; Michael de Lusia; Eximinus de Lusia; Lop. Ferrenc de Luna; Adam de Alascuno; Arnaldus de Alascuno; Gomez de Luna; Asallitus de Gudal; R. de Podio; P. Eximini de Orreya; Alvarus Guterriz, majordomus; Petrus Guterriz; Didacus Ferrandi. Ego Ferrarius, notarius domini regis, hoc scribi feci mandato ipsius, loco, die et anno prefixis.

## 1358. — [Après septembre 1210.]

« *Déclaration d'Amaury* [*lisez Acharias*][2], *maire de la ville d'Antioche, par* « *laquelle il conste que le prince Raymond Rupin, ayant donné autrefois la ville* « *de Gibel à l'ordre, dans le temps qu'elle étoit occupée par les infidelles, cette ville* « *en étant depuis abandonnée, il s'y est porté pour en mettre l'ordre en possession* « *en présence de sa cour, faisant élever la bannière de l'ordre sur l'endroit le plus* « *élevé à la place de la sienne, qu'il remet de sa propre main à frère Joubert, châte-* « *lain de Margat, en signe de donation perpétuelle, sans datte*[3].»

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 204 (xviii° s.).

## 1359. — 18 janvier 1211, Latran.

*Le pape Innocent III invite Michel de Mourèze, archevêque d'Arles, à terminer*

1. La signature de Jacques I, fils et successeur de Pierre II, a été ajoutée, à une époque postérieure, à la suite de celle de Pierre II; elle constituait ainsi pour l'ordre la confirmation par Jacques I des privilèges que Pierre II lui avait concédés.

2. Ce personnage figure dans un acte édité par Langlois (*Trés. des chartes d'Arménie*, 137).

3. Il faut rapprocher cette pièce du n° 1263 (V. p. 71); il est possible que celui-ci doive être reculé jusqu'après septembre 1210, comme le présent acte.

*un différend relatif à la vente de certains biens faite aux Hospitaliers de S. Gilles, par le chevalier Pierre de la Verune, d'Arlès.*

SOURCE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., H. ordre de Malte, cartul. de Trinquetaille, f. 83 *b* (copie, XIII^e s.).

Innocentius, etc., venerabili fratri... archiepiscopo Arelatensi, salutem, etc. Dilecti filii prior et fratres Jerosolimitani Hospitalis de S. Egidio nobis conquerendo monstrarunt quod, cum causam, que inter ipsos, ex parte una, et Pe[trum] de Veruna, militem, civem Arelatensem, ex altera, super designatione possessionum quarumdam ab eodem cive venditarum eisdem tibi duxeramus commitendam, tu causam ipsam decidere neglexisti, sicut iidem nobis exponere procurarunt. Volentes igitur ut finis litibus inponatur, fraternitati tue per iterata scripta precipiendo mandamus quatinus in eodem negocio, juxta formam prioris mandati nostri, previa ratione procedas. Dat. Laterani, XV kalendas februarii, pontificatus nostri anno XIII.

## 1360. — Février 1211.

« *Vidimus du garde-seel de la baillie de Vermandois estably à Péronne, de lettres de frère Isembart, procureur général de toutes les maisons de l'Hôpital de S. Jean de Jérusalem établies en deça les monts, contenant concession par luy faite à Jean Creton, bourgeois de Péronne, et à ses hoirs, à toujours d'un certain fief qui avoit esté donné audit Hospital, du consentement de M^re Girard de Estaincourt, duquel il relevoit, assis au territoire de Péronne, consistant en un manoir nommé le Pommier (Pomerium) à S. Radegonde, avec les prez du Parc aux Bestes en la culture d'Estain, à condition par ledit Creton et ses dits hoirs d'en rendre à l'Hôpital d'Estrepigny* 2 *s. parisis de redevance par chacun an à la saint Remy, et de comparoître lorsqu'il en sera requis aux plaids dudit Hôpital, tenus au dessous de la châtellenie de Péronne,* 3 *fois par an, sans pouvoir exiger autre chose de luy pour raison dudit fief. Lesdites lettres datées du mois de février* 1210. *Et le vidimus d'icelles fait à la relation de M^e Jacques le Maire, tabellion juré audit Péronne, le* 7 *avril* 1458; *et a esté scellé sur double queue.* »

ANALYSE : Paris, Arch. nat., S. 5965, f. 35 (invent. d'Esterpigny de 1745).

## 1361. — 4 février 1211, Latran.

*Le pape Innocent III invite de nouveau Michel de Mourèze, archevêque d'Arles, à délivrer aux Hospitaliers de Trinquetaille les saintes huiles qu'ils doivent avoir en vertu des privilèges apostoliques.*

SOURCE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., H. ordre de Malte, cartul. de Trinquetaille, f. 82 *b* (copie, XIII^e s.).

Innocentius, etc., venerabili fratri Arelatensi archiepiscopo, salutem, etc. Dilecti filii prior et fratres Jherosolimitani Hospitalis de S. Egidio nobis intimare curarunt quod, cum tibi dederimus in mandatis ut eorum fratribus in domo S. Thome Arelatensis manentibus exhiberes benigne oleum infirmorum, prout est eis ab apostolica sede indultum, tu eis id facere non curasti. Ideoque fraternitati

tue per apostolica scripta precipiendo mandamus quatinus eisdem, juxta prioris mandati nostri tenorem, id concedere non omittas. Dat. Laterani, II nonas februarii, pontificatus nostri anno XIII.

### 1362. — Mars 1211.

*Philippe-Auguste, roi de France, confirme l'assignation de vingt sous de rente faite aux Hospitaliers par Jean d'Auteuil et par la vicomtesse de Mante, sa femme.*

SOURCE : Paris, Arch. nat., S. 4982, n° 2 (orig.) et n° 3 (vid. de l'official de Chartres, du 24 octobre 1312). — ANALYSE : L. Delisle, *Cat. des actes de Ph.-Aug.*, 290, n° 1263.

Philippus, Dei gratia Francorum rex. Noverint universi ad quos littere presentes pervenerint quod Johannes de Antolio et vicecomitissa Medunte, uxor sua, in presentia nostra constituti, viginti solidos redditus, quos Robertus, quondam vicecomes Medunte, dedit in elemosinam fratribus Hospitalis, assignaverunt dictis fratribus capiendos singulis annis ad festum sancti Remigii in censibus et redditibus suis S. Martini. Quod ut firmum sit et stabile, adpreces et peticionem predictorum Johannis de Antolio et uxoris sue, paginam istam confirmamus. Actum Medunte, anno Domini millesimo CC decimo, mense marcio.

### 1363. — [3 avril — 31 octobre] 1211, Paris.

*Le même, pour racheter les droits d'usage qu'avaient les Hospitaliers dans les bois royaux qui s'étendaient entre Arces et Cerisiers, leur donne cent arpents de bois au Fay et le droit de pacage dans la partie de forêt qui lui appartenait.*

SOURCE : Paris, Arch. nat., S. 5250 B, n° 23 (vid. du prévôt de Sens, du 26 août 1325). — ANALYSE : Mannier, *Command. du gr.-pr. de France*, 343 ; Paris, Arch. nat., S. 6017, f. 28 *b* (invent. de Launay, 1745).

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Philippus, Dei gratia Francorum rex. Noverint universi presentes pariter et futuri quod fratres Hospitalis omnimodum usuarium, quod ipsi et homines eorum hactenus habuerint in foresta nostra, que sita est inter Arces et Cerisers, nobis notrisque successoribus imperpetuum quittaverunt. Et nos in hujus rei excambium ipsis dedimus et assignavimus in eadem foresta centum arpennos nemoris, versus Faiacum sitos, et ab ipsis jure perpetuo libere et quiete possidendos. Insuper eisdem fratribus Hospitalis concedimus habere et eorum hominibus, in illa parte nostra quam habemus in predicta foresta, pascuum animalium suorum et pascionem ad porcos suos preterquam in tailleicio, donec tailleicium habeat quatuor annos. Quod ut ratum firmumque permaneat, sigilli nostri auctoritate et regii nominis caractere inferius annotato, presentem paginam confirmamus. Actum Parisius, anno Domini M CC XI, regni vero nostri anno tricesimo secundo, astantibus in palacio nostro quorum nomina supposita sunt et signa, dapifero nullo. S. Guidonis, buticularii. S. Bartholomei, camerarii. S. Droconis, constabularii. Data vacante (*Monogramme*) cancellaria.

### 1364. — 4 avril 1211.

*Raymond de Castrocol, évêque de Saragosse, donne aux Hospitaliers un cimetière à S. Juan de Paduls, pour l'usage des membres de l'ordre.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 38-41 (orig. scellé).

Facta carta pridie nonas aprilis, sub era M CC XLVIIII.

### 1365. — Juin 1211, Syracuse.

*Alaman da Costa comte de Syracuse*[1], *donne aux Hospitaliers le casal Bigens, près de Syracuse.*

Texte : Lünig, *Cod. Italiae diplom.*, II, col. 1650; Rocco Pirri, *Sicilia sacra* (édit. de 1733), II, 936 (d'après les arch. du grand-prieuré de Messine).

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Alemandus, Dei et regia gratia ac communitatis Janue comes Syracuse, et domini regis familiaris. Inter cetera, que presidentibus et terrarum principibus magnum honoris et glorie culmen acquirunt, ea preminent largitatis opera, per que gloria in excelsis a Deo, et in terra laus ab hominibus bone voluntatis comparatur. Quia cum terrarum principes sacris locis et honestis viris, celesti regi servientibus, de terrenis bonis sibi a Deo prestitis munifice tribuunt, in celestibus regnis eterne sibi partem hereditatis acquirunt, et in terris humane laudis meritum perpetuo promerentur. Inde est quod nos, providentes..... Deo, et quanta utilitas universe Christianitati ex domo Hospitalis beati Joannis proveniat, in qua diversa mundi loca Christus in persona pauperis excipitur, et pauperes in Christi nomine reficiuntur, assidue considerantes etiam quantum superbia inimicorum crucis per eamdem predictam domum..... bus comprimatur, intuitu Dei et beati Joannis Baptiste, nec non pro honore domini nostri serenissimi regis Frederici, communitatis Janue et nostro, perpetuo concedimus et donamus predicto Hospitali sancti Joannis, in tenimento nostro Syracuse, quoddam casale meum, quod dicitur Bigens, terram quandam his terminis interclusam continens..... terminus ipsius terre a scala rubra usque ad magnam mandram, et inde descenditur per caveam usque ad divisam saline, et deinde procedens comprehendit totum pantanum, quod ibi est, usque ad..... et usque ad magnam mandram, que est super casale Bigene. Hanc itaque terram sic terminatam cum predicto pantano, et cum predicto casali, prefato Hospitali ad opem pauperum Christi, et ut orationum et beneficiorum, que in ipsa domo fiunt mereamur esse participes, damus et concedimus, ut predictum Hospitale ipsam predictam terram..... libere et quiete teneat et possideat, sine omni nostra et heredum nostrorum ac omnium per nos contradictione in perpetuum. Ad hujus itaque donationis, et perpetuam memoriam, presens privilegium per manus magistri Ladulfi, notarii nostri, scribi, et sigillo nostro fecimus communiri. Dat. Syracuse, anno dominice incarnationis M CC XI, mense junio, indictione XIII, regni vero illustrissimi regis nostri Frederici anno XIII, feliciter, amen.

1. Alaman da Costa, corsaire génois, avait été nommé comte de Syracuse par les Génois; il s'était rendu maître de la ville de Syracuse en 1204, pour le compte de la république de Gênes.

**1366.** — 5 juillet 1211, Latran.

*Le pape Innocent III renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 23 *janvier* 1168, 1169 *ou* 1170: « *Cum* (*dilectis filiis*) *fratribus Hierosolymitani.* » (*V. plus haut,* I, *n*° 392).

Source : Prague, Arch. du gr.-pr. de Boh., A. XXVI, n° 13 (vid. du notaire de Pulst, du 24 août 1420).

Dat. Laterani, iii nonas julii, pontificatus nostri anno xiv.

**1367.** — 5 juillet 1211, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 6 *décembre* 1184 : « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 702.)

Source : Munich, Bibl. roy., ms. lat. 4620, f. 129 *b* (copie, xiv° s.); Strasbourg, Arch. de l'anc. dép. du Bas-Rhin, H. 1351, n° 2 *bis* (orig.).

Dat. Laterani, iii nonas julii, pontificatus nostri anno xiiii.

**1368.** — 1 août 1211, au camp de Bari.

*L'empereur Othon IV confirme les privilèges des Hospitaliers dans ses états, à l'exception de contributions indirectes ou d'impôts levés pour cause d'utilité publique, et le droit de couper du bois dans les forêts de l'empereur.*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 40, n° 3 (copie du xiv° s.). — Analyse : Boehmer (éd. Ficker), *Reg. imperii,* V, 130, n° *447. — Texte : Winkelmann, *Acta imperii inedita saeculi XIII,* I (Inspruck, 1880), 60.

In nomine sancte et individue trinitatis, Oddo quartus, Dei gratia favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. Cum imperatoriam deceat majestatem omnibus justa petentibus benignitatis animum inclinare, religiosorum virorum precipue debet petitiones admictere, eosque et loca Deo dicata largis beneficiis ampliare. Inde est quod notum fieri volumus universis presentem paginam intuentibus, tam presentibus quam futuris, quod nos, intuitu eterne retributionis, adtendentes nichilominus celebrem cultum ac pie religionis ordinem, in quo per hospitalitatis et divini cultus observanciam fratres domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, qui sunt per imperium nostrum et regnum scilicet, laudabiliter militant Jhesu Christo, ipsam domum sancti Johannis Jerosolimitani, omnes per (*sic*) domos que sunt per totum imperium et regnum, confratres, possessiones et homines ipsarum domorum munimine nostrique culminis protectione suscipimus, concedentes ac confirmantes eis plenam libertatem ut fratribus ipsarum domorum libere sine datione aliqua sive plateatico, portulatico, passagio atque scolatico mictere, introducere et extraere liceat res quaslibet ad opus Hospitalis, tam per mare quam per terram, tam per portas quam per portus et passagia, vendere quoque, emere seu permutare liceat quecumque et ubicumque voluerint per totum imperium et regnum pro negociis et serviciis ipsarum domorum libere et sine aliqua

datione. Concedimus etiam predictis domibus Hospitalis sancti Johannis, que in imperio et regno Sicilie sunt, libera pascua pro animalibus suis et hominum suorum, et libertatem incidendi lignamina in silvis demani, pro construendis et reparandis domibus suis, lignamina sicca etiam, ubicumque sunt per quecumque nemora et forestas, ad usum ipsarum domorum; et jubemus ut omnes domos Hospitalis sancti Johannis per imperium et regnum, res et homines ipsarum liberi sint ab omni tallagio, adjutorio, datione, et ab omni exactione atque servicio seculari, ut nec pro construendis ac reparandis menibus, turribus, portibus, atque fodiendis fossatis exigi ab eis aliquid permittatur, nec teneantur respondere aliquibus de quibuslibet questionibus, nisi in curia Hospitalis tantum, excepto de illis criminalibus que ad curiam nostram pertinere noscuntur. Volumus etiam ut quicumque utriusque sessus, cum stabilibus et mobilibus suis, ipsis domibus Hospitalis imperii et regni se in vita sua redere vel offerre voluerit, liberam habeant facultatem exceptis angarariis et hiis qui feudi annexi sunt, qui etiam de licentia dominorum suorum, si voluerint, potuerint se offerre. Statuimus etiam ut nulli de imperio et regno liceat aliquid exigere racione diurni vel alicujus exactionis ab hiis qui operas suas quantas atque vel quomodocumque tempore liceat domibus Hospitalis, sive pro metendis atque pisandis laboribus, vel quocumque alio opere. Item concedimus et donamus dictis domibus Hospitalis per imperium et regnum quatenus liceat eis domos seu quascumque possessiones ipsarum, quolibet justo titulo vel de cetero acquirendas, tam in Barulo quam alibi, perpetuo et sine aliqua prohibitione tenere. Nullus etiam domos ipsas de tenimentis et possessionibus eorum sine judicio dissagire presumat. Preterea confirmamus et perpetuo edicto statuimus ut fratres predictarum domorum Hospitalis de imperio et regno et omni libertate ordinis et privilegiorum Hospitalis in signiis, cum omnibus que concessione pontificum, donatione vel confirmatione precedentium rerum imperatoris Henrici dive memorie atque nostra, nec non oblatione fidelium in presentiarum rationabiliter habent vel in antea juxtis poterunt titulis adhipisci, quiete, pacifice et sine contrarietate aliqua perpetuo conserventur. Prohibemus etiam ut nullus infra situm ipsarum domorum Hospitalis qualibet hoccasione insultum facere aut hominem ibi capere, vel domos ipsas in personis que ibi sunt vel in rebus suis intus vel extra temere perturbare, ac in aliquo dapnificare presumat. Nullus sit igitur qui contra hanc concessionem, confirmationem et sanctionem nostram aliqua presumat temeritate venire. Quod si quis aliquatenus actentaret, indignationem proinde nostri culminis in detrimentum persone ac rerum suarum se noverit incursurum. Ad hujus autem concessionis, confirmationis, sanctionis nostre memoriam et inviolabile firmamentum, presens privilegium scribi, et sigillo nostre celsitudinis mandavimus insigniri, anno, mense et indictione suscriptis. Acta sunt hec in castris ante Barum, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo undecimo, mense augusti, primo die ejusdem, quarta decima indictione.

### 1369. — 20 novembre 1211, Daroca.

*Pierre II, roi d'Aragon et comte de Barcelone, donne à Martin d'Andos, châtelain d'Amposte, et aux Hospitaliers le hameau d'Invidia et ses dépendances.*

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, cartul. d'Aliaga, p. 1 (copie, XIII^e s.).

In Christi nomine, sit notum cunctis quod nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum et comes Barchinone, attendentes caritatis opera et Hospitalis studia, quibus

sancta domus Hospitalis Jherosolimitani in ultramarinis et cismarinis partibus cernitur habundare, ob remedium et salutem anime nostre et parentum nostrorum, per nos et omnes successores nostros, corde bono et animo volenti, damus, concedimus et laudamus vobis karissimo nostro fratri Martino de Andos, magistro Emposte, et per vos domui Hospitalis Jherosolimitani, et fratribus et pauperibus ejusdem presentibus et futuris in perpetuum, vilarium de Invidia cum omnibus terminis et pertinenciis suis, sicut ex una parte dividit terminos cum Merle, et ex alia parte sicut affrontat in serna quam accepimus in termino Montis Regalis, et ex altera parte sicut dividit terminos cum Signa et cum Alava, et ex quarta parte sicut dividit terminos cum Peracels et cum vilario de Salice. Predictum itaque vilarium cum omnibus terminis suis, sicut melius eos habuit unquam tempore Maurorum vel Christianorum, et cum hominibus et feminis ibi habitantibus et habitaturis, cum montibus et planis, cum heremis atque cultis, cum aquis et cequiis, et aqueductibus et reductibus, cum pascuis, pratis, erbis, nemoribus, lignis, garricis sive carrascalibus, et cum venationibus, et cum omnibus melioramentis que ibi fieri poterunt unquam, et cum omnibus omnino aliis juribus et causis que ad dictum vilarium pertinent et pertinere debent et possunt aliquo modo, vos, predicte magister, et omnes successores vestri et domus, et fratres ac pauperes Hospitalis in perpetuum habeatis, plenarie teneatis, potenter et jure hereditario possideatis, integre et sine omni diminucione, in pace per vestram hereditatem propriam, perpetuam, francham, liberam, quietam, ingenuam et immunem, ad omnes voluntates vestras inde libere et perpetuo faciendas, sicut melius et plenius dici et intelligi potest, ad comunem utilitatem domus et fratrum ac pauperum Hospitalis per secula cuncta, salva fidelitate nostra et successorum nostrorum. Damus etiam, concedimus et laudamus vobis et domui et fratribus ac pauperibus Hospitalis in perpetuum omnes ecclesias, que in dicto vilario et infra terminos suos facte fuerint unquam, habendas, tenendas et possidendas libere et quiete per secula cuncta, cum decimis et primiciis, et oblationibus ac defunctionibus, et aliis omnino juribus et causis ad ecclesias pertinentibus et pertinere debentibus quoquo modo, salvo jure episcopali, scilicet quarto et cena. Quicumque autem contra presentem paginam nostre donationis venire in aliquo attemptaverit, iram et indignationem nostram, et penam mille morabotinorum, dampno illato prius restituto, in duplum se noverit sine aliquo remedio incursurum, presenti privilegio in suo robore nichilominus valituro. Datum Daroche, x kalendas decembris, per manum Ferrarii, notarii nostri, et mandato nostro et ipsius scripta a Donato, era M CC XL VIIII. S. (*Seing manuel*) Petri, Dei gratia regis Aragonum et comitis Barchinone. Testes hujus rei sunt: Petrus de Ahonesio; Martinus Eneguez; Michael de Lusia; Nunus Sancii; Martinus de Caneto; Exemenus Cornelii; Azcenarius Pardi; Marchus de Lizana; Garsias Romei; Arnaldus de Alascuno; Rodericus de Lizzana; Egidius de Castellar; Martinus de Terracia, justicia de Darocha; Petrus, justicia Tirasone, et multi alii. Hoc est translatum fideliter factum per manum Petri, capellani Osce.

## 1370. — [1212.]

*Extraits des décisions du concile de Paris relatifs aux Templiers et aux Hospitaliers.*

TEXTE : Martène, *Vet. mon... amplissima collectio,* VII (Paris, 1733), col. 105.

De Templariis et Hospitalariis. Statuimus ut Templarii et Hospitalarii cano-

nici in ecclesiis suis idoneos constituant capellanos, qui curam habeant animarum in eisdem, et sub excommunicatione inhibemus ne formam privilegiorum suorum excedant.

### 1371. — 1212, Paris.

*Thibaut VI, comte de Blois et de Clermont, donne aux Hospitaliers d'Ablainville un bois à Savelon.*

Source : Paris, Arch. nat., S. 5000, n° 40 (vid. du châtelain de Châteaudun de 1321), n° 41 (orig.), et n° 42 (vid. du prévôt de Paris de 1322).

Ego Theobaldus, comes Blesensis et Clarimontensis, omnibus notum facio quod, pro amore Dei et pro remedio anime mee et parentum meorum, do et concedo fratribus Hospitalis Jerosolimitani de Ableinvilla nemus Sevelonum, ad omnes usus necessarios ejusdem domus et furni extra defesium. Quod ut ita firmiter observetur, litteris commendo, et sigilli mei impressione confirmo. Actum Parisius, anno gratie M CC duodecimo. Datum per manum Verrici, cancellarii mei.

### 1372. — Janvier 1212, Giblet.

*Guy, seigneur de Giblet, donne à Garin de Montaigu, grand-maître de l'Hôpital, et aux Hospitaliers, en s'affiliant à l'ordre, une rente annuelle de mille besants, et les maisons que Raymond, comte de Tripoli, possédait à Laodicée ; cette donation lui avait été faite par Bohémond IV, prince d'Antioche et comte de Tripoli, en décembre 1204, à l'occasion de son mariage avec Alix, sœur de Bohémond. Il y ajoute la donation du casal de Betzaal, l'exemption du droit de place et des droits d'entrée et de sortie pour un navire appartenant aux Hospitaliers.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 22 (orig. auj. perdu). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 102.

In nomine sancte et individue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti, amen. Ne de rebus gestis presentialiter aliqua valeat in posterum oriri calumpnia, veterum sanxivit auctoritas eas scripture memoria et voce testium perhennari. Idcirco notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Guido, dominus Biblii, sana mente, sano corpore, sano utens consilio, consensu pariter et voluntate uxoris mee domine Aalis, sororis Boamundi, principis Antiochie et comitis Tripolis, pro redemptione anime mee et animarum parentum et amicorum meorum, tam precedentium quam successorum, dono et concedo, et constituo me in confratrem et socium et participem orationum, elemosinarum et beneficiorum pauperum sancte domus Hospitalis Iherusalem, in manibus fratris Guarini de Monte Acuto, ejusdem domus magistri venerabilis ; cui domui et magistro, et fratribus, tam presentibus quam futuris, bona fide, bono ingenio, omni penitus male et perverse intentionis scrupulo remoto, mille bisantios, quos mihi et meis heredibus Boamundus, Boamundi principis filius, princeps Antiochie et comes Tripolis, pro matrimonio sororis sue, uxoris mee domine Aalis, tribuit in terra Laodicie vel Saonie annuatim habendos et recipiendos sine omni servicio in assisia, vel unum casale, quod valeat mille bisantios annuatim, et domos, que fuerunt Raimundi, comitis Tripolis, dedi. Que omnia, ne ab aliquo heredum meorum et successorum

possint in antea calumpniari, sed firma et stabilia ab hominibus universis habeantur, et robore firmentur perpetuo, privilegium, quod mihi super his dictus comes Tripolis et princeps Antiochie tribuerat, prelibato magistro et fratribus tradidi, volente et concedente uxore mea domina Aali, me et ipsam cum omnibus meis heredibus et successoribus devestiens, et domum Hospitalis jure hereditario investiens pro herede. Quod privilegium hoc modo fuerat annotatum :

« In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Notum sit omnibus, tam futu-
« ris quam presentibus, quod ego Boamundus, Boamundi principis filius, per Dei
« gratiam princeps Antiochie et comes Tripolis, dono et concedo, pro matrimonio
« sororis mee Aalis, Guidoni, domino de Biblio, et heredibus suis mille bisantios
« assise sine omni servicio, annuatim habendos in terra Laodicie vel Saonie, quando
« Deus mihi reddiderit Laodiciam vel Saoniam, vel unum casale in terra Laodicie
« vel Saonie quod valeat mille bisantios annuatim, ad suum et meum craantum.
« Item dono et concedo eidem Guidoni, domino de Biblio, et heredibus suis,
« pro matrimonio sororis mee jam dicte, apud Laodiciam domos cum omnibus
« suis pertinentiis, que fuerunt R[aimundi], comitis Tripolitani, predecessoris
« mei, sine omni servitio in perpetuo habendas. Ut autem ratum sit et firmum
« quod in presenti pagina continetur, istud presens privilegium sigillo meo
« plumbeo feci sigillari. Hujus rei testes sunt : Raimundus, Bertrandus et Vil-
« lelmus de Biblio ; Raimundus de Scandelione ; Guido de Ham, comestabula-
« rius Tripolis ; Pieban, dominus de Bot[ro]ne ; Manselmus ; Johannes..... Actum
« anno ab incarnatione Domini MCC quarto, mense decembris. Data apud Tripolim,
« per manus magistri Joannis de Borbonio. »

Omne vero jus, quod predicto privilegio in supranominatis rebus ego dictus Guido, dominus de Biblio, habebam, sancte domui Hospitalis et fratribus universis sine omni retentu dedi, cum his omnibus que sequuntur in perpetuo possidendum. Deinde ad sustentationem pauperum dicte domus Hospitalis similiter, assensu et consensu, nec non et voluntate pretaxate uxoris mee domine Aalis, dedi, concessi, ore et corde laudavi fratribus jam dicte domus Hospitalis universis, in manus prescripti venerabilis magistri, quoddam casale, quod dicitur Betzaal, cum omnibus suis pertinentiis cultis et incultis, planis et montanis, simul cum rusticis omnibus qui in predicto casali habitant presentialiter, et quicumque convinci potuerint inveniri fore de predicto casali, et cum omni jure suo pariter et dominio, nihil mihi vel meis heredibus aut successoribus meis juris vel dominii aut alicujus consuetudinis, sed sine omni calumpnia mei vel heredum meorum, aut successorum, sive alicujus hominis, liberum dictis fratribus tradidi jure hereditario pacifice perpetualiter possidendum. Interea jamdicto magistro et fratribus, tam presentibus quam futuris, dedi similiter et concessi, consensu et consilio sepedicte uxoris mee domine Haalis, in presentia hominum meorum, libertatem emendi et vendendi quicquid voluerint in tota terra Biblii et omni dominatione mea, ita quod in civitate Biblii intus vel extra, et in omnibus suis pertinentiis per mare et per terram, in portu, in funda vel in aliquo loco nichil juris plateatici, nihil alicujus consuetudinis mihi vel meis heredibus aut successoribus tribuant vel reddant, sed sint per omnia dicta domus Hospitalis et fratres liberi et inmunes ab omnibus prelibatis. Verum cum fratres Hospitalis pro suis negotiis vassellum aliquod conduxerint exeundo vel redeundo, nichil juris vel consuetudinis michi vel meis heredibus, aut successoribus, aut alicui hominum reddant vel tribuant aliquo modo. Ego autem supranominatus Guido, dominus Biblii, suprascripta dona ad opus sancte domus Hospitalis pro viribus meis contra omnes homines, qui injuriam vellent inferre de donis pretaxatis, omnibus diebus defendere procurabo. Quicumque vero predictis donis obviare presumpserit vel contradixerit, nisi recipuerit, maledictione pereat sempiterna, et sit ejus porcio cum maledictis. Ut autem

que pretaxata sunt firma maneant perpetualiter et immobilia, sigillo nostro plumbeo et subscriptis testibus istud presens privilegium feci sigillari pariter et muniri. Hujus rei testes sunt : Willelmus Angeliers ; Albertus de Ponzan ; Willelmus Furnan ; Rainaldus Bonus ; Manasses Arnes ; Willelmus Liges ; Radulphus ; Leo ; Nicolaus ; Martinus ; Johannes Tabaria ; Raimundus de Turzeia. Actum apud Biblium, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo duodecimo, mense januarii, indictione xv.

### 1373. — 13 janvier 1212, Latran.

*Le pape Innocent III ordonne à Albert Avogadro, patriarche de Jérusalem, légat apostolique, d'exhorter les Templiers, les Hospitaliers et les rois et princes de Terre Sainte à racheter les chrétiens détenus en captivité à Alexandrie. — « Recepimus litteras doloribus. »*

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 8, f. 79 (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 4363. — Texte : Baluze, *Innoc. III epistolae,* II, 579 ; Bosquet, *Innoc. III epistolae,* I, 287 ; Migne, *Patr. lat.,* CCXVI, col. 507. — Extraits : Raynaldi, *Ann. eccl.,* XX, 329.

Dat. Laterani, idibus januarii, pontificatus nostri anno xiv.

### 1374. — 18 janvier 1212, Latran.

*Le même informe Nicolas, patriarche d'Alexandrie, qu'il a ordonné à Albert Avogadro, patriarche de Jérusalem, d'engager les Templiers, les Hospitaliers, les rois et princes de Terre Sainte à s'entendre pour échanger les chrétiens captifs à Alexandrie et au Caire. Il permet au patriarche d'élever un des captifs au diaconat pour assurer par lui le service religieux. — « Gratum gerimus et. » — (V. plus haut, n° 1373.)*

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 8, f. 79 (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 4365. — Texte : Baluze, *Innoc. III epist.,* II, 578 ; Bosquet, *Innoc. III epistolae,* I, 286 ; Migne, *Patr. lat.,* CCXVI, col. 506. — Extraits : Raynaldi, *Ann. eccl.,* XX, 330.

Dat. Laterani, xv kalendas februarii, pontificatus nostri anno xiv.

### 1375. — 15 février 1212.

*Bermond de Lusancion, grand-prieur de S. Gilles, avec l'assentiment de tous les frères de l'Hôpital de Manosque, donne à Bertrand d'Avancion, commandeur de Calvet et de « Placitum Dei », à charge d'une rente annuelle à payer à la maison de Manosque, tout ce que le grand-prieuré de S. Gilles possédait à Mallefougasse.*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., H. 628 (charte-partie, orig. bullée[1]).

In anno dominice incarnationis m cc xi, mense februarii, xv kalendas martii.

1. La bulle de l'Hôpital de Manosque est reproduite dans Blancard : *Iconographie des sceaux et bulles... des archives départementales des Bouches-du-Rhône* (Marseille, 1860), pl. 55, n° 4.

### 1376. — 17 février 1212, Latran.

*Le pape Innocent III défend aux Hospitaliers et aux Templiers du diocèse de Genève, à la requête de Bernard III Chabert, évêque de cette ville, d'accorder la sépulture ecclésiastique aux membres des familles de leurs confrères quand le diocèse est en interdit.*

Source : Genève, Arch. d'État du canton, pièces hist. n° 40 (orig. bullé). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 4384. — Texte : *Mém. et doc. de la Soc. d'hist. et d'arch. de Genève,* IV, ii (Paris, 1846), 19.

Innocentius, etc., dilectis filiis magistris et fratribus Hospitalis Jerosolimitani et milicie Templi, Gebennensis diocesis, salutem, etc. Gravem nobis venerabilis frater noster Gebennensis episcopus obtulit questionem, quod vos, privilegiorum vobis a sede apostolica indultorum forma pro libito abutentes, cum terra generali supponitur interdicto, confratrum vestrorum familias, qui vestre fraternitatis aliquatenus non existunt, ecclesiastice traditis sepulture ; propter quod et vigor enervatur ecclesiastice honestatis, et in ecclesiam Dei desevit acriter malicia secularis. Quia igitur privilegium meretur amittere, qui premissa sibi abutitur potestate, universitati vestre presentium auctoritate mand[amus q]uatenus] per vos ipsos id taliter corrigere studeatis, quod dictus episcopus de vobis super hoc conqueri non cogatur. Alioquin dilectis filiis Graciopolitano, et S. Andree, et de Salanchia, Graciopolitani ac Gebennensis diocesum decanis, noveritis nos in mandatis dedisse, ut vos ab hujusmodi presumptione per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compescant. Dat. Laterani, xiii kalendas marcii, pontificatus nostri anno xiv.

### 1377. — 18 février 1212 ou 1213, Manosque.

*Maître Tedicio, chanoine de Gênes, délégué du S. Siège, met fin par un arbitrage à la contestation soulevée entre l'Hôpital, représenté par Pons de Bras, mandataire de Bermond [de Lusancion], grand-prieur de S. Gilles, et G. Vetula, mandataire de la communauté de Manosque, au sujet du consulat de Manosque. L'arbitre abolit le consulat et attribue aux Hospitaliers de Manosque la pleine et entière juridiction.*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. liasse 652 (orig.). — Texte : D. Arbaud, *Etudes hist. sur la ville de Manosque*, 16.

Anno incarnationis ejusdem [Jeshu Christi] m cc xii, xii kalendarum marcii..... in ecclesia S. Marie de Manuascha, presentibus istis testibus : Willelmo de Porta Aquaria; Rostagno de Morerio; Ra[dulfo] Americo de Bannolis, Ugone d'Arlencs, comendatore S. Tome ; W. Ber., comendatore Vivariensi; Elia de Specula, comendatore Valentinensi; Senoreto ; Petrilono ; Ber. Olrico; Ugo de Spina, capellano; W[illelmo] Morre; Lamberto Veire; Isnardo Dalfini; et Raimbaudo Guiberto de Rellania; W. de Rianz, et toto populo Manuasche. Et ego Petrus, qui scripsi et hoc signum meum (*Seing manuel*) apposui, quia notarius eram.

### 1378. — 8 mars 1212.

*Hermann de Striberg, chambrier de la cour impériale et comte de Gesualdo, donne aux Hospitaliers de Messine le casal Milici.*

Source : Palerme, Bibl. comm., H. 12, p. 29 (copie d'Amico, xvii^e s.). — Texte : A. Minutolo, *Memorie del gran priorato di Messina*, 25 (à la date du 12 mars 1200, mal édité) ; Winkelmann, *Acta imperii inedita sæculi XIII* (Innspruck, 1880), 473.

In nomine domini nostri Jesu Christi, salvatoris nostri, amen. Hermanus de Striberg, imperialis aule camerarius et comes Gesualdi. Divine misericordie, cujus magnitudinem comprehendere non sufficimus, licet incrementa in nobis quotidie sentiamus, tunc melius et dignius vota respondimus (*sic*), cum ecclesias et loca venerabilia, ubi ipse jugiter colitur et laudatur, libertatis nostre beneficiis ampliamus. Hac igitur pia et laudabili consideratione ducti, intuitu divine retributionis, pro salute quoque domini nostri illustrissimi regis Frederici[1] et heredum ejus, et nostra, nec non pro redemptione anime Henrici[2], quondam imperatoris bone memorie, et animarum parentum nostrorum, de sincera et pura conscientia et benevolentia nostra, concedimus et donamus in perpetuum domui Hospitalis Messane casale nostrum Milici, quod dono et auctoritate domini nostri illustrissimi regis Frederici tenemus, cum silvis, terris cultis et incultis, et aqueductibus et cum omnibus justis tenimentis et pertinentiis suis, ut ipsum casale predicta domus Hospitalis Messane de cetero omni tempore pro remissione peccatorum libere, pacifice et quiete teneat et possideat sine molestia et impedimento aliquo. Ad cujus autem rei memoriam et inviolabile firmamentum, hoc presens privilegium dicte domui Hospitalis fieri fecimus, nostro sigillo munitum, anno dominice incarnationis M CC XI, octavo die mensis martii, quinte decime indictionis, regni vero domini nostri, Dei gratia illustrissimi regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, et in Romanorum imperatorem electi anno quarto decimo feliciter, amen.

### 1379. — [Après 8] mars 1212, Messine.

*L'empereur Frédéric II, roi de Sicile, confirme aux Hospitaliers la donation du casal Milici, que leur avait faite Hermann de Striberg, comte de Gesualdo.* (*V. plus haut, n*° 1378).

Source : Palerme, Bibl. comm., H. 12, p. 31 (copie d'Amico, xvii^e s.). — Analyse : Boehmer (éd. Ficker), *Reg. imperii*, V, 171, n° 657. — Texte : Minutolo, *Memorie del gran priorato di Messina*, 26 ; Winkelmann, *Acta imperii inedita saec. XIII*, I, 95.

In nomine Dei eterni et salvatoris nostri Jesu Christi, amen. Fredericus, divina favente clementia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, et in Romanorum imperatorem electus. Regia dignitas tunc vere clarificatur et rutilat, cum ecclesiarum utilitatibus clementer intendit, et eas sentire non patitur in aliquo detrimentum. Inde est quod nos, attendentes religionem et honestatem fratris Gidi, venerabilis prioris Hospitalis sancti Joannis in Messana, et aliorum fratrum ejusdem Hospitalis, de innata et solita munificentie nostre clementia, necnon et pro remissione animarum parentum nostrorum felicium augustorum inclite recor-

1. L'empereur Frédéric II, roi de Sicile.

2. Henri VI, père de Frédéric II, mourut en 1197.

dationis, concedimus et in perpetuum confirmamus eidem Hospitali casale, quod dicitur Milice, cum omnibus justis tenimentis et pertinentiis suis, secundum quod comes Hermanus ipsum casale eidem Hospitali dignoscitur concessisse, firmiter statuentes ut amodo prior et fratres dicti Hospitalis de predicto casali et pertinentiis suis, ad comodum et utilitatem domus ejusdem Hospitalis, pro sua voluntate disponant; mandantes etiam ut nullus eos super hoc aliquatenus molestare presumat; quod qui presumpserit, cum persone et rerum periculo iram nostri culminis se noverit incursurum. Ad cujus concessionis et confirmationis nostre memoriam et inviolabile firmamentum, presens privilegium per manus Joannis de Sulmona, notarii et fidelis nostri, scribi, et majestatis nostre sigillo jussimus communiri, anno, mense et indictione subscriptis. Data in civitate Messane, anno dominice incarnationis M CC XII, mense martii, XV indictionis, regni vero domini nostri Frederici, Dei gratia illustrissimi regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, anno quarto decimo, feliciter, amen.

### 1380. — 14 mars 1212, Saragosse.

*Pierre II, roi d'Aragon et comte de Barcelone, pour compenser les donations que lui et les membres de sa famille avaient faites au monastère de Sigena, et qui n'avaient jamais été délivrées à celui-ci, abandonne à Ozende de Lizana, prieure de Sigena, la ville de Lanaja et ses dépendances; celle-ci, en échange, renonce aux donations non délivrées.*

SOURCE : Sigena, Arch. du monastère (orig., charte-partie). — TEXTE : Varon, *Historia del real monasterio de Sixena* (Pampelune, 1773-6), II, LVII.

In Christi nomine, sit notum cunctis quod nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum et comes Barchinone, in recompensationem et concanbium illorum quinque millium solidorum, que monasterio Sexene dederamus et asignaveramus singulis annis accipienda in salinis nostris de Castellario et de Taust et de Remolinis et de Pola, in concanbium et recompensationem hereditatis nostre de Calamotxa, quam dompna Sanccia, illustris regina felicis recordationis, mater nostra, assensu nostro et voluntate dedit eidem domui de Sexena[1], et illorum duorum milium morabotinorum, quos dominus Ildefonsus, rex illustris bone memorie, pater noster, dimisit ipsi monasterio in morte sua, et illorum sex milium solidorum, que nos dare tenebamur eidem monasterio et promisimus tunc temporis, quando de monasterio illo traximus dompnam Alienor[em, karissimam] sororem nostram comitissam Tolose[2], et [omnium eorum Judeo]rum Aragonie et Catalonie, quos pater noster dominus rex aut mater nostra [domina regi]na[3], vel soror nostra dompna Constancia, nunc regina Sicilie[4], aut quilibet alius de predecessoribus nostris dedit aut concessit unquam predicte domui de Sexena aliqua ratione vel causa; que omnia et singula nos jam recuperavimus et nobis retinuimus ex toto, ob remedium et salutem anime nostre et parentum nostrorum, bono animo et spontanea voluntate, per nos et per omnes successores nostros damus, et cum hoc publico privilegio perpetuo duraturo concedimus et laudamus in perpetuum, et de jure nostro nunc in presenti tradimus domino Deo et ejus gloriose genitrici semper virgini Marie, et vobis dilecte nostre dompne Otzende, venerabili priorisse Sexene, et per vos monasterio vestro de Sexena et domui Hospitalis Jherosolimitani, et sororibus et

1. V. plus haut, n$^{os}$ 1274 et 1277.
2. Éléonore, fille d'Alphonse II, roi d'Aragon, quitta Sigena pour épouser, dans les premières années du XIII$^{e}$ siècle, Raymond VI, comte de Toulouse.
3. Alphonse II, roi d'Aragon, et Sancia, fille d'Alphonse VIII, roi de Castille.
4. Elle épousa en 1209 Frédéric II, alors roi de Sicile et plus tard empereur d'Allemagne.

fratribus ibidem Deo servientibus, presentibus et futuris, villam nostram nuncupatam Lanaja, cum hominibus et feminis qui ibi sunt vel erunt unquam, et cum omnibus terminis et pertinenciis suis heremis et populatis, cum terris cultis et incultis, cum planis, montibus, nemoribus, garricis et carrascalibus, cum lignis, fustibus, et arboribus cujuslibet generis, cum pratis, silvis, fontibus et aquis, cum venationibus et inventionibus sive trobis, cum questis etiam et pariis, cum cenis, predariis et pedidis et furnis, cum placitis et firmamentis et estacamentis, et cum omnibus aliis ad prelibatam villam pertinentibus et pertinere debentibus, et cum omni omnino jure et dominacione, que in ea habemus vel habere debemus ullo jure, ullo modo, ulla ratione vel causa. Quam, inquam, villam de Lanaja, cum omnibus et singulis superius nominatis, vos et domus Hospitalis de Sexena, et sorores et fratres, sub obediencia Hospitalis Jherosolimitani ibi conversantes et Deo servientes, habeatis semper et teneatis libere et quiete, et jure hereditario possideatis, et expletetis in pace per secula cuncta, sine omni nostro nostrorumque retentu et contradictione, per vestram propriam et francam ac liberam hereditatem et ingenuam, ad dandum videlicet, vendendum, impignorandum, comutandum seu alio quocumque modo volueritis alienandum, et ad omnes etiam alias voluntates vestras in perpetuum faciendas, sicut melius et plenius et utilius ac sanius dici vel nominari aut excogitari vel intelligi potest, ad comodum et utilitatem et profectum vestrum et omnium successorum vestrorum et sepedicte domus de Sexena. Ad hec itaque ego Otzenda, priorissa Sexene prescripta, una cum assensu et consilio et voluntate fratris Berengarii de Mirallis, venerabilis magistri Emposte, et cum assensu et consilio et voluntate tocius coventus sororum de Sexena et quamplurium aliorum fratrum domus Hospitalis, pro hac donatione et concambio, per me et per domum de Sexena et per sorores et fratres domus Hospitalis presentes et futuros, reddo, diffinio et absolvo vobis domino Petro, regi Aragonum, et omnibus successoribus vestris in perpetuum, et hereditatem de Calamotxa, et illa duo milia morabotinorum, et illa sex milia solidorum, et alia quinque milia solidorum de salinis superius nominata, et Judeos etiam omnes, quos ex donatione antecessorum nostrorum domus de Sexena habebat in aliquo loco terre vestre Catalonie et Aragonie. Datum Cesarauguste, II idus marcii, era M CC quinquagesima, per manum Ferrarii, notarii nostri. S. (*Seing manuel*) Petri, Dei gratia regis Aragonum et comitis Barchinonensis. Testes hujus rei sunt: dompnus Ferrandus, abbas Montis Aragonum; dompnus Raimundus, episcopus Cesarauguste; dompnus Pelegrinus, prior Montis Aragonum; Eximinus Cornelii; Michael de Lusia, majordomus Aragonie; Martinus Eneguez; Luferrerichus de Luna; Blaschus Romei; Blaschus de Alagone; Arnaldus Palacini; Gomez de Luna; Artallus de Artusella; Furtunius Aznarii; Petrus Navascos (?); Martinus Lupi de Novar. Ego Ferrarius, notarius domini regis, hoc scribi feci mandato ipsius, loco, die et anno prefixis.

### **1381.** — 31 mars 1212, Tirazona.

*Le même donne à Bérenger de Mirallas, maître de l'Hôpital en Aragon, et aux Hospitaliers un Juif de Saragosse, appelé Alazrach, fils d'Abulfach-Aben-Alazar, avec ses enfants et toute sa famille.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. magno, II, 184 (copie, fin XIV$^e$ s.).

Datum apud Tirassonam, II kalendas aprilis, per manum Ferrarii, notarii nostri, sub era M CC L.

## 1382. — Avril 1212.

*Isembard, grand-prieur de France, fait connaître un accord entre les religieuses du Paraclet et le curé du Châtel. Les religieuses abandonnent aux Hospitaliers le sixième qu'elles possédaient sur la grosse dîme de Rampillon, et gardent le sixième de la menue dîme; les Hospitaliers s'engagent à fournir annuellement au curé du Châtel un muid de froment et un muid d'avoine, et aux religieuses trois mines de froment et trois mines d'avoine dans leur grange de Rampillon.*

Source : Troyes, Bibl. mun., ms. 2284 (cartul. du Paraclet), f. 109 *b* (copie, fin XIV^e s.). — Analyse : Lalore, *Coll. des princ. cartul. du diocèse de Troyes*, II (Paris, 1878), 147.

Actum anno gratie M CC XII, mense aprilis.

## 1383. — 15 avril 1212.

« *Vente de Jean de Brienne, dixième roi de Jérusalem, faite à l'ordre du consentement de la reine Marie, sa femme, du casal de Manuet, moyennant* 2000 *marcs d'argent, du* 17 *des calendes de may* 1212. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 206 (XVIII^e s.).

## 1384. — 18 avril 1212, Latran.

*Le pape Innocent III ordonne à Guillaume d'Antignac, évêque de Maguelonne, au prévôt et à l'archidiacre de Maguelonne, de terminer le différend soulevé entre l'abbé et le chapitre de S. Gilles, d'une part, et les Hospitaliers du diocèse de Nîmes, de l'autre; ces derniers refusaient de payer au monastère de S. Gilles la portion canonique des legs qu'on leur faisait, et donnaient la sépulture aux paroissiens de l'abbaye.*

Source : S. Gilles, Arch. paroissiales, bullaire n° 34 (orig.). — Texte : Goiffon, *Bullaire de S. Gilles* (Nîmes, 1882), 112.

Innocentius, etc., venerabili fratri [Willelmo] episcopo, et dilectis filiis....... preposito, et Petro de Lunello, archidiacono Magalonensibus, salutem, etc. Querelam dilectorum filiorum abbatis et capituli S. Egidii recipimus, continentem quod fratres Jerosolimitani Hospitalenses Nemausensis diocesis canonicam portionem eorum, que ipsis a parrochianis in ultima voluntate legantur, in eorum retinent prejudicium et gravamen, et eam reddere contradicunt, parrochianos eorum ecclesiastice presumentes tradere sepulture, in monasterii sui non modicam lesionem. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, partibus convocatis, audiatis causam, et, appellatione remota, fine canonico terminetis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, etc. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, tu, frater episcope, cum eorum altero ea nichilominus exequaris. Dat. Laterani, XIV kalendas maii, pontificatus nostri anno XIV.

**1385.** — 16 mai 1212, Mons.

*Ferrand de Portugal et Jeanne, comte et comtesse de Flandre et de Hainaut, garantissent aux Hospitaliers la somme de 700 livres de Valenciennes, à eux promise pour obtenir la délivrance, avant la Noël de l'année suivante, de Gérard de Mons, prisonnier des infidèles.*

Source : Mons, Arch. d'État, cartul. de Hainaut-Cambrésis, f. 3 *b* (copie, XIIIe s.). — Analyse : *Annales du cercle archéologique de Mons*, VI, 29. — Texte : *Ibidem*, VI, 55.

Ego Fernandus, Flandrie et Hanoie comes, et ego Johanna, Flandrie et Hanoie comitissa, notum facimus universis Christi fidelibus, presentes litteras inspecturis, quod nos hostagios nos constituimus de septingentis libris Valencenensis monete adversus fratres domus Hospitalis Jherosolimitani, si non fecerimus eis observari pactionem illam, que cum ipsis fratribus firmata est, pro liberatione Gerardi de Montibus, qui in captivitate paganorum detinetur. De qua scilicet pactione predicti fratres domus Hospitalis kartam nostram habent penes se, hac siquidem conditione apposita quod, si predictus Gerardus per eos liberatus non fuerit a natale Domini proximo venturo in annum unum, nos ad nullam tenebimur eis conventionem. Si vero per eos liberatus fuerit infra terminum predictum, et in manu Christianorum repositus, nos satis dictam conventionem, que pro liberatione prenominati Gerardi cum ipsis facta est, eis teneri faciemus, vel de predictis septingentis libris Valencenensis monete, unde nos hostagios constituimus, bonum cautum eis sine dilatione faciemus. Datum Montibus, feria quarta penthecostes, anno Domini M CC duodecimo.

**1386.** — 19 mai 1212, Calatayud.

*Pierre II, roi d'Aragon et comte de Barcelone, engage à Ozende de Lizana, prieure de Sigena, la ville de Valluar et ses revenus jusqu'à ce que le monastère se soit remboursé du quint et de l'imposition levée sur les mulets de charge, droits que le roi avait perçus à tort sur les biens de celui-ci.*

Source : Sigena, Arch. du monastère (2 originaux, avec quelques variantes insignifiantes).

In Christi nomine, sit notum cunctis quod nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum et comes Barchinone, obligamus, et nunc in presenti pro vestro pignore tradimus vobis dompne Otzende, priorisse, et conventui vestro dominarum de Sexena totam ab integro villam nostram de Valle Lobar, cum hominibus et feminis qui ibi sunt, et cum omnibus terminis et pertinenciis suis, et cum omni jure nostro et dominatione, et aliis omnibus, que in prelibata villa de Valle Lobar habemus et habere debemus aliquo jure, aliquo modo, aliqua ratione vel causa. Predictam itaque villam de Valle Lobar, cum omnibus et singulis superius nominatis, tam diu vos et conventus vester de Sexena ratione vestri pignoris habeatis et teneatis, et possideatis, et expletetis libere et potenter, et fructus omnes exinde provenientes integre percipiatis, sine aliqua nostra et nostrorum contradictione in pace, donec de redditibus et exitibus et expletis de prenominata villa de Valle Lobar plenarie recuperetis, de bona moneta Jaccensi firma et in Aragonia curribili, totos illos denarios, quos de quinto et de azemilis habuimus de hominibus vestri

honoris. Quos denarios per nos et mandatum nostrum accepit a vobis Johannes Peitavinus, merinus Osce, et alii nostri homines, quos in eisdem denariis vobis assignavimus acceptores, sicut continetur in carta que habetur inter vos et Johannem Peitavinum ; de quo quinto et azemilis credatur vobis per vestrum planum verbum. Promittimus autem vobis et domui vestre de Sexena, et bona fide convenimus quod, in prenominata villa de Valle Lobar vel hiis que superius continentur, nichil tangemus aut accipiemus vel aufferemus vobis, vel tangi aut accipi vel aufferri ab aliquo permittemus aliqua ratione vel causa, donec de exitibus, de predicta villa de Valle Lobar provenientibus, de toto predicto quinto et azemilis vobis vel successoribus vestris sit plenarie satisfactum ; de quibus exitibus credatur etiam vobis per vestrum planum verbum. Datum apud Calatajub, XIIII kalendas junii, era M CC quinquagesima, per manum Ferrarii, notarii nostri. S. (*Seing manuel*) Petri, Dei gratia regis Aragonum et comitis Barchinonensis. Testes hujus rei sunt : Michael de Lusia ; Blaschus Romei ; Egidius Garcez ; Petrus Momez ; Furtunius Aznariz ; Gazco de Biota ; Eleazarius, repositarius Aragonie ; magister Martinus. Ego Ferrarius, notarius domini regis, hoc scribi feci, mandato ipsius, loco, die et anno prefixis.

## 1387. — 25 mai 1212, Latran.

*Le pape Innocent III ordonne aux archevêques de Philippi et de Thessalonique et à l'évêque de la Roumélie de mettre l'évêque de Gardiki en possession de son église, que les Hospitaliers détenaient injustement.* (*V. plus haut, n°* 1348.)

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 8, f. 93 (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 4490. — Texte : Baluze, *Innoc. III epistolæ*, II, 625 ; Bosquet, *Innoc. III epist.*, I, 349 ; Migne, *Patr. lat.*, CCXVI, col. 591.

Innocentius, etc., Thessalonicensi et Philippensi archiepiscopis, et episcopo Sithoniensi, etc. Olim venerabili fratre nostro Cardicensi episcopo, cum rediisset post labores, captiones et angustias plurimas Romaniam, Jerosolymitani Hospitalis fratribus faciente quasdam obtentas a nobis litteras presentari super eo quod ipsi, episcopatum suum cum castro Cardicensi et res alias detinentes, nec restituere volunt ei, nec de perceptis a promotionis sue tempore proventibus, quos in usus proprios converterunt, in aliquo subvenire, ipsi, earum latore graviter vulnerato, turpiter ipsas litteras projecerunt, et comminantes ipsum interficere asserebant quod pro nullis litteris vel mandato episcopatum predictum ei aliquatenus resignarent, quamdam insuper preter hec detinentes in Armiro cum suis pertinentiis abbatiam, quam nos duximus eidem episcopo concedendam. Propter quod idem episcopus factus pauper et ad extremam deductus inopiam, exsul ab episcopatu suo compellebatur et adhuc compellitur mendicare. Verum cum venerabilis frater noster Atheniensis archiepiscopus et conjudices ejus, delegati a nobis, eumdem episcopum causa rei servande in possessionem castri predicti et pertinentiarum ipsius ac casalium omnium et possessionum ad ecclesiam Cardicensem pertinentium induxissent, fratres ipsos, quia contumaciter resistebant, excommunicationis vinculo innodarunt. Cum autem postmodum dictus episcopus et quidam de fratribus Hospitalis coram dilecto filio Benedicto, tituli S. Susanne presbytero cardinale, quem eis in nostra presentia constitutis dedimus auditorem, aliquandiu litigassent, tandem venerabili fratri nostro Neopatrensi episcopo et conjudicibus suis causam super his commisimus terminandam. Qui, sicut presentate nobis eorum littere continebant, legitime in negotio procedentes,

post trinam citationem partium, latam in fratres ipsos excommunicationis sententiam, quia nolebant possessiones Cardicensis ecclesie injuste detentas ipsi episcopo restituere, confirmarunt. Sed ipsi ad consuete fraudis astutias se vertentes, cum eodem episcopo pariter venerabilis fratris nostri episcopi et dilecti filii archidiaconi Davaliensis arbitrio se taliter, sicut ex eorum litteris accepimus, commiserunt quod, nisi videlicet infra festum pentecostes proximo tunc futurum prolatum ab eis arbitrium observarent, et ducentarum marcarum penam, que in compromisso statuta fuerat, solverent, et excommunicationis predicte vinculo tenerentur. Implorantibus demum ipsis fratribus a prefato Neopatrensi et suis conjudicibus se absolvi, ac promittentibus prestito juramento quod usque ad festum pentecostes, quod tunc proximo sequebatur, possessiones Cardicensis ecclesie restituerent universas, alioquin date sententie subjacerent, ipsi absolventes eosdem, eis ante juramenti prestationem in expensis factis ab eodem episcopo condemnatis, firmiter injunxerunt ut fructus, ab ipsius episcopi promotione perceptos, ei restituere integre procurarent. Qui, juramenti religione contempta, non solum dictas possessiones restituere noluerunt, verum etiam excommunicationis sententiam, in quam eos conditio premissa reduxit, penitus contemnentes, a divinorum celebrationibus hactenus non cessarunt. Accedentes igitur ad locum personaliter ipsi arbitri, sicut nobis eorum littere reserarunt, taliter sunt, utriusque partis intellectis rationibus, arbitrati quod tertiam partem castri Cardicensis cum libero introitu et exitu suo, prout in instrumento confecto exinde continetur, episcopo adjudicarunt eidem ; ita quod ipsi fratres totum castrum perficere, munire ac tueri amodo suis sumptibus tenerentur, usum aque cisterne consistentis ibidem communem episcopo et fratribus decernentes. Ecclesiam vero castri ejusdem, cum territorio circa se certis finibus intercluso, eidem episcopo per arbitrium concesserunt. Et cognito per testes idoneos quod domus de Armiro, que Valestino dicitur, fuerat abbatia, ipsam sine crustica adjudicaverunt eidem episcopo perpetuo possidendam, mandantes ut ipsius episcopi homines, cum rebus ablatis eisdem, ei sine difficultate qualibet redderentur, et injungentes insuper quod duo molendina, cum perceptis ex eis medio tempore fructibus, et quingentas libras purgati bombasii restituerent ipsi episcopo, cum quorumdam fructuum quantitate. In fructibus quoque, quos de terra ipsius episcopi a promotionis sue tempore per indigenas loci juratos fratres ipsos percepisse constabat, et in expensis quas eorum faciente malicia idem episcopus in eundo et redeundo a sede apostolica fuerat subire coactus, fratres condemnantes eosdem, de medietate usque ad festum pentecostes proximo tunc futurum, et de residuo usque ad subsequens festum assumptionis beate Virginis, a fratribus ipsi episcopo decreverunt. Ex hujus ergo prolatione arbitrii moti plurimum, fratres ipsi alterum arbitrorum, episcopum scilicet, interficere sunt conati; alteri vero, ad partes eorum ad pronuntiandum arbitrium accedenti, quia reprehendit eosdem ex eo quod sepefato Cardicensi, qui ad suam justitiam prosequendam in festo pentecostes ad locum accesserat, mortis insidias preparunt, gravibus premissis contumeliis sunt carceris angustiam comminati. Ceterum, cum demum ipsi judices ad episcopi clamores ipsius ad locum personaliter accedentes, ipsum in possessionem hominum et decimarum, que per depositiones plurium fide dignorum testium pertinere constabat ad Cardicensem ecclesiam, induxissent, fratres predicti non solum ea, in quorum possessionem idem episcopus per eosdem delegatos inductus exstitit, tenuerunt, verum etiam quibusdam aliis possessionibus et rebus ecclesie Cardicensis, quarum ipse pacifica possessione gaudebat, per violentiam spoliarunt, insurgentes cum armatorum multitudine in delegatos eosdem, et ad internecionem eorum tam Latinorum quam Grecorum populum concitantes. Qui cum postmodum, elapso mense et amplius, eumdem episcopum ad nostram audientiam appellassent, sue appellationi terminum prefigentes, ipse

episcopus nostro se curavit conspectui presentare; sed ipsi Hospitalarii nec venerunt, nec miserunt aliquem responsalem. Propter quod idem episcopus, preter alia, passus est damna plurima et expensas. Cum igitur sepefatus episcopus, qui pro ecclesie sue jure tuendo captiones, spolationes, alia quoque gravia pericula terra et mari sepius est perpessus, jam non possit ulterius, exhaustus rebus et affectus angustiis, laborare, presertim cum quoties novos preceptores ad partes illas contingit accedere, toties ipsius angustie innoventur, nobis humiliter supplicavit ut ejus laboribus et periculis finem imponere dignaremur. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus quatenus predictum episcopum in possessionem rerum petitarum causa rei servande auctoritate apostolica inducatis, et inductum tueri per districtionem ecclesiasticam firmiter procuretis, et dictos fratres ad penam ducentarum marcarum, in compromisso statutam eidem episcopo persolvendam, per censuram canonicam compellentes, eosdem sicut excommunicatos faciatis ab omnibus arctius evitari, et ne illi, qui talia presumpserunt, de sua valeant malitia gloriari, ipsos ad satisfaciendum nobis de contemptu cum vestrarum testimonio litterarum ad nostram presentiam dirigatis, contradictores, si qui fuerint, per excommunicationis sententiam compescendo, sublato in omnibus supradictis omni subterfugio appellandi. Quod si non omnes, etc. Dat. Laterani, VIII kalendas junii, pontificatus nostri anno XV.

## 1388. — 25 mai 1212, Latran.

*Le même charge Geoffroy de Villehardouin, prince d'Achaïe, de protéger les biens restitués à l'évêque de Gardiki contre les prétentions des Hospitaliers.* (*V. plus haut, n°* 1387.)

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 8, f. 94 (copie contemp.). — Analyse : Bréquigny, *Tabl. des dipl.*, IV, 530; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 4493. — Texte : Baluze, *Innoc. III epistolæ*, II, 627 ; Bosquet, *Innoc. III epistolæ*, I, 352; Migne, *Patr. lat.*, CCXVI, col. 595.

Innocentius, etc., nobili viro Gaufrido de Villa Arduini, principi Achaie, etc. Cum plerumque expediat ut mandati ecclesiastici contemptores, ad observandum quod ecclesiastica censura decrevit, temporalis terrore gladii compellantur, nobilitatem tuam rogandam duximus atque monendam quod, cum nos venerabilem fratrem nostrum Cardicensem episcopum in possessionem rerum illarum, de quibus inter ipsum ex parte una et fratres Hospitalis Jerosolymitani ex altera questio vertebatur, mandamus induci, eum in eadem possessione manuteneas et tuearis inductum, non permittens ipsum super eadem possessione a dictis fratribus vel aliis molestari. Dat. Laterani, VIII kalendas junii, pontificatus nostri anno XV[1].

## 1389. — 25 mai 1212, Latran.

*Le même prie Henri, empereur de Constantinople, de protéger l'évêque de Gardiki et de le maintenir en possession des biens que les Hospitaliers lui disputaient. — « Cum ad vindictam. »*[2]

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 8, f. 94 (copie contemp.). — Analyse : Potthast,

1. La même bulle, avec quelques variantes, fut expédiée le même jour au comte Berthold et à Henri, empereur de Constantinople.

2. Le texte de cette bulle est presque identique à celui de la bulle de même date adressée à Geoffroy de Villehardouin. (V. plus haut, n° 1388.)

*Reg. pont. Roman.*, n° 4493; Wauters *Tabl. chron. des dipl.*, III, 361. — TEXTE : Baluze, *Innoc. III epistolæ*, II, 627 ; Migne, *Patr. lat.*, CCXVI, col. 595.

Dat. Laterani, VIII kalendas junii, pontificatus nostri anno XV.

## 1390. — 26 mai 1212, Latran.

*Le même ordonne aux archevêques de Thessalonique et de Philippi, et à l'évêque de la Roumélie de se prononcer dans la cause pendante entre l'évêque de Gardiki et les Hospitaliers. (V. plus haut, n° 1387.)*

SOURCE : Rome, Arch. du Vatican, reg. 8, f. 95 (copie contemp.). — ANALYSE : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 4503. — TEXTE : Baluze, *Innoc. III epistolæ*, II, 630 ; Bosquet, *Innoc. III epistolæ*, I, 357 ; Migne, *Patr. lat.*, CCXVI, col. 600.

Innocentius, etc., Thessalonicensi et Philippensi archiepiscopis, et episcopo Sithoniensi, etc. Venerabilis frater noster Cardicensis episcopus nobis humiliter supplicavit ut, cum fratres Hospitalis Jerosolymitani, qui eum super causa, que inter ipsos et eumdem episcopum vertebatur, ad nostram audientiam appellarunt, nec venerint, nec miserint aliquem ad appellationem interpositam prosequendam, ipso episcopo apud nos diutius post prefixum terminum expectante, sibi de damnis et expensis, quas ex ipsius prosecutione appellationis incurrit, satisfieri faceremus. Ideoque fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod justum fuerit, appellatione postposita, statuatis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Quod si non omnes, etc., duo vestrum, etc. Dat. Laterani, VII kalendas junii, pontificatus nostri anno XV.

## 1391. — Juillet 1212, Milly.

*Pierre de Courtenay, comte d'Auxerre et de Tonnerre, certifie et confirme l'abandon fait par Guérin le Sarrasin aux Hospitaliers des droits qu'il avait sur les moulins de Vermenton.*

SOURCE : Paris, Arch. nat., S. 5241, n° 15 (orig.).

Ego Petrus, comes Autissiodorensis et Tornodorensis, notum facio presentibus et futuris quod Guarinus Sarracenus, in nostra presencia constitutus, dedit et concessit, pro remedio anime sue et antecessorum suorum, domui Hospitalis Iherosolimitani et pauperibus ejusdem domus illud juris quod habebat in molendinis de Vermentone, videlicet vicesimam quartam partam (*sic*), quam emerat a Gilleberto, filio suo. Et ego, cujus feodi dicta elemosina erat concessa, et precibus utriusque partis presentem paginam sigilli mei munimine feci roborari. Actum Milliaci, anno Domini M CC duodecimo, mense julio.

## 1392. — 1 juillet 1212, Segni.

*Le pape Innocent III défend aux Hospitaliers et aux Templiers du diocèse de Reims de donner la sépulture aux habitants excommuniés de Corbie.*

SOURCE : Rome, Arch. du Vatican, reg. 8, f. 103 (copie contemp.). — ANALYSE : Bréquigny,

*Table des diplômes*, IV, 536; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 4552.— Texte : Baluze, *Innoc. III epistolæ*, II, 654 ; Bosquet, *Innoc. III epist.*, I, 398 ; Migne, *Patr. lat.*, CCXVI, col. 645.

Innocentius, etc., fratribus Jerosolymitani Hospitalis et militie Templi in Remensi diocesi constitutis, etc. Religionis intuitu, et etiam devotionis obtentu quam circa nos geritis, vos et domos vestras sincera charitate diligimus. Sed quantumcunque vos diligamus et prompta vobis velimus benignitate deferre, sustinere non possumus nec debemus ut, si quid interdum contra Deum et justitiam attentatis, remaneat incorrectum. Audivimus autem, et audientes non potuimus non moveri, quod parochianos Corbeiensis ecclesie, que specialiter beati Petri juris existit, sub pretextu confraternitatis, etiamsi vinculo teneantur excommunicationis astricti, ecclesiastice presumitis tradere sepulture. Quoniam igitur tanto id gravius ferimus quanto vobis amplius indecens reputamus et vestre saluti contrarium, per apostolica vobis scripta mandamus et districte precipimus quatenus de cetero parochianos Corbeiensis ecclesie, qui vinculo tenentur excommunicationis astricti, ad sepulturam recipere nullatenus presumatis, scituri quod si ipsos vel alios excommunicatos sepulture tradere presumpseritis, honestati domus vestre gravissime derogabitis, et tandem non sine indignatione nostra hujus presumptionis correctionem, auctore Domino, sentietis. Dat. Signie, kalendis julii, pontificatus nostri anno XV.

## 1393. — 20 juillet 1212, Latran.

*Le même charge l'évêque de Rodosto, à la requête de l'évêque de Zenafro, de se faire présenter par les Hospitaliers un titre d'accord, intervenu entre eux et l'église de Zenafro, titre qui réglait les droits des deux parties.*

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 8, f. 104 (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 4566. — Texte : Baluze, *Innoc. III epist.*, II, 656 ; Bosquet, *Innoc. III epist.*, I, 401 ; Migne, *Patr. lat.*, CCXVI, col. 647.

Innocentius, etc., eidem [Redostonensi episcopo, salutem, etc.][1], Significante venerabili fratre nostro episcopo Venafrano, ad nostram noveris audientiam pervenisse quod, ecclesia sua ignis incendio devastata, ipsius privilegia coactus est alias deponere conservanda ; inter que privilegium quoddam, quod inter ecclesiam Venafranam et Hospitalarios civitatis ejusdem compositionis et pacis federa continebat, repertum est ex conservatorum incautela corrosum. Unde quia ex ipsius abolitione magnum posset ecclesie Venafrane dispendium provenire, ac nonnulli, qui, dum idem conderetur privilegium, interfuerant, dictos Hospitalarios simile habere privilegium asseverent, nobis humiliter supplicavit ut inducere dictos Hospitalarios ad exhibendum idem privilegium dignaremur. Volentes igitur ecclesie Venafrane dispendiis precavere, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus Hospitalarios antedictos ad prefatum privilegium exhibendum, secundum quod ecclesie antedicte privilegium reformetur, moneas efficaciter et inducas. Alioquin depositiones predictorum testium audiens, efficias et procures ut eorum dicta in scripturam publicam ad perpetuam memoriam redigantur. Dat. Signie, XIII kalendas augusti, pontificatus nostri anno XV.

1. Les éditeurs de cet acte ont à tort indiqué l'évêque de Bojano comme destinataire de cette bulle ; la cause de leur erreur est que la bulle, qui suit celle-ci dans le registre du Vatican, était adressée à ce prélat.

**1394. — 20 juillet 1212, Segni.**

*Le même confirme aux Hospitaliers d'Irlande la possession de nombreuses églises, dîmes, chapelles, villages et biens de toute nature.*

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 8, f. 103 (copie contemp.). — Analyse : W. H. Bliss, *Calendar of entries in the papal registers relating to Great Britain and Ireland*, I (Londres, 1893), 36 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 4565. — Texte : Baluze, *Innoc. III epistolæ*, II, 655 ; Bosquet, *Innoc. III epistolæ*, I, 399 ; Migne, *Patr. lat.*, CCXVI, col. 646.

Innocentius, etc., fratribus Hierosolymitani Hospitalis in Hibernia constitutis, etc. Cum a nobis petitur, etc. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis precibus inclinati, de Killemainan, de villa Turmot, de Ysoude, S. Michaelis de Kievach, S. Clementis Dublinensis, de Taverach, de Dovenachpatic, de Kilteltan, de Legno, de Moylbochen, de Moyllach, de terra Ade Dullart et Pagani, fratris sui, de Cluchilhunche, de Knocduine, de Clunif, de Bernemeche Ade de Lenz, de Dunler, de Ken, de Cloch, de terra Amauri de Feypo juxta Luvech, S. Marie in Arch., de terra que fuit R., filii W. Sancti Johannis Arch., de Rashmulin, de Incheme Kargi, de Maniblos, de terra Walteri de Logan. de terra W. Forestarii in Magelin, S. Joannis evangeliste in Crafferg, de Bruach, de Glorie, de Batmolin, de Kilhiele, de Killuvarin, de Rathenans, de Tachsixan, de Rathsulu, de terra Philippi Vituli, de terra Thome Vituli, de terra Joannis de Peinkoyt, de Adcor, de Villa Aufridi in Ardrie, S. David de Nas., de terra Ricc[ardi], filii Alveredi, de villa W. de Keldif, de Clane, de Juthe, de Killebech, de terra W. Cirencestre, de Dunig, de Kernach, de Marachem, de villa Sirloc, de Tuly, de Killemelin, de Rathbrid, de Kilros, de terra que fuit Radulfi de Offali, de Dunheve, de Finovere, de Orengam, de terra Thome, filii Maur., de Killergi, de Struhan, de Dorric, de Foder, de villa David de Dumetham, de villa David Boch, de terra Ricc[ardi] Pincne, de Gillachnescop. in Obuy, de Archimen. Triech, de tota terra Reug. Poherii in Lagen., de Archemang, de Cavelmuy, de terra Ricc[ardi] de Hemfort, S. Petri de Selescar, S. Michaelis de Wesefort, S. Joannis, S. Patricii, S. Brigide, S. Marie Magdalene Wesfort, S. Johannis de Balischauc, de Inchescorch, S. Joannis de terra Helie de Pondlg, de Dufer, S. Marie de Slefcultre, de terra Rog[erii] Valen., de terra Osbati God, de terra W. Brusselanc., de Senerah, de Kildium, S. Joannis Wateford, de Drukun, de Kesllivor, S. Marie de Tibh., de Arfinan, de Radron, de Magdevuin, de Stangenach, de terra W. Anguill., de terra Ade Martel., de Obrid., de terra Alex. Carpentarii, de Dumercth, de Typar, de Karketel, de Hules, de Cathan, de Kilguban, de terra Roberti Silwim., de Lunc., de Kilkallan, de Carcorchin, de terra Ricc[ardi] de Mora, de terra Thome, filii Rad[ulfi], de terra Henrici Pincu., de feudo decem militum in honore Cathan., de Addar., de terra Galf., de Exse., de terra Tancardcor., S. Marchach. Linurin., S. Brigide Linurin., de terra Godeberti de Rupe., de imo Gantard. Inker, de Lachmecger., de Holegr., de toto tuedo de Amerit, de toto tuedo de Tulachleys, de toto tuedo de Horr., de toto tuedo de Mayer., S. Joannis de Corcang., de Roskelan, et de Senegart, Clencan, ecclesias, cum omnibus villis, decimis, capellis, pertinentiis et appendiciis suis, nec non et alia bona vestra, sicut ea juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos domui Hospitalis auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Signie, xiii kalendas augusti, pontificatus nostri anno xv.

**1395. — 20 juillet 1212, Segni.**

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du 6 décembre 1184 : « Non absque dolore ». (V. plus haut, I, n° 702.)*

SOURCE : Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles n° 141 (vid. bullé de l'évêque d'Avignon du 16 janvier 1388).

Dat. Signie, XIII kalendas augusti, pontificatus nostri anno XV.

**1396. — [Août-31 octobre][1] 1212, S. Germain-en-Laye.**

*Philippe-Auguste, roi de France, confirme la vente de la terre de Louvières, relevant du fief d'Ambleville, faite aux Hospitaliers par Gautier de Louvières et par Raoul, neveu de ce dernier, et leur accorde l'amortissement du fief de Gerville, qu'Herbert de Gerville leur avait donné à charge de cens annuel.*

SOURCE : Paris, Arch. nat., S. 5135, n° 5 (orig. scellé). — ANALYSE : L. Delisle, *Cat. des actes de Phil.-Aug.*, 311, n° 1371 ; Mannier, *Command. du gr.-pr. de France*, 105.

Actum apud S. Germanum in Loya, anno incarnationis dominice MCC duodecimo, regni vero anno tricesimo tercio, astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa, dapifero nullo. S. Guidonis, buticularii. S. Bartholomei, camerarii. S. Droconis, constabularii. Data vacante (*Monogramme*) cancellaria.

**1397. — Août 1212.**

*Geoffroy, grand-prieur de France, et le chapitre de l'ordre ratifient la vente de la terre de Louvières, relevant du fief d'Ambleville, que leur avaient faite Gautier et Raoul de Louvières, sous certaines réserves relatives à la pêche et à un moulin. (V. plus haut, n° 1396.)*

SOURCE : Paris, Arch. nat., S. 5135, n° 4 (orig. [2]).

Nos frater Gaufridus, magister domus Hospitalis in Francia, et capitulum ejusdem domus, notum facimus omnibus presentes litteras inspecturis quod Galterus de Loveriis et Radulphus, nepos ejus, vendiderunt et elemosinaverunt domui Hospitalis totam terram de Loveriis, que pertinet ad feodum de Amblevilla ; et hoc fiduciaverunt et otreaverunt et quitaverunt Guillelmus, miles de Essartis, et Gasco, nepos ejus, et Guillelmus de Amblevilla, et Simon de Jambevilla, de quorum feodo terra illa movebat. Nos vero predicto Guillelmo et heredibus ejus concessimus quod ipsi pacifice et quiete possidebunt molendinum et vivarium suum, sicut porportat se, usque ad biez quem idem Guillelmus fecit pro rumpendo vivario. Et talis condicio facta est inter nos et ipsum quod nos non possumus

1. La donation de Louvières étant d'août 1212, et la 33e année du règne de Philippe-Auguste prenant fin au 31 octobre 1212, l'acte se trouve limité entre ces deux dates.

2. Guy de la Roche, suzerain des donateurs pour les fiefs d'Ambleville et de Gerville, autorisa cette donation le 22 juillet 1212. (S. 5135, n° 3, orig. scellé.)

piscari a predicto molendino usque ad rivum qui venit de Genevilla, nec ibi molendinum facere, nec in predicta terra de Loveriis villam possumus edificare. Quod ut ratum sitt (*sic*), presentem paginam sigilli nostri auctoritate confirmamus. Actum anno Domini M CC duodecimo, mense augusto.

### 1398. — 28 août 1212, Segni.

*Le pape Innocent III renouvelle la bulle d'Alexandre III, du 4 juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Audivimus et audientes* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 428.)

Source : Marseille, Arch. des B-du-R, ordre de Malte, H. 12, n° 68 (vid. d'E[ustorge de Montaigu], évêque de Nicosie, de 1217 à 1251).

Dat. Signie, v kalendas septembris, pontificatus nostri anno xv.

### 1399. — 18 septembre 1212, Segni.

*Le même, consulté par l'évêque et le chapitre de Tripoli pour savoir s'ils étaient tenus d'observer l'interdit général mis sur leur diocèse à cause des Templiers et des Hospitaliers, bien que ceux-ci ne l'observassent pas, répond affirmativement.*

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 8, f. 113 (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 4598. — Texte : Augustin, archev. de Tarragone, *Opera,* IV, 685 ; Baluze, *Innoc. III epistolæ,* II, 680 ; Boehmer, *Corp. juris canon.*, II, 817 ; Bosquet, *Innoc. III epistolæ,* I, 436 ; Migne, *Patr. lat.*, CCXVI, col. 688 ; Richter, *Corpus juris canonici,* II, 829.

Innocentius, etc., episcopo et capitulo Tripolitanis, etc. Petiistis per sedem apostolicam edoceri utrum, cum propter Hospitalarios vel Templarios civitas vestra generali supponitur interdicto, eisdem non servantibus, vos illud teneamini observare. Ad quod sic duximus respondendum, quod illorum excessus vobis non prebet licentiam excedendi ; sed si prefati Hospitalarii vel Templarii privilegiorum suorum fines excesserint, violando temere interdictum quod pro illis fuerit promulgatum, ne ipsi videantur de aliorum fletu ridere, vos in penam presumptionis eorum, quandiu ipsi violaverint interdictum, de nostra licentia celebretis. Dat. Signie, xiv kalendas octobris, pontificatus nostri anno xv.

### 1400. — 18 novembre 1212.

« *Emprunt fait par Aymard* [*de Layron*], *seigneur de Césarée, et Julienne, sa femme, au grand-maître Guérin de Montagu de* 2000 *besans Sarrazinois, de* 110 *muids d'orge et* 60 *muids de blé, pour lequel emprunt ils luy engagent les maisons qu'ils ont à Acre et à Tyr et le casal de Turcarme, du* 14 *des calendes de décembre* 1212. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 207 (xviii° s.).

**1401.** — 22 novembre 1212, Saragosse.

*Pierre II, roi d'Aragon et comte de Barcelone, fixe les limites de la ville de Lanaja, donnée par lui au monastère de Sigena* (*V. plus haut, n°* 1380.)

Source : Sigena, Arch. du monastère (orig.).

In Christi nomine, sit notum cnuctis quod nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum et comes Barchinone, volentes ea que a nobis data sunt domui de Sexena certis muniri terminis et exampliari, et maxime villam de Lanaggia, quam eidem domui dedimus ob remedium et salutem anime nostre, ne in posterum inter homines ipsius ville de Lanaggia et eorum vicinos aliquos super aliquo vel aliquibus terminis aliquando aliquam oriri possit discordiam seu contentionem, bono animo et spontanea voluntate, per nos et omnes successores nostros, damus, et cum hac presenti carta perpetuo valitura assignamus, et concedimus, et laudamus vobis dilecte nostre dompne Ozzende, priorisse de Sexena, et monasterio vestro, et conventui ejusdem, et per vos ville vestre de Lanaggia, et vobis universis hominibus et feminis majoribus et minoribus, presentibus et futuris, in eadem villa de Lanaggia habitantibus et habitaturis, et omni progeniei et posteritati vestre in perpetuum hos certos terminos inferius scriptos, quoadmodum, de voluntate nostra et mandato et auctoritate, divisum, terminatum, constitutum et assignatum fuit a fidelibus nostris Sancio de Osca, Vascone de Osca et Sancio (?) de Lavata, et ab eisdem boge sive fexorie et termini positi sunt et ficxi : ab extremo videlicet campi Eximini Lopez usque ad campum Sancii de Saragnena, et a via que venit de Monte Calvo et transit per padulem de Orelana, et vadit ad villam de Laloza, et deinde sicut aque vertuntur a vetato de Sarañena usque ad vallem de S. Maria, sicut boge posite sunt et fixe una ante aliam, et de valle de S. Maria insursum, sicut aque vertuntur versus villam de Lanaggia, et vadit ad podium quod dicitur Cabeza de Ladrons, et transit sicut aque vertuntur usque ad villam de Lanaggia per capud camporum Dominici de la Corona, et exit ad viam de los Azitons, sicut fixe et posite sunt boge sive fexorie una ante aliam de predicta via de los Azitans, sicut vadit usque ad serram, et de eadem serra, sicut vadit recta via ad bassiam Raimundi Serena, et de eadem bassia usque ad frontonum de Xach, ante quem frontonum se applicant due vie, illa scilicet que exit de Monte Calvo et illa que exit de Lanaggia, et in eodem loco est quidam quercus qui est signatus una apice (?), et de illa frontone de Xach vadit ad bassiam de Untina (?), et de ipsa bassia vadit ad viam que exit de Lanaggia et ferit inter ambas almolas, et de ambabus almolis vadit ad illam escalerollam de p[ur]a recta via, et de villa de Laloza versus villam de Lanaggia usque ad matas de Coscolo, que dicuntur mate Sancii de Odina, una boga [posita] ante aliam, usque ad campos filiorum Petri de Selgua, et deinde, sicut boge fixe sunt et posite una ante aliam, per illud cascalar usque ad viam de Osca, que exit de Lanaggia et vadit ferire in illo frontone, qui est ultra vallem potritam in loco qui dicitur Lapenazola. Hos itaque terminos omnes et singulos superius datos, nominatos et assignatos, vos et omnis posteritas vestra ex regia dominatione nostra habeatis semper libere, et teneatis potenter, et jure hereditario possideatis, et expletetis per vestram francham propriam et liberam ac immunem hereditatem, ad venandum sive casandum, et omdendum (*sic*) ligna et fustes atque fustam, et ad pascendum et tenendum omnes ganatos vestros minutos et grossos, et laborandum, et in melius augendum atque meliorandum, et ad dandum etiam, vendendum, impignorandum, comutandum et alienandum quocumque volueritis modo, et ad omnes alias voluntates vestras et vestrorum inde perpetuo faciendas

libere et absolute, sine omni nostro nostrorumque retentu et contradictione in pace. Quicunque autem, ausu ductus temerario, contra hanc cartam nostram in aliquo venire attemptaret, iram omnipotentis Dei et nostram semper incurrat, et insuper sciat se procul dubio in mille morabotis a nobis feriendum. Datum Cesarauguste, x kalendas decembris, per manum Ferrarii, notarii nostri, et mandato nostro et ipsius scripta a Berengario de Parietibus, sub era M CC quinquagesima. S. (*Seing manuel*) Petri, Dei gratia regis Aragonum et comitis Barchinone. S. (*Seing manuel*) Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, comitis Barchinoni et domini Montispessulani, qui laudamus et concedimus et confirmamus omnia que superius continentur, apositum per manum Guillelmi scribe, mandato domini regis pro Petro Sancii, notario suo, in Sarajnena, III nonas junii, era millesima CC LX VI[1]. Testes hujus rei sunt : dompnus R[aimundus], episcopus Cesarauguste; dompnus G[arsias], episcopus Tirasonensis ; Eximinus Cornelii ; Garsias Romei ; Michael de Lusia ; Arnaldus de Alascone; Martinus Enegez ; Guillelmus de Podio; Johannes de Berix ; Johannes Peitavini, merinus de Osca; Eleazarius, repositarius Aragonie. Sig(*Seing manuel*) num Berengarii de Parietibus, qui, mandato domini regis et Ferrarii notarii sui, hoc scripsit, loco, die et era prefixis.

## **1402.** — 10 décembre 1212, Latran.

*Le pape Innocent III confirme aux Hospitaliers de S. Gilles les biens et dîmes qu'ils doivent à la libéralité des fidèles.*

Source : Paris, Arch. nat., L. 238, n° 81 (orig.).

Innocentius, etc., magistro et fratribus domus Hospitalis Jerosolimitani de S. Egidio, salutem, etc. Cum a nobis petitur, etc. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, terras et decimas largitione fidelium predicte domui vestre pia liberalitate collatas, sicut eas juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos domui vestre auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, IIII idus decembris, pontificatus nostri anno XV.

## **1403.** — 12 décembre 1212, Latran.

*Le même confirme aux Hospitaliers la donation des églises de S. André de Campagnoles et de S. Pierre de Polignan.* — « *Cum a nobis petitur* ».

Source : Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, lay. Campagnolles, liasse 1, n° 2 (orig., mauv. état).

Dat. Laterani, II idus decembris, pontificatus nostri anno XV.

## **1404.** — 1213.

*Thibaut VI, comte de Blois et de Clermont, ratifie l'accord conclu entre les*

1. La confirmation de cette donation par Jacques I, successeur de Pierre II, a été insérée ici le 3 juin 1228; nous avons fréquemment déjà signalé cette habitude de la chancellerie aragonaise.

*de Rochefort, entre Guillaume Ruilz et Foucher, son frère, d'une part, et les Hospitaliers de Chazelles, de l'autre. Guillaume et Foucher leur cèdent une partie du bois du Fay (del Fesc) à S. Genis l'Argentière, et reçoivent des rentes en argent et en nature.*

Source : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. command. de Chazelles, chap. 4, n° 1.

Actum anno Domini M CC XIII.

## 1406. — 1213.

*Pierre Pielos, commandeur de l'Hôpital de Hautavesnes, loue à rente, devant les échevins d'Arras, à Alard Claudechiefre, une maison.*

Source : Paris, Arch. nat., S. 5208 (deux orig. non numérotés [1]). — Texte : Ch. d'Héricourt, *Titres de la command. de Haute-Avesnes*, dans *Mém. de l'Ac. d'Arras*, 2e série, X (Arras, 1878), 38.

Li maistres de la maison de[2] Hospital de Hautavennes, par le consel[3] de frere Jofroi de Babilone et de capitele, par devant les eschivins[4] d'Aras[5], Audefrois[6] et Jahans Mauwine, et Jahan li Tailière[7], et Bauduins[8] Fastoul, et Sauwale Coustest[9], a il donné à rente la maison ki fu Bauduwin de Cilier[10] à Alard Claudechiefre, à lui e à ses eors, por IIII libres l'an, XL s. à la saint Remi et XL s. à le[11] paske; e si defaloient de la[12] rente à paier, om se tenroit à la devant dite maison et à s'autre maison deu gardin[13]. Çou fu fait et cranté en l'an de l'incarnation M CC XIII; por cou ke ceste cose soit ferme e estabe[14], li maistres le conferme de son seel, frere Pieres Pielos.

## 1407. — 8 janvier 1213, Latran.

*Le pape Innocent III exhorte le grand-maître et les frères de l'Hôpital à oublier les discordes qui agitent la Terre Sainte, et à soutenir le roi de Jérusalem contre les perturbateurs de ce royaume[15]. — « Quantum expediat et. ».*

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 8, f. 124 *b* (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 4639. — Texte : Baluze, *Innoc. III epist.*, II, 708 ; Bosquet, *Innoc. III epist.*, I, 481 ; Migne, *Patr. lat.*, CCXVI, col. 737. — Extraits : Raynaldi, *Ann. eccl.*, XX, 332.

Dat. Laterani, VI idus januarii, pontificatus nostri anno XV.

1. Ces deux exemplaires présentant d'assez grandes différences, nous donnons, en note, les variantes de celui qui n'a pas servi à dresser le présent texte.
2. De l'Hospital.
3. Conseil.
4. Eschievins.
5. Arras.
6. Seignor Audefrois.
7. Tailière.
8. Baudeduwin.
9. Cosset.
10. Del Cilier.
11. La.
12. Le.
13. Del gardin.
14. Estable.
15. Des bulles de même teneur furent expédiées, le même jour, par la chancellerie pontificale au roi de Chypre, aux Templiers, au comte de Tripoli et au patriarche de Jérusalem, légat apostolique.

**1408.** — 28 février 1213, Latran.

*Le même excommunie Léon II, roi d'Arménie, et défend aux rois et aux barons de Jérusalem et de Chypre, aux Templiers et aux Hospitaliers de lui prêter assistance.* — « *Inviti ac dolentes.* »

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg, 8, f. 135 (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 4677. — Texte : Baluze, *Innoc. III epist.*, II, 734 ; Bosquet, *Innoc. III epist.*, I, 521 ; Migne, *Patr. lat.*, CCXVI, col. 784.

Dat. Laterani, II kalendas martii, pontificatus nostri anno XVI.

**1409.** — 19 avril 1213, Latran.

*Le même annonce au grand-maître et aux frères de l'Hôpital qu'il a convoqué un concile général pour réformer les vices et les mœurs de l'Eglise, extirper l'hérésie et exhorter la chrétienté à secourir la Terre Sainte. Il les convoque en sa présence pour le premier novembre 1215.* — « *Vineam Domini Sabaoth* ».

Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 4706. — Texte : *Bullarium Romanum* (éd. de Turin), III, 278 (sous la date fausse de 1214) ; Cherubini, *Bullarium Romanum*, I (Rome, 1638), 76 ; *Chronicon Urspergense* (éd. de 1569), 317 ; Cocquelines, *Bullarum, privil... ampl. collectio*, III, 160, n° 95 ; Hartzheim, *Concilia Germaniæ*, (Cologne, 1759-90), I, 494 ; Mansi, *Concilia*, XXII, 960. — Extraits : Erben, *Reg. diplom. necnon epistol. Bohem et Moraviæ*, I (Prague, 1855), 250, n° 538 ; Raynaldi, *Ann. eccl.*, XX, 334.

Dat. Laterani, XIII kalendas maii, pontificatus nostri anno XVI.

**1410.** — 30 mai 1213, Valenciennes.

*Jeanne, comtesse de Flandre et de Hainaut, ratifie l'engagement qu'elle a pris, avec son mari, relativement au rachat de Gérard de Mons, le 16 mai 1212. (V. plus haut, n° 1385.)*

Source : Mons, Arch. d'Etat, cartul. de Hainaut-Cambrésis, f. 4 *b*, n° 8 (copie, XIII^e s.). — Analyse : *Annales du cercle archéologique de Mons*, VI, 29. — Texte : *Ibidem*, VI, 56.

Datum Valencenis, feria quinta ante pentecosten, anno Domini M CC tercio decimo.

**1411.** — 20 juin 1213, Latran.

*Le pape Innocent III ordonne aux Cisterciens et aux Hospitaliers du diocèse de Fünfkirchen de payer à l'évêque de ce diocèse la dîme du vin qu'ils ne consomment pas pour leur usage personnel.*

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 8, f. 155 *b* (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 4767. — Texte : Baluze, *Innoc. III epistolæ*, II, 790 ; Bosquet, *Innoc. III epistolæ*, I, 615 ; Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, III, I, 141 ; Katona, *Hist. critica regum Hung.*, V, 169 ;

**1408.** — 28 février 1213, Latran.

*Le même excommunie Léon II, roi d'Arménie, et défend aux rois et aux barons de Jérusalem et de Chypre, aux Templiers et aux Hospitaliers de lui prêter assistance.* — « *Inviti ac dolentes.* »

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg, 8, f. 135 (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 4677. — Texte : Baluze, *Innoc. III epist.*, II, 734 ; Bosquet, *Innoc. III epist.*, I, 521 ; Migne, *Patr. lat.*, CCXVI, col. 784.

Dat. Laterani, II kalendas martii, pontificatus nostri anno XVI.

**1409.** — 19 avril 1213, Latran.

*Le même annonce au grand-maître et aux frères de l'Hôpital qu'il a convoqué un concile général pour réformer les vices et les mœurs de l'Eglise, extirper l'hérésie et exhorter la chrétienté à secourir la Terre Sainte. Il les convoque en sa présence pour le premier novembre 1215.* — « *Vineam Domini Sabaoth* ».

Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 4706. — Texte : *Bullarium Romanum* (éd. de Turin), III, 278 (sous la date fausse de 1214) ; Cherubini, *Bullarium Romanum*, I (Rome, 1638), 76 ; *Chronicon Urspergense* (éd. de 1569), 317 ; Cocquelines, *Bullarum, privil... ampl. collectio*, III, 160, n° 95 ; Hartzheim, *Concilia Germaniæ*, (Cologne, 1759-90), I, 494 ; Mansi, *Concilia*, XXII, 960. — Extraits : Erben, *Reg. diplom. necnon epistol. Bohem et Moraviæ*, I (Prague, 1855), 250, n° 538 ; Raynaldi, *Ann. eccl.*, XX, 334.

Dat. Laterani, XIII kalendas maii, pontificatus nostri anno XVI.

**1410.** — 30 mai 1213, Valenciennes.

*Jeanne, comtesse de Flandre et de Hainaut, ratifie l'engagement qu'elle a pris, avec son mari, relativement au rachat de Gérard de Mons, le 16 mai 1212.* (*V. plus haut, n°* 1385.)

Source : Mons, Arch. d'Etat, cartul. de Hainaut-Cambrésis, f. 4 *b*, n° 8 (copie, XIII^e s.). — Analyse : *Annales du cercle archéologique de Mons*, VI, 29. — Texte : *Ibidem*, VI, 56.

Datum Valencenis, feria quinta ante pentecosten, anno Domini M CC tercio decimo.

**1411.** — 20 juin 1213, Latran.

*Le pape Innocent III ordonne aux Cisterciens et aux Hospitaliers du diocèse de Fünfkirchen de payer à l'évêque de ce diocèse la dîme du vin qu'ils ne consomment pas pour leur usage personnel.*

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 8, f. 155 *b* (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 4767. — Texte : Baluze, *Innoc. III epistolæ*, II, 790 ; Bosquet, *Innoc. III epistolæ*, I, 615 ; Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, III, I, 141 ; Katona, *Hist. critica regum Hung.*, V, 169 ;

Manrique, *Ann. Cisterc.*, IV, 29 ; Migne, *Patr. lat.*, CCXVI, col. 886 ; Róka, *Vitæ Vesprimiensium præsulum* (Presbourg, 1779), 99.

Innocentius, etc., monachis Cisterciensis ordinis et Hospitalariis Quinquecclesiensis diecesis, etc. Venerabilis frater noster Quinquecclesiensis episcopus nobis intimare curavit quod vos, extendentes ad lucra turpia manus vestras, multitudinem emitis vinearum, de quibus sibi vel ecclesiis sue diecesis decime solvi debent; quarum vinum licet nequaquam in usus proprios expendatis, sed vendendum ad alias faciatis provincias deportari, decimas tamen sibi vel ipsis ecclesiis subtrahitis ex eisdem. Cum igitur ex hoc ordini vestro plurimum detrahatur, universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus ab iis de cetero taliter desistatis quod materia scandali auferatur, et super hoc de vobis clamor ad nos ulterius non ascendat; scientes vobis esse merito formidandum ne propter clamores hujusmodi sacrum concilium, auctore Domino in proximo celebrandum, privilegia vestra coarctanda provideat vel etiam revocanda, cum privilegium mereatur amittere qui concessa sibi abutitur libertate. Dat. Laterani, XII kalendas julii, pontificatus nostri anno XVI.

## 1412. — 4 juillet 1213, Sigena.

*Pierre II, roi d'Aragon et comte de Barcelone, donne à Bérenger de Mirallas, maître de l'Hôpital, et aux Hospitaliers le château et la ville de Sudanell, et spécialement la tour de Montoliu qui en dépend.*

Source : S. Gervasio de Cassolas, Arch. du gr.-pr. de Catalogne, 11 arm. de Gardeny, sac D, n° 662 (copie du 18 février 1228, mauv. état).

In Christi nomine, sit notum cunctis quod nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum et comes Barchinone, volentes ea que a nobis data sunt ea confirmatione corroborare ut perpetuam obtinere possint firmitatem, idcirco corde bono [et bene]-volenti, per nos et omnes successores nostros, laudamus et cum hac presenti scriptura perpetuo duratura concedimus et confirmamus in perpetuum domino Deo et Hospitali Jherosolimitano, et vobis dilecto [nostro] fratri Berengario de Mirallis, honorando magistro ejusdem Hospitalis, et fratribus ipsius Hospitalis presentibus et futuris, castrum et villam de Zudanello, et omnes terminos ejusdem heremos et populatos, prout melius et plenius in carta donationis inde a nobis domui Hospitalis facta continetur, et nominatim turrem de Monte Holivo, quam de termino ipsius castri de Zudanello in veritate esse profitemur. Quam etiam turrem, modo in presenti, vobis et domui Hospitalis damus, reddimus, concedimus et confirmamus atque restituimus in perpetuum, licet nunc de turre illa injuste et contra donationem, quam de ea feceramus domui Hospitalis, ex ingnorancia pociusquam ex certa scientia, ad suggestionem quorumdam potestatem accep[eri]mus. Predictum, inquam, castrum et villam de Zudanello, cum omnibus sibi pertinentibus et debentibus pertinere, et prenominatam etiam turrem de Monte Holivo, cum potestate et aliis omnibus que ad eam pertinent et pertinere debent ullo modo, vos, et domus Hospitalis, et fratres ejusdem presentes et futuri habeatis semper libere, et teneatis potenter, et jure hereditario possideatis, et explicetis per nostram francham, propriam et liberam hereditatem ad dandum, vendendum, impignorandum, comutandum, et alio quocumque modo volueritis alienandum, ad omnes alias voluntates vestras et vestrorum inde perpetuo faciendas, sine omni nostro nostrorumque retentu et contradictione, in pace, sicut [sanius] et utilius dici et intelligi potest, ad vestrorum et domus vestre profectum, comodum et utilitatem

per secula cuncta. Datum Sexene, IIII nonas julii, per manum Ferrarii, notarii nostri, et mandato nostro et ipsius scripta a Berengario de Parietibus, anno Domini et incarnationis M CC tercio decimo. (*Seing manuel*) Petri, Dei gratia regis Aragonum et comitis Barchinone. Hujus rei sunt testes : B[er]n[ardus], comes Convenarum ; Assalitus de Gudal ; Rodericus de Lisana ; Guillelmus de Alcalano ; Sancius de Orta ; Poncius Hugonis ; Poncius de Rabinato ; Egidius de Alcalano ; B. Repósitarius ; Espanol, et alii[quilibet ?]. Sig(*Seing manuel*)num Berengarii de Parietibus, qui, mandato domini regis et Ferrarii, notarii sui, hoc scripsit, loco, die et anno prefixis. Ego Guillelmus capellanus de ... S. Pauli Mercatalis Ylerde, qui me pro teste subscribo, et hoc (*Seing manuel*) facio.

## 1413. — 27 septembre 1213, Segni.

*Le pape Innocent III confirme à Barthélemy, évêque, et au chapitre de Gardiki l'accord intervenu entre eux et les Hospitaliers à l'occasion du château de Gardiki, le 11 décembre 1212, sous la médiation de Guillaume, archevêque de Philippi, et le vidime.*

SOURCE : Rome, Arch. du Vatican, reg. 8, f. 159 *b* (copie contemp.). — ANALYSE : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 4817. — TEXTE : Baluze, *Innoc. III epistolæ*, II, 803 ; Bosquet, *Innoc. III epistolæ*, I, 636 ; Migne, *Patr. lat.*, CCXVI, col. 910.

Innocentius, etc., episcopo et capitulo Cardicensibus, [salutem, etc.]. Cum a nobis petitur, etc. Sane oblata nobis ex parte vestra petitio continebat quod, cum causam, que inter vos ex parte una et fratres domus Hierosolymitani Hospitalis de Phitalea ex altera, super castro Cardicensi, casalibus et rebus aliis vertebatur, venerabilibus fratribus nostris Thessalonicensi et Philippensi archiepiscopis et episcopo Sidoniensi duxerimus commitendam, tandem, mediante prefato archiepiscopo Philippensi, cui vicem suam supradicti conjudices sui, qui negotio interesse non poterant, commiserunt, inter vos et predictos Hospitalarios utrinque prestito juramento, amicabilis compositio intervenit, quam vos et pars altera per proprias litteras postulastis apostolico munimine roborari. Ea propter, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, compositionem ipsam, sicut sine pravitate provide facta est, et ab utraque parte sponte recepta, et juramento firmata, ut in litteris inde confectis, supradicti archiepiscopi Philippensis sigillo munitis, quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus jussimus litteris adnotari, plenius continetur, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Tenor autem litterarum ipsarum talis existit :

« Guillelmus, Dei gratia Philippensis archiepiscopus, universis Christi fidelibus « ad quos presens scriptum advenerit, salutem in vero salutari. Cum causam, inter « venerabilem fratrem nostrum Bartholomeum, Cardicensem episcopum, et fratres « Hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani vertentem, nobis et venerabilibus fra- « tribus nostris archiepiscopo Thessalonicensi et Sidoniensi episcopo papa commi- « sisset, et cum ipsi, tum valetudine corporis, tum negotiorum frequentia impediti, « ad hec exsequenda personaliter venire non possent, nobis mandarunt ut dictam « causam effectui mandaremus. Quod cum facturi Armiro venissemus, de communi « assensu et voluntate utraque pars nostro, sicut judicis delegati, se dedit mandato, « ut quidquid super controversia inter ipsos habita statueremus, ratum haberent « et firmum. Recepta igitur ab utraque parte juratoria cautione nostro stare « mandato, auditaque simul et diligentius veritate discussa, tam per idoneos et « legitimos testes in presentia nostra juratos, quam etiam per privilegium Cons-

« tantini, quondam cognati Alexii imperatoris, concessum ecclesie Cardicensi, « perpendimus casalia, de quibus questio erat, ad eamdem ecclesiam pertinere. « Pro quo mandamus ut ecclesia Cardicensis teneat, habeat et proprietario jure « possideat casalia septem cum suis pertinentiis, scilicet Toliasiki, Jajadinami, « Toalopocori, Olongos, Icanapiza, Iconzobi, Stenes, duoque molendina integra « et tria inedificata in loco qui dicitur Suppettusu, cum fructibus exinde duobus « annis perceptis. Super ducentis marchis argenti olim in compromisso statutis « et nomine pene solvendis, nec non et expensis factis cum dictus episcopus « Romam accessit, quas dominus papa mandaverat nobis ut dicto episcopo solvi « faceremus, taliter duximus statuendum : episcopus enim antefatus et ecclesia « Cardicensis percipiant, teneant et habeant proventus fori Armironensis per sex « annos, ita tamen quod, si dicti fratres episcopo et ecclesie per quemlibet annum « solverint quatuor libras hyperperorum, dum idem episcopus debet tenere pro- « ventus, si quod simul et una vice solvant, pro residuis annis percipiant fructus « fori prefati. Frumentum vero, vinum, hyperperi, et quidquid de bonis ecclesie « dicte presenti et preterito anno sepedicti fratres perceperunt, jubemus prefato « episcopo reddi, sic tamen ut impresentiarum restituant quinque vegetes vini, « quartam partem triginta septem modiorum frumenti et dimidii, centum quin- « quaginta tres modiorum hordei, cicerum quatuordecim, nucum quatuor, hinc ad « martium, tres alias residuas partes per totum mensem augusti, ad magnum « modium mensuratas, exsolvant. Quia vero constitit nobis quod Hospitalarii « habebant septem homines ecclesie Cardicensis, scilicet papam Leonem, Joannem « Fot, Laviotissam et filium ejus, Parasque, Pifanum, Erinium, Nileiforum, jube- « mus illos a dictis fratribus episcopo restitui. Preterea omnes abbatias et papates, « in tenimento Hospitalis constitutas et existentes, dum tamen sint infra fines « episcopatus Cardicensis, precipimus reddi. Presertim enim quamdam abbatiam « in Armiro, que Valestinum dicitur, quam dominus papa eidem episcopo duxit « concedendam, mandamus episcopum prefatum habere, et quidquid dominus « papa ipsi adjudicavit episcopo vel concessit, eidem duximus, auctoritate qua « fungimur, confirmandum. Litteras domini pape nobis et conjudicibus nostris « transmissas, nec non et litteras imperiales, domino Galterio Camerario delegatas, « precepimus sepedictis fratribus reddi, ita ut ipsi fratres dominum papam et « imperatorem precentur quod hanc pacem et compositionem custodiant, sua- « rumque robore muniant litterarum. Idem etiam fratres omnes barones regionis « precabuntur quod hanc custodiant pacem, ut, si qua partium hoc non obser- « varit, contra eam existerent observanti parti ferventes. Ut autem quod manda- « vimus majoris firmitatis robur assumat, magister Nicolaus, tam pro episcopo « quam pro se, magister Gregorius Siguinus et Joannes Clericus, canonici Cardi- « censes, juraverunt tactis sacrosanctis evangeliis hanc pacem, compositionem, « conventionem seu mandatum observare, et contra nullo tempore venire ; et pro- « misit episcopus ab omnibus canonicis Cardicensibus hoc juramentum prestari. « Quod similiter frater Stephanus preceptor, fratres Petrus et Oddo juraverunt « observare ; et promisit idem Stephanus sacramentum istud a cunctis fratribus « exhiberi. Nos vero, ad majorem hujus rei firmitatem habendam, jubemus tam « sigillo nostro quam sigillo venerabilis fratris nostri Thessalonicensis archiepis- « copi, et hoc utriusque partis voluntate, presens scriptum communiri. Omnia « quidem predicta jubemus esse rata, salva utrique parti agendi potestate, si qua « sunt inter ipsos agenda, exceptis iis que pagina presenti notantur. Nos Bartho- « lomeus, Cardicensis episcopus, una cum capitulo ejusdem ecclesie, huic paci vel « conventioni assentimus, ratamque et firmam semper habere promittimus ; et « preterea tam apostolice clementie quam imperatorie supplicamus majestati ut « hanc pacem custodire, suarumque munimine litterarum roborare dignentur.

« Barones insuper eodem modo precamur, scilicet dominos Conum, seneschallum,
« Gaufridum de Villa Arduini, mareschalcum, Milonem de Brabant et omnes alios
« barones, quod hanc custodiant pacem, suoque roborent sigillo, et parti obser-
« vanti hanc pacem faventes contra non observantem existant. Nos frater Stephanus,
« preceptor domus de Phitalea et aliarum domorum Hospitalis sancti Joannis Hie-
« rosolymitani in Romania, una cum fratribus nostris, huic paci vel conventioni
« assentimus, ratamque et firmam semper habere promittimus; et preterea tam
« apostolice clementie quam imperatorie supplicamus majestati quod hanc pacem
« custodire, et suarum munimine litterarum roborare dignentur. Barones insuper
« eodem modo precamur, scilicet dominos Conum, seneschalcum, Gaufridum de
« Villa Harduini, mareschalcum, Milonem de Brabant et omnes alios barones,
« quod hanc custodiant pacem, suoque roborent sigillo, et parti observanti hanc
« pacem faventes contra non observantem existant. Datum et recitatum apud
« Armiro, in presentia domini Gualterii, camerarii, Nicolai Rugulusu, Theobaldi,
« Yvonis, Thome, et multorum aliorum, anno Domini millesimo ducentesimo
« duodecimo, anno XV pontificatus domini Innocentii pape III, mense decembri,
« die undecima. »

Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Signie, V kalendas octobris, pontificatus nostri anno XVI.

### **1414.** — 18 octobre 1213, Acre.

*Adhémar de Layron, seigneur de Césarée, et Julienne, sa femme, pour garantir le remboursement d'un prêt de mille besants, que leur avait fait Garin de Montaigu, grand-maître de l'Hôpital, assignent à l'ordre, jusqu'à parfait paiement, la jouissance des casaux de Cafarlet, de Samarita et des Buffles.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 24 (orig. auj. perdu). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 290. — Extraits : Taaffe, *The history of the... order of S. John of Jerusalem*, IV, app. n° CVI.

In nomine sancte et individue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti. Ego Ademarus, dominus Cesaree, et domina Juliana, uxor mea, domina Cesaree, compulsi penuria, incumbente necessitate, mutuavimus a fratre Garino de Monte Acuto, venerabili magistro sancte domus Hospitalis Jerusalem, et a fratribus dicte domus mille bisantios Saracenatos, quos eis assignavimus super tria casalia nostra, scilicet Cafarlet, Samarita et casale Bubalorum, cum rusticis et omnibus eorum pertinentiis, exceptis tantum carrucis propriis et corveis, sive angariis rusticorum et presentatis, concedentes tam dicto venerabili magistro quam aliis fratribus ipsa casalia, cum eorum pertinentiis et rusticis, tamdiu possidenda donec predictos mille bisantios ex jam dictis casalibus receperint in integrum dicti fratres. Si vero forte fortuitu, aliquo casu emergente, ex nominatis casalibus et eorum pertinentiis mille bisantios, quos nobis acquomodant, non possent recuperare et rehabere, nos bona fide prenominato reverendo magistro et reliquis fratribus sancteque domui Hospitalis omnia bona nostra mobilia et immobilia obligamus, quousque nominatum debitum mille bisantiorum fuerit persolutum. Ut autem firmius se haberet factum istud et irrevocabiliter, ipsi pacto interfuit venerabilis dominus P[etrus], archiepiscopus Cesariensis. Interfuerunt etiam cum eo dominus Garnerius Alemannus et dominus Rohardus de Caypha, assistentibus Conselath, Joanne Charle et Fulcone, quorum testimonio presens negotium firmaretur et robustius haberetur. Factum autem fuit apud Accon, incarnati verbi anno M CC XIII, mense octobris, XV kalendas novembris.

**1415.** — 30 octobre 1213, Latran.

*Le pape Innocent III ordonne aux abbés de S. Etienne et de S. Procule, au prieur de S. Jean in Monte, aux maîtres de l'Hôpital et du Temple de Bologne de remettre tous les dépôts faits en faveur du pape entre leurs mains à frère G., son familier.*

Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 4830. — Texte : Sartius, *De claris archigymansii Bononiensis professoribus*, I, ii (Bologne, 1772), 173.

Innocentius, etc., dilectis filiis S. Stephani, S. Proculi abbatibus, prior S. Joannis in Monte, et..... domus Hospitalarii Jerosolimitani, et..... domus militie Templi magistris Bononie, salutem, etc. Presentium vobis auctoritate mandamus quatenus, quidquid penes vos nomine nostro depositum dilecto filio fratri W., familiari nostro, presentium latori, sine difficultate qualibet assignetis, nobis quidquid et quantum eidem singuli assignabitis fideliter rescripturi. Dat. Laterani, iii kalendas novembris, pontificatus nostri anno xvi.

**1416.** — 30 octobre 1213, Latran.

*Le même ordonne à Nicolas, évêque de Tusculum, légat du S. Siège, de faire déposer dans les établissements de l'Hôpital et du Temple, contre reçu, les sommes provenant de la répétition des biens ecclésiastiques dont Jean sans Terre, roi d'Angleterre, avait disposé postérieurement à l'interdit mis sur son royaume, et qui, sur le refus des détenteurs de les restituer, avaient été affectés à secourir la Terre Sainte. — « Olim venerabilibus ».*

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 8, f. 163 (copie contemp.). — Analyse : Bliss, *Calendar of entries in the papal registers relating to Great Britain and Ireland*, I (Londres, 1893), 40; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 4829. — Texte : Baluze, *Innoc. III epistolæ* II, 812 ; Bosquet, *Innoc. III epistolæ*, I, 653 ; Migne, *Patr. lat.*, CCXVI, col. 927.

Dat. Laterani, iii kalendas novembris, pontificatus nostri anno xvi.

**1417.** — 31 décembre 1213, Prostějov.

*Henri-Vladislas III, margrave de Moravie, confirme les possessions des Hospitaliers en Moravie, et les mêmes privilèges que ceux dont jouit l'abbaye de Velerad.*

Source : Prague, Arch. du gr.-pr. de Bohême, A. XXI, n° 13 (orig. scellé). — Analyse : *Appendix synoptica...* (s. l. n. d., xviii^e s.), n° xiii ; Erben, *Reg. diplom. necnon epistol. Bohemiæ et Moraviæ*, I, 254, n° 546. — Texte : A. Boczek, *Cod. diplom. et epistol. Moraviæ*, II, 69.

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis. Ego Heinricus, qui et Wladizlaus, Dei gracia marchio Moravie, domui Hospitalis sancti Johannis et ejus fratribus inperpetuum. Sanum fore censens et condignum sanctarum ecclesiarum tranquillitati providere, in nullo credidi eis plus succurrere quam earum possessiones a cunctis vexationibus, in quantum possum, tutas reddere, et eas perpetua libertate honorare. Noverint itaque tam presentes quam futuri quod omnes possessiones, quas domus sancti Johannis in tota Moravia possidet vel adhuc est possessura, propter largam ipsorum circa pauperes, infirmos et peregrinos pietatem, ab omni jure quod ad me vel successores meos pertinet, absolvi, et ut a nullo imposterum super hoc impetantur

statui. Sint ergo absoluti a jure quod vocatur narez, nochlegh et powoz, et ab omni jure illo pro quo dantur XIIII nummi. Insuper liberos esse volo ab illis nummis qui dantur pro capite vel pro swod, et ab omni exactione que spectat ad castrorum edificationes vel poncium, secundum terre illius morem. Si quis hominum illius domus, pro furto accusatus, in causa ceciderit, vel etiam in furti actione fuerit deprehensus, bona furis domui remaneant, et ipse, cum adversario suo satisfecerit, pro capite suo graciam meam inveniat. Nullus successor meus, vel terre mee inbeneficiatus, sive camerararius, sive judex, sive ceteri officiales quocumque modo nominati aliquid ab hominibus domus illius exigant, vel eis novas consuetudines imponant. Omne jus, quod ego per fratrem meum Premisszl[1], regem Boemie, abbatie Welegradensi concessi, etiam eidem domui concedo, volens eos perpetua securitate gaudere. Ut autem hec rata omnia in futurum permaneant, hanc cartam meo sigillo feci insigniri. Dominum autem episcopum Holomucensem[2] rogavi, in cujus episcopatu possessiones ille site sunt, hujus mee concessionis transgressores excommunicare, quod et ipse fecit, ad quem semper domus illa in suis pressuris et injuriis habeat recursum, ut, ubi posterorum meorum in suis subjectis defuerit correctio, ipse spiritualis gladii ultione in malefactores animadvertat. Hec vero sunt nomina veridicorum testium nimirum: Rubertus, episcopus Holomucensis; dominus Bolezolaus, nepos meus; Hermannus, abbas de Gradissch; Szifridus, abbas Welegradensis; Stephanus, prepositus Holomucensis; Walterus, decanus Olomucensis; Radozsslaus, archidiaconus Olomucensis; Esau, archipresbiter Prerowensis; Moyses, archidiaconus Brechizlavensis; Bavarus, camerarius Olomucensis; Zauissa, burgravius Olomucensis; Bludo, prefectus Prerovensis; Zulizsslaus, dapifer; Doben, judex; Blag, filius Blegonis; Scizlaus, filius Zwar; Dubache; Vitko, filius Vitkonis; Dietricus, cum filio Gruth; Leva, judex Bernensis; Wernhardus de Tyrna; Immerammus, burgravius de Znoem; Lutek; Ollram; Stephanus de Wewerin[3]; Zudek Rohche; Oness, filius Blud; Bogusszlaus, filius Petri; Vitosszlav, capellani curie mee; Zssudek, Sdon, Johannes, Burchardus, Zuda. Acta sunt hec anno M CC XIIII dominice incarnationis, anno vero principatus mei XV. Data vero Prossteyow, II kalendas januarii, per manus Apollinaris, curie mee prothonotarii.

## 1418. — 31 décembre 1213, Prostějov.

*Premysl-Ottakar I, roi de Bohême, confirme les possessions des Hospitaliers dans toute la Moravie, comprenant les cercles d'Olmutz, de Znaim, de Brunn et de Troppau*[4], *et leurs privilèges, en particulier ceux que son frère Henri-Vladislas III, margrave de Moravie, avait concédés à l'abbaye de Velerad, et qu'il étend aux Hospitaliers.* (*V. plus haut, n°* 1417.)[5]

SOURCE : Prague, Arch. du gr.-pr. de Bohême, A. XXI, n° 14 (orig. scellé) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 76, f. 98 (copie de Smitmer, XVIII[e] s.). — ANALYSE : *Appendix synoptica...* (s. l. n. d., XVIII[e] s.), n° XIV ; *Cod. dipl. Silesiæ*, VII, I, n° 159 ; Erben, *Reg. Bohem. et Morav.*, I, 255, n° 547. — TEXTE : A. Boczek, *Cod. dipl. et epist. Moraviæ*, II, 71.

Acta sunt hec anno millesimo CC XIIII dominice incarnationis, anno vero regni nostri XV. Data vero Prosteyow, pridie kalendas januarii, per manus Wlrici, notarii nostri.

1. Premysl Ottakar I. V. plus bas, n° 1418.
2. Robert fut évêque d'Olmutz de 1201 à 1240.
3. Il était châtelain de Veveri (en allemand Eichhorn), château et village de Moravie, au cercle de Tischnowitz, près de Bytiska.
4. Le village de Holásovice, entre Jägerndorf et Troppau, a donné son nom à toute la région qui s'étend autour de la frontière de la Silésie prussienne et de la Silésie autrichienne, et qui est désignée ici par les mots « provincia Golessicensis ».
5. Les termes de cet acte sont presque identiques à ceux de la charte précédente; les témoins sont les mêmes.

### 1419. — [1214.]

*Jacques I, roi d'Aragon, comte de Barcelone et seigneur de Montpellier, en renouvelant l'établissement de la paix et de la trêve de Dieu, y comprend les Templiers, les Hospitaliers et les frères du S. Sépulcre.*

Sources : Paris, Bibl. nat., lat. 4670 *a*, f. 111 (copie, xiii^e s.), et 4671 *a*, f. 49 *b* (copie, xiv^e s.). — Texte : Marca, *Marca hispanica* (Paris, 1688), col. 1402.

......... Item sub hac pace et treuga ponimus omnes clericos, in quocumque sint ordine constituti, et monachos regulares, sanctimoniales, Templarios, Hospitalarios sive fratres sancti Sepulcri, et omnes alios viros religiosos, et monasteria et loca religiosa, omnes homines et possessiones eorum, et alias res mobiles et immobiles et se moventes. Item emunitates et salvitates Templi et Hospitalis Hierosolymitani sub eadem pace constituimus, et etiam aliorum venerabilium locorum. Item statuimus quod de cetero domus Templi et Hospitalis et aliorum venerabilium locorum religiosorum non recipiant novas salvitates sine consilio diocesani episcopi et vicarii nostri.

### 1420. — 1214.

*Renaud de Forez, archevêque de Lyon, confirme aux Hospitaliers les dîmes qu'ils avaient à Messilleux, à Rufieu, à Monsollis dans la paroisse de S. Marcelin, à la Chartre, à Crézieux, à Montbrison, à Unias, à l'Hôpital le Grand et à Craintilleux.*

Source : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. command. de Montbrison, chap. 5, n° 1 (orig. bullé).

R[ainaldus], Dei gratia prime Lugdunensis ecclesie minister humilis, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Universitati vestre notum facimus quod nos domui et fratribus Hospitalis Jerosolimitani concedendo confirmavimus auctoritate diocesana decimas, quas habent in territoriis de Maxilleu, de Roifeu, et in parrochia S. Marcellini in loco qui dicitur Mons Ollis, et de Chastrez, et de Cariseu, et quas habent in quibusdam vineis apud Montembrusonem. Item confirmavimus eis decimas, quas acquisierunt in parrochiis et territoriis de Unea et de Hospitali Magno et de Cruntilleu. Et concessimus eis nichilominus ut possint acquirere de manibus laicorum alias decimas in parrochiis supradictis. Ne autem super hiis questio vel dubietas oriretur, presentes litteras, sigillo nostro munitas, domui et fratribus Hospitalis concessimus in testimonium veritatis. Actum anno gratie m cc xiiii. Datum per manum Petri de Montebrusonis, officialis nostri.

### 1421. — 1214.

*Le même prononce un arbitrage entre les Hospitaliers et les chanoines de S. Just, relativement aux dîmes de la grange de Montchausson, ratifié par les parties et par le grand-prieur de S. Gilles.*

Source : Lyon, Arch. du Rhône, G. fonds de S. Just, liasse 57, n° 9 (orig.). — Texte : M.-C. Guigue, *Cartulaire Lyonnais*, I (Lyon, 1885), 172.

Actum anno Domini m cc xiiii.

**1422.** — Janvier 1214, Brunn.

*Henri-Vladislas III, margrave de Moravie, confirme aux Hospitaliers la donation de Tischnowitz (Tisnov) et de Březí, qui leur avait été faite par Vladislas II, roi de Bohême, son père.* (*V. plus haut*, I, *n*° 389.)

SOURCE : Tischnowitz, Arch. du monastère, dans un manuscrit du XIV<sup>e</sup> s. — ANALYSE : Erben, *Reg. diplom. Bohem. et Morav.*, I, 257, n° 551. — TEXTE : A. Boczek, *Cod. diplom. et epist. Moraviæ*, II, 76.

C✝. In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Principum nobilitatem decet progenitorum suorum facta non solum inviolabiliter conservare, verum etiam auctoritate sue dignitatis, quam ab eisdem accepisse dinoscitur, firmiter roborare. Hinc est quod ego Heinricus, qui et Wladizlaus, Dei gratia marchio Moravie, universis Christi fidelibus, tam presentis quam evi successuri, notum esse volumus quod pie memorie pater meus, a quo nomen et regnum habere videor, videlicet Wladizlaus, rex Bohemorum[1], fratribus Hospitalis et domus sancti Johannis Hierosolimitani, ad petitionem fratris sui Henrici, ducis Moraviensis[2], villas Thusnou et Brezie cum suis pertinentiis contulerat jure hereditatis Christi possidendas in perpetuum. Quam nichilominus donationem minus juste factam, nunc contradicente et juris forma probante nobili viro Tazzone, didici veraciter ; tamen, ne factum pie memorie patris mei prefati fratribus prenominati Hospitalis inaniter, Tazzoni vero prefato et suis heredibus injuste accidisse dicatur, dignum duxi ad petitionem Cvonradi, magistri domus ibidem, auctoritate nostra firmiter roborandum, accedente ad hoc consensu ipsius nobilis viri Tazzonis, qui resartione sui dampni ipsi per me facta se contentum esse acclamavit. Quocirca, ut hec eadem confirmatio evum permaneat inconvulsa, privilegii munimine ac testium subnotatione, nec non sigilli mei impressione hanc paginam decrevi roborare. Testium vero nomina sunt hec : Zdezlaus, prepositus S. Petri ; Bogdal, prepositus de Raigrad ; Lewa, judex Brunensis ; Stephanus, castellanus de Veveri[3]: Emrannus, burgravius de Znoem ; Budis, prefectus de Igla ; Tazzo, frater ejus ; Wrs de Zadek ; Voyteh de Lapide ; Bzneta ; Welis ; Boiek ; Gneua ; Pribizlaus de Olrany, et alii quam plures fide digni. Actum in Brunna, anno incarnationis dominice millesimo CC XIV, mense januario. Data per manus Apollinaris, curie mee proto-notarii.

**1423.** — Janvier 1214.

*Pierre, marquis de Namur, comte d'Auxerre et de Tonnerre, approuve la donation que Michel de S. Amatre avait faite de sa personne et des siens à l'Hôpital de S. Jean de Jérusalem.*

SOURCE : Paris, Arch. nat., S. 5235, n° 6 (orig.). — TEXTE : Quantin, *Hist. des ordres relig. et milit. dans le départ. de l'Yonne*, dans *Annuaire hist. du dép. de l'Yonne* (Auxerre, 1882), 111 ; Quantin, *Recueil de pièces pour faire suite au cart. gén. de l'Yonne*, 63, n° 138. — ANALYSE : Paris, Arch. nat., S. 6072, f. 1 (invent. de la command. d'Auxerre, de 1638).

Ego Petrus, marchio Namurcensis et comes Autisiodorensis et Tornodorensis, notum facio universis, presentibus et futuris, quod Michael de S. Amatore dedit in

1. Vladislas II, duc de Bohême (1140-73), devint roi le 11 janvier 1158 ; il mourut le 18 janvier 1174.

2. Ce personnage mourut en 1169.

3. V. plus haut, p. 161, note 3.

perpetuum et concessit Deo et beate Marie et sancto Johanni de Hospitali, se et sua, et Bernardum, filium suum, et heredes ipsius, et res eorum, hoc salvo quod dictus M[ichael], et B[ernardus], filius ejus, et ipsius heredes universas res et possessiones suas perpetuo tenebunt pacifice, libere et quiete, sicut eas tenuerunt usque ad hanc diem. Ego autem, ad petitionem fratrum Hospitalis et ad preces dicti Michaelis, qui mihi bene et fideliter servivit, donationem istam volui, laudavi, concessi, constitui etiam et concessi; et dictus Michael et B[ernardus], filius ejus, et heredes Bernardi sint apud Autisiodorum, vel ubicumque voluerint in terra mea, et sua faciant negocia sicut franchi homines Hospitalis, libere, pacifice et quiete. Nec ego, nec successores mei poterimus aliquid ab eis exigere, vel in eis aut in rebus eorum aliquid reclamare. Ad hujus itaque rei confirmacionem, presentem cartulam fieri, et sigilli mei munimine roborari precepi. Actum anno gracie M CC tercio decimo, mense januario.

**1424.** — Février 1214, Acre.

*Wichard de Karlsberg, pèlerin en Syrie, reçu comme confrère de l'Hôpital avec sa famille par le grand-maître Garin de Montaigu, donne à l'Hôpital son alleu d'Engelsdorf (Ainglebolstorf) près de Friesach, en Carinthie.*

Source : Prague, Arch. du gr.-pr. de Bohême, I, 14, comm. de Pulst, n° 1 (orig. scellé); diplomataire I, n° 33 (copie de Smitmer, XVIII° s.). — Texte : A. von Jorksch, *Die Einführung des Johanniter Ritterordens in Kärnten*, dans *Archiv für österreichische Geschichte*, LXXVI (Vienne, 1890), II, 400.

Actum Accon, in presentia testium subscriptorum : domini Frederici de S. Jacobo, mei cappellani; domini Sigardi, militis; domini Harnidi, plebani de Goniz; domini Roberti, sacerdotis; domini Alberi; domini Edimaris de Pernestai; domini Henrici de Goniz; domini Hartemanni, militis de Mandorf; domini Rogeri Suevi; domini Leonardi; et Hermanni; et Henrici de Silverperc; domini Gazelini de Gvorque. Anno dominice incarnationis M CC XIIII, mense februarii.

**1425.** — 13 mars 1214, Angoulême.

*Jean sans Terre, roi d'Angleterre, prend sous sa protection les Hospitaliers du Poitou.*

Source : Londres, Record office, rot. litt. pat., 15 Johannis I, membr. 3 (copie contemp.). — Texte : *Rot. litt. pat.*, I, I, 112.

Rex omnibus ballivis et fidelibus suis, etc. Sciatis quod suscepimus in protectionem et defensionem nostram fratres Hospitalis Jerusalem in Pictavia, et omnes res et possessiones suas. Et ideo vobis mandamus quod ipsos et omnia sua manuteneatis et protegatis, nullam eis vel suis inferentes vel inferri permittentes molestiam aut gravamen. Et si quid eis, etc. Et in hujus rei testimonium, etc. Teste rege apud Engolisman, XIII die marcii, anno regni nostri XV.

**1426.** — 23 avril 1214, Tarse.

*Léon II, roi d'Arménie, avec l'assentiment de Raymond Rupin, son neveu, donne à Garin de Montaigu, grand-maître de l'Hôpital, et aux Hospitaliers le casal Vaner,*

*au territoire de Melon, en compensation de dix mille besants, que l'ordre lui avait donnés à l'occasion du mariage de sa fille avec Jean de Brienne, roi de Jérusalem.*

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 26 (orig. auj. perdu). — TEXTE : Langlois, *Trés. des chartes d'Arménie,* 122 ; Pauli, *Cod. dipl.*, I, 104.

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Leo, Dei gratia rex Armenie, notum facio omnibus hominibus presentibus et futuris quod, mea bona voluntate et meo bono animo, pro salute anime mee omniumque progenitorum meorum, consensu etiam et voluntate domini Rupini, principis Antiochie, dilecti nepotis et heredis mei, dono et concedo helemosinarie domino fratri Garino de Monte Acuto, venerabili magistro sancte domus Hospitalis Iherosolimitani, et universis fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, quoddam casale nomine Vanerium, in territorio Meloni situm, cum casalibus, guastinis, terris cultis et incultis, aquis, nemoribus, pascuis, et aliis omnibus sibi pertinentibus, prout baro Vassilius[1] unquam melius, utilius et liberius ipsum casale cum pertinenciis suis tenuit, habuit et possedit. Ita etiam quod libere, pacifice, perpetuo et quiete, sine omni contradictione aut contrarietate mei vel heredum meorum, seu fidelium hominum meorum vel bajulorum, totam terram predicti casalis et maritimam cum portu ac introitibus et exitibus suis plenarie possideant, teneant et habeant perpetuo jure, ad dominandum, edificandum et meliorandum, et quicquid voluerint faciendum, exceptis duabus piscationibus, videlicet Corvim et Saabras, quas quondam dedi. Ipse autem dominus magister, consensu et voluntate fratrum suorum, de elemosinis Hospitalis amicabiliter dedit mihi decem millia bisantiorum Sarracenatorum in auxilio supplendi matrimonii dilecte mee filie, quam tradidi in uxorem illustri regi Iherosolimitano[2]. Unde ipsi magistro et ejusdem domus fratribus grates refero copiosas. Ad cujus rei et predicti doni confirmationem, presentis scripti paginam regali feci meo sigillo aureo sigillari, et litteris rubeis mea manu propria scriptis roboravi, et approbatione jussi subscriptorum testium roborari. Hujus rei testes sunt : Hostius de Tiberiade ; Adam de Gastum ; Constantius, comestabulus ; Aschivardus, baro ; Vaaram, marescalcus[3]; Jozulinus, frater ejus[4]; Levonus de Biulum. Et fratres Hospitalis : frater Isembardus ; frater Faraldus de Baras, castellanus Selephii ; frater Bermundus de Luzenzone ; frater Petrus Arez ; frater Albertus, preceptor Antiochie ; frater Willelmus, cappellanus domini magistri ; frater Raimundus de Stella ; frater Hugo de Momolena. Factum est autem hoc privilegium per manum magistri Bovonis, latini cancellarii domini regis, apud Tarsum, incarnati verbi anno M CC XIIII, nono kalendas maii.

## 1427. — 23 avril 1214, Tarse.

*Le même, en compensation de vingt mille besants, que l'ordre de l'Hôpital lui avait prêtés à l'occasion du mariage de sa fille avec Jean de Brienne, roi de Jérusalem, engage à Garin de Montaigu, grand-maître de l'Hôpital, pour la sûreté du remboursement, les casaux qu'il possède au territoire de Guigher.* (*V. plus haut, n°* 1426.)

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 27 (orig. auj. perdu). — TEXTE : Langlois, *Trés. des ch. d'Arménie,* 124 ; Pauli, *Cod. dipl.*, I, 105.

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Leo, Dei gratia rex Ar-

1. Basile Séfric, maréchal d'Arménie.
2. Après la mort de Marie de Montferrat, Jean de Brienne, roi de Jérusalem, épousa en secondes noces Estéphémie, fille de Léon II.
3. Vahram, seigneur d'Asgouras.
4. Josselin était seigneur de Sinid.

menie, notum facio omnibus hominibus, presentibus et futuris, quod ad preces meas assiduas dominus frater Guarinus de Monte Acuto, venerabilis magister sancte domus Hospitalis Iherosolimitani, accommodavit mihi viginti millia bisantiorum Sarracenatorum ad pondus Accon, pro supplendo matrimonio dilecte mee filie, quam tradidi in uxorem illustri regi Iherosolimitano. Unde apignavi eidem magistro et universis fratribus ejusdem domus totam terram Giguerii, et casalia in eadem sita, cum redditibus et proventibus suis, que mea sunt et fidelium baronum ac aliorum hominum meorum, in primis videlicet Abbaessa, Agnyas, Nigrinum, Lacrat, Iugmarzeban, Gardessiam, Iucuteman, Iugmelic, Keniz, et etiam portus de Calamella et de toto Giguerio, et tablagium, et omnes dricturas terre et maris, tam lignorum quam aliarum rerum venalium, que per totum Giguerium vendentur vel ementur secundum consuetudinem loci illius, cum introitibus et exitibus suis, et omnibus sibi de jure pertinentibus amodo ad duos annos futuros. Et si infra vel usque ad pretaxatum terminum viginti millia bisantiorum predictorum persolvero, apignatio dicta ad meam redibit proprietatem quitta et soluta. Quod si usque ad predictum terminum prefatum debitum, per me vel per meos heredes, persolutum non fuerit, predictus dominus magister et fratres domus Hospitalis tamdiu ipsam apignationem possidebunt donec de perceptis fructibus dictum debitum prefatis fratribus sit integre persolutum, et tunc ipsa apignatio ad meam seu heredum meorum redibit proprietatem. Hujus rei fidejussores sunt, et, tactis sacrosanctis evangeliis, juraverunt ut predicta omnia compleantur: dominus Rupinus, princeps Antiochie, nepos et heres meus; Hostius de Tiberiade; Adam de Gastun; Constantius, comestabulus; Vaaram, marescalcus; Aschivardus, baro, filius domini Gervasii, senescalci Antiochie. Ad cujus rei confirmationem, presentis scripti paginam regali feci sigillo meo aureo sigillari, et literis rubeis, mea manu scriptis propria, roboravi, et approbatione jussi subscriptorum testium confirmari. Hujus rei testes sunt: Senescale[1], p[ro]ximos Armenie; Levonius de Biulum; Jozulinus, frater marescalci; Valletus, miles; Willelmus de Insula; Rogerius, quondam comestabulus[2]; Willelmus de Turre; Thomas Viellebrun. Et fratres Hospitalis: frater Isembardus; frater Helias de Turre; frater Faraldus de Barras, castellanus Selephii; frater Bermundus de Luzenzone; frater Petrus Ares; frater Albertus, preceptor Antiochie; frater Johannes, presbiter; frater Willelmus de Santeble; frater Humbertus le Blunde; frater Raimundus de Stella; frater Ugo de Momolena; frater Willelmus, scriptor domini magistri cappellanus. Factum est autem hoc privilegium per manum magistri Bovonis, latini cancellarii domini regis, apud Tharsum, incarnati verbi anno M CC XIIII, nono kalendas madii.

## 1428. — 20 novembre 1214, New-Temple.

*Jean sans Terre, roi d'Angleterre, défend au vicomte de Hereford de molester les Hospitaliers d'Angleterre et leurs vassaux dans son bailliage, et lui ordonne de respecter la charte des libertés qu'il leur a octroyée.*

Source : Londres, Record office, rot. litt. claus., 16 Johannis I, membr. 16 (copie contemp.). — Texte : *Rot. litter. claus.*, I, 178.

Teste me ipso apud Novum Templum Londonie, XX die novembris.

1. Langlois croit qu'au lieu de « Senescale » il faut lire « Sempad ». Le proximios, à la cour d'Arménie, exerçait les fonctions de trésorier du roi.

2. Roger de Moud, ancien connétable d'Antioche.

## 1429. — 1215.

*Henri III, duc de Limbourg, donne aux Hospitaliers ses domaines de Mechelen, Wahlwiller, Hoengen, Uphoven et Sitere.*

TEXTE : Ernst, *Histoire du Limbourg* (Liège, 1837-47), VI, 185 (d'après les arch. de la command. d'Aix-la-Chapelle) ; Quix, *Geschichte der Reichsabtei Burtscheid* (Aix-la-Chapelle, 1834), 223.

In nomine sancte et individue trinitatis, ego Heinricus, dux de Limbourg. Quoniam in abyssum solent oblivionis defluere gesta que non fuerint scripto ac testium annotacione perhenata, notum esse cupimus tam presentibus quam future posteritati quod nos curiam nostram Mechele, et quidquid ad eam in agris cultis aut incultis, in hominibus, pratis, nemoribus seu ceteris quibuscunque pertinet aut molendinis, partes quoque ecclesiarum ad nos pertinentes in Mechele et Wylre, insuper curiam nostram in Ubhoven, quam nos centum marcis comparavimus, et partem ecclesie in Hongen contulimus Hospitali sancti Johannis transmarino, et hoc de consensu et optima voluntate filiorum nostrorum Walralmi et Gerhardi [1]. Preterea fratribus dicti Hospitalis nos protestamur premissis obligatos, ut ecclesiam in Sitere, ad nos feodali ratione pertinentem, ab ecclesia Coloniense aliquo restauro etiam rationabiliter abstractam, similiter eis conferre debeamus. Ne itaque hanc nostram donationem quispiam a dicto Hospitali quoquo modo valeat alienare, paginam presentem nostro et filiorum nostrorum sigillis munitam, eisdem fratribus duximus exhibendam. Datum per manum notarii nostri Johannis. Testes, qui presentes fuerunt, hi sunt : dominus Walramus, junior; Arnoldus de Elslo; Alexander de Wylre; Giselbertus de Monte; Willehelmus, qui dicitur Mor.; Heinricus de Frisheim, et alii quam plures, tam femine quam viri. Istud donum contuli beato Johanni ad Hospitale transmarinum, pro remedio anime mee, et conjugis mee [2], et filiorum ac ceterorum parentum meorum, in manus fratrum Hospitalis : fratris Heinrici, tunc magistri summi per Alemaniam; et fratris Amilii de Owa; fratris Cunradi, qui dicitur Selavus; fratris Heinrici de Steinebrunnem. Actum anno dominice incarnationis M CC XV.

## 1430. — 1215, Montbrison.

*Renaud de Forez, archevêque de Lyon, administrateur du comté de Forez, règle les droits des Hospitaliers de Montbrison, représentés par leur commandeur Arnoul, et de Roland de Veauche sur la boucherie de Montbrison.*

SOURCE : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. command. de Montbrison, chap. 3, n° 1 (orig.).

Rainaudus, Dei gratia prime Lugdunensis ecclesie minister humilis, omnibus in perpetuum. Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod, controversia orta inter fratrem Arnulfum, magistrum Hospitalis de Montbruison, et Rollannum de Veschi, de usagiis macelli de Montbruison, frater Arnulfus, magister Hospitalis de Montbruison, coram nobis, qui tunc temporis comitatus Forensis regimen habe-

1. Waleran III, qui succéda à son père Henri III, et Gérard, qui fut seigneur de Wanenberg.

2. La femme du duc Henri s'appelait Sophie, mais on ignore de quelle famille elle était originaire.

bamus, legitime et sufficienter probavit usagia que domus Hospitalis habet in macello de Montbruison, que sunt ista : in eo quod occiditur in die veneris ad opus sabbati, percipit Rollannus de Veschi suum usagium integre, domus Hospitalis nichil. In eo vero quod occiditur in die sabbati ad opus diei dominice, domus Hospitalis percipit suum usagium integre, scilicet linguas boum et lumbos porcorum, Rollannus nichil. Item probavit quod, si festum omnium sanctorum in die sabbati eveniat, omnes lingue et pedes boum et lumbi porcorum integre sunt Hospitalis. Item probavit quod, si ob reverentiam ejusdem festi vel alia de causa forum immittetur, similiter omnes lingue et pedes boum et lumbi porcorum integre sunt Hospitalis. Quod si propter aliud festum, vel propter aliam causam, forum immittetur, omnes lingue et pedes boum et lumbi porcorum integre sunt Hospitalis. Nos igitur, in testimonium veritatis, predicte domui Hospitalis presentem cartam concessimus, sigilli nostri munimine roboratam. Actum apud Montbruison, in domo confrarie, anno gratie M CC XV. Datum per manum Petri, archipresbiteri Forensis.

## 1431. — 1215.

*Le même, au nom de Guy IV, son neveu, donne à l'Hôpital de Montbrison ce qu'il possède à Sansieu et à Montbrison, à charge par l'Hôpital de célébrer annuellement l'anniversaire de Guigues III, comte de Forez et frère dudit Renaud, mort à Acre et inhumé dans l'Hôpital de cette ville*[1].

SOURCE : Paris, Arch. nat., cart. des Francs-Fiefs du Forez, P. 1401², cote 1076, n° 6 (copie, commenc. XIVe s.), et P. 1402¹, cote 1202, n° 4 (roul., commenc. du XIVe s.). — TEXTE : Charpin-Feugerolles, *Cartulaire des Francs-Fiefs du Forez*, 6 ; Huillard-Bréholles, *Titres de Bourbon*, I (Paris, 1867), 15, n° 62.

Raynaudus, Dei gratia prime Lugdunensis ecclesie minister humilis, omnibus imperpetuum. Quod a nobis pia intentione geritur, ne cujusquam dolo vel versucia pervertatur, vel, annis tacite labentibus, oblivioni tradatur imposterum, dignum duximus litterarum adminiculo communiri. Noverit igitur tam presens etas quam successorum posteritas quod nos, qui tunc curam comitatus Forensis gerebamus, de voluntate et consensu Guigonis, nepotis nostri, dedimus et concessimus in helemosina domui Hospitalis Jherusalem de Montebrisone perpetuo pacifice possidendum hoc quod habebam et tenebam apud Sansieu, scilicet X demencos siliginis, debitales in illa parte quam dominus Guigo, noster pater, acquisivit a Poncio Crota, et III demencos frumenti, et III demencos siliginis, et III demencos ordei, debitales in illa parte quam tenet Margarita, uxor Gaufridi Crota, et V solidos et tres obolos debitales, etiam investituras in ambabus partibus, non obstante feodatario pro parte Margarite. Item apud Montembrisonem XII denarios et obolum debitales in orto quem tenet Stephanus Pelavigni, et XII denarios et obolum debitales in orto quem tenet Poncius de Palatio ; propter que domus dicti Hospitalis tenetur facere singulis annis anniversarium fratris nostri Guigonis, comitis Forensis, die obitus sui, qui sepultus fuit apud Acon, in ecclesia Hospitalis. Ut autem hec nostra donatio et concessio penes predictam domum Hospitalis irrevocabiliter obtineat firmitatem, cartam eidem dedimus in testimonium, sigilli nostri munimine roboratam. Actum anno Domini MCCXV. Datum per manum Petri, archipresbiteri Forensis.

1. Dans le cartulaire des Francs-Fiefs du Forez, l'acte, que nous reproduisons ici, est précédé de la rubrique suivante : « Item littera amortizationis per helemosinam, factam a reverendo in Christo patre domino R[aynaudo], Dei gratia archiepiscopo Lugdunensi, nomine curatoris G[uigonis], comitis Forensis, nepotis sui, de voluntate et consensu ipsius comitis, que sequitur in hec verba. »

**1432.** — 11 janvier 1215[1], Le Crac.

*Les chanoines de Valanie présentent à Garin de Montaigu, grand-maître de l'Hôpital, la candidature d'Eustache, archidiacre de Beyrouth, à l'évêché de Valanie.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 32 (orig. auj. perdu). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 108.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Cum ecclesia Valenie suo esset antistite orbata, nos, canonici de capitulo Valenie, jure canonico in unum convenientes, de consilio venerabilis patris et domini nostri O[thonis], archiepiscopi Apamiensis, dominum Eustachium, providum et discretum virum, archydiaconum Berytensem, in patrem et pastorem nobis elegimus; cujus electionem venerabili magistro Hospitalis fratri Garino de Monte Acuto per dominum B[audinum][2], episcopum Antaradensem, et fratrem nostrum dominum Willelmum, canonicum, apud Coebium presentavimus, proponentes ut ista presentatio non prejudicaret ecclesie in posterum, donec per dominum papam cognosceretur si presentatio electionis ad magistrum Hospitalis pertineret. Quod magistro per omnia visum fuit displicere, dicenti : qui Romam nominat, per Romam debet jus suum vendicare. Dixit tamen quod, habito consilio, nuntiis responderet; sed, superveniente eadem die Turcarum incursione et castrorum levatione, responsum dare non potuit. Interim autem electum nostrum quesivimus, et apud Valeniam conduximus, cum alibi non posset divertere. Cognoscentes autem quod displiceret magistro et fratribus, sapientiori usi consilio, dominum patriarcham et dominum archiepiscopum duximus consulendum. Qui mandaverunt ut pacem et dilectionem domus Hospitalis habere curaremus, et ejus jura, sicut princeps Antiochenus et rex Iherosolimitanus in suis ecclesiis cathedralibus habent, illibata servaremus. Insuper dominus patriarcha super pacem tractandam domino episcopo Antaradensi suas vices commisit. Cum quo et domino electo Cratum perreximus, et presentationem domini electi, prout melius potuimus, pure et sincere magistro fecimus, requirentes ut electio a nobis celebrata ei placeret, et pro Dei amore suum preberet assensum; et deinceps, sicut princeps Antiochenus et rex Iherosolimitanus in suis ecclesiis cathedralibus habent assensum, ita concedimus ut ipse magister Hospitalis frater Garinus de Monte Acuto et successores ejus habeant in ecclesia Valaniensi presentationem et assensum. Ut autem hec omnia supradicta firma et illibata omni tempore teneantur, ego B[audinus], Antaradensis episcopus, in his omnibus gerens vicem domini patriarche, presens scriptum sigillo meo feci communiri. Nos etiam prefati canonici Valenie sigillo nostri capituli roboravimus. Actum in castro Crati, presentibus testibus : domino Joberto, Antaradensi thesaurario; domino Jacobo, cappellano domini episcopi Antaradensis; domino Manasserio; Hernesio; domino Willelmo Seleman; domino Fulcone Gerbaut; domino Joanne Berton. Anno dominice incarnationis M CC XV, undecima die intrante januarii.

**1433.** — 13 janvier 1215, Zamora.

*Alphonse IX, roi de Léon et de Galice, fait un échange avec l'Hôpital, repré-*

1. La date de cette pièce est bien 1215, puisque dans un acte du 1 avril 1215 (V. plus bas, n° 1441) Eustache figure avec le titre d'évêque de Valanie.

2. Il est connu par des actes de 1200 et d'avril 1215.

*senté par Velasco Perez, prieur de Léon. L'ordre lui abandonne S. Christina sur le Douro, Souto, Parra in Trassierra, et ce qu'il possède à la tour de Colmenar et à S. Juan de Mazcoras. Le roi, en échange, cède le casal de Martin Juan, situé entre Coria et Portocelo, et, dans le royaume de Léon, l'église de S. Salvador de Léon, les prés et terres situés entre Espinosa, Borja et le rio Seco, la vallée de Samano et ses possessions de Quiroga et de Novais.*

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue de Castille, liasse 2, n° 5 (charte-partie, orig.).

In nomine domini nostri Jhesu Christi, amen. Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, ad quos scriptura ista pervenerit, quod ego Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et Gallecie, do in concambium ordini Hospitalis Jherosolimitani, et vobis domno Velasco Petri, ejusdem ordinis priori in regno Legionensi, et capitulo fratrum vestrorum, pro S. Christina in ripa Dorii juxta Cemoram, cum Souto, qui est ultra ipsum fluvium, et pro Parra in Transserra, et pro quanto habetis in turri de Colmenari cum domibus et vineis et pertinentiis suis, et pro quanto habetis sicut defluunt aque de Almenarela usque ad rivulum S. Johannis et ex alia parte sicut aque ad Cadafalsum cadunt, et pro quanto habetis in termino S. Johannis de Mazcoras. Pro hiis, inquam, prefatis hereditatibus cum omnibus terminis et pertinentiis suis, do scilicet vobis in concambium casale de Martino Johannis cum omnibus pertinentiis suis, et jacet inter Cauriam et Portuzolum. Et in terra Legionis do vobis quantum habeo in Almunia, tam in ecclesia quam in aliis rebus, et ecclesiam S. Salvatoris intra muros Legionis, et sernas et prata que [sun]t inter Spinosam et Borgam et rio Seco, sicut ea tenuit comendator Gunzalvus Ruderici de Ordas. Do etiam vobis vallem de Samano cum omni eo quod ibi ad regiam pertinet vocem, et in Cairoga quantum habeo in loco que dicitur Novaes cum omnibus pertinentiis suis, tam in aquis quam in terris. Hoc autem concambium, quod mihi et vobis bene complacuit, semper maneat ratum et firmum. Et ego hereditates predictas, quas a vobis in hoc concambio accipio, fratribus de Pirario jure hereditario concedo in perpetuum possidendas. Et vos hereditates, quas similiter in hoc concambio a me accipitis, quiete et libere habeatis, possideatis et de eis totum velle vestrum in perpetuum faciatis. Quicunque igitur ex parte mea vel vestra contra hoc nostrum spontaneum concambium venerit, et hanc cartam modo aliquo infringere attemptaverit, iram Dei omnipotentis habeat, et, si quid invaserit, in duplum restituat, et pro temerario ausu alteri parti tria milia aureorum persolvat, carta hujus concambii predicti semper in suo robore permanente. Et tandem cum Juda, Domini traditore, et cum Datan et Abiron, quos vivos terra absorbuit, penas luat perpetuas in inferno. Facta carta apud Cemoram, idus januarii, era M CC LIII. Ego Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et Gallecie, hanc cartam hujus concambii roboro, et confirmo, et sigillo meo communio. Et ego Velascus Petri, prior Hospitalis, cum capitulo fratrum hanc cartam concambii roboro et confirmo, et sigillo meo communio. Adicimus etiam ut supplicemus domino pape quatenus hoc concambium dignetur confirmare. Donno Sancio Fernandi, fratre regis, ejus signifero, tenente Legionem, Cemoram et Extrematuram ; § Petro, IIII Compostellano archiepiscopo ; Ruderico, Legionensi episcopo ; Petro, Astoricensi episcopo ; Martino, Cemorensi episcopo ; Pelagio, Mindonaensi episcopo ; Gunzalvo, Salamantino episcopo ; Lombardo, Civitatensi episcopo ; Giraldo, Cauriensi episcopo ; Fernando Fernandi de Bregancia, tenente Limiam ; Ruderico Fernandi, tenente Astoricam et Beneventum ; Fernando Gunzalvi, Majoricam et Taurum ; Fernando Guterrii, castro Torafe ; Johanne Fernandi, vassallo regis. Johannes Didaci, comendator Castri Nunii, confirmat. Suerius Pelagii, comendator de Paradinas, conf.

Suerius Pelagii, comendator de Villascusa, conf. Petrus Froile, comendator de Ordenio, conf. Rudericus Martini, comendator de Tauro, conf. Johannes Pelagii, comendator de Salamanca, conf. Sancius Fernandi, comendator de S. Maria de Orta, conf. Garsias Ruderici, comendator S. Egidii, conf. Gunzalvus Ruderici, comendator de Bertz, conf. Petro Petri, archidiacono Salamantino, tenente cancellariam, magister Michael, domini regis notarius, scripsit (*Signo rodado*)[1].

### 1434. — Février 1215.

*Blanche, comtesse de Troyes, au nom de Thibaut IV, son fils, ratifie l'acte par lequel Rosceline de la Ferté s'engage à donner aux Hospitaliers une rente annuelle de dix livres, s'ils parviennent à obtenir la délivrance de Guiard, fils de ladite Rosceline, prisonnier des Sarrasins.*

Source : Chaumont, Arch. de la H.-Marne, H. command. de Thors et Corgebin, liasse 1 (orig.).

Ego Blancha, comitissa Trecensis palatina, notum facio universis, tam presentibus quam futuris, quod constituta coram me dilecta et fidelis mea Roscelina de Firmitate recognovit tales esse conventiones inter Hospitalarios et ipsam : quod si Hospitalarii Guiardum, filium ejus, qui captus tenebatur in captione Sarracenorum, liberatum et absolutum redderent in civitate Acconensi, ipsa assignabat eisdem Hospitalariis decem libratas annui redditus, percipiendas singulis annis in perpetuum in feodo illo quod de me tenet dicta Roscelina apud Barrum. Ego itaque, intuitu Dei et ad preces ipsius Rosceline, assignationem illam factam in meo feodo volui et laudavi ; voluit etiam et laudavit eandem assignationem karissimus filius meus comes Theobaldus. In cujus rei testimonium, presentem cartam fieri volui, et sigilli mei munimine roboravi. Actum anno gratie millesimo ducentesimo quartodecimo, mense februario.

### 1435. — 22 février 1215—16 juillet 1216.

« [*Innocentius III*] *fratribus et magistro S. Johannis Iherosolimitani* [*et animantur, ut sint attenti et fortes in negocio sancti passagii ultramarini*]. »

Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° *5158; Rome, Arch. du Vatican, Rubr. reg. litter. Innoc. III, f. 94, n° 45 (milieu xiv<sup>e</sup> s.); Theiner, *Vetera monumenta Slavorum meridionalium*, I (Rome, 1860), 64.

Anno xviii-xix.

### 1436. — 22 février 1215—16 juillet 1216.

« [*Innocentius III Johanni*] *regi Iherosolimitano, et magistris Templi et Hospitalis, significat quod mittatur eis pecunia in subsidium Terre Sancte, et hortatur quod se habeant sollicite et prudenter in negociis contra fidei inimicos.* »

Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° *5180; Rome, Arch. du Vatican, Rubr. reg. litter. Innoc. III, f. 95, n° 65 (milieu xiv<sup>e</sup> s.); Theiner, *Vetera monum. Slavor. merid.*, I, 65.

Anno xviii-xix.

1. Il représente un lion passant, avec la légende : signum adefonsi regis legionis.

### 1437. — 22 février 1215—16 juillet 1216.

« [*Innocentius III*] *eodem modo diversis archiepiscopis et eorum suffraganeis,* [*ut juxta ordinationem factam in consilio solvant certo termino vicesimam partem omnium proventuum suorum et eorum nuntiis ad hoc deputatis in subsidium Terre Sancte*], *et fuerunt deputati ad levandum magistri domorum militie Templi et Hospitalis Iherosolimitani et nonnulli alii viri ecclesiastici.* »

Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° *5255; Rome, Arch. du Vatican, Rubr. reg. litter. Innoc. III, f. 111, n° 152 (milieu xiv^e s.); Theiner, *Vet. monum. Slavor. merid.*, I, 68.

Anno XVIII-XIX.

### 1438. — 22 février 1215—16 juillet 1216, Pérouse.

*Le pape Innocent III informe Robert, évêque de Veszprim, qu'il défend aux Hospitaliers de S. Etienne de Weissembourg de l'empêcher de percevoir les dîmes dues à l'église de Veszprim.*

Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 5298. — Texte : Boehmer, *Corpus juris canonici*, II (Halle, 1747), 528; Richter, *Corpus juris canonici*, II (Leipzig, 1839), col. 546[1].

[Innocentius, etc.], Vesprimensi episcopo, etc. Dudum adversus fratres Hierosolymitani Hospitalis S. Stephani Albensis, te proponente in nostra presentia questionem quod ipsi decimas, de laboribus rusticorum suorum Vesprimensis ecclesie debitas, non permitterent tibi solvi, eosdem citavimus, prefigentes eis terminum concilium generale, quo cum instrumentis et rationibus suis nostro se conspectui presentarent, tibi respondere parati. Comparentibus igitur te ac ipsis statuto termino coram nobis, dilectum filium nostrum G[ualam], tituli S. Martini presbyterum cardinalem, tibi et eis concessimus auditorem, coram quo decimas terrarum, que per rusticos Hospitalis Vesprimensis diocesis excoluntur, et de Ciroga[2], et de Novacularia[3] ecclesias, que per ipsos Hospitalarios detinentur, easdem, tanquam ad te spectantes, intentione tua de jure communi fundata petisti. Prior autem Hospitalis ejusdem in predictis decimis et ecclesiis prescriptionem allegans, proposuit se tibi non teneri super his aliquatenus respondere. Quod quum per auditorem eundem ad nostram audientiam pervenisset, mandavimus quod idem prior prescriptionis titulum, quem allegavit, probaret. Qui tandem, post deliberationem prehabitam coram venerabili fratre nostro Albanensi episcopo, qui post recessum memorati cardinalis de causa cognovit, inclyte recordationis B[ele] regis ac E[uphrosyne], matris ipsius, regine Hungarie[4], privilegia exhibuit, qui ecclesiam S. Stephani, ad quam dicte ecclesie cum eisdem decimis pertinebant, in perpetuam eleemosynam Hospitali donationis titulo concesserunt, confirmationis bone memorie Clementis[5] pape predecessoris nostri scriptum exhibens, per quod probare volebat concessionem predictam plenum habere vigorem, et asserens nihilominus ipsam a felicis recordationis Lucio papa predecessore nostro postmodum

1. L'acte est ainsi analysé dans Richter : « Laici ecclesias vel decimas donare non possunt, etiamsi sunt reges, nec ex eorum titulo prestatur causa prescribendi ».

2. Variantes : Sirogran, Cyrogna, Cyrograti.

3. Variantes : Nova cultura, Nova curia.

4. Femme de Geza II, fille de Vscevolod, grand-duc de Kief, et mère de Bela III. Elle ne cessa de protéger les Hospitaliers, et mourut en 1196.

5. Variante : Celestini.

confirmatam. Ceterum ex parte tua fuit propositum ex adverso quod, in decimis et in ecclesiis a rege et regina donatis, prescriptionem non poterat opponere pars adversa, que nec a donatione ipsorum initium habere poterat, nec a confirmatione prefata tantum effluxit temporis, quod possit prescriptio confirmari, et sic donationis regis ac regine allegatus titulus nullus erat; quam sacrilegii crimen incurrat secundum canonicas sanctiones, qui ecclesias vel ecclesiasticum aliquid de manu receperit laicali. Unde, si contingat laicum in donatione ecclesie talibus verbis uti : « do tibi ecclesiam talem », nihil aliud concedere intelligitur, nisi jus patronatus tantum, quod habet in ipsa, prout in constitutione a nobis edita continetur expresse. Contra confirmationem autem fuit hoc modo responsum quod, quum confuse ipsa ecclesia S. Stephani, cum omnibus decimis et ecclesiis et aliis que ad eandem pertinent, confirmetur, jus episcopale non tollitur; quum de illo non exprimatur ibidem, sed tantum debita decimarum portio, intra parochiam ecclesie S. Stephani collatarum, secundum terre consuetudinem eisdem Hospitalariis reservetur; presertim quam petite decime a te in parochia S. Stephani non consistant, quod de plano confessa est pars adversa. Econtra vero fuit a parte altera replicatum quod, quum spatio XXX annorum tacueris, juri tuo tacite renunciasse videris. Sed et hoc pars tua visa est repellere, allegando quod XXX annorum taciturnitas non in jure communi, sed in privilegiis noscitur obtinere, unde jure communi quod habet episcopus in decimis vel in ecclesiis sue diocesis non nisi XL annorum taciturnitate privatur. Nos igitur his et aliis, que hinc inde fuerunt proposita, plenius intellectis, quum donatores predicti conferre non potuerint aliis que ipsi de jure non poterant possidere, et ex confessione partis adverse liquido nobis constet petitas decimas et ecclesias intra parochiam S. Stephani non concludi, etiamsi prefata donatio teneat, quum per confirmationem predicti Clementis, super ecclesia S. Stephani Hospitali cum decimis et aliis pertinentibus ad se factam, etiamsi authenticum appareret, juri episcopali nullatenus derogatur, de fratrum nostrorum consilio, auctoritate apostolica sententialiter prohibemus ne fratres Hospitalis presumant alterius impedire quominus decimas percipias memoratas, et pacifice possideas in futurum.

### **1439.** — 17 mars 1215, Nuremberg.

*L'empereur Frédéric II, roi de Sicile, confirme et concède de nombreuses donations aux Hospitaliers de Barletta.*

Sources : Naples, Arch. d'état, Esecutoriale della camera della Sommaria (1442-60), n° 1, f. 154 (copie, xv° s.); Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1201, f. 189 (copie de la Porte du Theil, xviii° s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 22, f. 153 (copie contemp., dans une confirm. d'Innoc. IV, du 9 avril 1252). — Analyse : Boehmer (éd. Ficker), *Reg. imperii*, V, 197, n° 786. — Texte : Huillard-Bréholles, *Hist. diplom. Frid. II*, I, 363 ; Minieri Riccio, *Saggio di codice diplomatico*, I (Naples, 1878), 25 (à la date erronée du 16 avril 1215) ; *Per l'insigne militar ordine Gerosolimitano* (Naples, 1786), 7; Giandonato Rogadeo *Copia de' reali diplomi in pro dell' ordine Gerosolimitano* (Naples, 1776), 15 ; Winkelmann, *Acta imperii inedita sæc. XIII*, I, 107.

Fredericus, divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus et rex Sicilie. Etsi omnia caduca, etc. (Même texte que plus haut n° 1335, jusqu'à : Volumus etiam. La suite diffère, comme suit :) Concessimus domui sancti Petri Nucelle et domui sancti Johannis de fratribus, obedienciis predicte domus Hospitalis de Barulo, sitis in tenimentis Canusii, et in perpetuum condonavimus, omnesque dies messorum et pisatorum qui in areis pisant, quos bajuli nostri Canusii tempore messium consueverunt ebdomata habere a messoribus et pisa-

toribus ipsarum domorum, hoc idem etiam concessimus universis obedienciis ejusdem domus Hospitalis que in regno nostro sunt. Ex presentis itaque auctoritatis nostre pagina statuimus ut amodo nullus camerarius, nec bajulus, nec quilibet alius dies ipsos a messoribus et pisatoribus ipsarum domorum requirat vel exigat, aut per hoc fratribus ipsarum domorum et messoribus seu pisatoribus suis molestiam inferat seu gravamen. Concedimus quoque domui Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani de Barolo domos suas, quas intus in Barolo et in aliis civitatibus et castellis regni nostri juste habet, vel inantea justis poteri titulis adipisci, libere habere et in pace tenere sine collecta sive datione aliqua, nullique sit licitum coactionem facere de cetero ipsi domui Hospitalis aut magistro et fratribus ejus de vendendis domibus suis, que intus in Baralo sunt et in aliis civitatibus et castellis regni nostri, nisi gratuita voluntate et pro utilitate ipsius domus de domibus ipsis vendere voluerint. Volumus etiam ut quicumqne utriusque sexus cum stabilibus vel mobilibus suis ipsi domui Hospitalis vel alicui aliarum domorum se in vita sua vel in testamento reddere vel offerre voluerint, sicut solet in mortificatis fieri, liberam exinde habeat facultatem, exceptis angarariis et hiis qui de feudis sunt; qui etiam de licentia dominorum suorum, si voluerint, domui Hospitalis poterunt se offerre. Item confirmamus et perpetuo sancimus edicto ut fratres dicti Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in Barulo et aliarum domorum de regno nostro, in omni libertate ordinis et privilegiorum Hospitalis, cum omnibus que concessione pontificum, donatione vel confirmacione regum, progenitorum nostrorum, seu nostra, nec non et oblatione fidelium in presentiarum rationabiliter habent, vel justis in antea poterint titulis adipisci, quiete, pacifice et sine qualibet contrarietate perpetuo conserventur. Prohibemus insuper ut nullus infra situm ipsarum domorum Hospitalis qualibet occasione insultum facere, aut hominem ibi capere, vel domos ipsas, que sunt ibi, vel in rebus suis intus vel extra temere perturbare, vel in aliquo dampnificare presumat. Concedimus etiam ut nec pro constituendis ac reparandis menibus, turribus, portubus, atque fodiendis fossatis exigi ab eis aliquit permittatur. Nullus sit igitur qui contra hanc concessionem, confirmationem et sanctionem nostram aliqua presumat temeritate venire. Quod si quis aliquatenus attemptaret, indignationem nostri culminis in detrimentum persone ac rerum suarum se noverit incursurum. Ut igitur hec rata et firma permaneant, presens instrumentum fieri precipimus, sigilli nostri munimine roboratum. Hujus rei testes sunt: Cunradus, Ratisponensis episcopus; Octo, dux Meranie; Hiltebrandus de Rehesbert, marescalcus; Walcherus Schipse, pincerna noster, et alii quamplures. Ego Cunradus, Metensis et Spirensis episcopus, imperialis aule cancellarius vice domini Sifridi, Maguntinensis sedis archiepiscopi et totius Germanie archicancellarii, recognovi. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M CC XIIII, mensis martii, regnante domino nostro Frederico Romanorum rege semper augusto et rege Sicilie, anno Romani regni ejus secundo, Sicilie vero septimo decimo, feliciter, amen. Datum apud Nurinberc, XVI kalendas aprilis, tertie indictionis.

## 1440. — Avril 1215.

« *Acte par lequel Daudin* [*lisez Baudin*], *évêque d'Anterade ou Tertose, déclare* « *avoir reçu de l'ordre et des mains du grand-maître Garin de Montaigu* 1500 *be-* « *sans Sarrazinois, pour lesquels, du consentement de son chapitre et du patriarche* « *d'Antioche, il leur engage un casal nommé Deterre avec ses dépendances, situé* « *entre les casaux de Médel, Gastum et Ethere, que son église possédoit dans le ter-*

« *roir de Crat, pour le tenir en gagement jusques au payement de ladite somme, du* « *mois d'avril* 1215. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 212 (xviiie s.).

## 1441. — 1 avril 1215.

*Raymond Rupin, prince d'Antioche, confirme toutes les donations faites par lui et par ses prédécesseurs à l'Hôpital.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 29 (orig. auj. perdu)[1]. — Texte : Langlois, *Trés. des chartes d'Arménie,* 133 (à la date erronée du 31 mars 1215) ; Pauli, *Cod. dipl.,* I, 106.

In nomine sancte et individue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti, amen. Quoniam vetustate temporum vel varietate quecumque bene acta oblivioni traduntur, ideo, ut imposterum universa que bene et legitime ordinata sunt evidentius elucescant, scriptis commendantur et scripta perpetuantur. Proinde ego Ropinus, Dei gratia princeps Antiochie, Raimundi principis filius, consensu et voluntate domine Helois, uxoris mee, principisse, pro salute animarum nostrarum, progenitorum et parentum nostrorum, dono et confirmo Deo et beate Marie, et sancto Johanni Baptiste, et pauperibus sancte domus Hospitalis Iherusalem, et tibi fratri Guarino de Monte Acuto, ejusdem sancte domus venerabili magistro, et omnibus fratribus Hospitalis predicti presentibus et futuris, donationes quas feci, et donationes et beneficia que serenissimi principes, progenitores mei, dominus Buamundus major, dominus Tancredus, dominus Buamundus minor, dominus Raimundus et dominus Renaudus, et domina Constancia principissa, et dominus Buamundus princeps, Raimundi principis filius, avus meus, et barones Antiochie supradicto Hospitali in toto principatu Antiochie misericorditer et helemosinarie largiti sunt, ut habeant et teneant libere, quiete, pacifice, et jure perpetuo amodo pro sua possideant voluntate, ad faciendum de eis et in eis quod voluerint. Treugas autem, quas fecerint cum Sarracenis magister Hospitalis et fratres de suis marchiis, de elemosinis sibi collatis et acquisitionibus factis, me, quamdiu observaverint, promitto firmiter observare. Factum est autem et confirmatum hoc privilegium in presentia : domini Petri, venerabilis patriarche Antiochie, et excellentissimi domini Levonis, magnifici regis Armenie, mei avunculi. Et aliorum venerabilium : domini Hotonis, Apamiensis archiepiscopi ; domini Booz[2], electi Tharcensis ; domini Joannis, Mamistanee ecclesie electi ; domini Eustachii, episcopi Valaniensis. Et fidelium baronum regis Armenie : domini Constancii, conestabuli Armenie ; domini Ade[3], senescalci ; domini Varan, marescalci. Et fidelium baronum meorum : domini Othonis de Tiberiade ; domini Aharie, senescalci Antiochie ; domini Willelmi de Insula ; domini Gauteri de Laitor ; domini Eschivardi ; domini Guillelmi de Hasart ; domine Thome, marescalci ; domini Simonis, camerarii ; domini Poncii Lumbardi ; domini Bauduini de Maimendon ; domini Thome Malebrun ; domini Bartolomei de Jaune. Anno ab incarnatione Domini M CC XV, primo kalendas aprilis. Datum per manum Jordani, cancellarii mei, etc.

1. Cet acte était scellé ; le sceau a été reproduit par Pauli (*Cod. dipl.,* I, pl. 4, n° 46).

2. Paul, évêque arménien de Tarse.

3. Adam de Gastine.

## 1442. — 1 avril 1215.

*Le même confirme à Garin de Montaigu, grand-maître de l'Hôpital, et aux Hospitaliers la donation qu'il leur avait faite de Giblet et du Château de la Vieille, en septembre* 1210. (*V. plus haut, n°* 1355.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 31 (orig. auj. perdu[1]). — Texte : Langlois, *Trés. des chartes d'Arménie*, 135 (à la date erronée du 31 mars 1215); Pauli, *Cod. dipl.*, I, 107.

In nomine sancte et individue trinitatis. Omnibus sancte matris ecclesie filiis, tam presentibus quam futuris, notificetur quod ego Ropinus, Dei gratia princeps Antiochie, Raimundi principis filius, voluntate et consensu domine Heluise, uxoris mee, principisse, et hominum meorum consilio, dono et concedo in elemosinam amodo et in perpetuum libere, quiete, pacifice, sine ullo retentu, Deo et sancte Marie, et sancto Joanni Baptiste, et pauperibus sancte domus Hospitalis Iherusalem, et tibi fratri Garino de Monte Acuto, ejusdem domus venerabili magistro, et omnibus fratribus dicte sancte domus Hospitalis, tam presentibus quam futuris, pro salute anime mee et parentum meorum, civitatem Gabulensem, que vocatur Gibel, cum divisionibus et pertinentiis in mari et in terra, cum omnibus dominiis feodis, cum casalibus et gastinis, cum planis et montanis, aquis et pascuis, et nemoribus, cultis et incultis, et cum omnibus hic expressis et non expressis, que ad dictam civitatem pertinent vel pertinere debent, cum introitibus et exitibus suis, et cum omnibus sibi pertinentibus, ad faciendum de eis et in eis quod voluerint. Dono etiam et concedo Castellum de la Veille, quod est de pertinentiis dicte civitatis Gibel, tibi predicto magistro et fratribus Hospitalis cum omnibus suis dominiis et pertinenciis. Hec autem omnia predicta dono et concedo Deo et beate Marie, et sancto Joanni Baptiste, et pauperibus sancte domus Hospitalis Iherusalem, et tibi fratri Guarino de Monte Acuto, magistro Hospitalis, et fratribus dicte sancte domus presentibus et futuris, sicut melius potest intelligi, ad utilitatem dicti Hospitalis, ad omnes vestras voluntates faciendas. Et ut hec legitima donatio firma et inconcussa perhempniter maneat, literis est assignata, testibus confirmata, auctoritatis mee sigillo corroborata. Factum est autem et confirmatum hoc privilegium in presentia domini Petri, venerabilis patriarche Antiochie, et excellentissimi domini Levonis, magnifici regis Hermenie, mei avunculi. Et aliorum venerabilium: domini Othonis, Apamiensis archiepiscopi; domini Booz, Tharcensis electi; domini Joannis, Mamistanee ecclesie electi; domini Eustacii, episcopi Valeniensis. Et fidelium baronum regis Hermenie : domini Constancii, conestabuli Hermenie; domini Ade, senescalci; domini Vaaram, marescalci. Et fidelium baronum meorum: domini Othonis de Tiberiade; domini Acharie, senescalci Antiochie; domini Guillelmi de Insula; domini Gauterii de Laitor; domini Eschivardi; domini Guillelmi de Hasart; domini Thome, marescalci; domini Poncii Lombardi; domini Simonis, camerarii; domini Bauduini de Maimendon; domini Thome Meslebrun; domini Bartholomei le Jaune. Anno ab incarnatione Domini M CC XV, primo kalendas aprilis. Datum per manum Jordani, cancellarii mei, etc.

1. Cet acte était scellé. V. la note 1 de la page précédente.

### 1443. — 14 août 1215.

*Hugues de Baux, fils de feue Tiburge d'Orange, comme suite à l'investiture accordée à frère Bertrand de Milhau, en 1193 (V. plus haut, I, n° 937), s'engage, moyennant le payement d'une somme de 500 sous de Raymondins, à laisser paître librement et sans redevance les troupeaux de l'ordre de l'Hôpital dans ses domaines.*

Source : Copie du xvii$^{e}$ siècle communiquée par M. Robolly, ancien archiviste d'Arles. — Analyse : D$^{r}$ L. Barthélemy, *Inv. des chartes de la maison de Baux*, 48, n° 177.

### 1444. — 23 août 1215, Reillanne.

*Tiburge d'Orange, fille de feu Guillaume d'Orange, et Raibaud d'Orange, son neveu, donnent à l'Hôpital, représenté par Aimery de Pax, grand-commandeur de l'Hôpital deça mer, les châteaux et villes de Lardiers, la Saulce, Tallard et Neffes.*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 394 (charte-partie scellée et bullée, les 2 exemplaires.)[1]

Actum publice apud Rellaniam, mense augusti, in domo Hospitalis, et in vigilia beati Bartolomei apostoli..., anno incarnationis M CC XV, X kalendas septembris, vacante sede imperatoria.

### 1445. — 16 septembre 1215, Wurzbourg.

*L'empereur Frédéric II incorpore à l'ordre de l'Hôpital l'Hôpital de Wurzbourg.*

Source : Wurzbourg, Arch. roy., ms. 141, f. 200 *b* (recueil de copies du xvi$^{e}$ s.). — Analyse : Boehmer (éd. Ficker), *Reg. imperii*, V, 204, n° 831. — Texte : Huillard-Bréholles, *Hist. dipl. Frid. II*, I, 421 ; *Monumenta Boica*, XXX, 34.

Fridericus, divina favente clemencia Romanorum rex semper augustus, [et] rex Sicilie. Licet ad universa loca divino cultui mancipata regie majestatis patrocinium generaliter debeat extendi, ea tamen specialius misericordie visceribus amplectitur in quibus in pauperes proximos et advenas ampliora charitatis opera jugiter exercentur. Attendentes igitur Hospitale Jerosolimitanum, in honore beati Joannis Baptiste dedicatum, omnium necessitatem paciencium commune semper extitisse refugium, destrucioni ipsius et desolacioni ex intimo corde condolentes, restauracionis ejus curam non immerito et operam duximus imponendam. Noverit ergo tam presens regni fidelium etas quam futurorum successiva posteritas quod nos domum Hospitalis, in civitate Wirtzburgensi sitam, supradicto Hospitali sancti Joannis Ruberti Curvi donacione pertinentem, cum omnibus personis in ipsa domo divino obsequio mancipatis seu in posterum mancipandis, cum omnibus eciam bonis, tam mobilibus quam immobilibus, que vel nunc habent vel processu temporis justo acquisitionis titulo poterint adipisci, in tuicionem protectionis nostre recepimus.

1. Les deux exemplaires diffèrent un peu dans l'énumération des témoins ; dans l'un d'eux figurent Pierre Simon, commandeur de Lardiers, et Saumanne, qui ne se retrouvent pas dans l'autre.

Generaliter itaque sub obtentu gracie nostre precipimus ut nulla omnino humilis vel alta persona, secularis vel ecclesiastica, prememoratam domum aut fratres in ea domo militantes in personis seu in rebus molestare audeat, vel quamcumque ipsis injuriam vel violentiam inferre. Quod si quis facere presumpserit, lese majestatis reus, a gracia nostra se senciat alienum et gravi animadversione plectendum. Datum Herbipolim, anno ab incarnacione Domini M CC XV, indictione IIII, XVI kalendas octobris.

**1446.** — 26 septembre 1215, Orange.

*Guillaume I de Baux, prince d'Orange, et Martin d'Andos, grand-prieur de S. Gilles, concluent un accord au sujet des biens que Tiburge et Raimbaud d'Orange avaient donnés à l'Hôpital dans la ville d'Orange.*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., B. 309 (copie bullée, émanée des consuls d'Avignon, du 24 septembre 1245).— Analyse : Barthélemy, *Inv. des ch. de la maison de Baux,* 48, n° 178.

Anno incarnationis M CC XV, sexto kalendas octobris.

**1447.** — 27 septembre 1215, Arevalo.

*Henri I, roi de Castille et de Tolède, donne aux Hospitaliers une rente annuelle de trente mesures de sel, que le commandeur de Consuegra prendra aux salines de Belinchon.* (*V. plus haut,* I, *n°* 1109.)

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue de Castille, liasse 2, n° 4 (orig.).

(*Chrisma*). Presentibus et futuris notum sit ac manifestum quod ego Henricus, Dei gratia rex Castelle et Toleti, dono et concedo fratribus Jherosolimitani Hospitalis sancti Johannis, presentibus et futuris, triginta kaficios salis de mensura Toleti, in salinis de Belinchone annuatim percipiendos, ad opus castelli de Consogra, ita quod ille, qui predictas salinas de Belinchone tenuerit de manu regis, unoquoque anno tribuat supradictos triginta kaficios salis illi comendatori qui jam dictum castrum de Consogra tenuerit, in perpetuum sine aliqua contradictione et excusatione. Et hec mee donationis et concessionis pagina rata et stabilis omni tempore perseveret. Si quis vero hanc cartam infringere vel diminuere in aliquo presumpserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et cum Juda, Domini proditore, penas sustineat infernales, et insuper regie parti mille aureos in cauto persolvat, et dampnum super hoc illatum dupplatum restituat. Facta carta apud Areval, era M CC LIII, XXVII die septembris. Et ego rex Henricus, regnans in Castilla et in Toleto, hanc cartam, quam fieri jussi, manu propria roboro et confirmo. Rodericus, Toletane sedis archiepiscopus, Hyspaniarum primas, confirmat. Tellius, Palentinus episcopus, conf. Mauricius, Burgensis episcopus, conf. Rodericus, Segontinus episcopus, conf. Giraldus, Secobeniensis episcopus, conf. Garsias, Conchensis episcopus, conf. Comes donnus Ferrandus conf. Rodericus Didaci conf. Lupus Didaci conf. Rodericus Roderici conf. Ordomus Mir (?), major merinus in Castella, conf. (*Signo rodado, autour duquel on lit* : Gonzalvus Roderici, major domus curie regis, conf. Comes donnus Alvarus Nunii, alferez regis, conf.). Rudericus, domini regis notarius, Roderico Roderici existente cancellario, Petro de Soria scribere jussit.

**1448.** — 22 octobre 1215, Rochester.

*Jean sans Terre, roi d'Angleterre, accorde à Roger de Jarpenville et à Robert de Coleville un sauf-conduit, valable jusqu'au* 27 *octobre* 1215, *pour traiter avec lui d'un accòrd à intervenir entre lui et les barons du royaume qui doivent venir en sa présence avec le maître du Temple et le grand-prieur de l'Hôpital en Angleterre.*

SOURCE : Londres, Record office, rot. litt. pat., 17 Johannis I, membr. 17 (copie contemp.). TEXTE : *Rot. litter. patent.*, I, I, 157.

Teste rege apud Roffam, XXII die octobris.

**1449.** — [1 décembre] 1215—[9 avril 1216][1], Paris.

*Philippe-Auguste, roi de France, ratifie un acte de Guillaume Ménier, châtelain d'Etampes, par lequel celui-ci confirme la donation de la chapelle de Fourchainville, faite par Ménier d'Etampes, son oncle, aux Hospitaliers de Villeconin, en décembre* 1215.

SOURCE : Paris, Arch. nat., S. 5126, n° 6 (orig.). — ANALYSE : Mannier, *Command. du gr.-pr. de France*, 45.

Actum Parisius, anno dominice incarnationis M CC quinto decimo, regni vero nostri tricesimo septimo. Astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa, dapifero nullo. S. Guidonis, buticularii. S. Bartholomei, camerarii. S. Droconis, constabularii. Data vacante (*Monogramme*) cancellaria.

**1450.** — 16 décembre 1215.

*Guillaume de Cervières, en son nom et au nom de Foulques de Pontevès, son fils, vend à Aimery de Pax, grand-commandeur de l'Hôpital, tout ce que lui et son fils possédaient à Manosque.*

SOURCE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 628 (orig.).

Anno incarnationis... M CC XV, septimo decimo kalendas januarii.

**1451.** — 1216, Le Mans.

*Bérengère, reine d'Angleterre, donne aux Hospitaliers la maison fondée par elle et par feu Richard Cœur-de-Lion, son mari, à Thorée près du Lude.*

SOURCES : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 47, f. 40 et 94 (copies, XVII$^{e}$-XVIII$^{e}$ s.) ; Paris, Bibl. S. Geneviève, ms. 701, f. 78 (copie, XVII$^{e}$ s.) ; Poitiers, Arch. de la Vienne, grand-prieuré d'Aquitaine, H$^{3}$. liasse 94 (vidimus de septembre 1527). — ANALYSE : Delaville Le Roulx, *Archives de l'ordre à Malte*, 43.

Berengaria, Dei gratia regina Anglie. Noverint universi, presentes pariter et

1. Cette approximation est fournie par la date de la donation de Ménier, combinée avec l'an du règne.

futuri, quod inclite recordationis Richardus, quondam rex Anglie, maritus noster, et nos emimus a Guillermo de Vallefescu et Haimerico Legoi, militibus, et pluribus aliis omnia sua feoda, et universa jura que habebant vel habere poterant in parrochia de Torreia et in parrochia S. Medardi juxta Ludum et in parrochia de Saviniaco, quibusdam venditoribus denarios solvendo et quibusdam excambium faciendo. In quibus acquisitis memoratus Richardus rex et nos quandam domum edificavimus, juxta Torream sitam, cum stanno et molendino domui adjacentibus. Nos igitur de Dei misericordia confidentes, pro salute anime sepedicti Richardi regis necnon et nostre, memoratam domum cum universis pertinenciis, videlicet cum stanno et molendino et nemoribus, cum hominibus, censibus, decimis, vineis, terris, pratis et landis, cum montonagiis, avenagiis et pedagio de quartis, et redditibus aliis, sicut diu tenuimus et possedimus, dilectis nostris fratribus Hospitalis Jherusalem in puram et perpetuam elemosinam dedimus et concessimus in perpetuum possidendam, ut in eadem domo constituantur perpetuo capellani ad laudem Dei et servicium Jhesu Christi divina celebrantes. Et ut hec donatio robur habeat firmitatis, presentes litteras, sigilli nostri munimine roboratas, prenominatis fratribus Hospitalis contulimus in testimonium veritatis et munimen. Datum apud Cenomanum, anno Domini millesimo ducentesimo sexto decimo.

## 1452. — 1216.

*Hugues d'Aunay, grand-prieur d'Angleterre, donne à rente à Julienne, fille de Mathilde d'Eston, quatre vergées de terre dans la plaine de North-Piddle.*

SOURCE : Londres, Musée britannique, chartes de Harley, 83 A. 33 (orig. scellé)[1].

Universis sancte matris ecclesie filiis, ad quos presens scriptum pervenerit, frater Hugo de Alneto, fratrum Hospitalis Jerosolimitani humilis prior in Anglia, salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos, de communi assensu et voluntate fratrum capituli uostri, dimisisse, concessisse et presenti carta nostra confirmasse Juliane, filie Matildis de Eston, et heredibus suis, vel quibuscumque assignare voluerit, exceptis domibus religiosis et Judeis, quatuor virgatas terre in campis ville de Pidele cum omnibus pertinentiis suis, et cum tofto et crofto, ubi cursa Willelmi de Bray aliquando sita fuit, videlicet medietatem octo virgatarum terre, — quas octo virgatas terre Willelmus de Bray aliquando de nobis tenuit pro una marca argenti annuatim, — sicut acre jacent in campis de Pidele, et toftum et croftum que Ricardus, filius Vieli, tenuit, cum pratis et pasturis et cum omnibus integritatibus et pertinenciis suis infra villam et extra villam, in terris cultis et non cultis, in viis et semitis, et in omnibus aliis que ibidem habemus ex donatione et elemosina Willelmi de Kintona et Thome, filii sui, et ex donatione Petri de Bello Campo. Quare volumus et concedimus quod predicta Juliana et heredes sui, vel illi quibus ipsa Juliana assignaverit, exceptis supradictis, habeant et teneant predictas quatuor virgatas terre et omnia predicta, cum omnibus pertinentiis suis, de domo nostra in perpetuum libere et quiete, integre et pacifice, jure hereditario, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus, infra villam et extra villam et in omnibus locis, et adeo libere et quiete sicut nos unquam melius, liberius et

1. Le sceau d'Hugues d'Aunay a été décrit dans notre étude sur les *Sceaux des prieurs anglais de l'Hôpital*, dans *Mél. d'arch. et d'hist. publ. par l'Ec. franç. de Rome*, I (1881), 380, et VII (1887), 59.

quietius ea tenuimus et habuimus. Reddendo inde annuatim domui nostre pro omni servicio et demanda dimidiam marcam argenti duobus anni terminis, medietatem scilicet ad pascha, et medietatem ad festum sancti Michaelis, ita tamen quod in obitu suo et omnium heredum suorum dimidia marca argenti, de pecunia sua super predictum tenementum inventa, pro tercia parte catallorum suorum et pro relevio suo sine exactione cujuslibet alterius catalli mobilis vel immobilis domui nostre quieta remanebit. Nos vero predictam cum omnibus supradictis, et omnes res et possessiones eorum, sicut res et possessiones nostras, manutenebimus, warantizabimus et defendemus. Hiis testibus : fratre Willelmo de Seneg., fratre Ricardo de Rotundo Fugereto, fratre Ricardo de Wrthe, fratre Bartholomeo, capellanis ; fratre Galfredo Esscrop ; fratre Ricardo de Bathone ; fratre Ricardo Arnudell. ; fratre Galfredo Grosso ; fratre Markemann ; fratre Ricardo Francigena ; fratre Gregory ; fratre Gilberto Genny ; fratre Radulfo de Fonten., et aliis. Actum anno gracie millesimo ducentesimo sexto decimo.

*Au dos, d'une main plus moderne :* Carta de Northe Pedyll. Redditus : dimidia marca.

## 1453. — 1216.

*Renaud de Forez, archevêque de Lyon et administrateur du comté de Forez, au nom de Guy IV, son neveu, donne aux Hospitaliers de Montbrison la terre de Navachin, à charge de cens.*

Source : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H., command. de Montbrison, chap. 2, n° 2 (orig.).

Rainaudus, Dei gratia prime Lugdunensis ecclesie minister humilis, omnibus in perpetuum. Quum presens etas ipsa sui instabilitate cotidie dilabitur et vergit ad finem, que volumus perpetua firmitate gaudere per litterarum adminiculum duximus posteris transmittenda. Eapropter tam presentibus quam futuris volumus fieri manifestum quod nos, qui tunc curam comitatus Forensis gerebamus, de voluntate et consensu Guigonis, nepotis nostri, dedimus et concessimus in perpetuum domui Hospitalis Jerosolimitani de Montebrusone terram illam, quam habebamus et tenebamus juxta Chalmen, que appellatur terre Navachin. In cujus recompensationem dicta domus Hospitalis dedit per manum nostram comitatui Forensi XI denarios et I cart[arium] ordei, debitalia in terra quam tene[t....]banus Boners, et IIII denarios debitales in terra Petri Molendinarii, et III denarios debitales in curtile Barbine, et II denarios debitales in terra quam tenet Faber de Chambedone. Et ne super premissis aliqua valeat in posterum questio suboriri, nos presentem [cart]am inde fieri, et sigilli nostri munimine jussimus roborari. Actum anno Domini M CC XVI. Datum per manum Petri, archipresbiteri Forensis.

## 1454. — 1216.

*Le même certifie la vente faite à l'Hôpital de Montbrison, moyennant 12 livres fortes, par Guillemette Crota et Hugues, son fils, d'un pré situé à Postaymeu.*

Source : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H., command. de Montbrison, chap. 2, n° 3 (orig.).

Actum anno Domini M CC XVI.

### 1455. — 1216.

*Henri et Eginard, administrateurs de l'Hôpital en Allemagne, reconnaissent que Hedwige de Hohenlohe leur a fait don de 20 marcs d'argent, à charge d'acheter une terre affectée à l'entretien d'un prêtre à Mergentheim, et de payer un cens annuel au couvent de Scheftersheim*[1].

Source : Munich, Arch. roy. de Bavière (orig.). — Texte : J. Ch. Wibel, *Hohenlohische Kirchen- und Reformations Geschichte* (Onolzbach, 1752-55), IV, 4, n° iii ; *Wirtembergisches Urkundenbuch*, III, 36.

Heinricus et Engihardus, magistri et provisores domorum sancti Johannis Baptiste in Alemannia, universis fidelibus han[c] paginam inspecturis, veram in vero salutari salutem et fraternam dilectionem. Presentium certitudine universitati vestre declaramus quod quedam nobilis matrona, Hedevich de Hohenloch, nobis contulit xx marcas argenti, tali videlicet pacto ut cum prefato argento predium comparetur, unde adjutor plebani in Mergentheim perpetualiter sustentetur, et cenobio Scheftersheim solidus denariorum, sive aureus denarius solidum valens, ad censum in festo beati Martini semper tribuatur. Acta sunt anno dominice incarnationis M CC XVI, regnante rege Frederico, Ottone episcopo[2]. Testes horum sunt : Albero, Burkardus, Wernherus, fratres nostri, et alii quam plures.

*Au dos, d'une écriture contemporaine* : Anno incarnationis millesimo CC XXII, datus est nobis denarius in Mergentheim[3].

### 1456. — [Janvier 1216.]

*Romain Bonaventura, légat apostolique, et les évêques de France, en excommuniant Raymond VI, comte de Toulouse, et en promettant au roi de France une dîme sur les biens ecclésiastiques en faveur de la croisade contre les Albigeois, exemptent de cette dîme les Hospitaliers, les Templiers, les Prémontrés et les Cisterciens.*

Source : Paris, Bibl. nat., lat. 9778, f. 272 *b* (copie, xiii[e] s.). — Texte : D. Vaissette, *Hist. du Languedoc,* éd. Privat, VIII, col. 818.

### 1457. — 17 janvier 1216, Berwick.

*Jean sans Terre, roi d'Angleterre, mande à Geffroy de Marreys, justicier d'Irlande, de protéger les Hospitaliers d'Irlande, leur grand-prieur ayant donné au roi, pour avoir des lettres patentes de protection illimitée, un palefroi d'une valeur de cent sous.*

Source : Londres, Record office, rot. finium, 17-18 Johannis I, membr. 6 (copie contemp.). — Analyse : *Cal. of doc. relat. to Ireland,* I, 104, n° 675.— Texte : *Rot. de oblatis et finibus,* 570.

Apud Berewic., xvii die januarii.

1. La contre-partie de cette pièce, c'est-à-dire l'acte de donation fait par Hedwige de Hohenlohe, est conservée aux Arch. Roy. de Wurtemberg à Stuttgart (command. de Mergentheim, copie, xviii[e] s.).

2. O. de Lobdenbourg, év. de Wurzbourg (1207-23.)

3. Le texte porte cependant très distinctement : M CC XVI, et cette date est confirmée par la contre-partie de l'acte conservée aux Archives de Stuttgart.

**1458.** — 22 janvier 1216, Berwick.

*Le même accorde au grand-prieur d'Irlande des lettres de protection, adressées à Geoffroy de Marreys, justicier d'Irlande, et à ses sujets d'Irlande.*

Source : Londres, Record office, rot. litt. pat., 17 Johannis I, membr. 10 (copie contemp.). Analyse : *Cal. of. doc. relat. to Ireland,* I, 105, n° 676. — Texte : *Rot. litt. patent.*, I, I, 164.

Apud Berewic., XXII die januarii, anno, etc. [XVII].

**1459.** — Février 1216, Haguenau.

*L'empereur Frédéric II, à la requête d'Aimery de Pax, grand-précepteur de l'Hôpital, et de Martin d'Andos, grand-prieur de S. Gilles, confirme les donations faites aux Hospitaliers par Tiburge d'Orange, fille de feu Guillaume d'Orange et femme de Raibaud Guiran, et par Raymond d'Orange, fils de Guillaume et de Chauze. Il leur donne, en outre, les châteaux de Barret, de Serignan, de Camaret, de Martignac et de Pierrelatte.*

Sources : Carpentras, Bibl. publ., ms. Peiresc 78, f. 44 *b* (copie, XVII^e s.); Marseille, Arch. des B.-du-Rh., B. 310 (auj. perdu)[1]. — Analyse : D^r L. Barthélemy, *Invênt. des chartes de la maison de Baux,* 149, n° 180 (à la date fausse de septembre 1216); Lambert, *Cat. des man. de Carpentras,* III, 79; Boehmer (éd. Ficker), *Reg. imperii,* V, 207, n° 845. — Texte : Huillard-Bréholles, *Hist. dipl. Frid. II,* I, 441.

Fredericus secundus, Dei gratia Romanorum rex semper augustus, et rex Sicilie, etc. Notum esse volumus quod nos, attendentes venerandam religionem et laudabilem vitam fratrum Hospitalis Hierosolymitani, etc., et pro remedio animarum divorum augustorum parentum nostrorum, etc., ad supplicationem quoque fratris Aymerici de Pace, majoris preceptoris citra mare Hospitalis Hierosolymitani, etc., et pro perpetuo confirmamus, etc., quecumque Tiburgis de Aurasica, filia quondam Guillelmi de Aurasica et uxor quondam Raimbaudi Guirani, et Raimbaudus de Aurasica, filius Willelmi de Aurasica et filius Chauce, donaverunt et concesserunt, ad intercessionem prefati fratris Aymerici de Pace et Martini Dandosi, tunc prioris S. Egidii, pro Hospitali Hierosolymitano in civitate Aurasice, etc., et nominatim quidquid Willielmus de Aurasica, frater prefate Tiburgis et avus dicti Raimbaudi, habuit et tenuit in civitate Aurasice, etc. De abundantiori quoque munificentia nostra concedimus, etc., castrum de Barreto, castrum de Sarinhano, castrum de Camareto, et Martinhanum, et Petram Latam cum omnibus tenementis, etc., que ibi habebant, etc., predicti Tiburgis et Raimbaudus de Aurasica. Confirmamus etiam compositionem factam inter domum Hospitalis et Guillelmum de Baucio super controversia, quam habebant de donatione medietatis Aurasice et ejus tenementi, domui Hospitalis Hierosolymitani a predictis Tiburgi et Raimbaudo de Aurasica collata, etc. S. domini Friderici secundi, Dei gratia Romanorum regis semper augusti et regis Sicilie (*Monogramme*). Datum Hagenowe, anno Domini M CC sexto decimo, mense februario, quarta indictione, regni ipsius quarto, et Sicilie octavo decimo.

1. Cette pièce figure dans les anciens inventaires du fonds de S. Gilles, mais ne s'est pas retrouvée.

### 1460. — Février 1216, Trinquetaille.

*Hugues I de Baux renouvelle la liberté de transit qu'il avait, de concert avec sa femme Barrale, accordée aux Hospitaliers. (V. plus haut, n° 1327.)*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 54, n° IV (copie notariée, XIII[e] s.). — Analyse : D[r] L. Barthélemy, *Inv. des chartes de la maison de Baux*, 46, n° 168.

Omnibus pateat hominibus presentibus et futuris quod, anno dominice incarnationis M CC XV, mense februarii, ego Hugo de Baucio, domini nostri Jhesu Christi et beate Marie amore, et anime mee omniumque parentum meorum salute, in perpetuum [do]no, laudo et concedo Deo et domui Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, et tibi fratri Aymerico de Pace, ejusdem domus in cismarinis partibus preceptori, hanc donationem recipienti, videlicet quod omnes fratres et omnes nuncii ejusdem domus presentes et futuri, equitantes et non equitantes, et res domus predicte portantes et ducentes, vel non portantes et non ducentes, in omnes portus m[inoris] Rodaneti et S. Egidii et Trincataille libere transeant et absolute absque ulla redemptione. Et hoc donum deffendam inperpetuum predicte domui Hospitalis, et cunctis fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, jure ab omni controversia et interpellatione, et me nullam de cetero controversiam vel interpellationem de predicta donatione moturum nec contra aliqua ratione venturum per stipulationem promitto. Actum est hoc in castro de Trencatailla juxta puteum et ante fagainam. Testes sunt hujus rei : Seignoretus, frater ; Stefanus de Broco, frater et domus S. Egidii preceptor ; Micahel de Seia, preceptor domus S. Thome ; Martinus Dandos, preceptor domus Montispessulani ; R. Gaucelinus ; Roberto de Carboneriis ; Bertrandus de Clareto ; Bernardus Arnaudus ; Ermengavus de Rosson ; Raimundus Vaienton ; Durantus B...ratus ; Bertrandus Davinus ; Po. Servanus. Et ego Bertrandus, domini U[gonis] de Baucio notarius, qui ab utraque parte mandatus hanc cartam scripsi et sigillavi ; et ego magister Radulfus, notarius, transcripsi et sumpsi hoc transcriptum ab horiginali verbo ad verbum, sine augmento vel diminucione, et signavi.

### 1461. — Février 1216, Messine.

*Constance II, reine de Sicile, et Henri, roi de Sicile, son fils, donnent aux Hospitaliers de Messine des terres et un moulin au territoire de Montforte, et, dans toute l'étendue de ce territoire, le droit de pâturage et de couper du bois.*

Source : Palerme, Bibl. comm., ms. H. 12, II, p. 36 (copie d'Amico, XVII[e] s.). — Analyse : Boehmer (éd. Ficker), *Reg. imperii*, V, 694, n° 3842. — Texte : Winkelmann, *Acta imperii inedita saec. XIII*, I, 374.

Constantia, Dei gratia Romanorum regina semper augusta et regina Sicilie, una cum charissimo filio suo Henrico, illustri rege Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue. Laudabilia sunt in principe quelibet opera pietatis, sed illud laudabilius esse dignoscitur quod locis venerabilibus et personis ecclesiasticis benignius elargitur. Inde est quod nos, intuitu divine pietatis, attendentes devotionem fratrum domorum Hospitalis sancti Johannis Messane, pro salute charissimi domini et viri nostri serenissimi Romanorum et Sicilie regis semper augusti[1],

1. Henri VI, empereur.

nostra quoque et benedicti filii nostri Henrici regis, concedimus et donamus eidem domui Hospitalis in tenimento Montisfortis in perpetuum terras ad nostrum domanium pertinentes, et molendinum dirutum, que per hos terminos concluduntur : imprimis ascendit terminus ipsarum terrarum a flumine Nichiti[1], et intrat in vallem que est inter terram Mathei de Montealbano de Messana et Jaconi Bartholomei, filii Ade, et deinde ascendit ad cristam La Capi, et ab ipsa crista per cristam ad rupem que est supra flumen Bacharie, et inde descendit per idem flumen Bacharie, et exit usque Zexupotamum, et inde ascendit per flumen predictum Nichiti usque ad predictam vallem, unde predictus primus terminus incipit, exceptis tamen terris burgensium Montisfortis, que intra predictos terminos sunt, quos propriis dominis volumus conservari, cum omni jure quod domini earundem terrarum, quas a predicta concessione excepimus, curie nostre dare [tene]rentur. Statuimus itaque ut predictum Hospitale predictas terras et molendinum, ut dictum est, teneat et possideat libere et quiete, et nullus presumat ipsum exinde molestare. Concedimus insuper eidem Hospitali habere pascua libera pro animalibus ipsius Hospitalis in toto tenimento ipsius castelli Montisfortis. Ad hujus autem concessionis et donationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum, presens privilegium per manus Ade, notarii et fidelis nostri, scribi, et celsitudinis nostre sigillo precipimus communiri, anno, mense et indictione subscriptis. Datum in civitate Messane, anno dominice incarnationis M CC XVI, mense februarii, IIII indictionis, regni vero domini nostri Friderici, Dei gratia serenissimi Romanorum et Sicilie regis semper augusti, anno quarto, regni vero Sicilie anno XVIII, regni quoque domini Henrici, filii ejus, eadem gratia illustrissimi regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, anno quarto, feliciter, amen.

### 1462. — Février 1216[2].

« *Donation de quatre casaux, nommés Baqueer, Quasse, Bethorafig, Gabronie* « *et Maarban, faite à l'ordre par Bertrand, seigneur de Biblis, entre les mains du* « *grand-maître Guérin de Montagu, de frère Aymard de Layron, mareschal, de* « *frère Raymond de Pignans, châtelain de Crat, frère Guillaume de Tinières, com-* « *mandeur de Tripoli, Raymond Portevin, chapelain du grand-maître, frère Martin* « *Dandres, frère Pierre de Vieillé-Brinde, frère Bertrand de Comps et frère Léo-* « *nard, du mois de février* 1216. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 216 (XVIII^e s.).

### 1463. — 6 février 1216, Latran.

*Le pape Innocent III confirme aux Hospitaliers de Hongrie la possession de l'église de S. Georges de Castelluz.*

Source : Budapest, Bibl. de l'Université, coll. Hevenessi, XIII, 94 (copie, XVIII^e s.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 5070.— Texte : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, III, I, 179.

Innocentius, etc., dilectis filiis fratribus Hospitalis Hierosolymitani de

1. Ce fleuve, le Mela de l'antiquité, s'appelle aujourd'hui le fleuve de S. Lucia, et se jette dans le golfe de Milazzo.

2. Si, comme nous le supposons, les seigneurs de Giblet suivaient le style de l'incarnation, cette pièce serait de février 1217.

Ungaria, salutem, etc. Cum a nobis petitur, etc. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, ecclesiam S. Georgi de Castelluz cum capellis et aliis pertinentiis suis, sicut eam juste et pacifice possidetis, vobis et per vos eidem Hospitali authoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti testimonio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc. Dat. Laterani, VIII idus februarii, pontificatus nostri anno XVIII.

### **1464.** — Mars 1216, Trinquetaille.

*Hugues I de Baux, vicomte de Marseille, et Barrale de Baux, sa femme, accordent à Aymery de Pax, grand-précepteur de l'Hôpital, la liberté de navigation pour les navires de l'ordre, dans le port de Marseille.*

Source : Paris, Arch. nat., L. 239, n° 15 (dans un vidimus d'Honorius III, du 20 décembre 1216) ; Bibl. nat., lat. 9001, f. 77 *b* (copie d'A. de Naberat, XVII^e^ s.).

In nomine Domini, anno incarnationis ejusdem M CC XVI, mense marcio, ex hujus scripture testimonio omnibus pateat audientibus quod ego Hugo de Baucio, dominus et vicecomes Massilie, et ego Barrala, domina Baucii, ejus uxor, amore Dei et pietatis intuitu, et causa defendende et extollende christianitatis, donamus inter vivos et titulo donationis concedimus in perpetuum Deo et domui Hospitalis Jerosolimitani, et fratri Aymerico de Pace, ejusdem domus in cismarinis partibus preceptori, et tibi fratri Stephano de Broco, domus Hospitalis de villa S. Egidii preceptori, hanc donationem in manibus tuis recipienti pro ipsa domo et pro fratribus ipsius domus et cunctis aliis fratribus presentibus et futuris ipsius domus, ut in Massilia, civitate nostra, et in toto tenemento et dominio et jurisdictione Massilie, possitis facere et habere navem vel naves et alia navigia propria vel aliena quecumque volueritis, in quibus navibus et navigiis liceat vobis navigare ad partes ultramarinas vel Yspanie, vel ad alias partes quascumque volueritis causa defendende christianitatis, et recolligere seu recipere in illis navibus et navigiis peregrinos et mercatores et eorum pecuniam cum naulo vel sine naulo, quotiens volueritis, juxta arbitrium et voluntatem vestram, et adducere ipsas naves, honeratas et exhoneratas, et alia navigia similiter ad portus nostros, et reducere, et ibi intrare et inde exire libere et sine aliqua contradictione pro vestra voluntate. Et nemo hominum nostrorum audeat vobis inde molestiam seu jacturam aliquam irrogare. Et promittimus per stipulationem dicto fratro Aymerico, preceptori, et tibi dicto fratri S[tephano] de Brocco, preceptori, huic donationi presenti, quod donationem predictam aliqua arte seu ingenio, vel aliqua suggestione alicujus vel aliquorum, non revocabimus nec infringemus in aliquo, sed eam perpetuo firmam tenebimus et observabimus, prout melius dici et intelligi potest vel poterit umquam, ad utilitatem et proficuum predicte domus Hospitalis Jerosolimitani et fratrum ipsius domus presentium et futurorum, renuntiantes generaliter et specialiter omni juri scripto et non scripto, legali et canonico, competenti et competito, per quod contra predicta vel aliquid de predictis venire possemus, vel aliquid inde infringere vel revocare ullo loco vel tempore. Actum Trencatrallis, in turre de la Fiego. Testes sunt hujus rei : frater Mychael de Sieia, domus Hospitalis S. Thome preceptor ; frater Raimundus Gaia ; frater Isnardus ; frater Pontius Espinellus ; Bernardus Arnaudus ; R[aimundus] Vaienton ; Bertrandus Davinus ; Petrus Bordellus ; Ro. Disder ; Petrus Frances. Et ego Bertrandus, domini U[gonis] de Baucio notarius, qui ab utraque parte mandatus scripsi et sigillavi.

### 1465. — Mars 1216.

*Pierre de Dieu (de Deo), précepteur du Temple de S. Gilles, et Etienne, de l'ordre de l'Hôpital, se partagent, au nom de leurs maisons, les terroirs de Salliers et d'Aurisset.*

Source : Arles, Arch. comm., GG. Malthe, gr.-pr. de S. Gilles, III, n° 113 (orig., mauv. état).

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quinto decimo.... marcii, regnante Philippo, rege Francorum.

### 1466. — 11 mars 1216, Rodez.

*Pierre de la Treille, évêque de Rodez, Henri I, comte de Rodez, et V. de Bena, sénéchal du comte Simon de Montfort, exemptent du commun de paix, dans le diocèse de Rodez, les établissements des Cisterciens, des Templiers, des Hospitaliers et des religieuses de Nonenque.*

Source : Paris, Bibl. nat., coll. Doat., vol. 17, f. 47 *b* (copie, xvii^e s.); Rodez, Arch. de l'Aveyron, H. fonds de Bonneval (vidimus du sénéchal de Rodez du 30 mars 1370). — Analyse : Molinier, *Cat. des actes de Simon et Amaury de Montfort*, dans *Bibl. de l'Ec. des chartes*, XXXIV (1873), 481; D. Vaissette, *Hist. de Languedoc* (édition Privat), VII, col. 162.

Sit notum quod nos P[etrus], Dei gratia Ruthenensis episcopus, et A[nricus], comes Ruthene, et V. de Bena, senescallus domini comitis Montisfortis, communicato in invicem consilio, paci et tranquillitati religiosorum virorum Cisterciensium, Templariorum et Ospitalariorum, ac monialium Anonence paterna sollicitudine providentes, firmiter et inconcusse decernimus et statuimus ut nunquam in Ruthenensi diocesi familia eorum conpensum sive commune persolvere cogantur, excepto quod pastores eorum mercennarii habent de animalibus suis tantum persolvere, preter xxx oves et v vacas, de quibus non dabunt conpensum, cum earum custodia transierit in rationem mercedis ex pacto. Preterea de animalibus parciariis non dabunt pro parte sua conpensum, set pro parte que contingit extraneos persolvetur. Homines autem sui donati, qui habitum religiosum non deportaverint, ipsi persolvent. Actum anno Domini mcc xv mense martio, penes Ruthenam. Quod ut robur perpetue firmitatis obtineat, presentem paginam sigillis nostris communire curamus. Datum Ruthene, in vigilia Gregorii pape.

### 1467. — 14 mars 1216, Orange.

*Hugues I de Baux, vicomte de Marseille, ratifie à Guibert, commandeur d'Orange, représentant d'Aymery de Pax, grand-commandeur de l'Hôpital, la transaction relative à Orange, intervenue entre Guillaume I de Baux, prince d'Orange, son frère, et l'Hôpital, à propos de la succession de leur mère Tiburge, veuve de Bertrand de Baux.*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., B. 309 (orig. bullé); Paris, Bibl. nat., coll. Dupuy, 644, f. 33 (copie, xvii^e s.). — Analyse : D^r L. Barthelemy, *Inv. des chartes de la maison de Baux*, 533, n° 34.

Anno Domini m cc xv, ii idus martii... Acta, laudata, concessa et confirmata, et

sacramento corroborata a predicto Ugone de Baucio fuerunt hec omnia suprascripta apud Aurasicam, in presentia istorum testium : videlicet domini Guillelmi de Baucio, Raymundi de Baucio, Geraldi Amici, Wilhelmi Arnaldi de Monte Draconis, domini Ugonis Florentii, Rostagni de Codaleto, Raymundi Guillelmi, Obrici, clerici, mandato Petri Rabinelli, Duranti Oddonis. Et fratrum Hospitalis Jherosolimitani : Willelmi de Viveriis, sacerdotis, Poncii de Oveillano, Raymundi de Serena, Pontii Raterii, Johannis Egueserii, Willelmi Saramanni, Willelmi de Bretsac. Et ego Willelmus, vice domini Bernardi, Aurasice notarii, interfui, et mandato domini Ugonis de Baucio ista scripsi, et signum domini Bernardi predicti apposui (*Seing manuel*).

**1468.** — 29 mars 1216, Canfield.

*Jean sans Terre, roi d'Angleterre, donne reçu de divers joyaux que lui a remis Henri d'Arundel, grand-prieur d'Angleterre*[1].

Source : Londres, Record office, rot. litt. pat., 17 Johannis I, memb. 5 (copie contemp.). — Texte : *Rot. litter. patent.*, I, i, 173.

Rex[2] omnibus, etc. Sciatis quod recepimus per manum Walerandi Teutonici et Hugonis de Bathonia, clerici nostri, apud Berchamsted, die annunciacionis beate Marie, anno, etc., de fratre Henrico de Arundell., tunc temporis preceptore fratrum Hospitalis Jerusalem [in] Anglia, unam virgam de auro cum cruce, scilicet ceptrum ; unam zonam rubeam cum petris preciosis, que pertinet ad regale ; aliam zonam de corio nigro, furratam infra de cendalo rubeo, cum petris preciosis intaillatis assisis in cassa ; aliam zonam de corio, furratam cum rubeo cendalo, [cum] magnis petris assisis in cassa ; aliam zonam de coreo rubeo, furratam cum albo corio, cum petris magnis intaillatis assisis in cassa ; aliam zonam de corio nigro, cum rosis et barris de auro sine petris ; unum monile, assisum in medio de diamandibus circumdatis de rubis et de ameraudis ; novem monilia magna cum pluribus petris preciosis ; item, unam coronam cum petris preciosis, cum una cruce et vii floribus ; tunicam regalem de rubeo samito cum orfrasiis, cum petris preciosis in urluris ; unum par cirotecarum cum petris, et aliud par cum floribus de auro ; unam tunicam albam de diaspro, bendatam de orfrasiis ; unum regale de rubeo samito, urlatum et cruce signatum undique de orfrasiis, cum magnis petris et diversis et preciosis, cum duobus brochis ad atachiandum ipsum pallium : unum par caligarum de samito cum orfrasiis, et duo paria sotularium de samito ; et undecim paria bacinorum, pondere sexaginta duarum marcarum et decem et septem unciarum. Et in hujus, etc., ei inde fieri fecimus. Teste me ipso apud Caneveles, xxix die marcii, anno eodem.

**1469.** — 29 mars 1216, Canfield.

*Le même accorde à Henri d'Arundel, grand-prieur d'Angleterre, aux Hospitaliers et à leur suite, des lettres de sauf-conduit pour aller à leurs chapitres et à leurs manoirs.*

Source : Londres, Record office, rot. litt. pat., 17 Johannis I, memb. 5 (copie contemp.). — Texte : *Rot. litter. patent.*, I, i, 173.

Apud Canevelles, xxix die marcii, anno regni regis xvii.

1. Le 5 avril suivant, à Windsor, le roi donna décharge à Waleran Theutonicus et à Hugues de Bath desdits joyaux. (*Rot. litt. patent.*, I, i, 174.)
2. Rubrique : de regali recepta.

**1470.** — 13 avril 1216.

*Accord entre Etienne Soarès de Silva, archevêque de Braga, et l'ordre de l'Hôpital, relatif aux collectes et droits à payer sur les églises, et au droit de présentation.*

SOURCE : Evora, Bibl. publ., ms. CXXX, 2-3 (copie, XVIII^e s.). — ANALYSE : *Catalogo dos manuscriptos da bibliotheca publica Eborense* III (Lisbonne, 1870), 160.

Acta sunt hec in domo supradicti archiepiscopi, sub era M CC LIV, elapsis tredecim diebus de mense aprili.

**1471.** — 16 avril 1216, Odiham.

*Jean sans Terre, roi d'Angleterre, ordonne à Geoffroy de Marreys, justicier d'Irlande, d'empêcher que les Hospitaliers ne soient inquiétés à l'occasion de leurs moulins de Dublin.*

SOURCE : Londres, Record office, rot. litt. claus., 17 Johannis I, membr. 3 (copie contemp.). — ANALYSE : *Cal. of. doc. relat. to Ireland,* I, 105, n° 683. — TEXTE : *Rot. litter. claus.*, I, 263.

Apud Odiham, XVI die aprilis.

**1472.** — 20 avril 1216, Viterbe.

*Le pape Innocent III ordonne à Pierre, évêque de Raab, à l'archidiacre de Neutra et à l'écolâtre de Weissembourg, de faire restituer à l'abbaye de S. Martin de Pannonie les dîmes du comté de Samogyevar, induement usurpées par les Hospitaliers de Hongrie.*

SOURCES : Rome, Arch. du Vatican, reg. 9, n° 666 (vid. du 27 août 1217) ; Vienne, Arch. imp. et roy., ms. 100, vol. 2, f. 11 (copie de Smitmer d'après les arch. du Vatican, XVIII^e s.). — ANALYSE : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 5102. — TEXTE : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, III, I, 228 ; *Monumenta Hungariæ historica, diplomataria,* XI, 377 ; Theiner, *Vetera monum. hist. Hungariam sacram illustrantia,* I (Rome, 1859), 8.

Innocentius, etc., venerabili fratri episcopo Jauriensi, et dilecto filio archidiacono Nutriensi, et scolastico Albensi Vesprimiensis diocesis, salutem, etc. Dilectis filiis..... abbati S. Martini de Pannonia et B., procuratori Hospitalis Jerosolimitani in Ungaria, in nostra presentia constitutis, dilectum filium nostrum L[eonem], tituli S. Crucis presbiterum cardinalem, dedimus auditorem. Coram quo proposuit dictus abbas quod, cum decime de omnibus villis et possessionibus, quas habet Hospitale in comitatu Simigiensi, ad ejus noscuntur monasterium pertinere, sicut apparet ex ipsius privilegiis evidenter et confirmationibus pontificum Romanorum, prefati Hospitalarii, quasdam earum temere invadentes, illarum fructus jamdiu indebite perceperunt in ejus monasterii lesionem ; unde humiliter postulavit ut decimas ipsas, cum fructibus inde perceptis, sibi restitui faceremus. Procurator vero dicti Hospitalis ex adverso respondens privilegiis ipsis tanquam annosis esse per desuetudinem derogatum, utpote quibus dictum monasterium minime usum

fuit, Hospitale predictum asseruit decimas ipsas per annos quadraginta et amplius pacifice possedisse, et ita esse prescriptione munitum, quam se in partibus illis obtulerit probaturum, ac reprobaturum nichilominus testes a monasterii parte productos, per quos probatum dicebat monasterium ipsum viginti annis ante mortem regis Bele[1] et tribus annis post mortem ejusdem circa prefatas decimas dictis privilegiis esse usum, et Hospitalarios ipsos predictum abbatem tempore regis Aimerici[2] a quibusdam ex illis, de quibus agitur, per violentiam ejecisse, ac eosdem Hospitalarios a septem annis dumtaxat percepisse decimas de quibusdam aliis ex villis eisdem, et hoc etiam violenter, et non nisi triginta trium annorum spatium effluisse, ex quo dicti Hospitalarii decimas ipsas percipere inceperunt. Ex quibus infertur ex parte monasterii memorati frivolum esse quod, super derogatione privilegiorum et decimarum prescriptione, asserit pars adversa : presertim cum, etiam si verum esset quod de quadragenaria possessione proponit, ad prescriptionem tamen nequiverit profecisse, cum nec justum habuerit titulum, nec etiam possederit bona fide. Cum igitur constet decimas ipsas ab antiquo fuisse concessas monasterio memorato, ac sibi esse per plures Romanos pontifices confirmatas, de procuratorum utriusque partis assensu, per apostolica vobis scripta mandamus quatinus, nisi Hospitalarii sepedicti prefatos testes infra quatuor menses legitime reprobaverint coram vobis, et prescriptionem cum bona fide probaverint, eosdem ad restitutionem decimarum ipsarum auctoritate nostra subter apostolica diffinitione condempnetis, perpetuum super hoc ipsis Hospitalariis silentium imponentes. Nullis litteris obstantibus preter assensum partium, etc. Quod si non omnes, tu, frater episcope, cum eorum altero, etc. Dat. Viterbii, XII kalendas maii, pontificatus nostri anno XIX.

### **1473.** — Mai 1216.

« *Vente faite à l'ordre par Geofroy Taulard d'une gastine ou paturage, nommé* « *Dandenit, pour le prix de* 1700 *besans Sarrazinois, qu'il dit avoir reçu des maini* « *de frère Josserand, commandeur dudit ordre, confirmée par Raymond Rupin,* « *prince d'Antioche, fils du prince Raymond, du mois de mai* 1216. »

ANALYSE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 215 (XVIII^e s.).

### **1474.** — 31 mai 1216, Winchester.

*Jean sans Terre, roi d'Angleterre, ordonne à Geoffroy de Marreys, justicier d'Irlande, de mettre le prieur de S. Jean de Waterford en possession de la terre de Baligoghan, près de Dungarvan, que l'évêque de Norwich lui contestait.*

SOURCE : Londres, Record office, rot. litt. claus., 18 Johannis I, membr. 8 (copie contemp.). — ANALYSE : *Cal. of. doc. relat. to Ireland*, I, 107, n° 695. — TEXTE : *Rot. litter. claus.*, I, 273.

Teste me ipso apud Wintoniam, XXXI die maii.

1. Béla III mourut en 1196.

2. Aimery régna sur la Hongrie de 1196 à 1204.

## 1475. — Juin 1216.

*Geoffroy, grand-prieur de France, publie l'accord intervenu entre l'abbaye d'Haumont et la maison de l'Hôpital d'Ecuelin, relatif à des dîmes à Baisonrieu, au Fay et à la Marlière.*

Source : Paris, Bibl. nat., nouv. acq. lat., 1386, f. 65 (copie du cartulaire d'Haumont, xiii^e s.), et coll. Moreau, vol. 121, f. 124 (copie de D. Queinsert, 1773, d'après l'orig. scellé des arch. de l'abbaye d'Haumont)[1]. — Analyse : L. Devillers, *Descr. anal. de cartul. et de chartriers... de Hainaut*, III (Mons, 1867), 183.

Ego Gaufridus, domus Hospitalis Jherosolimitani magister humilis in Francia, omnibus ad quos littere presentes pervenerunt, perpetuam in Domino salutem. Universis notum facimus quod, cum quedam querele emersissent inter ecclesiam Altimontensem, ex una parte, et domum nostram de Esquelines, ex altera, coram Silvanectensibus judicibus a sede apostolica delegatis aliquandiu ventilate, super decimatione de Bailonriu et super decimis terre del Fau, et terre Johannis, militis de S. Remigio, et terre Alardi Pinion à le Marlière, tandem, consensu judicum delegatorum, nos et ecclesia Altimontensis in arbitros compromisimus, scilicet in magistrum Crispinum et Almaricum, canonicos Cameracenses, qui de querelis premissis inter nos et ecclesiam prefatam, per voluntarium partes utriusque consensum, composuerunt et finem litibus imposuerunt, eo modo quod decimatio de Bailonriu, de qua lis erat, in ecclesie Altimontensis jure et proprietate perpetuo permanet et retinetur ; decima vero terre del Fau in jure et proprietate Hospitalis permanet, eo tenore quod singulis annis tres rasierias varie segetis ad mensuram de Avesnis, solvendas in festo omnium sanctorum, et vectigiis ecclesie supradicte deferendas, exinde pro jure dicte ecclesie eidem recompensabimus ; insuper decimam terre Johannis de S. Remigio domus Hospitalis pacifice possidebit, salvo jure parrochiali, videlicet tercia parte decime ; item tercia pars decime A[lardi] Pinion al Marlière in perpetuum domui predicte est assignata. Que omnia ut rata permaneant et firma, sepedictam ecclesiam Altimontensem litteris, sigillo Hospitalis in Francia et consensu nostri capituli roboratis, duximus muniendam. Actum anno verbi incarnati M CC sextodecimo, mense junio.

## 1476. — Juillet 1216, Ulm.

*L'empereur Frédéric II, roi de Sicile, confirme l'acte d'octobre* 1209 *en faveur des Hospitaliers de Messine.* (*V. plus haut, n°* 1335.)

Sources : Milan, Arch. d'Etat, F. R., command. P. G., Malte et divers, 1197 (vidimus scellé du grand-maître Vilhena, du 8 octobre 1728, d'après une confirmation du roi Martin I, de 1397); Palerme, Arch. roy. d'État, reg. orig. de la chancell. de Sicile, année 1397, n° 32, p. 13 (d'après la même confirm.), et Bibl. comm., II. 12, p. 34 (copie d'Amico, xvii^e s.). — Analyse : Boehmer (éd. Ficker), *Reg. imperii*, V, 212, n° 873. — Texte : Minutolo, *Memorie del gr.-prior. di Messina*, 11 ; Winkelmann, *Acta imp. ined. saec. XIII*, I, 112.

† Fridericus secundus, divina favente clementia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie. Etsi omnia caduca sint, etc. (V. la suite plus haut, n° 1335

1. D. Queinsert reproduit le sceau du grand-prieuré de France ; sceau rond, aigle au centre, légende, entre 2 cercles concentriques : ✠ S. HOSPITAL IN FRANCIA. Sa copie, faite d'après l'original, étant meilleure que celle du cartulaire d'Haumont, conservée à la Bibliothèque nationale, a servi à établir le présent texte.

jusqu'à : Nullus sit). Mandantes etiam hujusmodi presentis privilegii auctoritate, firmiter statuentes ut nulla omnino persona, alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, hanc nostram concessionem et confirmacionem et sanccionem infrangere vel violare presummat ; quod si presumpserit, centum libras auri componat, quarum medietas camere nostre, altera vero injuriam passis solvatur. Ut autem hec rata et firma permaneant, presens privilegium inde scribi, et majestatis nostre sigillo jussimus communiri. Hujus rei testes sunt : episcopus Augustensis ; abbas S. Galli ; abbas Elwacensis ; comes palatinus de Tubingen ; Hermannus, marchio de Baden ; comes Gerardus de Deiz ; Sifridus, filius comitis Vihenne ; Anselmus de Justingen, marescalcus ; Waltherius de Sciph, pincerna ; Riccardus, camerarius, et alii quamplures. S. domini Friderici secundi, Dei gratia Romanorum regis semper augusti et regis Sicilie. Ego Conradus, Metensis et Spirensis episcopus, imperialis aule cancellarius, vice domini Sifridi, Maguntini archiepiscopi et tocius Germanie archicancellarii, recognovi. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M CC XVI, mense julii, quarte indictionis, regnante domino nostro Friderico secundo, Deigratia Romanorum rege semper augusto et rege Sicilie, anno Romani regni ipsius quarto, et Sicilie nono decimo[1], feliciter, amen. Datum apud Hulmam[2], per manus Bertoldi de Niphe[3], imperialis aule protonotarii, anno, mense et indictione prescriptis.

### 1477. — 25 juillet 1216, Pérouse.

*Le pape Honorius III annonce au roi de Jérusalem, aux patriarches de Jérusalem et d'Antioche, et aux grands-maîtres et frères du Temple et de l'Hôpital son élection au trône pontifical. Il ajoute que, comme son prédécesseur, il n'a rien tant à cœur que la délivrance de la Terre Sainte, et les exhorte à la défendre.— « Magnus Dominus ».*

SOURCES : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 77 (copie, XVI[e] s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 9, f. 1 (copie contemp.). — ANALYSE : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 5317 ; Pressutti, *Reg. Honorii papæ III*, I (Rome, 1888), 1. — TEXTE : Horoy, *Medii ævi bibliotheca patristica*, II (Paris, 1879), II, col. 1 ; Raynaldi, *Ann. eccl.*, XX, 392.

Dat. Perusii, VIII kalendas augusti, pontificâtus nostri anno I.

### 1478. — 24 août 1216, Narni.

*Le même confirme aux Hospitaliers l'hôpital et les biens qu'ils possédaient à Coblence.*

SOURCE : Vienne, Arch. de l'ordre Teutonique, A 10 (orig. bullé). — ANALYSE : Goerz, *Mittelrheinische Regesten*, II, 354 ; Pettenegg, *Die Urkunden des Deutsch-Ordens-Centralarchivs zu Wien*, I (Prague et Leipzig, 1887), 8 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, I, n° 5328. — TEXTE : Hennes, *Urkundenbuch des Deutschen ordens*, I, 24. — EXTRAITS : H. Beyer, Eltester et Gœrz, *Mittelrheinisches Urkundenbuch*, III (Coblence, 1874), 55.

Honorius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus domus Hospitalis Jerosolimitani in Confluentia, salutem, etc. Cum a nobis petitur, etc. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, hospitale in Confluentia et alia bona vestra, sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos domui vestre auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc., Dat. Narine, VIII kalendas septembris, pontificatus nostri anno I.

1. Le texte de Minutolo présente quelques variantes ; ici il imprime : Hugerlin.

2. Dans Minutolo, on lit : decimo octavo.

3. Dans Minutolo : Riccardi de Ninpha.

**1479.** — 3 septembre 1216, Oxford.

*Henri III, roi d'Angleterre, approuve les mesures que Hugues d'Aunay, grand-prieur d'Angleterre, prendra contre les biens de Guillaume d'Eynford pour recouvrer* 450 *marcs, dus au roi par suite d'un accord intervenu entre celui-ci et Guillaume d'Eynford.*

Source : Londres, Record office, rot. litt. pat., 18 Johannis I, membr. 3 (copie contemp.). — Texte : *Rot. litt. patent.*, I, I, 195.

De rata habicione. Rex omnibus, etc. Sciatis quod nos ratum et gratum habemus id quod frater Hugo, prior Hospitalis Jerusalem in Anglia, faciet de terris, possessionibus et catallis Willelmi de Eynfordia, de voluntate et assensu ejusdem Willelmi, ad perquirendum quadringentas et quinquaginta marcas, nobis solvendas in parte solucionis finis quem idem Willelmus nobiscum fecit pro deliberacione sua a persona sua. Et in hujus testimonium fieri fecimus. Teste me ipso apud Oxoniam, III die septembris, anno regni nostri XVIII.

**1480.** — 20 septembre 1216, Aix.

*Bernard Cornu, archevêque d'Aix, Bertrand de Durfort, évêque de Cavaillon, et Raoul II, évêque de Sisteron, arbitres désignés par le S. Siège, mettent fin par un arbitrage à la contestation soulevée entre Bonfils, abbé de S. Victor de Marseille, et Seignoret, vice-prieur des Hospitaliers de S. Gilles, relativement aux droits de l'abbaye et de l'Hôpital à Manosque.*

Source: Marseille, Arch. des B.-du-Rh., H., abbaye de S. Victor, reg. 2, f. 157 *b* (copie, milieu XIII^e s.). — Texte : Guérard, *Cartul. de l'abbaye de S. Victor de Marseille* II, (Paris, 1857), 449.

..... Anno ab incarnatione Domini M CC XVI, indictione III, XII kalendas octobris..... Acta sunt hec Aquis, in cimiterio ecclesie S. Salvatoris, coram R. Aldeberti, preposito Aquensi ; et P. Odoni, sacrista Aquensi ; et preposito Cavellicensi ; proposito Insule ; Hu[gone] de Forcalcario, Aquensi canonico ; magistro Martino, priore de Bucco ; Isnardo de Romulis ; Isarno ; Salmone ; Alberto ; W. Laugerrii, causidicis, et coram aliis multis viris et probis hominibus ibidem existentibus.

**1481.** — Novembre 1216.

*Geoffroy, grand-prieur de France, donne au monastère cistercien de Chaalis un sextier de blé, que Pierre li Eschans, chevalier, avait donné à la commanderie de Senlis, à prendre sur sa dîme de Rully.*

Source : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 121, f. 71 (copie d'Afforti, XVIII^e s.).

Anno Domini millesimo ducentesimo sexto decimo, mense novembri.

### 1482. — 9 novembre 1216, Latran.

*Le pape Honorius III aux prélats. Il renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 20 *avril* 1200 : « *Cum dilecti filii fratres* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1115.)

Source : Paris, Arch. nat., MM. 11, bullaire, f. 21 (copie, xv^e^ s.).

Dat. Laterani, v idus novembris, pontificatus nostri anno i.

### 1483. — 21 novembre 1216, Vatican.

*Le même informe Jean de Merania, archevêque de Gran, et le clergé de ce diocèse qu'il a chargé les maîtres du Temple et de l'Hôpital dans la province de Gran, le chantre et le trésorier de l'église de Gran de lever l'impôt du vingtième sur les revenus ecclésiastiques, pendant trois ans, en faveur de la Terre Sainte*[1].

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 9, f. 25 (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 5362 ; Pressutti, *Regesta Honorii papæ III*, 1,19, n° 111. — Texte : J. Bernouilli, *Acta pontificum Helvetica*, I (Bâle, 1892), 58 ; Horoy, *Medii ævi bibl. patristica*, II, ii, col. 91 (à l'archevêque d'Upsal); Theiner, *Vet. monum. hist. Hungariam sacram illustrantia*, I (Rome, 1859), 3 ; Vastovius, *Vitis aquilonia, seu vitæ sanctorum qui Scandinaviam.....* (Cologne, 1623), 167.

Honorius, etc., venerabilibus fratribus [Johanni], Strigoniensi archiepiscopo, et suffraganeis ejus, et dilectis filiis magistris ejusdem provincie, et decano et archidiacono Strigoniensibus, salutem, etc. Inter cetera, que ad succursum Jerosolimitane provincie statuta fuerunt in concilio generali, hoc de comuni assensu omnium prelatorum ibidem presentium fuit salubriter ordinatum, ut omnes omnino clerici, tam subditi quam prelati, vicesimam ecclesiasticorum proventuum usque ad triennium integre conferant in subsidium Terre Sancte, per manus eorum qui ad hoc apostolica providentia fuerint ordinati, quibusdam dumtaxat religiosis exceptis ab hac prestatione merito eximendis, illisque similiter, qui assumpto vel assumendo crucis signaculo sunt personaliter profecturi ; ad quod omnes fideliter observandum per excommunicationis sententiam decretum est esse ligatos, ita quod illi, qui super hoc fraudem scienter comiserint, sententiam excommunicationis incurrant. Ut igitur hoc salutare statutum debitum consequatur effectum, dilectis filiis magistris domorum militie Templi et Hospitalis Jerosolimitanarum in Strigoniensi provincia constitutis, et..... cantori et..... thesaurario Strigoniensibus hanc sollicitudinem duximus committendam, dantes eis plenariam potestatem eligendi et ordinandi duos idoneos clericos sive plures, ac etiam duos fratres, unum Templi et alium Hospitalis, quos auctoritate nostra per provinciam vestram transmittant, cum suarum testimonio litterarum, ad ipsam vicesimam colligendam. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus quatinus, vestris et subditorum vestrorum redditibus a tempore in concilio prefinito diligentius computatis, parati sitis usque ad festum omnium sanctorum de vestris certis redditibus certam summam vicesime nuntiis predictorum, quibus hoc comisimus, declarare, ac ipsis, usque ad kalendas maii consequentes, sine diffi-

1. La même bulle fut adressée, le même jour, et dans les mêmes termes, par la chancellerie apostolique aux maîtres de l'Hôpital et du Temple dans toutes les provinces ecclésiastiques de la chrétienté.

cultate ac dilatione qualibet, tam de ipsis certis proventibus quam etiam de incertis, vicesimam integraliter exhibere, monentes diligenter auctoritate nostra et efficaciter inducentes abbates, capitula et decanos, necnon et in singulis vestris sinodis sacerdotes, et alios clericos universos in vestris diocesibus constitutos, ut in diebus, super hoc ordinandis a vobis in singulis civitatibus, sint parati predictam summam vicesime per triennium nuntiis antedictis plenarie solvere, secundum terminos constitutos. Sic autem in hoc negotio vos prudenter ac fideliter habeatis, quod exinde non possitis merito reprehendi, sed potius valeatis a Deo premium eternum in celis, et laudem a nobis et aliis expectare, ceterique vestro exemplo ad predicta bona fide inviolabititer exequenda fortius animentur. Abbates autem Premonstratensis et Cisterciensis ordinum per questores hujusmodi non providimus requirendos. Dat. Rome apud S. Petrum, XI kalendas decembris, pontificatus nostri anno I[1].

## 1484. — 26 novembre 1216.

*Aimery de Pax, grand-précepteur de l'Hôpital, avec l'assentiment de Raymond d'Ayscle, châtelain d'Amposte, et du chapitre d'Amposte, concède des coutumes (fueros) aux barons et habitants d'Aliaga.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 148-150 (orig.).

Actum est hoc VI kalendas decembris, anno Domini M CC sexto decimo, era M CC L IIII.

## 1485. — 28 novembre 1216, Vatican.

*Le pape Honorius III renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 20 *avril* 1200 : « *Cum dilecti filii fratres* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1115.)

Sources : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, grand-prieuré de Champagne, H. 1146, liasse 1, n° 47 (orig.); Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 22, n° 148 (vidimus de diverses bulles, du 20 mai 1335) ; Paris, Arch. nat., L. 239, n° 3 (orig.), et M. 2, n° 7 (transcrite dans une pièce de procédure de 1336) ; Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles (collectanea), n° 246 (vidimus de l'official de Rodez, du 21 septembre 1341).

Dat. Rome apud S. Petrum, IIII kalendas decembris, pontificatus nostri anno I.

## 1486. — 28 novembre 1216, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 19 *décembre* 1184 : « *Cum apostolica sedes* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 711.)

Sources : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, grand-prieuré de Champagne, H. 1146, liasse 1, n° 26 (orig.) ; Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, ms. Y. 72, p. 46 (copie, XV[e] s.)[2]; Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 12, n° 69 (orig. bullé); Strasbourg, Arch. de l'anc. dép. du Bas-Rhin, H. 1615, f. 18 *b* (copie, XIV[e] s.).

Dat. Rome apud S. Petrum, IIII kalendas decembris, pontificatus nostri anno I.

1. La même bulle fut adressée, le même jour, à l'archevêque de Kolocza, à ses suffragants et au clergé de ce diocèse, et à tous les prélats de la chrétienté.

2. La rubrique de la table des matières indique ainsi les sources auxquelles la bulle a été puisée : « Require Colonie, Trajecti et Argentine ».

**1487.** — 29 novembre 1216, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle d'Urbain III, du* 10 *mars* 1186 *ou* 1187 : « *Querela dilectorum filiorum* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 789.)

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 12, n° 69 *ter* (orig. bullé).

Dat. Rome apud S. Petrum, III kalendas decembris, pontificatus nostri anno I.

**1488.** — 29 novembre 1216, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 15 *mai* 1166, 1167, 1178 *ou* 1179 : « *Querelam gravem recepimus.* » (*V. plus haut,* I, *n°* 356.)

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 12, n° 69 *bis* (orig. bullé).

Dat. Rome apud S. Petrum, III kalendas decembris, pontificatus nostri anno I.

**1489.** — 29 novembre 1216, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 18 *février* 1199 : « *Religiosos viros fratres.* » (*V. plus haut,* I, *n°* 1071.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 28 (copie de S. Pauli, XVIII^e s.); Lyon, Arch. du Rhône, H. 22, f. 81 (copie d'A. de Naberat, XVII^e s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, n° 24 (orig.); Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 12, n° 69 *quater* (2 originaux).

Dat. Rome apud S. Petrum, III kalendas decembris, pontificatus nostri anno I.

**1490.** — 30 novembre 1216, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 15 *mars* 1166, 1167, 1178 *ou* 1179 : « *Querelam gravem recepimus.* » (*V. plus haut,* I, *n°* 356.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, n° 25 (orig.).

Dat. Rome apud S. Petrum, II kalendas decembris, pontificatus nostri anno I.

**1491.** — Décembre 1216.

« *Donation faite à l'ordre par Isabelle, veuve du prince Boémond III* [*d'An-*
« *tioche*], *de* 20 *besans d'Antioche à prendre toutes les années sur le casal Gédéide,*
« *confirmée par* [*Raymond*] *Rupin, prince d'Antioche, fils du prince Raymond, du*
« *mois de décembre* 1216. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 214 (XVIII^e s.).

**1492.** — 1 décembre 1216, Vatican.

*Le pape Honorius III renouvelle la bulle d'Urbain III, du* 10 *mars* 1186 *ou* 1187 : « *Querela dilectorum filiorum* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 789.)

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, n° 27 (orig.); Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 13, n° 70 *bis* (orig.); Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles n° 43 (orig. bullé).

Dat. Rome apud S. Petrum, kalendis decembris, pontificatus nostri anno I.

**1493.** — 1 décembre 1216, Vatican.

*Le même aux prélats. Il renouvelle la bulle de Lucius III, du* 7 *mars* 1185 : « *Dilecti filii nostri* ». (*V. plus haut*, I, *n*° 752.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, p. 100 *b* et 101 (copies de S. Pauli, XVIII^e s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, n° 26 (orig.); Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 13, n° 70 *ter* (orig. bullé); Paris, Arch. nat., L, 239, n° 4 (orig.).

Dat. Rome apud S. Petrum, kalendis decembris, pontificatus nostri anno I.

**1494.** — 2 décembre 1216, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 10 *mars* 1186 *ou* 1187 : « *Querela dilectorum filiorum* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 789.)

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 13, n° 71 *bis* (orig.).

Dat. Rome apud S. Petrum, IIII nonas decembris, pontificatus nostri anno I.

**1495.** — 2 décembre 1216, Vatican.

*Le même aux prélats. Il renouvelle la bulle de Lucius III, du* 7 *mars* 1185 : « *Dilecti filii fratres* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 752.)

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 13, n° 71 *ter* (orig. bullé).

Dat. Rome apud S. Petrum, IIII nonas decembris, pontificatus nostri anno I.

**1496.** — 2 décembre 1216, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 12 *décembre* 1184 : « *Si diligenter attenditis* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 706.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, n° 28 (orig.).

Dat. Rome apud S. Petrum, IIII nonas decembris, pontificatus nostri anno I.

**1497.** — 2 décembre 1216, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du 15 mai 1166, 1167, 1178 ou 1179 : « Querelam gravem recepimus. »* (*V. plus haut,* I, *n°* 356.)

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 13, n° 71 (orig.).

Dat. Rome apud S. Petrum, IIII nonas decembris, pontificatus nostri anno I.

**1498.** — 4 décembre 1216, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du 12 décembre 1184 : « Si diligenter attenditis ».* (*V. plus haut,* I, *n°* 706.)

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 13, n° 72 (orig. bullé).

Dat. Rome apud S. Petrum, II nonas decembris, pontificatus nostri anno I.

**1499.** — 7 décembre 1216, Vatican.

*Le même, en présence de la variété des vœux auxquels les Hospitaliers s'étaient spontanément astreints, les annule pour rétablir l'uniformité des vœux imposés aux membres de l'ordre.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, n° 29 (orig.).

Honorius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Ex parte vestra fuit propositum coram nobis quod quidam fratres vestri se diversorum votorum vinculis abstrinxerunt, quorum observatione quedam vivendi diversitas oritur, et qu[odd]am inter vos, qui vitam debetis ducere uniformem, scandalum generatur. Unde nobis fuit humiliter supplicatum ut super hoc paterna dignaremur sollicitudine providere. Ne igitur dissimilitudo votorum hujus modi inter vos, pari voto religionis abstrictos, dissimilitudinem pariat animarum, quibus cor unum et anima una in Domino esse deberet, ipsos ab illorum votorum exequtione reddimus absolutos, qui vestre religionis observantias eo vigilantius enittantur perficere quo per illas sibi predictorum votorum onera sentiunt dempta esse. Dat. Rome apud S. Petrum, VII idus decembris, pontificatus nostri anno I.

**1500.** — 10 décembre 1216, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du 7 mars 1185 : « Dilecti filii nostri fratres ».* (*V. plus haut,* I, *n°* 752.)

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 13, n° 72 *bis* (orig.).

Dat. Rome apud S. Petrum, IIII idus decembris, pontificatus nostri anno I.

**1501.** — 12 décembre 1216, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 12 *décembre* 1184 : « *Si diligenter attenditis* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 706.)

Source : Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles n° 44 (orig. bullé).

Dat. Rome apud S. Petrum, II idus decembris, pontificatus nostri anno I.

**1502.** — 12 décembre 1216, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle d'Urbain III, du* 10 *mars* 1186 *ou* 1187 : « *Querela dilectorum filiorum* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 789.)

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 13, n° 73 (orig.).

Dat. Rome apud S. Petrum, II idus decembris, pontificatus nostri anno I.

**1503.** — 13 décembre 1216, Vatican.

*Le même interdit aux Hospitaliers de faire vœu, abstinence ou observance, en dehors des décisions des chapitres de l'ordre.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 20, bullaire f. 10 (copie, XVI^e s.).

Honorius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jherosolimitani, salutem, etc. Cum nobis, secundum apostolum, cor unicum et anima debeat esse una, nolentes ut ex diversitate votorum vestre religionis idemptitus pati valeat sectionem, auctoritate vobis presencium inhibemus ne aliquis fratrum vestrorum absque sui magistri licentia votum, abstinentiam vel observantiam faciat, preter illam que a capitulo domus vestre regulariter observatur. Nulli ergo, etc. Dat. Rome apud S. Petrum, idibus decembris, pontificatus nostri anno I.

**1504.** — 13 décembre 1216, Vatican.

*Le même autorise le grand-maître et les frères de l'Hôpital à s'opposer à ce que les Hospitaliers quittent l'ordre pour entrer dans un autre.*

Source : Lyon, Arch. du Rhône, H. 26, n° 5 (orig.).

Honorius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Ad aures nostras noveritis pervenisse quod quidam ex fratribus vestris, plerumque in commissis sibi domibus reprehensibiliter ministrantes et magistro suo nolentes debitam obedientiam exhibere, ut regularem queant effugere disciplinam, ad religionem aliam sine sui magistri licentia non metuunt se trans-

ferre. Volentes igitur dolos hujusmodi apostolice provisionis obstaculo refrenare, auctoritate presentium sub interminatione anathematis inhibemus ne quisquam fratrum vestrorum presumat talia de cetero attemptare. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc. Dat. Rome apud S. Petrum, idubus decembris, pontificatus nostri anno I.

**1505.** — 13 décembre 1216, Vatican.

*Le même exhorte les fidèles à secourir la Terre Sainte, et à subvenir par leurs aumônes à l'entretien des Hospitaliers, qui ne cessent de travailler à la défendre et à la reconquérir.* — « *Ad eripiendam de* ».

SOURCE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 13, n° 74 (orig.).

Dat. Rome apud S. Petrum, idibus decembris, pontificatus nostri anno I.

**1506.** — 13 décembre 1216, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle d'Urbain III, du* 10 *mars* 1186 *ou* 1187 : « *Querela dilectorum filiorum* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 789.)

SOURCES : Lyon, Arch. du Rhône, H. 22, f. 83 (copie d'A. de Naberat, XVII° s.); Paris, Arch. nat., L. 239, n° 9 (orig. bullé).

Dat. Rome apud S. Petrum, idibus decembris, pontificatus nostri anno I.

**1507.** — 13 décembre 1216, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 20 *avril* 1200 : « *Cum dilecti filii fratres* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1115.)

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, II, 2 (copie, XIV° s.); liasse 20 (copie notariée authentique de décembre 1299).

Dat. Rome apud S. Petrum, idibus decembris, pontificatus nostri anno I.

**1508.** — 13 décembre 1216, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 18 *février* 1199 : « *Religiosos viros fratres* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1071.)

SOURCE : Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles n° 45 (orig. bullé).

Dat. Rome apud S. Petrum, idibus decembris, pontificatus nostri anno I.

**1509.** — 13 décembre 1216, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 12 *décembre* 1184 : « *Si diligenter attenditis* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 706.)

Sources : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. 29, n° 8 (vidimus de l'official d'Annecy, de 1323), et H. 22, f. 85 (copie d'A. de Naberat, xvii$^e$ s.); Poitiers, Arch. de la Vienne, grand-prieuré d'Aquitaine, H$^3$ liasse 1 (original).

Dat. Rome apud S. Petrum, idibus decembris, pontificatus nostri anno [i][1].

**1510.** — 14 décembre 1216, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 12 *décembre* 1184 : « *Si diligenter attenditis* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 706.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 78 (copie, xvi$^e$ s.).

Dat. Rome apud S. Petrum, xix kalendas januarii, pontificatus nostri anno i.

**1511.** — 14 décembre 1216, Villaescusa.

*Alphonse IX, roi de Léon et de Galice, confirme aux Hospitaliers la donation du val de Garona, que leur avaient faite la reine Urraque et Alphonse VII, roi de Castille, et règle le régime auquel étaient soumis les habitants de cette vallée.* (*V. plus haut,* I, *n*° 39.)

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue de Castille, liasse 1 (copie authentique de 1313).

Notum sit per hanc cartam omnibus de concilio de Tauro, et aliis ad quoscunque littere iste pervenerint quod ego Alfonsus, Dei gratia rex Legionis et Gallecie, concedo et confirmo fratribus Hospitalis vallem de Garona per suos terminos et divisiones, sicut regina domina Urraca dedit eis et concessit, et postmodum confirmavit eis ipsam donacionem et corroboravit avus meus imperator. Et mando quod quicunque habitaverit in valle de Garona sit vassallus Ospitalis. Et quicunque habuerit hereditatem in valle de Garona et voluerit eam vendere, vendat eam fratribus Hospitalis aut vassallo Hospitalis qui faciat eis suum forum. Mando etiam quod illi, qui a tempore regine domine Urrace aut a tempore imperatoris habuerunt ibi suam hereditatem et habent, habeant illam in pace, et faciant inde forum fratribus Hospitalis sicud ab antiquo fecerunt. Quicunque igitur contra hec venire atemptaverit, iram meam habebit, et quantum prendidarit (*sic*) duplabit, et mihi mille morabotinos pectabit. Facta carta in Villa Excusa, xiiii die decembris, era m cc l quarta.

1. L'itinéraire d'Honorius III permet de restituer la date, incomplète à cause du mauvais état de la bulle.

**1512.** — 15 décembre 1216, Vatican.

*Le pape Honorius III renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 20 *avril* 1200 : « *Cum dilecti filii fratres* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1115.)

Sources : S. Gervasio de Cassolas, Arch. du gr.-prieuré de Catalogne, bulles n° 245 (vid. de l'official d'Avignon, du 22 août 1345); Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, n° 15 (orig.).

Dat. Rome apud S. Petrum, xviii kalendas januarii, pontificatus nostri anno i.

**1513.** — 16 décembre 1216, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 18 *février* 1199 : « *Religiosos viros fratres* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1071.)

Source : Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles n° 142 (vidimus du juge ordinaire de la cour commune du paréage de Rodez, de 1333).

Dat. Rome apud S. Petrum, xvii kalendas januarii, pontificatus nostri anno i.

**1514.** — 17 décembre 1216, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 20 *avril* 1200 : « *Cum dilecti filii* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1115.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 15 (copie de S. Pauli, xviii^e s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 133 (copie, xvi^e s.), et bull. E, f. 7 (auj. perdu).

Dat. Rome apud S. Petrum, xvi kalendas januarii, pontificatus nostri anno i.

**1515.** — 18 décembre 1216, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 20 *avril* 1200 : « *Cum dilecti filii fratres* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1115.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 133 (copie, xvi^e s.), et vol. 1118 (bull. XP), f. 78 et 112 (copies, xvi^e s.).

Dat. Rome apud S. Petrum, xv kalendas januarii, pontificatus nostri anno i.

**1516.** — 18 décembre 1216, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 18 *février* 1199 : « *Religiosos viros fratres* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1071.)

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, II, 2 (copie, xiv^e s.).

Dat. Rome apud S. Petrum, xv kalendas januarii, pontificatus nostri anno i.

**1517.** — 18 décembre 1216, Vatican.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 19 *décembre* 1184 : « *Cum apostolica sedes* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 711.)

Source : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, gr.-pr. de Champagne, H. 1146, liasse 1, n° 26 (orig.).

Dat. Rome apud S. Petrum, xv kalendas januarii, pontificatus nostri anno i.

**1518.** — 19 décembre 1216, Vatican.

*Le même défend à Michel de Mourèze, archevêque d'Arles, et à ses suffragants d'exiger des Hospitaliers aucun droit de péage sur le bois destiné à la construction de leurs navires et sur les marchandises qu'ils expédient en Terre Sainte.*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 13, n° 75 (orig. bullé).

Honorius, etc., venerabilibus fratribus Arelatensi archiepiscopo et subfraganeis ejus, salutem, etc. Ex conquestione dilectorum filiorum preceptoris Cismarini et fratrum Hospitalis Jerosolimitani nobis innotuit quod, cum ipsi de diversis mundi partibus ligna pro navibus fabricandis, helemosinas et alia bona sua super aquas et terras deferant pro subsidio Terre Sancte, quidam vestrum, et alii, tam clerici quam laici, per vestras dioceses constituti, ab eis exigere et extorquere pedagium non vetentur, contra privilegia ipsis ab apostolica sede indulta temere veniendo. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus quatinus et vos ipsi, super hoc ab ipsorum fratrum gravamine desistentes, exactores predictos, ut ab hujusmodi extorsione pedagii penitus conquiescant, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, sicut justum fuit, appellatione remota cogatis. Dat. Rome apud S. Petrum, xiiii kalendas januarii, pontificatus nostri anno i.

**1519.** — 20 décembre 1216, Vatican.

*Le même confirme la donation d'Hugues I de Baux, vicomte de Marseille, de mars* 1216, *relative à la liberté de navigation dans le port de Marseille accordée aux Hospitaliers.* (*V. plus haut, n°* 1464.)

Sources : Paris, Arch. nat., L. 239, n° 15 (orig. bullé) ; Bibl. nat., lat. 9001, f. 78 (copie d'A. de Naberat, xvii° s.).

Honorius, etc., preceptori Cismarino et fratribus Jerosolimitani Hospitalis, salutem, etc. Cum a nobis, etc. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, liber[tatem et immu]nitatem, quas pro utilitate domus vestre ac Terre Sancte succursu nobiles viri domui Massilie super navibus tenendis, habendis, onerand[is.....] et exonerandis, ducendis et reducendis in portu Massilie, prout dudum habuisse noscimini, vobis liberaliter concesserunt, sicut sunt..... concesse, et in nobilis viri Hugonis de Baucio et predictorum dominorum Massilie instrumento publico continetur, vobis et per vos do[mui vestre] auctori-

tate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Ad majorem autem rei evidentiam, instrumenti predicti tenorem de verbo ad verbum duximus presentibus inserendum, cujus tenor talis est : « In nomine Domini, etc. » (V. plus haut, nº 1464.) Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Rome apud S. Petrum, XIII kalendas januarii, pontificatus nostri anno I.

## 1520. — 1217.

« *Donation en parchemin et en latin, faite en l'an* 1217 *au mois de septembre,*
« *par Thibault* [*I*], *duc de Lorraine, par laquelle il permet à tous messieurs les*
« *commandeurs de l'ordre de S. Jean de Jérusalem demeurants dans l'étendue de*
« *toutes ses terres de prendre dans tous les bois et forests des bois, tant pour brûler*
« *que pour bâtir, avec la glandée pour leurs pourceaux sans faire dômages, et où ils*
« *en feraient qu'ils le payeraient purement sans amende, et où le commandeur de*
« *Loraine viendrait en sa cour qu'il y seroit receu avec quatre hommes et chevaux à*
« *ses dépens. Laditte donation scellée de son sceau.*[1] »

ANALYSE : Nancy, Arch. de Meurthe-et-Moselle, H. 3045, f. 3 (fin XVII$^{e}$ s.).

## 1521. — 1217.

*Renaud de Forez, archevêque de Lyon, certifie la vente faite par Guillaume Elcoz et sa femme Rivoire à l'Hôpital de Montbrison, moyennant* 500 *sous forts, de terres à Unias, Craintilleux, Prétieux et S. Romáin le Puy.*

SOURCE : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. commanderie de Montbrison, membre de Messilieu, chap. unique, nº 1 (orig.).

Actum anno Domini M CC XVII. Datum per manum Petri, archipresbiteri Forensis.

## 1522. — 1217.

*Adolphe, comte de Berg, confirme la donation, faite par son père aux Hospitaliers, de biens et de revenus à Berg, Remscheid, Hottenbach, Höhrath, Königsspitze et Dürscheid.*

SOURCE : Dusseldorf, Arch. d'Etat, comm. de Herrenstrunden, nº 5 (orig. scellé). — TEXTE : Lacomblet, *Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins*, II, nº 66.

Data anno incarnationis Domini M CC XVII, dum ad expeditionem Terre Sancte in honorem sancte crucis iter arripuimus.

1. Cet acte ne nous est parvenu que par l'analyse ci-dessus.

### 1523. — 1217.

*Henri II de Veringen, évêque de Strasbourg, fait un échange avec les Hospitaliers de Dorlisheim; il renonce au cens annuel qu'il percevait sur les biens cédés par lui, et se contente d'un droit de banvin de 2 deniers pour des vignes situées près du moulin de Gundolsheim.*

Source : Strasbourg, Arch. de l'anc. dép. du Bas-Rhin, H. 1392, n° 1 (orig.).

Anno dominice incarnationis M CC XVII, indictione quinta.

### 1524. — 1217.

*Ulrich, abbé de S. Gall, confirme aux Hospitalierz de Bubikon la donation de biens sis à Hubwiesen, que le comte Diethelm III de Tockenbourg leur avait faite.*

Source : Zurich, Arch. cant., commanderie de Bubikon, n° 6 (orig., fragment de sceau).

Cunctorum, tam presentium quam futurorum, notificamus industrie qualiter comes Diethelmus de Tokenburch predium quoddam in Hubwison, ad petitionem fratrum apud Bûbinchon in manu nostra resignans, ecclesie beati Galli contradidit tali conditione, una cum Friderico fratre suo, ut nos ęcclesię beati Johannis ad Bûbinchon idem predium perpetuo possidendum ad usus pauperum Hospitalis transmarini sub annuali censu libre cere concederemus. Dubitabant enim si pheodi an propriatis jure ipsum possiderint. Nos igitur, communicato fratrum nostrorum collegio, penurie domus prefate condescendentes, simulque administrationi pauperum Christi id conferre volentes, tam prefatorum Diethelmi quam Friderici, quam fratrum ipsius domus, perpetualiter pro censu memorato domui ipsi concessimus. Acta sunt hec publice in presentia nostra, anno incarnationis Domini M CC XVII. Et ego Odalricus, abbas S. Galli, manu mea concessi, et sigilli mei inpressione firmavi. Testes: Rudolfus, prepositus; Ludevicus, portarius; Lûtoldus, Manegolaus, Dazo, Odalricus, fratres claustrales ; Chuonradus de Liebinberh ; Chuonradus Giclo ; Heinricus de Sunnenberh ; Rûdolfus de Bocheslo ; Lûtoldus de Glaseburch ; Chuonradus de Waldeko.

*Au dos* (XIII^e siècle): « Quod Diethelmus, comes de Toggenburg, contulit domui in Bubikon predium quoddam situm in Bubikon ». — *D'une main plus moderne :* « Ueber die Hübwies ».

### 1525. — 1217, Schwerin.

*Gosselin II et Henri I, comtes de Schwerin, et Nicolas, comte d'Aland, donnent à Henri, commandeur de Werben, le village de Sülstorf, en Mecklembourg.*

Source : Berlin, Arch. secr. d'état, ordre de S. Jean (orig.). — Texte : Buchholtz, *Brandenburgische Geschichte,* IV, 57 (avec des erreurs) ; Lisch, dans *Jahrbücher des Vereins für Mecklenburg. Gesch.*, I, 201 ; *Mecklenburgisches Urkundenbuch,* I, 216 ; Riedel, *Cod. diplom. Brandeburgensis,* I, VI, 10.

Ego Gonzelinus, ego Heinricus, fratres et comites in Zwerin, ego Nycholaus,

comes in Halant, cum conjugibus nostris, contulimus Hospitali transmarino, quod in honore sancti Baptiste Christi beatis ipsius Christi pauperibus dedicatum novimus asylum, villam, que dicitur Szulowe, cum suis attinentibus, videlicet agris, pratis et nemoribus, idem beneficium tali libertate fulcientes, ne quis ex eo decimam, censum, exactionem aut aliquid talium deinceps audeat extorquere ; omnem namque justiciam tam advocati quam cujuslibet alterius judicis, et quidquid solet versari circa id, quod vulgus vocare consuevit recht et unrecht, predicte domui plenarie contulimus cum usibus primitivis. Hec autem ad tytulum et utilitatem Hospitalis supradicti Heinrico, procuratori curie in Werben, que ad idem pertinet Hospitale, et Jacobo, confratri ejusdem curie et sacerdoti, ceterisque confratribus ibidem constitutis et eorum successoribus procuranda contradidimus in perpetuum et percipienda in eadem libertate et eisdem terminis, quos predestinaveramus Theutonicis ibidem cultoribus a nobis constituendis. Hiis autem statutis testimonium veritatis perhibent non solum sigilla, sed etiam viri fideles, videlicet: magister Apollus de Zwerin ; Hermannus, tunc notarius; dapifer regis Dacie; dapifer comitis de Halant ; Geuhardus, miles de Luneburg ; Johannes, vexillifer ; Constantinus, dapifer, et alii quam plures. Datum Zwerin, anno dominice incarnacionis M CC XVII.

## 1526. — Janvier 1217.

*Jean de Brienne, roi de Jérusalem et comte de Brienne, confirme la renonciation de Béatrice, fille de feu Joscelin III, comte d'Edesse, en faveur des Hospitaliers, représentés par le grand-maître Garin de Montaigu, aux droits qu'elle avait sur le casal de Manueth, du fait du comte Othon de Hinneberg, son mari.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 37 (orig. auj. perdu). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 253. — Extraits : Taaffe, *The history of the..... order of S. John of Jerusalem*, IV, app. n° LXXXVI.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Ego Johannes, Dei gratia Latinorum Hierusalem rex decimus et comes Brennensis, notum facio universis, tam presentibus quam futuris, quod nobilis mulier Beatrix, pie memorie comitis Jocelini filia, in mea et mee curie presentia absolvit sanctam domum Hospitalis Iherusalem, et venerabilem magistrum ejusdem domus fratrem Garinum de Monte Acuto, et fratres presentes et futuros predicte domus a petitione casalis quod vocatur Manueth, cum omnibus suis pertinenciis in perpetuum ; et quicquid in eo haberet vel habere deberet ipsa, generalis procuratrix omnium bonorum a marito constituta, et liberam habens et generalem administrationem, dedit et diffinivit dicte domui, et magistro, et fratribus, ad omnes eorum voluntates faciendas in sempiternum. Quod autem dicta Beatrix haberet liberam et generalem aministrationem, et quicquid ab ea fieret perinde esset ac si ab ipsa et a marito factum foret, per concessionem ejusdem mariti domini comitis Othonis, qui sibi ita concesserat, testatur curia mea ita verum esse, et sic se res habet in veritate. Ego vero dicta Beatrix, sicut superius dictum est, absolvo dictam domum Hospitalis Iherusalem, et venerabilem magistrum, et fratres a petitione dicti casalis de Manueth cum suis pertinenciis; et si quid juris in eo haberem vel habere deberem, generalem et liberam habens aministrationem omnium bonorum a domino comite Othone, marito meo, dono et diffinio dicte sancte domui Hospitalis Iherusalem, et venerabili magistro, et fratribus, ad omnes eorum voluntates faciendas in eternum, ob remedium anime mee et mariti mei, et parentum nostrorum, rogans et deprecans

dominum Johannem, illustrem regem Iherusalem et comitem Brennensem, ut huic absolutioni, donationi et diffinitioni, ad majorem cautelam et fidem et firmitatem, sigillum suum apponat. Ego autem Johannes, Iherusalem rex et comes Brennensis, rogatus a dicta Beatrice, ut firmius et stabilius permaneat imperpetuum, sigillum meum appono, et sigilli mei plumbei munimine presens privilegium feci roborari. Hujus rei testes sunt : Buamundus, princeps Antiochie et comes Tripolis ; Radulphus de Tiberiade, regni Hierosolimitani senescalcus ; Jacobus, marescalcus ; Gauterus de Cesarea ; Odo Montebello ; Gilo de Beritho ; Gaufridus de Cafran ; Roardus de Cayphas. Actum anno ab incarnatione Domini MCCXVII, mense januarii. Datum per manus Johannis de Vindopera, notarii mei.

### 1527. — 1 janvier 1217, Vatican.

*Le pape Honorius III renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 18 *février* 1199 : « *Religiosos viros fratres* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 1071.)

Sources : Lyon, Arch. du Rhône, H. 22, f. 87 (copie d'A. de Naberat, XVII^e s.) ; Paris, Arch. nat., L. 239, n° 16 (orig. bullé).

Dat. Rome apud S. Petrum, kalendis januarii, pontificatus nostri anno I.

### 1528. — 3 janvier 1217, Latran.

*Le même ordonne aux Hospitaliers de placer sous la protection du Saint-Siège les églises, villes, oratoires, cimetières, etc., élevés sur des territoires enlevés aux Sarrasins.*

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 19 (deux originaux) ; Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 177 (copie de S. Pauli, XVIII^e s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, n° 16 (orig.) ; Marseille, Arch. des Bouches-du-Rhône, ordre de Malte, H. 14, n° 76 (orig. bullé, mauvais état).

Honorius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Vestris piis postulationibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus ut, in terris quas, concedente Domino, populus christianus a Sarracenorum eripuerit manibus, si ad vos postmodum justo titulo fuerint devolute, ac eis etiam quas vos ipsi eisdem auferre poteritis Sarracenis, villas et castra vobis edificare liceat, ecclesias, oratoria et cimiteria fabricare ad opus hominum morentium in eisdem. Statuentes insuper ut predicta omnia sub apostolice sedis et nostra protectione consistant. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc. Dat. Laterani, III nonas januarii, pontificatus nostri anno I.

### 1529. — 16 janvier 1217, Latran.

*Le même aux Hospitaliers d'Angleterre. Il leur renouvelle le droit de présentation aux cures des églises dont ils ont le patronage.*

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. n° 988, f. 177 *b* (copie de S. Pauli, XVIII^e s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 79 (copie, XVI^e s.), et bull. E, f. 161 (auj. perdu) ; Paris, Bibl. nat., lat. 3934, p. 40 (copie, XVII^e s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 10, f. 46 (copie

contemp.) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 84 (copie de Smitmer, xviiie s.). — Analyse : Bliss, *Cal. of papal registers*, I, 44; Pressutti, *Reg. Hon. papæ III*, I, 43, no 239. — Texte : Horoy, *Medii ævi bibl. patristica*, II, ii, col. 196.

Honorius, etc., priori et fratribus Hospitalis Hierosolimitani per regnum Anglie constitutis, etc. Inter molestias et pressuras, quas contra vos instruitur invidia, ac eorum, qui sua, non que Jesu Christi sunt, querunt, sola solet cupiditas excitare, oculi vestri, post illum qui liberat pauperem a potenti, erecti ad sedem apostolicam esset debent, ut eripiat de laqueo pedes vestros, et pulsis molestiis quietem tribuat et salutem. Sane pervenit ad audientiam nostram quod, si quando ecclesias, in quibus jus patronatus habetis, vacare contingit, archiepiscopi et episcopi, in quorum juridictione sunt ecclesie constitute, presentatos a vobis clericos idoneos, nulla causa rationabili proposita vel ostensa, instituere pro sue voluntatis arbitrio contradicunt, et, ecclesiarum illarum proventus in usus proprios convertentes, post lapsum temporis in Lateranensi concilio præstituti, ecclesias conferunt quibus volunt, in vestrum et pauperum Christi gravamen non modicum et jacturam. Unde cum sitis guerrarum turbinibus agitati, pro eo quod ventus validus, veniens a regione deserti, quatuor angulos Anglie jam concussit, et cibus pauperum, et ea, que deberent proficere succursui Terre Sancte, data sint in direptionem hostium et in predam, nobis humiliter supplicastis ut super hiis providere misericorditer dignaremur. Nos igitur, attendentes quod vos et alii fratres Hospitalis Hierosolymitani nullum habetis, preter Romanum pontificem, protectorem, auctoritate vobis presentium indulgemus ut, si quando in ecclesiis vacantibus, in quibus non ambigitur vos jus patronatus habere, presentatos a vobis, quos constiterit esse idoneos arbitrio bonorum virorum communiter electorum, prelati admittere temere pretermittant, vos auctoritate nostra ecclesiarum illarum proventus interim in usus proprios convertere valeatis, ita dumtaxat quod ecclesie ille debitis servitiis non fraudentur, et canonica justitia, que debetur episcopis, non ledatur, nec cedat vobis propter hoc tempus, in Lateranensi concilio constitutum, quin presentati a vobis, si fuerint idonei, institui debeant in eisdem, cum non negligentibus, sed circa jura sua vigilantibus debeant subveniri. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, xvii kalendas februarii, pontificatus nostri anno i.

### 1530. — 16 janvier 1217, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 19 *décembre* 1184 : « *Cum apostolica sedes* ». (*V. plus haut,* I, *n*o 711.)

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 723 (orig.).

Dat. Laterani, xvii kalendas februarii, pontificatus nostri anno i.

### 1531. — 18 janvier 1217, Latran.

*Le même renouvelle la bulle du* 3 *janvier* 1217 : « *Vestris piis postulationibus* ». (*V. plus haut, n*o 1528.)

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 19 (orig.).

Dat. Laterani, xv kalendas februarii, pontificatus nostri anno i.

**1532. — 21 janvier 1217, Latran.**

*Le même ordonne aux prélats, eu égard aux services rendus par les Hospitaliers en Terre-Sainte à la foi chrétienne, d'accepter les clercs capables, qui leur sont présentés par les Hospitaliers, pour les églises où ceux-ci ont le droit de présentation, de les laisser appliquer les revenus de celles-ci, pendant la vacance, au secours de la Terre Sainte, et de n'excommunier ou de n'interdire ni les Hospitaliers ni leurs clercs.*

Sources : Aarau, Arch. d'Etat, command. de Rheinfelden, n° 9 (vidimus de l'official de Spire, du 13 octobre 1278), et command. de Leuggern, n° 49 (vidimus de l'évêque de Constance, du 20 octobre 1291) ; Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, II, 3 (copie, xiv^e^ s.), et liasse 722 (copie ancienne), à la date du 20 janvier 1217; Berne, Arch. d'Etat, fasc. Fraubrunnen (vidimus de l'official de Lausanne, du 20 février 1372) ; Carlsruhe, Arch. du grand-duché de Bade, reg. 393 G, f. 122 *b* (copie, xv^e^ s.); Fribourg, Bibl. cant., L. 44, f. 7 *b* (cartul. de Leuggern, 1536); Paris, Bibl. nat., lat. 8998, n^os^ 4 et 5 (originaux bullés); Wurzbourg, Arch. roy., reg. 141, f. 127 *b* (copie, xvi^e^ s., d'après un vidimus de l'official de Bâle, du 21 avril 1344). — Analyse : Herrgott, *Genealog. diplom. gentis Habsburgicæ*, III, 546 (avec attribution erronée à Honorius IV). — Texte : *Fontes rerum Bernensium*, III (Berne, 1880), 402 (avec attribution erronée à Honorius IV).

Honorius, etc., venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste pervenerint, salutem, etc. Quanto dilecti filii fratres Hospitalis Jerosolimitani, propriis derelictis, ferventius pro christianitatis commodo jugiter elaborant, nec ponere pro fratribus animas reformidant, tanto ipsis in suis manutenendis justiciis diligentius adesse nos convenit, et eorum incomodatibus paterna sollicitudine providere, ne, si fuerimus, quod absit, in eorum manutenenda justicia negligentes, a Sarracenorum inpugnatione, qui Christianum nomen insufflant et fidelium effundere sanguinem moliuntur, desistere compellantur, et adversus Christianos eorum amplius insolentia convalescat. Cum autem prenominatis fratribus, de indulgentia sedis apostolice, misericorditer sit indultum ut fructus ecclesiarum, qui ad illorum donationem pertinent, assignato vicariis unde congrue valeant sustentari et diocesano episcopo ejusque officialibus de suis possint justiciis responderi, debeant in subventionem terre Jerosolimitane convertere, quidam episcopi, archidiaconi et decani, ad quos illarum ecclesiarum investitura pertinet, clericos, quos iidem fratres idoneos representant, recipere pro sua voluntate contempnunt, nisi easdem ecclesias clericis, qui de illorum mensa fuerint, seu aliis, licet minus existant idonei, largiantur. Si vero iidem fratres easdem ecclesias, prout desiderant, non assignant ut libere possint redditus earum percipere, illas per longa tempora faciunt a divinorum celebratione cessare, ut sic fratres ipsi voluntates eorum exequi compellantur. Nos igitur tante fratrum predictorum incomoditati prospicere cupientes, ne tantam jacturam maliciose cogantur de cetero sustinere, universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus quatinus clericos idoneos, quos iidem fratres ad ecclesias suas vobis duxerint presentandos, amodo benignius admittatis, alioquin noveritis quod ipsis, ad exemplar predecessorum nostrorum, auctoritate apostolica liberam indulsimus facultatem ut fructus earumdem ecclesiarum, donec predicta occasione vacaverint, in subventionem Jerosolimitane terre convertere et illos libere valeant detinere. Preterea, quia quidam vestrum ipsos fratres et eorum clericos, contra privilegia sedis apostolice ipsis indulta, sicut dicitur, interdicere et excomunicare presumunt, districtius inhibemus ne ipsos fratres vel eorum clericos de cetero taliter interdicere et excomunicare aliquatinus attemptetis. Quod si amodo, quod non credimus, fuerit attemptatum, eandem volumus sententiam non tenere. Dat. Laterani, xii kalendas februarii, pontificatus nostri anno i.

### 1533. — 21 janvier 1217, Latran.

*Le même autorise les prélats à déférer le serment à leurs paroissiens accusés d'avoir frappé ou blessé les Hospitaliers.*

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 178 *b* (copie de S. Pauli, xviii$^e$ s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, n° 18 (orig.).

Honorius, etc., archiepiscopis et episcopis, etc. Significarunt nobis dilecti filii fratres Hospitalis Hierosolimitani quod quidam eorum, verberati aliquando et vulnerati interdum, destituunt testibus, et, probare violentiam non volentes, nullam de malefactoribus justitiam consequuntur. Volentes igitur securitati eorumdem fratrum sollicitudine paterna prospicere, universitati vestrę per apostolica scripta mandamus atque precipimus quatenus quisque vestrum parrochianum suum, qui de hoc suspectus habebitur et fama vexabitur, si convinci nequiverit, ut se purget per proprium juramentum districte compellat. Quod si facere forte noluerit, sicut excommunicatum faciat ab omnibus evitari, donec vel purgationem prebeat, vel, culpam suam humiliter recognoscens, post injuriam congrue satisfaciat, et absolvendus cum litteris diocesani episcopi apostolico se conspectui representet. Dat. Laterani, xii kalendas februarii, pontificatus nostri anno i.

### 1534. — 21 janvier 1217, Latran.

*Le pape Honorius III renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 15 *mai* 1166, 1167, 1178 *ou* 1179 : « *Pervenit ad nos ex conquestione* ». (*V. plus haut*, I, *n*° 357.)

Sources : S. Gervasio de Cassolas, Arch. du gr.-pr. de Catalogne, bulles n° 237 (orig.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, n° 17 (orig.).

Dat. Laterani, xii kalendas februarii, pontificatus nostri anno i.

### 1535. — 21 janvier 1217, Latran.

« *Bulla. Honorius III qualiter omnibus, vere penitentibus et confessis, qui fratribus Hospitalis manus porrexerint pietatis, veniam peccatorum suorum pollicetur. Et de indulgentiis concessis omnibus benefactoribus, visitantibus ecclesias seu oratoria per universum mundum ordini Hospitalis subjecta, ter in septimana per totam quadragesimam, videlicet II*$^a$, *IV*$^a$ *et VI*$^a$ *feriis, et generaliter in festo sanctissimi vocabuli dictarum ecclesiarum* ».

Analyse : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1119 (bull. C), f. 5 (xvi$^e$ s., 2 analyses différentes) ; Paris, Bibl. nat., lat. 13824, f. 11 (xvi$^e$ s.).

Dat. Laterani, xii kalendas februarii, pontificatus nostri anno i.

## 1536. — 23 janvier 1217, Latran.

*Le pape Honorius III engage les fidèles à donner de larges aumônes aux Hospitaliers.*

Sources : Berlin, Arch. secr. d'Etat, ordre de S. Jean (vidimus du 26 juin 1496); Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, reg. 393 G, f. 91 *b* (copie, xv^e s.), et reg. 393 F, p. 37 et 304 (copies, xvii^e s.); Dusseldorf, Arch. roy. d'Etat, commanderie des SS. Jean et Cordule à Cologne, n° 285 (vidimus notarié du 29 janvier 1481); Harlem, Arch. comm., L. 42 f. 5 et 7 (bullaire, fin du xv^e s.); Lyon, Arch. du Rhône, H 22 (copies d'A. de Naberat, xvii^e s.), f. 342 *b* (d'après un vidimus de Calixte III, du 19 juin 1455), f. 356 *b* et 372 *b* (d'après un vidimus de Sixte IV, du 25 juin 1472); Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, n° 19 (orig.); div. VII, vol. 1123 (bull. Germ.), f. 30 (incunable vers 1496), vol. 1118 (bull. XP), f. 80 (copie, xvi^e s.), et vol. 1119 (bull. C), f. 58 (copie, xvi^e s., d'après un vidimus de Sixte IV, du 25 juin 1472); Marseille, Arch. des B.-du-Rh., B. 26, f. 73 (copie de 1516); Paris, Arch. nat., M. 4, n° 14 (cahier de copies de bulles, fin xv^e s.); M. 2, n° 2 (vidimus de l'archevêque de Rhodes, du 6 octobre 1442); MM. 12, f. 2 *b* (bull., copie, xvi^e s.); Bibl. nat., lat. 13824, f. 28 *b* (copie, xvi^e s., d'après un vidimus de Sixte IV, du 22 juin 1475); Rome, Bibl. du Vatican, Christine n° 1961, f. 44 (copie, xvi^e s.); Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles (collectanea), n° 234 (vidimus du 15 juillet 1508). — Analyse : Paris, Bibl. nat., lat. 13824, f. 10 *b* (xvi^e s.). — Texte : Des Clozeaulx, *Privil. des papes, empereurs, roys... en faveur de l'ordre S. Jean de Hierusalem* (Paris, 1649), 82; d'Escluzeaulx, *Privil. des papes, empereurs, rois... à l'ordre S. Jean de Hierusalem* (Paris, 1700), 131 ; *Privilegia, immunitates...* (Leipzig, 1520), 74.

Honorius, etc., universis Christi fidelibus ad quos littere iste pervenerint, salutem, etc. Inter cetera, que inducunt divine miserationis patientiam ad parcendum, sola eleemosyna est operiens multitudinem peccatorum, offensam mitigat, dat in presenti gratiam, et adjicit gloriam in futuro. Ipsa enim dispersa multiplicabitur, et crescit reperta per manus pauperum, celestes congeritur in thesauros, quoniam quod uni ex minimis factum fuerit de operibus charitatis, ipsi Domino factum secundum veritatis oraculum perhibetur. Non est autem alicui, sicut arbitramur, incognitum quod dilecti filii fratres Hospitalis Hierosolymitani, qui super omnia nimis et se ipsos semper impendunt servitio Jesu Christi, sic intenti sint circa opera charitatis, et specialiter circa defensionem fidei christiane, emulantes quodam modo zelum Mathatie cum videret facta Domini ab exteris nationibus profanari, quod vitam in patientia tolerant et mortem in desiderio habent, bonis tantum celestibus inhiantes. Cum igitur dicti fratres, qui effundunt opes cum tradunt corpora pro zelo fidei christiane, ad eleemosynas non sufficerent consuetas, nisi fidelium suffragiis adjuverentur, universitatem vestram rogandam duximus et monendam, in remissionem peccaminum injungentes quatenus, cum iidem vel nuncii eorum ad vos venerint eleemosynas petituri pro succursu Terre Sancte ac sustentatione pauperum, grata subsidia conferatis, ita quod, propter hec et alia pietatis opera que feceritis Domino inspirante, proficiatis bonis temporalibus, et bonis non destituamini sempiternis. Nos vero iis, qui dictis fratribus manum porrexerint adjutricem, si vere penitentes fuerint, suorum peccatorum veniam pollicemur. Dat. Laterani, x kalendas februarii, pontificatus nostri anno i.

## 1537. — 23 janvier 1217, Latran.

« *Bulla [Honorii III] ut archiepiscopi, episcopi et prelati juvent et manuteneant fratres Hospitalis in eorum bona, et quod eos non molestent.* »

Analyse : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1119 (bull. C), f. 5 *b* (xvi^e s.); Paris, Bibl. nat., lat. 13824, f. 11 (xvi^e s.).

Dat. Laterani, x kalendas februarii, [pontificatus nostri] anno i.

### 1538. — 26 janvier 1217, Latran.

*Le pape Honorius III ordonne aux prélats d'Angleterre d'excommunier les Hospitaliers qui abandonneront l'ordre pour se marier ou pour passer dans d'autres ordres, et ceux qui favorisent cet abandon.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 15, n° 5 (copie, xiii$^e$ s.).

Honorius, etc., venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, etc., per regnum Anglie constitutis, ad quos littere iste pervenerint, salutem, etc. Cum nemo mittens manum ad aratrum et retro respiciens aptus sit regno Dei [1], nec quis supra tectum ascendit (et) descendere in domum [2] debeat ut resumat tunicam derelictam, grave nimis gerimus et indignum quod quidam fratres Hospitalis Jherosolimitani, sponte a sui propositi tramite discedentes, habitu religionis abjecto, ad nuptias transeunt seculares, et ponentes in cordibus suis quod non sit Deus nec sit sciencia in excelso, nec requirat ista qui scrutator est cordium et etiam medullarum, deserta celestis regis milicia, cingulum secularis militie recipere non verentur, et frequenter quidam de ipsis, exterioris religionis signo retento, cum intus a se tocius religionis observanciam abdicarint, ad personas se transferant ecclesiasticas vel mundanas, que ipsos non tam fovent in sue rebellionis contumacia quam defendunt ; nonnunquam eciam iidem, ducti animi levitate pocius quam religionis ardore, ut evitent regularis observantie disciplinam, cum pocius velint religionem fugere quam mutare, ad aliam regulam transire presumunt, ut sic, mutato religionis habitu, fructu primi propositi careant et secundi. Cum igitur plantaciones hujusmodi pestilentes de agro sint Domini extirpande, ne forte, quod absit, alios aspectu inficiant venenoso, universitatem vestram monemus et exhortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes quatinus, nisi tales ad ammonicionem vestram se correxerint, et ad suum ordinem ac viam redierint veritatis, ipsos excommunicacionis vinculo publice innodetis, sub [interminacione] anathematis omnibus prohibentes ne dictos apostatas recipere vel retinere receptos, aut in sua malicia confovere, vel, quod absit, eis in suarum animarum periculum communicare presumant. Dat. Laterani, vii kalendas februarii, pontificatus nostri anno i.

### 1539. — 28 janvier 1217, Latran.

*Le même interdit aux Hospitaliers d'abandonner l'habit de l'ordre et de se marier.*

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 30, n° 10 (orig.); Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, n° 2 (orig.).

Honorius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Jherosolimitani Hospitalis, salutem, etc. Graviter oculos divine majestatis offendunt et iram sibi thesaurizant in die judicii justi Dei, qui, religionis habitum assumentes, et incipientes Domino famulari, ad pepones inhiant et Egipti delicias derelictas, abjectoque jugo Domini secularibus negociis se immiscent, et illicita matrimonia, inimo detestanda contu-

1. Luc, IX, ỳ 62.

2. Marc, XIII, ỳ 15.

bernia, contrahere non verentur; plerique etiam, qui Deo in fictis operibus mentiuntur obtentu artioris religionis, quam pocius volunt fugere quam mutare, non petita magistri sui licencia vel obtenta, se ad alium religionis locum transferre presumunt, non attendentes quod Deus non fallitur nec Altissimus irridetur. Nos igitur volentes vobis speciali quadam sollicitudine providere, auctoritate presentium sub interminatione anathematis inhibemus ne quis, post professionem ordinis vestri vobis regulariter factam, habitumque receptum, ad seculum vel mundi milicias aut seculares nuptias licentiam habeat transeundi. Nullus quoque sine magistri sui licentia, majoris seu minoris religionis obtentu, presumat ad alium ordinem transvolare. Nulli ergo, etc. Dat. Laterani, v kalendas februarii, pontificatus nostri anno I.

## **1540.** — 3 février 1217, Latran.

*Le même confirme au grand-maître et aux frères de l'Hôpital toutes leurs possessions, le droit d'accueillir des clercs dans leurs maisons pour assurer le service divin, et d'ensevelir dans leurs cimetières quiconque y aura choisi sa sépulture.*

SOURCES : Lyon, Arch. du Rhône, H. 22, f. 89 (copie d'A. de Naberat, XVII° s.); Paris, Arch. nat., L. 239, n° 24 (orig.).

Honorius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Jerosolimitani Hospitalis, salutem, etc. Quotiens a nobis petitur quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, et petencium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulacionibus clementer annuimus, et domum vestram seu Hospitale, in quo estis ad Dei laudem et gloriam atque defensionem suorum fidelium et liberandam Dei ecclesiam congregati, cum omnibus possessionibus et bonis suis, que in presenciarum legitime habere cognoscitur, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblacione fidelium seu aliis justis modis prestante Domino poterit adipisci, tam trans mare quam cis mare, felicis recordationis Alexandri, Urbani, Clementis, Celestini, Innocentii, predecessorum nostrorum Romanorum pontificum, vestigiis inherentes, vobis auctoritate apostolica confirmamus, ut perpetuis futuris temporibus sub apostolice sedis tutela et protectione consistant. Ut autem vobis ad curam animarum vestrarum et salutis plenitudinem nichil desit, atque ecclesiastica sacramenta et divina officia vestro sacro collegio comodius exhibeantur, statuimus ut liceat vobis honestos clericos et sacerdotes secundum Deum, quantum ad vestram scientiam ordinatos, undecumque ad vos venientes suscipere, et tam in principali domo vestra quam etiam in obedientiis et locis sibi subditis vobiscum habere, dum modo si e vicino sint, eos a propriis episcopis expetatis, iidemque nulli alii professioni vel ordini teneantur obnoxii. Preterea nulli persone extra vestrum capitulum sint subjecti, tibique, dilecte in Domino fili..... tuisque successoribus, tamquam magistro et prelato suo, deferant, secundum vestri ordinis instituta. Quicumque vero in cimiterio vestro elegerint sepeliri, ad sepulturam recipiendi, educendi et sepeliendi, nisi forte excommunicati vel nominatim interdicti fuerint, vel usurarii manifesti, facultatem liberam habeatis, salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis et constitucionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis, etc. Dat. Laterani, III nonas februarii, pontificatus nostri anno I.

**1541.** — 3 février 1217, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du 7 septembre* 1183 : « *Ea que vobis* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 657.)

Source : Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles n° 46 (orig. bullé).

Dat. Laterani, III nonas februarii, pontificatus nostri anno I.

**1542.** — 3 février 1217, Latran.

*Le même renouvelle la bulle du* 21 *janvier* 1217 : « *Quanto dilecti filii fratres* ». (*V. plus haut, n°* 1532.)

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 722 (copie du XIII^e^ s. avec variantes, mauvais état); Dusseldorf, Arch. roy. d'État, command. des SS. Jean et Cordule de Cologne, n° 85 (copie du prévôt de l'abbaye de Fribourg, du 26 avril 1356, mauvais état); Frauenfeld, Bibl. du canton de Thurgovie, Y. 72, p. 95 (copie, XV^e^ s. avec attribution erronée à Honorius IV)[1]; Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, n° 20 (vidimus du lieutenant de l'official de Maguelonne, du 4 juin 1288).

Dat. Laterani, III nonas februarii, pontificatus nostri anno I.

**1543.** — 3 février 1217, Latran.

*Le même ordonne aux prélats de ne pas molester les Hospitaliers, et de permettre que les confrères de l'ordre et les particuliers, qui auront choisi leur sépulture dans le cimetière de l'Hôpital, puissent y être inhumés ; il promet enfin des indulgences aux bienfaiteurs de l'ordre.*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 15, n° 82 (orig. bullé).

Honorius, etc., venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste pervenerint, salutem, etc. Non sine gravi apostolice sedis injuria et grandi contumelia creatoris, quidam, qui ponunt lucem tenebras et tenebras lucem, dilectos filios fratres Hospitalis Jerosolimitani, ab ecclesia Romana specialis privilegii prerogativa donatos et deputatos specialiter servicio Jhesu Christi, occasione concilii generalis plus debito et amplius solito gravare presumunt, novis et inexquisitis eos molestiis affligentes; propter quod elemosina, que solebat proficere pauperibus Christi et subsidio Terre Sancte, sic est per iniquitatis dispendium angustata, quod eadem est ex parte maxima diminuta. Preterea libertates et indulgencias, eis ab apostolica sede concessas, per maliciose interpretacionis calumpniam pervertentes, ipsis temere se opponunt, nec confratres eorum

1. La rubrique de la table des matières du manuscrit indique la provenance suivante : « Require Colonie ».

et eligentes in eorum ecclesiis sepulturas, qui nec excommunicati sunt nec nominatim etiam interdicti, permittunt apud se libere sepeliri. Exhortacionem quoque ad populum pro recipiendis elemosinis consuetis, confratrias etiam eorum, que precipue nullis aliis interpositis esse debent, impediunt pro sue arbitrio voluntatis, propter id tantum eorum profectibus invidentes, quia vident eos causam pauperum, ymmo ejus qui simul in unum voluit esse dives et pauper, relictis mundi vanitatibus procurare. Cum igitur prefati fratres post Deum nullum habeant, preter Romanum pontificem, defensorem, universitati vestre per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatinus eos, ymmo Christum in eis, cujus sunt servicio deputati, recipientes honorifice ac benigna caritate tractantes, ipsos occasione consilii generalis nec gravetis indebite, nec paciamini ab aliquibus temere molestari. Et cum ipsius sit interpretari jura qui condere ipsa potest a supersticiosa interpretacione concilii, curetis vos ipsos et alios cohibere, ac confratres ipsorum et alios eligentes ex pietate in eorum ecclesiis sepulturas, dummodo non sint excommunicati vel nominatim interdicti, dimittatis apud eos libere sepeliri. Et si dicti fratres vel eorum nuncii semel in anno ad vos vel ecclesias vestras venerint vestre jurisdictioni subjectas, elemosinas in pace querere ac exhortari populum permittatis, nullis confratriis aliis ea die interpositis. Populum vestrum nichilominus moneatis et efficaciter inducatis ut eorum fraternitatem assumere, ac legata eis in ultima voluntate relicta, et alia beneficia ipsis sine difficultate studeant exhibere. Nos vero eis qui dictis fratribus manum porrexerint pietatis, si vere fuerint penitentes, suorum peccatorum veniam pollicemur, presencium vobis auctoritate mandantes ut presentes litteras, quociens a dictis fratribus fueritis requisiti, per vestras faciatis dyoceses et parrochias publicari, et subditos vestros, qui super premissis eis impedimentum prestiterint vel gravamen, censura canonica secundum officii vestri debitum compescatis. Dat. Laterani, III nonas februarii, pontificatus nostri anno I.

## **1544.** — 4 février 1217, Latran.

*Le même permet aux Hospitaliers d'ensevelir dans leurs églises ceux de leurs confrères dont l'autorité diocésaine n'a pas permis l'ensevelissement dans ses églises.*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 14, n° 77 (orig. bullé).

Honorius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis, salutem, etc. Ex quo nobis, superni conditoris intuitu, ad prosequenda opera pietatis, quibus precipue semper intenditis, a sede apostolica inter indulta in sua convenit firmitate consistere, et, ne ipsius indulgentie vacuetur auctoritas, contra quorumlibet calumpniatam pravitatem presidium vobis debet apostolicum non deesse ; quoniam igitur, super eo quod vobis ab antecessoribus nostris Romanis pontificibus est concessum, ut confratres vestros, qui nominatim interdicti vel excommunicati non fuerint, libere possitis tradere sepulture, quidam de prelatis ecclesiarum indultis vobis privilegiis contradicunt, ad exemplar felicis recordationis Lucii pape, predecessoris nostri, presentis privilegii tenore concedimus ut liceat vobis eosdem confratres vestros, quos ecclesiarum prelati apud ecclesias suas non permisserint sepeliri, ad ecclesias Hospitalis auctoritate nostra tumulandos deferre, et sine contradictione aliqua in vestris cimiteriis sepelire, et in ecclesiis vestris pro eorum animabus missarum sollempnia celebrare. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc. Dat. Laterani, II nonas februarii, pontificatus nostri anno I.

**1545.** — 8 février 1217, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 28 *mars* 1182 *ou* 1183 : « *Cum bona fratribus* ». (*V. plus haut*, I, *n*° 628.)

Sources : Lyon, Arch. du Rhône, H. 22, f. 91 (copie d'A. de Naberat, xvii° s.); Paris, Arch. nat., L. 239, n° 25 (orig.); Bibl. nat., lat. 9001, f. 76 *b* (copie d'A. de Naberat, xvii° s.).

Dat. Laterani, vi idus februarii, pontificatus nostri anno i.

**1546.** — 9 février 1217, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 2 *août* 1184 *ou* 1185 : « *Cum inter vos et clericos* ». (*V. plus haut*, I, *n*° 682.)

Source : Paris, Bibl. nat., lat. 8998, n° 6 (orig. bullé).

Dat. Laterani, v idus februarii, pontificatus nostri anno i.

**1547.** — 9 février 1217, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 5 *novembre* 1184 *ou* 1185 : « *Decet pastoralis sollicitudinem* ». (*V. plus haut*, I, *n*° 700.)

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, n° 21 (orig.); Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 179 (copie de S. Pauli, xviii° s.).

Dat. Laterani, v idus februarii, pontificatus nostri anno i.

**1548.** — 9 février 1217, Latran.

*Le même renouvelle la bulle du* 3 *février* 1217 : « *Quotiens a nobis petitur* ». (*V. plus haut*, *n*° 1540.)

Sources : Paris, Bibl. nat., lat. 8998, n° 7 (orig. bullé); Strasbourg, Arch. de l'anc. dép. du Bas-Rhin, H. 1615, f. 11 *b* (copie, xiv° s.).

Dat. Laterani, v idus februarii, pontificatus nostri anno i.

**1549.** — 9 février 1217, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 19 *décembre* 1184 : « *Cum apostolica sedes* ». (*V. plus haut*, I, *n*° 711.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, n° 3 (orig.).

Dat. Laterani, v idus februarii, pontificatus nostri anno i.

### 1550. — 10 février 1217, Latran.

*Le même autorise les frères et les servants de l'Hôpital à bénéficier des indulgences concédées aux croisés.*

Source : Paris, Arch. nat., M. 2, n° 5 *ter* (vid. de l'écolâtre de Périgueux, du 9 avril 1323).

Honorius, etc., magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Attendentes quoniam devote ac laudabiliter pietatis operibus et defensioni christiani nominis in transmarinis partibus insistatis, ut ad serviendum Deo corda vestra ferventius animentur, vestris piis postulationibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus ut fratres et servientes domus vestre, in defensione ac servitio Terre Sancte fideliter in vera penitentia commorantes, illam peccatorum suorum veniam consequantur que crucesignatis a sede apostolica est indulta. Dat. Laterani, IIII idus februarii, pontificatus nostri anno I.

### 1551. — 11 février 1217, Latran.

*Le même ordonne aux prélats de défendre les Hospitaliers et leurs maisons contre tous ceux qui les attaqueraient.*

Source : Toulouse, Arch. de la H.-Garonne, H. fonds de Malte, bulles (collectanea), n° 249 (vidimus de l'official d'Agde, du 4 août 1330).

Honorius, etc., venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste pervenerint, salutem, etc. Etsi apostolice servitutis officium nos constituat omnibus in justicia debitores, viris tamen religiosis, et eis maxime qui per sedis apostolice privilegia majori donati sunt libertate, specialiter adesse tenemur, ne iidem, quod absit, malignorum incursibus exponantur ...... fuerit qui pro eis murum (?) se deffensionis opponat. Cum igitur dilecti filii magister et fratres Hospitalis Jerosolimitani ex eo nobis graviter sint conquesti quod, cum ipsi a malefactoribus suis passim sustineant injurias et rapinas, vix (?) invenitur qui eis congrue..... subveniat, universitati vestre per apostolica scripta mandamus, et in obedientie virtute districte precipimus quatinus illis, qui fratres predictos et eorum homines in personis vel rebus offenderint, vel ipsorum domos violenter invaserint, aut rapuerint bona sua, tamdiu excommunicationis publice nuncietis, et loca, in quibus eorumdem fratrum bona detenta fuerint, supponatis ecclesiastico interdicto, donec malefactores ipsa ablata eis universa restituant, et de illatis injuriis satisfaciant competenter. Dat. Laterani, III idus februarii, pontificatus nostri anno I.

### 1552. — 11 février 1217, Latran.

*Le même, à la requête de Jacques I, roi d'Aragon, et du précepteur de l'Hôpital deça mer, permet de transférer de Toulouse à Sigena, pour y être enterrés, les corps*

*de Pierre II, roi d'Aragon, et des compagnons de celui-ci, affiliés à l'ordre de l'Hôpital*[1].

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, n° 4 (orig.). — Analyse : Delaville Le Roulx, *Arch. de l'ordre,* 30.

Honorius, etc., dilectis filiis preceptori Cismarino et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Cum, sicut accepimus, inclite recordationis rex Aragonum et quidam socii ejus, Hospitalis nostri oblati, in domo nostra Sexene, dum adhuc viverint, sibi elegerint sepulturam, nos, dilecti in Christo filii nostri J[acobi], Aragonum regis illustri, predicti regis filii et heredis, vestrisque postulationibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus ut predictorum regis et oblatorum corpora tumulanda de domo vestra Tolose ad prefatam domum Sexene transferatis, ac tradatis ibidem ecclesiastice sepulture ; districte inhibentes ne quis, occasione debitorum regis, eidem hanc concessionem impedire presumat, cum de ipso predictus heres supersit, a quo sua poterunt repetere debita, si qua fuerint, creditores. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, III idus februarii, pontificatus nostri anno I.

## 1553. — 11 février 1217, Latran.

*Le même ordonne aux prélats de protéger l'ordre de l'Hôpital contre la perception des prémices et dîmes des novales, à laquelle on veut le soumettre.*

Sources : Lyon, Arch. du Rhône, H. 22, f. 92 (copie d'A. de Naberat, XVII[e] s.) ; Paris, Arch. nat., L. 239, n° 17 (orig. bullé) ; Bibl. nat., lat. 9001, f. 107 (copie d'A. de Naberat, XVII[e] s.).

Honorius, etc., archiepiscopis, etc. Cum dilecti filii fratres Jerosolimitani Hospitalis, pro sue religionis observantia et zelo fidei quam defendunt, per sedem apostolicam magna sint libertatis prerogativa donati, quidam, qui aquam vino miscent et de scripturis falsum eliciunt intellectum, privilegia ipsorum ultra quam deceat pro sua voluntate restringunt, et, querentes extraneum intellectum, ab ipsis primitias et decimas de novalibus, feno, lignis, lana, lino, arboribus fructiferis, oleribus et rebus consimilibus extorquere presumunt. Volentes igitur dictorum fratrum indempnitatibus providere, per apostolica vobis scripta mandamus quatinus ab extorsione decimarum et primitiarum super premissis omnibus desistatis, et vestros subditos, appellatione remota, ab eadem desistere compellatis. Dat. Laterani, III idus februarii, pontificatus nostri anno I.

## 1554. — 11 février 1217, Latran.

*Le même renouvelle la bulle du* 13 *décembre* 1216 : « *Ad eripiendam de* ». (*V. plus haut, n°* 1505.)

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 15, n° 81 (orig.).

Le début est semblable à la bulle précitée, la fin diffère : Universitatem itaque

1. Pierre II fut tué à la bataille de Muret, le 12 septembre 1213.

vestram rogandam duximus et monendam, per apostolica vobis scripta mandantes et in remissionem peccaminum injungentes, quatinus dilectos filios fratres Hospitalis Jerosolimitani, qui ad recuperandum et defendendum terram predictam laborare totis viribus non desistunt, in eorum confratriis assumendis, legatis et aliis beneficiis exhibendis, habeatis pro Dei et nostra reverentia pietate solita commendatos, diligentius attendentes quod dicti fratres, tanquam fideles animarum vestrarum ministri, non querunt que sua sunt, sed que Jhesu Christi, non sibi tantummodo thesaurizant, sed facultates vestras fideliter Christi pauperibus subministrant, quorum manus in thesauris celestibus eas condunt, ubi nec erugo exterminat nec tinea demolitur. Nos enim, de beatorum Petri et Pauli auctoritate confisi, omnibus, qui de facultatibus sibi collatis a Deo fratribus subvenerint Hospitalis, et in tam sancta confraternitate statuerint se collegas eique beneficia persolverint, annuatim septimam partem injuncte penitentie relaxamus. Dat. Laterani, III idus februarii, pontificatus nostri anno I.

### 1555. — 11 février 1217, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 23 *janvier* 1168, 1169 *ou* 1170 : « *Cum dilectis filiis* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 392.)

Source : Wurzbourg, Arch. roy., reg. 141, f. 130 *b* (copie, XVI<sup></sup>e s., d'après un vidimus de l'official de Strasbourg, du 15 juin 1308).

Dat. Laterani, III idus februarii, pontificatus nostri anno I.

### 1556. — 11 février 1217, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 4 *novembre* 1184 *ou* 1185 : « *Quanto per gratiam* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 690.)

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 15, n° 77 (orig. bullé).

Dat. Laterani, III idus februarii, pontificatus nostri anno I.

### 1557. — 11 février 1217, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 18 *février* 1199 : « *Religiosos viros fratres* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 1071.)

Sources : Dusseldorf, Arch. roy. d'Etat, command. des SS. Jean et Cordule de Cologne, n° 2 (orig.) ; Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, ms. Y. 72, p. 17 (copie, XVe s.)[1] ; Harlem, Arch. comm., L. 42, f. 34 *b* (bullaire, fin du XVe s.); Strasbourg, Arch. de l'anc. dép. du Bas-Rhin, H. 1615, f. 23 *b* (copie, XIVe s.).

Dat. Laterani, III idus februarii, pontificatus nostri anno I.

1. La rubrique de la table des matières du manuscrit porte : « Require Colonie. »

### 1558. — 11 février 1217, Latran.

*Le même renouvelle, avec quelques variantes, la bulle de Lucius III, du 12 décembre* 1184 : « *Si diligenter attenditis* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 706.)

Sources : Berlin, Arch. secr. d'Etat, ordre de S. Jean (vidimus du 26 juin 1495); Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, reg. 393 F, p. 32 et 516 (copies, xvii<sup>e</sup> s.), et reg. 393 G, f. 100 *b* (copie, xv<sup>e</sup> s.); Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, ms. Y. 72, p. 27 (copies, xv<sup>e</sup> s.), 58[1] et 107 (cette dernière copie est insérée dans une bulle de Boniface IX); Harlem, Arch. comm., L. 42, f. 33 (bullaire, fin xv<sup>e</sup> s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1123 (bull. Germ.), f. 3 (incunable, vers 1496) ; Paris, Bibl. nat., lat. 8998, n° 8 (orig. bullé). — Texte : *Privilegia, immunitates...* (Leipzig, 1520), 15.

Dat. Laterani, iii idus februarii, pontificatus nostri anno i.

### 1559. — 12 février 1217, Latran.

*Le même renouvelle la bulle du* 3 *février* 1217 : « *Quociens a nobis petitur* ». (*V. plus haut, n*° 1540.)

Source : Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, ms. Y. 72, p. 11 (copie, xv<sup>e</sup> s.[2]).

Dat. Laterani, ii ydus februarii, pontificatus nostri anno i.

### 1560. — 13 février 1217, Latran.

*Le même renouvelle la bulle du* 3 *février* 1217 : « *Non sine gravi* ». (*V. plus haut, n*° 1543.)

Sources : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, reg. 393 F, f. 226 (copie, xvii<sup>e</sup> s.), et reg. 393 G, f. 92 et 123 (copies, xv<sup>e</sup> s.); Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, Y. 72, p. 10 (copie, xv<sup>e</sup> s.)[3]; Harlem, Arch. comm., L. 42, f. 15 *b* et 24 *b* (bullaire, fin xv<sup>e</sup> s.); Lyon, Arch. du Rhône, H. 22, f. 93 (copie d'A. de Naberat, xvii<sup>e</sup> s.); Mons, Arch. de l'Etat, ordre de Malte, n° 79, f. 4 *b* (trad. franç., dans un recueil de bulles, xv<sup>e</sup> s.); Prague, Arch. du gr.-pr. de Bohême, A. XXVI, n° 13 *bis* (vidimus du 18 juillet 1291 des doyens de S. Guy et de la Trinité de Spire).— Analyse : K(rapf) v(on) R(eding), *Die Reg. der... Johanniter-Comthurei Tobel,* p. 35, n° 13 (avec attribution à Honorius IV), dans Th. von Mohr, *Die Regesten der Archive in der Schweizerischen Eidgenossenschaft,* II, ii, (Coire, 1854) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1119 (bull. C), f. 5 (xvi<sup>e</sup> s.); Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 5458; Pressutti, *Reg. Hon. papæ III,* I, 60, n° 338.

Dat. Laterani, idibus februarii, pontificatus nostri anno i.

1. La rubrique de la table des matières porte : « Require Argentine, Colonie, et in Trajecto. »

2. La rubrique de la table des matières du manuscrit porte : « Require Colonie et Basilee. »

3. Cette bulle est analysée dans la table des matières du manuscrit de Frauenfeld de la façon suivante : « Honorius tercius, quod eligentes aput nos sepulturam possumus sepeleri, et hiis qui nobis subveniunt veniam pollicetur peccatorum. Require Argentine, Colonie, Trajecti et Basilee. »

**1561.** — 13 février 1217, Latran.

*Le même renouvelle la bulle du* 23 *janvier* 1217 : « *Inter cetera que* ». (*V. plus haut, n*° 1536.)

Sources : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, reg. 393 G, f. 91 *b* (copie, xv^e^ s.) ; Mons, Arch. de l'Etat, invent. des command. belges, n° 79, f. 8 *b* (trad. franç., xv^e^ s.); Prague, Arch. du gr.-pr. de Boh., A. XXVII, n° 61, f. 2 *b* (cahier de copies de bulles, de l'official, de Trèves, de 1496) ; Strasbourg, Arch. de l'anc. dép. du Bas-Rhin, H. 1615, f. 7 (copie, xiv^e^ s.).

Dat. Laterani, idibus februarii, pontificatus nostri anno i.

**1562.** — 13 février 1217, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 15 *mai* 1166, 1167, 1178 *ou* 1179 : « *Querelam gravem recepimus* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 356.)

Source : Munich, Bibl. roy., ms. lat. 4620, f. 127 (copie, xiv^e^ s.).

Dat. Laterani, idibus februarii, pontificatus nostri anno i.

**1563.** — 13 février 1217, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 20 *avril* 1200 : « *Cum dilecti filii* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 1115.)

Sources : Aarau, Arch. du cant. d'Argovie, command. de Leuggern, n° 1 (orig. scellé) ; Berne, Arch. d'Etat, fasc. Fraubrunnen (vidimus scellé du doyen de Constance, du 4 mai 1322); Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, reg. 393 F, f. 226 (copie, xvii^e^ s.) ; Fribourg, Bibl. cant., L. 44, f. 1 (cartul. de Leuggern, 1536). — Texte : *Fontes rerum Bernensium,* I (Berne, 1877), 516.

Dat. Laterani, idibus februarii, pontificatus nostri anno i.

**1564.** — 16 février 1217, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 19 *juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Paci et quieti* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 429.)

Sources : Lyon, Arch. du Rhône, H. 22, f. 95 (copie d'A. de Naberat, xvii^e^ s.) ; Paris, Arch. nat., L. 239, n° 28 (orig.).

Dat. Laterani, xiiii kalendas martii, pontificatus nostri anno i.

**1565.** — 17 février 1217, Latran.

*Le même renouvelle la bulle du* 13 *décembre* 1216 : « *Ad eripiendam de* ». (*V. plus haut, n*° 1505.)

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, n^os^ 22 et 23 (2 orig.); Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 14, n° 78 (orig.).

Dat. Laterani, xiii kalendas marcii, pontificatus nostri anno i.

**1566.** — 17 février 1217, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 19 *décembre* 1184 : « *Cum apostolica sedes* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 711.)

Source : Paris, Arch. nat., L. 239, n° 26 (vidimus du 1 juin 1386).

Dat. Laterani, XIII kalendas marcii, pontificatus nostri anno I.

**1567.** — 21 février 1217, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 2 *août* 1184 *ou* 1185 : « *Cum inter vos et clericos* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 682.)

Sources : Paris, Bibl. nat., lat. 8998, n° 9 (orig. bullé) ; Strasbourg, Arch. de l'anc. dép. du Bas-Rhin, H. 1615, f. 11 (copie, XIV[e] s.).

Dat. Laterani, IX kalendas martii, pontificatus nostri anno I.

**1568.** — 22 février 1217, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 2 *août* 1184 *ou* 1185 : « *Cum inter vos et clericos* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 682.)

Source : Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, ms. Y. 72, p. 94 ( copie, XV[e] s.)[1].

Dat. Laterani, VIII kalendas marcii, pontificatus nostri anno I.

**1569.** — 22 février 1217, Nice.

*Henri, évêque de Nice, donne à Bottin, commandeur de Nice, l'église S. Pierre de la Roquette, à charge d'un service annuel d'une livre de poivre.*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 784 (copie notar. contemp.).

Actum Nicie, in claustro cannonicorum, [anno] MCCXVII, indictione IIII, XXII die februarii. Et fuerunt testes : Willelmus Rotbertus, Petrus Desa, Bertrandus de Concha, canonici Nicie, et Petrus Faber, capellanus.

**1570.** — 23 février 1217, Latran.

*Le pape Honorius III renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 20 *avril* 1200 : « *Cum dilecti filii* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1115.)

Source : Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles n° 47 (orig. bullé).

Dat. Laterani, VII kalendas martii, pontificatus nostri anno I.

1. La rubrique de la table des matières porte : « Require Colonie. »

**1571.** — 24 février 1217, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Urbain III, du* 10 *mars* 1186 *ou* 1187 : « *Querela dilectorum filiorum* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 789.)

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, n° 6 (orig.).

Dat. Laterani, VI kalendas marcii, pontificatus nostri anno I.

**1572.** — 25 février 1217, Latran.

*Le même défend aux prélats d'interdire aux fidèles l'accès des églises et chapelles des Hospitaliers.*

SOURCE : Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles (collectanea), n° 249 (vidimus de l'official d'Agde, du 4 août 1330).

Honorius, etc., venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, et aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste pervenerint, salutem, etc. Gravem dilectorum filiorum magistri et fratrum Jherosolimitani Hospitalis recepimus questionem, quod quidam vestrum parrochianos suos ad ecclesias et capellas fratrum ipsorum causa oracionis accedere, ac eos pia elargiri beneficia non permittunt, quin ymo, quod gravius est, eligentes in eorum cimiteriis sepulturas et caritatis eis subsidia exhibentes, interdicere ac excommunicare presumunt in dictorum fratrum non modicum detrimentum. Quia igitur predictorum fratrum injuriam tanto minus dissimulare possumus quanto amplius Christi pauperibus, quorum iidem ministri existunt, et Terre Sancte successui est dampnosa, universitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus quatinus et vos ipsi, penitus ab hujusmodi desistentes injuriis, et vestros subditos a similibus compescentes, fratres predictos non impediatis, nec paciamini, quantum in vobis fuerit, ab aliis impediri quominus Christi fideles causa orationis, cum voluerint, eorum adeant ecclesias et capellas, grata eis subsidia et pias elemosinas irrogando, et eligendo in eorum cimiteriis, juxta indulta sedis apostolice, sepulturas. Dat. Laterani, V kalendas martii, pontificatus nostri anno I.

**1573.** — 28 février 1217, Latran.

*Le même exempte les Hospitaliers du paiement des dîmes et prémices sur les terres conquises sur les Sarrasins.*

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, n° 7 (orig.).

Honorius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Sollicitudo continua, quam circa Terre Sancte subsidium et subventionem pauperum Christi sine intermissione [geritis], nos inducit ut in hiis, que vestre, immo ipsorum pauperum, necessitati expedire videmus, specialis vobis prerogativam gratie concedamus. Hinc est quod vestris postulationibus inclinati, auctoritate presentium inhibemus ne quis a vobis, de terris que, a manibus Sarra-

cenorum capte vel capiende, ad vos justo titulo fuerint devolute, decimas vel primitias, a quarum prestatione vos immunes decernimus, exigere vel extorquere presumat. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, II kalendas maii, pontificatus nostri anno I.

### 1574. — 5 mars 1217, Latran.

*Le même défend aux prélats de molester les Hospitaliers au sujet des dîmes.*

Sources : Lisbonne, Arch. roy. de Portugal, Malta 28, f. 46 (copie authentiquée par le grand-maître Lascaris, XVII[e] s.); Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 180 (copie de S. Pauli, XVIII[e] s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 110 *b* (copie, XVI[e] s.), et bull. E., f. 166 (auj. perdu). — Analyse : Prutz, *Malteser Urkunden*, 51, n° 132.

Honorius, etc., venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis et aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste pervenerint, salutem, etc. Ex parte dilectorum filiorum fratrum Hospitalis Jerosolimitani nobis est oblata querela quod quidam vestrum, pro sue voluntatis arbitrio asserentes privilegia, ipsis ab apostolica sede indulta, in generali Lateranensi concilio cassata fuisse, decimas et primicias laborum de possessionibus habitis ante concilium generale, quas propriis manibus et sumptibus excolunt, et nutrimentorum animalium suorum aliorum contra tenorem privilegiorum suorum ab eis non metuunt extorquere. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatinus, non obstante longa violentia super dictis exactionibus eisdem fratribus irrogata, et vos ipsi ab extorsione decimarum et primiciarum super premissis omnibus penitus desistatis, et vestros subditos taliter per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, cogatis desistere ab eadem, quod dicti fratres super hiis non possint de cetero querelari. Dat. Laterani, III nonas martii, pontificatus nostri anno I.

### 1575. — 15 mars 1217, Latran.

*Le même charge l'archevêque de [Narbonne], l'archidiacre de Rennes et le sacristain de S. Paul de Narbonne de faire rendre à Gautier, évêque élu d'Elne, par les Hospitaliers de ce diocèse, les sommes usurairement extorquées à ce prélat par feu P., dit Paucus, de Perpignan.*

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 9, f. 84 *b* (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 85 (copie de Smitmer, XVIII[e] s.). — Analyse : Pressutti, *Reg. Hon. papæ III*, I, 112.

Honorius, etc., [venerabili fratri Narbonensi[1]] archiepiscopo, et [dilectis filiis] archidiacono Redonensi et..... sacriste S. Pauli Narbonensis, [salutem, etc.]. Dilectus filius Elnensis electus proposuit coram nobis quod, cum quondam P., dictus Paucus, de Pirpiniano, mutuata ecclesie sue quadam summa pecunie, plura extorsisset ab ea per usurariam pravitatem, confecto instrumento publico de solvendis sibi et heredibus suis et non repetendis usuris, et extorto super observatione ipsius a canonicis ejusdem ecclesie juramento, licet omni beneficio juris et constitutionis in eo renuncietur expresse, ipsius demum corpus sine satisfactione super hiis aliqua decedentis, Jerosolimitani Hospitalis fratres Elnensis diocesis ecclesiastice tradiderunt in ejusdem ecclesie dispendium sepulture. Cujus etiam heredes et

1. Le nom du siège archiépiscopal n'étant pas mentionné, nous proposons, sous toutes réserves : Narbonensi.

executores testamenti ejusdem diocesis ac occasione usuras ab eadem ecclesia exigunt, ipsam super hoc multipliciter molestantes. Nolentes igitur eandem ecclesiam sic enormiter aggravari, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, si rem inveneritis ita esse, revocato in irritum quicquid in fraudem usurarum inveneritis attemptatum, heredes et executores predictos, ut usuras a dicto P. extortas restituant et ab ipsarum exactione desistant, per penam in Lateranensi concilio contra usurarios editam, non obstante juramento predicto ab eisdem canonicis in ecclesie sepefate dispendium edito, appellatione remota, cogatis; super aliis vero, partibus convocatis, (te) facientes [quod statutum fuerit firmiter observari]. Testes autem, etc. Quod si non omnes [his exequendis interesse potueritis], tu, frater archiepiscope, [cum eorum altero exequaris]. Dat. Laterani, ut supra [idibus marcii, pontificatus nostri anno I].

## 1576. — 2, 9, 16, 23 ou 30 avril 1217.

*La commune de Téruel autorise les habitants de Téruel à donner à S. Lopez de Lizenda, tant qu'il sera commandeur d'Aliaga, des terres et des vignes.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 148-150 (orig. scellé).

Pateat cunctis quod nos concilium Turolii, placido corde et voluntate bona, absolvimus toti vicino nostro de Turolio, qui aliquid pro sua anima vel parentum suorum ad Ospitalem sancti Johannis de Aliaga impendere voluerit, quatinus licentiam abeat dandi usque ad seminaturam X fanecarum hereditatis, aud vineam X peditum sine obstaculo. Et nullus nostri concilii hoc prorumpere valeat, dum S. Lupi de Lizenda inde fuerit comendator, et postea irritum fiat et amplius non valeat. Actum est et concessum die dominica in concilio coram Corpo, qui ipso anno judex erat, et Johanne Descrix, dompno Vela, Vincentio de Alepuz, Stephano de Turrecallt (?), Eneco Blasii, S. Petri, et concilio toto, regnante J[acobo] in Aragone, domino in Turolio P. Ferradi, alcaide F. Didaci. Factum est in aprile, sub era M CC LV. Sig(*Seing manuel*)num R., notarii concilii, qui hoc scripsit. Addimus etiam quod, si quis ibi domos reliquerit, non abeat eas solutas sicut scriptum est.

## 1577. — 10 avril 1217.

*Ozende de Lizana, prieure de Sigena, donne reçu des documents concernant le mariage de Constance, reine de Sicile*[1]*, mis en dépôt au monastère.*

Source : Sigena, Arch. du monastère (orig.).

Manifestum sit cunctis, tam presentibus quam futuris, quod nos Ozenda, Dei gratia Sexene domus Hospitalis priorissa, in presentia totius conventus dominarum Sexene, recipimus in comanda et custodia et fidelitate IIII cartas dotum seu sponsaliciorum domine C[onstantie], illustris regine Sicilie, missas nobis ab eadem C[onstantia] regina predicta per dominam Taresam Zappate et dominam Garciam de Artasona; de quibus IIII cartis due bullantur cum sigillo auri, et alie due cum

1. Constance, fille d'Alphonse II et de la reine Sancia, avait épousé en premières noces le roi de Hongrie, et en secondes noces, en 1208, Frédéric II, roi de Sicile et plus tard empereur d'Allemagne.

cera rubea, et duo privilegia Innocentii pape, sigillata cum sigillis plumbi, et quandam cartam comitis Pagani, sigillatam cum sigillo auri. Actum est hoc in mense aprilis, pridie Leonis pape, era M CC LV.

### 1578. — 7 juin 1127, Anagni.

*Le pape Honorius III aux prélats. Il renouvelle la bulle de Lucius III, du 7 mars 1185 : « Dilecti filii nostri fratres ». (V. plus haut,* I, *n°* 752.)

SOURCE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 14, n° 81 (orig. bullé).

Dat. Anagnie, VII idus junii, pontificatus nostri anno I.

### 1579. — 23 juillet 1217, Nicosie.

*Bertrand, seigneur de Margat, Agnès, sa fille, et Amaury Barlais, son gendre, ratifient une donation testamentaire de* 200 *besants de rente, faite à l'Hôpital par feu Renaud, fils de Bertrand de Margat, en présence de Hugues I, roi de Chypre, et d'Eustorge de Montaigu, archevêque de Nicosie*[1].

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 38[1] (orig. auj. perdu). — TEXTE : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 112.

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego Bertrandus de Margato scio, et in veritate cognosco quod Renaldus, meus quondam filius, de consensu et voluntate mea, concessit et donavit ad diem obitus sui, amore Dei et suorum atque meorum remissione peccatorum, domino Deo et sancte domui Hospitalis Iherusalem, et fratribus ibi presentibus et futuris ducentos bisantios Sarracenatos annuos in sempiternum, de illis duobus millibus ducentis bisantiis que eadem domus mihi et heredibus meis solvere tenetur annua, statutis terminis et prefixis, sicut in privilegio ab eis mihi facto continetur[2]. Quam concessionem et donationem concedo et confirmo tibi fratri Garino de Monte Acuto, magistro sancte domus Hospitalis Iherusalem, et eidem domui et fratribus, ego, dictus Bertrandus de Margato, in perpetuum valituram, in presentia domini Hugonis, regis Cypri, et domini Eustorgii, Nichossiensis archiepiscopi. Et ad majorem cautelam ego prenominatus Bertrandus de Margato, non vi coactus nec dolo inductus, nec in aliquo circumventus, sed mera et spontanea voluntate, per me et per omnes meos heredes, ob remedium anime mee et parentum meorum, dono et in presenti trado predictos ducentos bisantios annuos in perpetuum tibi dicto magistro et fratribus Hospitalis, presentibus et futuris. Faciens pactum de non petendo eidem domui Hospitalis et fratribus, nisi tantum duo millia bisantiorum Saracenorum annua, de his duobus millibus ducentorum bisantiorum annuis, que in meo privilegio continе[n]tur, absolvens te dictum magistrum et dictam domum et fratres, per me et per

1. Cet acte était scellé des sceaux de Hugues I, roi de Chypre, et d'Eustorge de Montaigu, archevêque de Nicosie. Pauli les a reproduits (*Cod. dipl.*, I, pl. 5, n°s 47 et 48) ; nous avons nous-même reproduit le sceau d'Eustorge dans notre étude sur les *Sceaux des Arch. de l'ordre de S. Jean de Jérusalem à Malte* (*Mém. des Antiq. de France*, XLVII (1887), 241).

2. Il s'agit de la vente de Valanie et de Margat aux Hospitaliers par Bertrand de Margat, le 1 février 1186 (V. plus haut, I, 783), moyennant une rente annuelle de 2200 besants, sur laquelle Renaud de Margat avait fait remise d'une somme annuelle de 200 besants.

omnes meos heredes, a petitione predictorum ducentorum bisantiorum annuorum in eternum, ita quod non possint peti ratione privilegii, vel aliquo alio jure a me vel ab heredibus meis. Profitens et recognoscens me bene pacatum esse a dicta domo Hospitalis et fratribus de omnibus que mihi tenebantur solvere usque ad hodiernum diem; renuntians exceptioni non numerate pecunie, et omni juri divino et humano, scripto vel non scripto, generali vel speciali, ad hec infringenda vel aliquid horum mihi competenti vel competituro. Et ego Agnes, filia predicti Bertrandi de Margato, de voluntate et consensu ipsius et mariti mei Aymerici Berlai, per me et per omnes heredes meos, concedo et confirmo concessionem et donationem, quam fecit frater quondam meus Renaldus Deo et Hospitali, sicut superius continetur, et concedo et confirmo confirmationem ejusdem concessionis et donationis, et pactum et donationem, quam dictus pater meus fecit predicte domui Hospitalis et fratribus, in perpetuum valitura. Preterea ut Deus misereatur mei et animabus patris et matris[1] mee, et omnium consanguineorum meorum, ego predicta Agnes, filia predicti Bertrandi de Margato, de consensu et voluntate patris et mariti mei, non vi coacta, non inducta dolo, nec in aliquo circumventa, sed bona et spontanea voluntate, per me et per omnes heredes meos, facio pactum in perpetuum de non petendo tibi dicto fratri Garino de Monte Acuto, magistro Hospitalis, et fratribus presentibus et futuris, nisi tantum duo milia bisantiorum Saracenorum annua, de illis duobus millibus ducentis bisantiis qui in privilegio continentur patri meo facto et heredibus suis a fratribus Hospitalis; absolvens dictam domum et fratres in sempiternum a petitione predictorum ducentorum bisantiorum Saracenorum annuorum, ita quod non possint peti ratione privilegii, vel aliquo alio jure a me vel ab heredibus meis. Et quamvis donatio possit fieri in pias causas in infinitum absque insinuatione, nos tamen ex habundanti, scilicet ego dictus Bertrandus de Margato et ego Agnes, filia ejus, et ego Aimericus Berlai, maritus ejus, qui predicta omnia confirmo et laudo, ne possit irritari quod gestum est in aliquo, sed semper firmam obtineat firmitatem, rogamus et quamplurimum deprecamur dominum Hugonem, regem Cypri, et dominum Eustorgium, archiepiscopum Nichossiensem, ut suam auctoritatem attribuant rei geste. Nos itaque, scilicet ego Huguo, rex Cypri, et ego Eustorgius, archiepiscopus Nichossiensis, a prefatis rogati, nostram predictis interponimus auctoritatem, ea sigillis nostris plumbeis roborantes. Hujus rei testes sunt: Johannes Paphensis, magister Baldoinus, Alduinus, canonici Nichossienses; Galterius Cesar[ee], regni Cypri conestabulus; Galterius de Betsan; Bertrandus de Gibeleth; Petrus Champ; Renaudus Suessionis, marescalcus regni Cypri; Balduinus de Nore; Jacobus de Riveth. Actum est hoc apud Nicosiam, x kalendas augusti, anno dominice incarnacionis M CC XVII.

## 1580. — 24 juillet 1217, Ferentino.

*Le pape Honorius III ordonne au grand-maître des Hospitaliers d'aller à Chypre au devant d'André II, roi de Hongrie, de Léopold VI, duc d'Autriche, et des autres seigneurs qui viennent en Terre Sainte.*

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 86 (copie, xvi[e] s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 9, f. 138, n[os] 536 et 537 (copies contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 5585; Pressutti, *Reg. Hon. papæ III*, I, 117, n[os] 672 et 673. — Texte : Bosio, *Dell' historia...*, I, 504; Pauli, *Cod. dipl.*, I, 320.

Honorius, etc., magistro et fratribus Hospitalis Hierusalem, salutem, etc. Cum

1. Bermonde, fille de Gautier de Beyrouth, seigneur de Blanchegarde.

charissimi in Christo filii nostri Ungarie rex illustris, dux Austrie, et alii multi magnates et magnifici, in subsidium Terre Sancte, inspirante Domino, aspirantes, in nativitate beate Marie Virginis, Deo propitio, apud Cyprum disposuerint convenire, ut, secundum vestre discretionis consilium, in negotio Christi ordinate procedant, sicut idem rex vestre discretioni per suas litteras dicitur intimare, discretionem vestram rogamus et monemus attente, mandantes ut, sicut causam Christi zelantes, eis illuc occurrere non omittatis, impensuri eis auxilium et consilium opportunum. Dat. Ferentini, IX calendas augusti, pontificatus nostri anno II.

### 1581. — 25 juillet 1217, Ferentino.

*Le même recommande au grand-maître et aux frères de l'Hôpital Raymond Rupin, prince d'Antioche.*

SOURCES : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 87 (copie, XVIe s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 9, f. 142 (copie contemp.). — ANALYSE : Horoy, *Medii ævi bibl. patristica,* II, II, col. 476 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, nº 5588 ; Pressutti, *Reg. Hon. papæ III,* I, 118, nº 676. — TEXTE : Bosio, *Dell' historia...*, I, 503; Pauli, *Cod. dipl.*, I, 320.

Honorius, etc., magistro et fratribus Hospitalis Hierusalem, etc. Cum beneficiis principum religiosa loca grata in temporalibus susceperint incrementa, equa eis vicissitudine respondetur, si religiosi viri eisdem assistant loco et tempore opportuno, in his maxime in quibus et servatur justitia, et pietas exercetur. Cum igitur dilectus filius nobilis vir Raimundus Rupini, princeps Antiochenus, de vestra fide ac religione confidens, a nobis humiliter postularit vobis apostolicis literis commendari, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes, quod, ob reverentiam apostolice sedis et nostram, ipsum habentes in jure suo propensius commendatum, non permittatis eum, quantum in vobis fuerit, ab aliquibus indebite molestari, eidem contra molestatores ejus indebitos viriliter assistendo, preces et mandata nostra taliter admissuri, quod idem ea sibi sentiat fructuosa, et spes, quam de vobis conceperat, ipsi clareat per effectum, et nos devotionem vestram possimus ex hoc merito commendare. Dat. Ferentini, VIII calendas augusti, pontificatus nostri anno II.

### 1582. — 25 juillet 1217, Ferentino.

*Le même écrit à Raoul, patriarche de Jérusalem, aux grands-maîtres et aux frères du Temple et de l'Hôpital d'aller au devant d'André II, roi de Hongrie, qui vient de débarquer en Chypre avec une armée pour secourir la Terre Sainte.— « Cum charissimi.»*

SOURCE : Rome, Arch. du Vatican, reg. 9, f. 138 (copie contemp.). — ANALYSE : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, nº 5587 ; Pressutti, *Reg. Honorii papæ III,* 118, nº 673 (à la date fausse du 24 juillet 1217).

Dat. Ferentini, VIII kalendas augusti, [pontificatus nostri] anno II.

### 1583. — 27 août 1217, Ferentino.

*Le même ordonne à l'archidiacre de Neutra et à l'écolâtre de Weissembourg de poursuivre l'affaire, pendante entre les Hospitaliers de Hongrie et le monastère de*

*S. Martin de Pannonie (V. plus haut, n° 1472), en l'absence de l'évêque de Raab, parti pour la Terre Sainte.*

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 9, f. 160 (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 5597 ; Pressutti, *Reg. Honorii papæ III*, 191, n° 709. — Texte : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, III, i, 228 ; Horoy, *Medii ævi bibl. patristica*, II, ii, col. 495 ; Katona, *Hist. crit. reg. Hung.*, V, 289 ; Knauz, *Monum. eccl. Strigon.* (Gran, F°, 1874-82), I, 213. — Extraits : Schmitth, *Episcopi Agrienses fide diplomatum concinnati* (Tyrnavau, 1768), I, 123 ; Theiner, *Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia*, I (Rome, 1895), 8.

Honorius, etc., dilectis filiis..... archidiacono Nutriensi et..... scolastico Albensi Vesprimiensis diocesis, salutem, etc. Litteras bone memorie I[nnocentii] pape, predecessoris nostri, nobis in hunc modum accepimus presentatas : « Innocentius episcopus, etc. » (Suit le texte de la bulle du 20 avril 1216. V. plus haut, n° 1472.) Ne igitur, ob dicti predecessoris nostri obitum, processus ipsius negotii retardetur, discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus quatenus, non obstante absentia episcopi supradicti, qui, sicut accepimus, jam iter arripuit in subsidium Terre Sancte, vos duo in causa ipsa, juxta formam in litteris supradictis expressam, sublato cujuslibet dilationis contrario et appellationis obstaculo, ratione previa procedatis. Dat. Ferentini, vi kalendas septembris, [pontificatus nostri] anno ii.

### 1584. — 1 septembre 1217.

« *Acte par lequel frère Isimbard déclare qu'il a acheté quelques maisons d'une aumône qui avoit été faite entre ses mains, et qu'il les a données à Raimonde, Provençale, donnée de l'ordre, pour avoir l'usage durant sa vie, du 1 des calendes de septembre* 1217. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 222 (xviii^e s.).

### 1585. — [11 septembre-21 octobre][1] 1217.

*Sueiro Viegas II, évêque de Lisbonne, Sueiro II, évêque d'Evora, Pierre, maître du Temple en Espagne, le prieur de Portugal de l'ordre de l'Hôpital et Martin, commandeur de Palmela (ordre de S. Jacques), annoncent au pape Honorius III le débarquement inespéré des croisés d'Allemagne et de Flandre à Lisbonne, et la victoire éclatante remportée à Alcazar sur les Maures, grâce à l'appoint qu'ils ont donné aux forces des rois d'Espagne et de Portugal, des Templiers et des Hospitaliers.*

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 9, f. 201 (copie contemp.). — Analyse : Pressutti, *Reg. Honorii papæ III*, I, 52. — Texte : Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. XIII*, I, 27, n° 35 ; Raynaldi, *Ann. eccl.*, XX, 412.

### 1586. — 2 octobre 1217.

*Nuño Sanchez, comte de Roussillon, en proclamant la paix et la trêve de Dieu, y comprend les Templiers et les Hospitaliers.*

Texte : D'Achery, *Spicilegium*, III, 587. — Extraits : Ducange, *Gloss. mediæ et infimæ latinitatis*, au mot : Salvitas.

..... Item sub hac pace et treuga ponimus et constituimus omnes clericos,

1. Cette lettre fut écrite après la victoire d'Alcazar (11 septembre) et avant la prise de cette place (21 octobre).

in quocumque sint ordine constituti, et monachos regulares, sanctimoniales, Hospitalarios, Templarios sive fratres S. Sepulcri, et omnes alios viros religiosos, et monasteria omnia, et quelibet loca religiosa, et omnes honores et possessiones eorum, et alias res mobiles et immobiles et se moventes. Item emunitates sive salvetates Templi et Hospitalitatis Jerosolymitani et aliorum venerabilium locorum sub eadem pace constituimus. Statuimus tamen quod de cetero domus Templi et Hospitalis, vel alius venerabilis locus religiosus, non recipiat novas salvetates sine consilio domini episcopi et vicarii nostri....... Actum est hoc sexto nonas octobris, anno Domini M CC XVII.....

## 1587. — [1 novembre] 1217-[14 avril 1218].

*Philippe-Auguste, roi de France, en qualité de suzerain, autorise la vente de seize muids de blé, faite par Enguerrand de Sery aux Hospitaliers sur son moulin de Sery.*

Source : Paris, Arch. nat., S. 5175, n° 7 (orig. scellé). — Analyse : Mannier, *Command. du gr.-prieuré de France,* 261.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Philippus, Dei gratia Francorum rex. Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod dilectus et fidelis noster Ingerannus de Seriaco de licentia nostra vendidit fratribus Hospitalis sedecim modios bladi, quos tenebat de nobis in molendino suo de Seriaco. Quia vero id de feodo nostro movebat, ad peticionem predicti Ingeranni, dictam venditionem ratam esse volumus, et, ut predicta vendicio perpetuum robur obtineat, sigilli nostri auctoritate et regii nominis karactere inferius annotato presentem paginam confirmamus. Actum Parisius, anno Domini M CC septimo decimo, regni nostri anno tricesimo nono. Astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa, dapifero nullo. S. Guidonis, buticularii. S. Bartholomei, camerarii. S. Droconis, constabularii. Data vacante (*Monogramme*) cancellaria.

*Au dos*: Confirmacio domini regis Francie de sedecim modiis bladi, quos dominus Ingerannus de Seriaco vendidit fratribus Hospitalis in molendino suo de Seriaco.

## 1588. — 4 novembre 1217, Latran.

*Le pape Honorius III renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 20 *avril* 1200 : « *Cum dilecti filii* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1115.)

Source : Paris, Arch. nat., L. 239, n° 45 (orig. bullé).

Dat. Laterani, II nonas novembris, pontificatus nostri anno II.

## 1589. — 7 novembre 1217.

*Henri III, roi d'Angleterre, pour le repos de l'âme de Jean sans Terre, son père de ses ancêtres et de Robert de Quency, ordonne au trésorier et aux chambriers de l'Echiquier de donner au grand-prieur d'Angleterre et aux Hospitaliers trois deniers*

*par jour, à prendre sur les revenus de l'Echiquier, jusqu'à ce qu'il leur ait assigné cette rente sur une terre.*

Source : Londres, Record office, rot. litt. claus., 2 Henri III, membr. 15 (copie contemp.). — Texte : *Rot. litt. claus.*, I, 342.

Teste ipso ut supra [vii die novembris].

## 1590. — [Décembre] 1217.

*André II, roi de Hongrie, donne à l'Hôpital les revenus du péage de la porte de Bobeth à Soprony (Œdenbourg), une terre sise entre la Drave et Csurgó, et des privilèges étendus dans ses états.*

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5, n° 38 (auj. perdu)[1] ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 9, f. 275, n° 1228 (copie contemp., d'après une confirm. d'Honorius III, du 27 juin 1218). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 5850 ; Pressutti, *Reg. Hon. papæ III*, I, 245, n° 1474. — Texte : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, III, i, 239 ; Horoy, *Medii ævi bibl. patr.*, II, ii, col. 825, n° 312 ; Katona, *Hist. crit. regum Hung.*, V, 283 ; *Monum. Hung. hist.*, dipl. VI, 158 ; Pauli, *Cod. dipl.*, I, 109 ; Theiner, *Vet. monum. Hung.*, I, 16.

Andreas, Dei gratia Hungarie, Dalmatie, Crohacie, Rame, Servie, Galitie, Lodomerieque rex imperpetuum. Licet, juxta illud veridicum divine lectionis documentum : « omni petenti te, tribue[2] », ad elemosinarum largitionem, elegantissimum videlicet misericordie opus, non secundum personarum differentias teneamur, ibi tamen precipue memoria largientium indeciduo recordationis titulo comendatur, ubi sollers et insopita recipientium prudentia pie devotionis fructum in Dei laudem et honorem indesinenter operatur. Cum igitur, juxta collata nobis divinitus, regalis excellentie beneficia largiori pre ceteris munificentie studio super egenos et pauperes intendere debeamus, debite circumspectionis providentiam adhibentes, animadvertimus ibi nos debere potius nostre largitionis surculos interserere, ubi et Deo servientium numerus augmentari, et divini nominis cultus et gloria in generationes generationum possit feliciter dilatari. Verum quia sacratissimam domum Hospitalis sancti Johannis Baptiste de Jerusalem, prout antea didiceramus auditu, cum ad Sancte Terre subsidium accessimus, diversis virtutum operibus in totius christianitatis proficuum et honorem resplendescere cognovimus, hujus sacratissimi collegii toto corde totisque viribus inhiantes desiderio, divine pietatis intuitu, in redemptionem anime nostre et animarum predecessorum nostrorum, memorate domus meritis et interventu veniam apud Deum consequi cupientes, quasdam nostre largitionis donationes et elemosinas, sancte domui Hospitalis de Jerusalem in manus fratris Guarini de Monte Acuto, dicte sancte domus Hospitalis venerabilis magistri, et omnium fratrum ejusdem domus presentium ac futurorum, ad usus et proprietatem, et ad jus memorate domus, et ad possessiones perpetuas decrevimus fore largiendas. Nec immerito cum illic personaliter hospitati viderimus innumerum pauperum cetum diurno pastu cotidie sustentari, fessos languidorum artus lectisterniis variisque ciborum copiis refici, mortuorum corpora cum debita veneratione sepeliri, et ut in genere singulorum referamus que per singula generum enarrare non possumus, ut Mariam et Martham sacratissimum sepedicte domus Hospitalis collegium nunc variis sincere contemplationis usibus intendere, nunc contra Dei adversarios et hostes crucis Christi, adversus etiam

1. Pauli nous a conservé ce texte d'après une copie notariée du 27 octobre 1266, dont nous donnons ci-contre les formules et la date. (V. p. 232, note 1.)
2. S. Luc, VII, ℣ 30.

Amalech incessabili perfecte militie conflictu de die in diem dimicare. Nos igitur, deliberationis debite ad plenum deliberantes, nutuque divino magnificentie regalis elemosinam nusquam fructuosius posse colloquari cognoscentes, predicte sancte domui Hospitalis sancti Joannis de Jerusalem et fratri Guarino de Monte Acuto, tunc temporis magistro dicte sancte domus, et fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, ad omne jus et proprietatem, et ad omnem jurisdictionem et honorem, et possessionem perpetuam predicte domus, tributum porte de Supran, quod nominatur Bobech, et quamdam terram nostrorum subulcorum, id est pastorum porcorum nostrorum, que est inter Dravam et Chergou, videlicet conterminatam possessioni domus sepedicte que est Chergou, cum suis metis et terminis et nemoribus, et cum omnibus suis pertinentiis, contulimus imperpetuum possidenda. Concessimus etiam liberalitate regia quatenus sales suos ubicumque locorum regni nostri voluerint etiam usque Dravam, exceptis confiniis, libere et absolute, et sine omni tributo venditioni possint exponere, et alienare juxta eorum propriam voluntatem. Precipimus insuper regia auctoritate ne cuiquam judicum liceat homines domus predicte judicare, nec in aliquo offendere vel molestare, nisi soli judici quem regia stabiliverit benignitas. Quod si forte homines dicte domus ab eodem judice in aliquo gravarentur, ad majestatem regie celsitudinis habeant recursum; et si aliqua sententia inde lata fuerit per ipsum contra consuetudinem regionis, decernimus ut nullam efficatiam possit habere. Volumus etiam et auctoritate regali confirmamus, ut sepedicte domus Hospitalis homines, in quibuscumque partibus et confiniis Hungarie commorantes, nec liberos denarios vel pondera, nec descensum, nec aliam publicorum vectigalium exactionem, que aliquo casu vel occasione in regno nostro posset emergi, persolvere teneantur, et ab omnibus supradictis et ceteris servitiis sint liberi et immunes. Cum igitur que Deo data sunt sancta sint et inrevocabilia, ut horum a nobis divine pietatis intuitu, deliberatione legitima facta, donatio nostris nostrorumque successorum temporibus salva semper et inconcussa permaneat, presentem et aliam, ad habundatiam majoris cautele paginam, sigilli nostri, auree videlicet bulle, karactere fecimus roborari. Quarum unam, domui Hospitalis in terram Sirie tradidimus; reliquam vero, presentem scilicet, nostre posteritati ostensuram in Hungariam, ut fides donationi nostre adhiberetur, domui Hospitalis dignum duximus transmittendam. Datum per manus magistri Huguerini, aule regie cancellarii, anno ab incarnatione Domini M CC XVII. Venerabili Johanne, Strigoniensi; reverendo Bertholdo, Colocensi archiepiscopis existentibus; Calano, Quinqueecclesiensi; Desiderio, Chenadiensi; Simone, Warradiensi; W[illelmo], Transilvano; Roberto, Vesprimiensi; Petro, Geuriensi; Jacobo, Watiensi; Stephano, Zagabriensi; Thoma, Agriensi electo, et ceteris episcopis ecclesias feliciter gubernantibus; Jula, palatino; Dionisio, magistro Tavarnicorum et comite Novi Castri; Raphayl, woiwoda; Banco, bano; Ochuz, curiali comite, et ceteris comitibus comitatus tenentibus, regni nostri anno tercio decimo [1].

1. Voici la teneur du vidimus notarié, du 27 octobre 1266, qui accompagnait le texte des archives de Malte; elle donne du sceau d'André de Hongrie une description très précise: « Ego Aliottus Uguiccionis, auctoritate imperiali judex et notarius publicus, illud autenticum sacrum privilegium, unde hoc exemplum a me sumptum est, vidi et legi, sanum et integrum, non vitiatum, nec cancellatum, neque in aliqua parte sui corruptum, bullatum cum serico rubeo et pendenti bulla aurea, in qua ex una parte apparebat ymago regis coronati, sedentis et tenentis in una manu virgam cum lilio desuper, et in alia tenens pomum, litteris (*sic*) ex uno latere, signa ad modum lune, et stelle, et ex altero signum ad modum solis, taliter circumscripta : ✠ ANDREAS DI GRA UNGIE. DAM. CHOÆ. RAVE. SVIE GAIC. LODOMERIE. Q. REX. Ex altera quidem parte patebat figura ad modum scuti ad fascias, et in tribus ex fasciis apparebant figure bine ad modum leonunculorum, respicientium unum alterum, parvo scutulo mediante; in qualibus et in fascia inferiori apparebat ymago quasi parvi leonis aspicientis retro se, talibus literis circumscripta : ✠ SIGILLUM. SECUNDI. ANDREE. TERCII. BELE. REGIS. FILII. Et, prout in eo inveni, hic superius fideliter de verbo ad verbum transcripsi, et exemplavi nullo addito vel diminuto. Ideoque subscripsi, et, ad majorem rei evidentiam atque robur, signum mee manus rogatus imposui. Apud Accon, vicesimo septimo die mensis octobris, decime indictionis, anno Domini

### 1591. — [Décembre] 1217.

*Le même assigne à l'Hôpital de Jérusalem un revenu annuel de* 500 *marcs d'argent sur les salines royales de Szalacs.*

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 9, n° 1229, f. 275 (dans une confirmation d'Honorius III, du 25 juin 1218); Budapest, Bibl. de l'Université, coll. Hevenessi, JJ. n° 36 (copie, xviii[e] s., d'après une copie de 1324 aux arch. du royaume de Hongrie) ; Vienne, Arch. imp. et roy., ms. 100, vol. 2, f. 20 (copie de Smitmer, xviii[e] s., d'après la conf. d'Honorius III, du 25 juin 1218). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 5848 ; Pressutti, *Reg. Honor. papæ III*, I, 244, n° 1469. — Texte : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, III, i, 233 ; Horoy, *Medii ævi bibl. patr.*, II, ii, col. 823 ; Katona, *Hist. crit. reg. Hung.*, V, 276 ; *Monum. Hung. hist.*, dipl. VI, 156 ; Theiner, *Vet. monum. hist. Hung.*, I, 14.

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis, Andreas, Dei gratia Ungarie, Dalmatie, Crohacie, Rame, Servie, Galitie, Lodomirieque rex, imperpetuum. Excellentissima regum nobilitas, licet nullis largiendi limitibus circumscribi debeat, precipua tamen eidem adhibenda est circumspectio quatinus, singulorum status et differentias considerans, illis pre ceteris excellentius sue dona munificentie largiatur, qui et temporalium beneficiorum servitio sibi fideliter obsequuntur, et in offerendis orationum et elemosinarum sacrificiis non tantum sua, verum et personas, ad Christi laudem et gloriam offerentes, pro commodo christianitatis et regnorum omnium utilitate Deo jugiter et devote famulantur. Cum itaque sacratissima sancti Johannis Baptiste domus Hospitalis de Jerusalem, ab antiquis seculorum temporibus ubique partium orbis ex se bonorum operum et sincere devotionis commendaretur obsequio, juxta illud veridicum prophetice provisionis presagium : « mamillis regis lactaberis [1] », pervigili cura fidelium et diligenti christianorum regum et principum providentia, multiplici largitione, munere predotata, crescere et per universos orbis fines meruit dilatari ; inter quos non tantum nostrorum antecessorum ad idem intenta pietas, sed et nostra diligens sollertia, prout unicuique nostrum divinitus illustrari visum est, hanc sacratissimam domum largissimis regie largitionis muneribus, unde Deo gratias referimus, honoravit ; verum quia segnius invitant animos demissa per aures, quam que sunt oculis commissa fidelibus, cum ad Sancte Terre liberationem in spe divine potestatis accessimus, que de memorata domo per odorem boni nominis et opinionis illese per orbem terrarum relatione perceperamus, illic tam a fratre Guarino de Monte Acuto, ejusdem sancte domus venerabili magistro, quam a fratribus honeste suscepti, fide perspeximus oculata. Siquidem ibi degentes vidimus diebus singulis innumeram pauperum multitudinem largifluis elemosinarum erogationibus satiari, morbo etiam lacescentes lectorum mollium et ciborum copia et delitiis confoveri, mortuorum corpora, debitis in Christo persolutis exequiis, a fratribus memorate domus cum veneratione sepeliri. Nos equidem, hujus sacrati collegii non tantum caritatis affectu, verum etiam numero participare volentes, et ut eorum communicaremur consortio, et mereremur orationum et beneficiorum

millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, et ubi superius in prima linea in nominatione Dalmatie Crohacie correctum apparet, ego ipse propria manu feci.

Nos Guillelmus, divina miseratione sacrosancte Jerusalem ecclesie patriarcha, apostolice sedis legatus, quia illud originale privilegium, bullatum bulla aurea, prout superius est per singula designata, vidimus sanum et integrum, non vitiatum nec cancellatum, nec in aliqua parte sui corruptum, vidimus, et legi et auscultari cum prenotato transcripto fecimus diligenter. Et illud invenimus per nominatum Aliottum, publicum notarium, fideliter exemplatum de verbo ad verbum, nullo addito vel diminuto. Idcirco, ad preces religiosi viri fratris Hugonis Revel, venerabilis magistri domus Hospitalis sancti Joannis Jerusalem, huic transcripto sigillum nostrum jussimus superponi, ad futuram rei memoriam et evidentiam pleniorem.

1. Isaïe, 60, ℣ 16.

participes fieri, confraternitati eorum ita nos astrinximus devote, ut tam nos quam successores nostri, pro redemptione animarum predecessorum nostrorum et nostrarum, singulis annis predicte domui in obsequio pauperum quingentas marcas argenti imperpetuum, de proventibus salium nostrorum in Saloch, in pasca conferremus, obligantes tam filios nostros quam successores filiorum nostrorum, sperantes retributionem ab eo, qui in eterna beatitutine premia pro bonis beatis reddere consuevit. Addentes etiam ut, si aliquis successorum nostrorum ausu temerario donationem, quam pro communi animarum utilitate digne de proventibus regalibus, communi consilio principum nostrorum, qui tunc in Dei servitio nobiscum in partibus Syrie militabant, fecimus, infringere, vel auferre seu diminuere voluerit, maledictionem Dei patris omnipotentis et beati pii patris nostri sancti Stephani, regis pie recordationis, et nostram incurrat. Precipimus etiam ut salinarii, quicumque fuerint pro tempore in Saloch, visis litteris fratrum predicte domus, in sancta pasca predictas quingentas marcas argenti eisdem solvere non omittant; alioquin sciant se in iram regiam incidisse, quam regia majestas nullo casu pretermittet inultam. Ut igitur hec a nobis liberalitate regia nostra nostrorumque jobagionum, qui nobiscum in ultramarinis partibus divino tunc temporis vacabant servitio, Petri videlicet Geuriensis episcopi, et Thome Agriensis electi, Dionysii, magistri tavarnicorum et comitis Novicastri, Nicolai comitis, filii Borcz, Smaragdi, Moysi, Jule, fratris Ratholth, et Sebez comitis, filii Thome, Demetrii, senescalci, Ladislai, marescalci, et aliorum nobilium Hungarie deliberatione legitima, facta donatio nostris nostrorumque successorum temporibus salva semper et inconcussa permaneat, presentem et aliam, ad habundantiam majoris cautele, paginam, sigilli nostri, auree videlicet bulle, caractere fecimus roborari; quarum unam domui Hospitalis in terram Syrie tradidimus; reliquam vero, nostre posteritati ostensuram in Hungaria, ut fides donationi nostre adhiberetur, domui Hospitalis dignum duximus transmittendam. Datum per manus magistri Hyguerini, aule regie cancellarii, anno ab incarnatione Domini M CC XVII. Venerabili Johanne, Strigoniensi; reverendo Bertholdo, Cohlocensi archiepiscopis existentibus; Calano, Quinqueecclesiarum; Desiderio, Cenadiensi; Symone, Waradiensi; Wilhelmo, Transilvano; Roberto, Vesprimiensi; Petro, Geuriensi; Jacobo, Watiensi; Stephano, Zragabiensi; Thoma, Agriensi electo, et ceteris episcopis ecclesias feliciter gubernantibus; Jula, palatino; Dionisio, magistro tavarnicorum et comite Novicastri; Raphayl, woywoda; Bancone, bano; Ocus, curiale comite, et ceteris comitibus comitatus tenentibus, regni nostri anno XIII.

### 1592. — 1 décembre 1217, Latran.

*Le pape Honorius III renouvellé la bulle d'Alexandre III, du* 19 *juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Paci et quieti* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 429.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 130 (copie, XVI[e] s.).

Dat. Laterani, kalendis decembris, pontificatus nostri anno II.

### 1593. — 1 décembre 1217.

« *Donation de la moitié d'une gastine, appellée Sellorie, faite à l'ordre par Jean*

*Nicéphore, confirmée par Raymond Rupin, prince d'Antioche, fils du prince Raymond, des calendes de décembre* 1217, *la seconde année de son principat.* »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 219 (xviii^e s.).

**1594.** — 4 décembre 1217, Latran.

*Le pape Honorius III renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 20 *avril* 1200 : « *Cum dilecti filii* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1115.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 133 *b* (copie, xvi^e s.), et vol. 1118 (bull. XP.), f. 112 (copie, xvi^e s.).

Dat. Laterani, II nonas decembris, pontificatus nostri anno II.

**1595.** — 4 décembre 1217, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 15 *mai* 1166, 1167, 1178 *ou* 1179 : « *Pervenit ad nos ex conquestione* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 357.)

Source : Poitiers, Arch. de la Vienne, gr.-prieuré d'Aquitaine, H^3., liasse 2, cahier de copies de bulles, p. 17 (copie, fin du xv^e s.).

Dat. Laterani, II nonas decembris, pontificatus nostri anno II.

**1596.** — 5 décembre 1217, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 15 *mai* 1166, 1167, 1178 *ou* 1179 : « *Pervenit ad nos ex conquestione* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 357).

Source : Paris, Bibl. nat., lat. 9001, f. 111 *b* (copie d'A. de Naberat, xvii^e s.).

Dat. Laterani, nonis decembris, pontificatus nostri anno II.

**1597.** — 7 décembre 1217, Latran.

*Le même confirme la cession de diverses églises, faite aux Hospitaliers par le prieur et l'abbaye de la Charité-sur-Loire, à la Croix en Brie, à Closfontaine, à Courmery, au Sceau, à Bruyères, à Praaz, à S. Just, à Marolles, à Montaige, etc.*

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 82 (copie de S. Pauli, xviii^e s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 47, f. 59 (copie moderne d'après le bull. E., f. 174, auj. perdu), et div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 88 (copie, xvi^e s.) ; Paris, Arch. nat., S. 5161, n° 4 (orig. bullé) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 9, f. 181 (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 86 (copie de Smitmer, xviii^e s.). — Analyse : Bosio, *Dell' istoria*, I, 512 ; Mannier, *Command. du gr.-prieuré de France*, 227 ; Pressutti, *Reg. Hon. papæ III*, I, 153, n° 907.

Honorius, etc., dilectis filiis....... magistro et fratribus Hospitalis Jerosoli-

mitani, salutem, etc. Cum a nobis petitur, etc. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, donationem et venditionem possessionum et aliarum rerum, a [Gaufrido] priore ac conventu de Caritate, de consensu dilectorum filiorum [Willelmi] abbatis et conventus Cluniacensis, ac etiam venerabilis fratris nostri [Petri][1], Senonensis archiepiscopi, vobis factas, et a carissimo in Christo filio nostro Philippo, rege Francorum illustri, postmodum roboratas, sicut in scriptis autenticis perspeximus contineri, vobis, et per vos domui Hospitalis vestri, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Ad majorem autem firmitatem, tenorem instrumentorum exinde confectorum presentibus jussimus annotari, qui talis est : « Ego Gaufridus, prior, et conventus de Caritate, etc. (V. plus haut, n° 1330) ». — « Ego frater Willelmus, humilis Cluniacensis abbas, etc. (V. plus haut, n° 1331) ». — « Philippus, Dei gratia Francorum rex, etc. (V. plus haut, n° 1332) ». Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, VII idus decembris, pontificatus nostri anno II.

## 1598. — 19 décembre 1217, Latran.

*Le même ordonne à Siegfried d'Eppstein, archevêque de Mayence, de maintenir dans le sous-diaconat un clerc de l'Hôpital, qui a été fait prêtre sans passer par le diaconat.*

SOURCE : Rome, Arch. du Vatican, reg. 9, f. 184 (copie contemp.). — ANALYSE : Pressutti, *Reg. Honorii papæ III*, I, 156, n° 931. — TEXTE : Horoy, *Medii ævi bibl. patristica*, II, II, col. 558 ; Würdtwein, *Nova subsidia diplomatica*, III (Heidelberg, 1782), 75.

Honorius, etc., venerabili fratri [Sigfrido], archiepiscopo Maguntino, salutem, etc. Veniens ad sedem apostolicam J., clericus, frater Hospitalis Hierosolymitani, humili nobis confessione monstravit quod, cum olim, priusquam Hospitalariorum habitum sumeret, in subdiaconatus ordine constitutus, se tibi, qui eum ad alios ordines promoveras, presentarit, idem, tunc terrene cupidus dignitatis et vane glorie contemplator, ut facilius posset ad gradum sacerdotis promoveri, se mendaciter asseruit diaconatus ordinem assumpsisse ; cujus assertioni tu fidem adhibens, ipsum, facti hujus ignarus, in presbyterum ordinasti. Cumque postmodum dictus clericus, inspirante Domino ad cor rediens, presumptionem hujusmodi sacerdoti suo in modum penitentie detexisset, sacerdos ipse injunxit eidem ut quemcumque vellet habitum susciperet regularem. Unde nobis humiliter supplicavit ut, cum ipse ad domum se transtulerit Hospitalis, ejusdem ac ordinem assumpserit loci predicti, provideri super hoc eidem misericorditer dignaremur. Nos igitur, ne utile per inutile vitietur, de misericordia, que superexaltat judicio, ei duximus concedendum ut in subdiaconatus ordine tantum, quem rite suscepit, libere valeat ministrare. Dat. Laterani, XIV kalendas januarii, pontificatus nostri anno II.

## 1599. — [Vers 1218][2].

*Guy IV, comte de Forez, se porte caution envers les Hospitaliers de la vente,*

1. Pierre de Corbeil occupa le siège archiépiscopal de Sens de 1200 à 1222.

2. Il y a lieu de faire des réserves sur la date de 1210, proposée par le comte de Charpin-Feugerolles.

*à eux faite par Joscerand d'Urgel, de tout ce qu'il avait dans la maison de la Murette, et des acquisitions qu'ils avaient faites de Hugues de Talaru et de Girin Bouvier à la Chaux, à S. Paul d'Uzore et au bois de la Gaindore.*

Source : Paris, Arch. nat., Cart. des francs-fiefs du Forez, P. 1401[2], cote 1076, n° 57 (copie, commenc. xiv[e] s.). — Analyse : Huillard-Bréholles, *Titres de Bourbon*, I, 4, n° 6. — Texte : Charpin-Feugerolles, *Cart. des Francs-Fiefs du Forez* (Lyon, 1882), 48.

Ego[1] Guigo, comes Forensis, notum facio omnibus, tam presentibus quam futuris, quod Jocerandus d'Urgelli vendidit et solvit fideliter fratribus Hospitalis Jherusalem quicquid habebat in domo de la Mureta et in ejus territorio, et fidejussor hujus rei fui pacis. Item predicti fratres emerunt ab H[ugone] de Talaru, concilio et assensu meo, quicquid habebat in territorio Scalmis et in Usoro, et hujus rei fui Franco fidejussor pacis. Item Girinus Bovers dedit et concessit fideliter eisdem fratribus viii quadrigatas lignorum, annuatim habendas in nemore de la Gaindore imperpetuum, et ego G[uigo], comes, hujus rei fidejussor fui et aliarum rerum, quas pro receptione patris sui dedit ; hoc scripto commendata sigillo meo firmari volui.

## 1600. — 1218, Parthenay.

*Guillaume II, vicomte de Melun[2], ratifie la donation, faite à l'Hôpital du Sauze par Giraud Berlais, de Montreuil-Bellay[3], en* 1208, *de ce que ce dernier possédait dans les fiefs de Laussepée et du Néron.*

Source : Poitiers, Arch. de la Vienne, grand-prieuré d'Aquitaine, H[3]., liasse 869 (orig.).— Texte : *Archives historiques du Poitou*, XX (Poitiers, 1889), 224.

Actum Partiniaco, anno Domini m cc xviii, hiis testibus : Arnaldo, abbate de Asneriis ; Symone de Jeorre, Pagano de Serrea, Arveo de Volvire, J. Borle, militibus ; Giraldo, capellano de Clave ; J. Blanchart, clerico ; P. Quater, et pluribus aliis.

## 1601. — 1218.

*Poppo II, comte de Wertheim, Mathilde, sa femme, Henri et Poppo, ses fils, en exécution de la donation par laquelle Poppo, pendant qu'il était à la croisade, avait donné la paroisse de Mosbach aux Hospitaliers, confirment à ceux-ci la possession de la chapelle de S. Vit à Slirbach.*

Source : Darmstadt, Arch. du gr.-duché de Hesse, command. de Mosbach, n° 9 (orig.),

Il ne peut être question ici que de Guy IV, mais nous savons qu'au moins jusqu'en 1216 le comté de Forez fut administré par Renaud de Forez, archevêque de Lyon, oncle de Guy IV, et il semble étrange que la présente charte ne soit pas rendue au nom de Renaud de Forez, comme les autres actes de cette période. Cette pièce, qui a été placée par Huillard-Bréholles aux environs de l'année 1150, et par le comte de Charpin-Feugerolles aux environs de 1210, doit être placée vers 1218. Jusqu'à cette date, en effet, Guy IV était sous la tutelle de son oncle Renaud de Forez, archevêque de Lyon ; en 1218, il semble avoir adminsitré seul le comté (*Cart. des Francs-Fiefs*, 74). Les synchronismes sont d'accord pour autoriser cette attribution : Joscerand d'Urgel apparaît en 1197 et meurt en 1251 ; Hugues de Talaru figure dans un acte de 1215 ; Francon, partant pour la croisade, testa en 1210 et sa femme en 1212. (Renseignements dus à M. Vincent Durand.)

1. Dans le cartulaire, l'acte est précédé de la cote suivante : « Sequitur alia littera amortizationis, concessa predicte domui Hospitalis de assensu comitis ».

2. Le vicomte de Melun agit dans cet acte au nom de sa femme Agnès, dame de Montreuil-Bellay.

3. Le texte de la donation est édité dans les *Archives historiques du Poitou*, XX, 221.

et cartul. n° 21 (copie, XVIe s.), f. 8 (texte allemand) et f. 9 (texte latin). — TEXTE : J.-W.-C. Steiner, *Alterthümer und Geschichte des Bachgaus im alten Maingau* (Aschaffenbourg, 1821-1829), I, 330, n° 6.

Acta sunt hec anno Domini M CC XVIII, regnante rege Friderico invictissimo.

## 1602. — [12-18 janvier] 1218[1].

*André II, roi de Hongrie, assigne aux Hospitaliers, sur les revenus des salines royales de Szalacs, pour la défense du château du Crac, une rente annuelle de cent marcs d'argent.*

SOURCES : Malte, Arch. de l'ordre, bull. E., f. 172 (auj. perdu); Rome, Arch. du Vatican, reg. 9, f. 275 (dans une confirmation d'Honorius III, du 27 juin 1218, copie contemp.) : Vienne, Arch. imp. et roy., ms. 100, vol. 2, f. 18 (copie de Smitmer, XVIIIe s., d'après les arch. du Vatican). — ANALYSE : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, III, I, 244; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 5852; Pressutti, *Reg. Hon. papæ III*, I, 245, n° 1478. — TEXTE : Horoy, *Medii ævi bibl. patr.*, II, II, col. 828, n° 313; *Monum. Hung. hist.*, dipl. VI, 140 et 159; Pauli, *Cod. dipl.*, I, 111; Theiner, *Vet. monum. Hung. sacr. illustr.*, I, 17, n° 26.

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis, Andreas, Dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croacie, Rame, Servie, Galitie, Lodomerieque rex imperpetuum. A tramite non exorbitat equitatis, nec obviat rationi, ut illis quis largitatis sue manus copiosius studeat extendere, qui in labore manuum et sudore vultuum pane suo vescuntur, et pro Christi nomine nec mori metuunt, nec formidant laborare. Nos igitur fide oculata vera esse perspicientes que de magistro sancte domus Hospitalis et fratribus nostris (*sic*) quondam fuerant auribus intimata, et nobis factas delitias et honores ingratitudinis silentio quasi conniventibus oculis nolentes preterire, immo pro temporalibus eterna volentes metere, et transitoria celestibus commutare, habita deliberatione legitima, ex baronum nostrorum consilio, predicte domui Hospitali, quantum nobis pro remedio anime nostre donare placuit, statuimus in Accon; sed ad partes Tripolitanas transeuntes, vidimus castellum Crati magno labore et sumptu, tamquam terre clavem christiane, retineri ; et quia ibi benigne et magnifice, ut nostram decuit regiam celsitudinem, ab ejusdem castri castellano, fratre Raymundo de Pignano, et aliis fratribus ibidem commorantibus recepti fuimus, constituimus predicto castro centum marcas de proventibus salium nostrorum in Scolasche, annuatim in pascali tempore, in argento imperpetuum sine contradictione et dilatione qualibet possidendas et recipiendas, ita quod ratione prenominati castellani sexaginta adeo proprie ac si ipsemet de proprio patrimonio statuissent, fratribus vero quadraginta. Talibus etenim elemosinam nostram bene credimus collocatam, qui cotidie innumeram pauperum multitudinem reficiunt, qui languentium artus mollibus lectisterniis refovent, qui mortuorum corpora, a Tobia docti, digna veneratione sepeliunt, qui religione cunctos precellunt, qui cotidianos Amalechitarum insultus viriliter repellunt, qui partem Terre Sancte contra inimicos crucis Christi et blasphematores nominis ejus potenter retinent, ubi Dominus salutem humani generis per crucem suam venerandam est dignatus operari, qui stolas suas lavant et dealbant in sanguine, et secundum modum transitus Jesu Christi regna celestia conantur adispisci. Et ut hec a nobis prefato fratri Raymundo de Pignano, tunc temporis castellano,

1. Le voyage d'André de Hongrie d'Acre à Tripoli est placé par les historiens des croisades aux environs de la Chandeleur de l'année 1218 ; mais les travaux récents de R. Röhricht, *Studien zur Geschichte des fünften Kreuzzuges* (Insprück, 1891), 30, permettent de dater cet acte de janvier 1218 (12-18 janvier).

aliisque fratribus ejusdem castri Crati liberalitate regia legitime facta donatio salva semper sit et inconcussa permaneat, et nostris vel nostrorum successorum temporibus non valeat aliquatenus retractari, quia, que Deo data sunt, sacra esse debent et inrevocabilia, presentem paginam secretioris sigilli nostri, auree videlicet bulle, caractere fecimus insigniri. Datum per manus magistri Huguerini, aule nostre cancellarii, anno ab incarnatione Domini M CC XVII, anno regni nostri XIII. Venerabili Johanne, Strigoniensi; reverendo Bertoldo, Colocensi archiepiscopis existentibus; Calano, Quinqueecclesiensi; Desiderio, Cenadiensi; Symone, Waradiensi; Wilhelmo, Transilvano; Roberto, Vesprimiensi; Petro, Joriensi; Jacobo, Vaciensi; Stephano, Zagabriensi; Thoma, Agriensi electo episcopis ecclesias feliciter gubernantibus; Jula, palatino; Dionisio, magistro tavarnicorum et comite Novi Castri; Razaim, voyvoda; Ocus, comite curiali; Bancone, bano, ceterisque comitibus comitatus tenentibus.

### 1603. — [12-18 janvier] 1218, Margat[1].

*Le même donne aux Hospitaliers, pour la défense du château de Margat, sur les revenus des salines royales de Szalacs, une rente annuelle de cent marcs d'argent.*

SOURCES : Paris, Arch. nat., L. 239, n° 48 (dans une confirmation orig. d'Honorius III, du 25 juin 1218); Rome, Arch. du Vatican, reg. 9, f. 276 (copie contemp., même confirm.); Vienne, Arch. imp. et roy., ms. 100, vol. 2, f. 16 (copie de Smitmer, XVIII^e s., d'après les arch. du Vatican). — ANALYSE : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 5849; Pressutti, *Reg. Hon. papæ III*, I, 244, n° 1470. — TEXTE : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, III, I, 237; Horoy, *Medii ævi bibl. patristica*, II, II, col. 821, n° 310; Katona, *Hist. crit. reg. Hung.*, V, 280; *Monum. Hung. hist., dipl.*, VI, 157; Theiner, *Vet. monum. hist. Hung. sacr. illustr.*, I, 15, n° 24.

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis, Andreas, Dei gratia Hungarie, Dalmacie, Croathie, Rame, Servie, Galitie, Lodomirieque rex imperpetuum. Munificentie regalis immensitas, licet ad ignotos et cognitos dilatari debeat, illos tamen divine pietatis intuitu largiori gratia fovere debet et amplecti, per quorum manus, utpote dispensatorum fidelium, non tantum largientis memoria commendatur, sed etiam, succrescentibus vere religionis fructibus, Dei cultus incessanter dilatatur[2]. Cum itaque, prout ex suscepte peregrinationis officio tenebamur, in Terra Sancta divino vacaremus servitio, et, prout antea didiceramus auditu, sacratissimum domus Hospitalis sancti Johannis Baptiste de Jerusalem collegium largifluis virtutum operibus fragrescere, fide perspiceremus oculata, nusquam melius quam in hujus domus suffragium nostre donationis elemosinam animadvertimus fore collocandam. Videbamus enim cotidie memorate domus fratres, ut Job et Tobiam, pauperum turbam ad se diffluentem diuturna victualium amministratione reficere, mortuorum in Christo corpora digna veneratione sepelire, et, ut renatos in Christo Machabeos, non tantum in paganorum confiniis castra munitissima collocare, verum etiam pro Christi nomine propriarum litatione personarum Amalecitarum impetum retundendo, christiane fidei seminarium propagare. Nos

1. Cette date approximative résulte de l'itinéraire d'André de Hongrie. (V. R. Röhricht, *Studien zur Geschichte des fünften Kreuzzuges* (Inspruck, 1891), 30. Cette pièce est certainement la dernière de celles que le roi donna en faveur des Hospitaliers pendant sa croisade.

2. Fejer donne pour cet acte un préambule différent : « Excellentissima regum nobilitas, licet nullis largiendi limitibus circumscribi debeat, precipua tamen eidem adhibenda est circumspectio quatenus, singulorum status et differentias considerans, illis pre ceteris excellentius sue dona munificentie debet largiri, per quorum manus utpote dispensatorum fidelium, non tantum largientis memoria commendatur, sed etiam, succrescentibus vere religionis fructibus, Dei cultus incessanter dilatatur ».

igitur, sepedicte domus non tantum divine pietatis intuitu coadjutores effici cupientes, sed tam in Acchone, Chrato et Margato nobis impensas delicias et honores nolentes ingratitudinis preterire silentio, nostra nostrorumque baronum deliberatione legitima, in jus et supradicti Margati, quod recte in frontibus paganorum situm est, sustentationem perpetuam, ob reverentiam etiam fratrum in memorato castro commorantium, a quibus in nostro transitu benigne recepti fuimus et honorifice pertractati, de proventibus salium regni nostri centum marcas semper in pascali tempore dedimus, in argento apud Zolacha sine contradictione persolvendas, et contulimus imperpetuum possidendas. Verum quia rei geste memoria facili lapsu mortalium mentes deserit, nisi scripture monimento commendetur, et auctoritate regia solidetur, ut hec a nobis facta donatio nostris nostrorumque successorum temporibus salva semper et inconcussa permaneat, presentem concessimus paginam secretioris sigilli nostri, auree videlicet bulle, caractere imperpetuum roboratam. Datum apud Margatum, per manum magistri Huguerini, aule regie cancellarii, anno ab incarnatione Domini M CC XVII. Venerabili Johanne, Strigoniensi; reverendo Bertholdo, Colocensi archiepiscopis existentibus ; Calano, Quinqueecclesiensi; Desiderio, Cenadiensi; Symone, Waradiensi; Wilhelmo, Transilvano; Petro, Geuriensi; Roberto, Vesprimiensi; Jacobo, Watiensi; Stephano, Zagabriensi ; Thoma, Agriensi electo episcopis ecclesias feliciter gubernantibus ; Jula, palatino; Dionisio, magistro tavarnicorum et comite Novicastri; Ocuz, curiali comite; Raphaym, woywoda; Bancone, bano, et ceteris comitibus comitatus tenentibus, regni nostri anno XIII.

## 1604. — 12 janvier 1218, Latran.

*Le pape Honorius III, en réponse à une lettre des évêques de Lisbonne et d'Evora, du maître du Temple en Espagne, du prieur des Hospitaliers en Portugal et du commandeur de S. Jacques en Portugal, lui annonçant la défaite des Maures à Alcazar, félicite les signataires de cette victoire, et, en leur refusant de consacrer les sommes provenant du rachat des vœux des croisés à la réparation du château d'Alcazar, exhorte les fidèles d'Espagne à favoriser les efforts tentés pour repousser les Maures, et accorde à ceux qui se croiseront dans ce but les mêmes avantages qu'aux croisés de Terre Sainte. — « Intellecto ex vestris. »* (*V. plus haut*, *n°* 1585.)

SOURCE : Rome, Arch. du Vatican, reg. 9, f. 201 *b* (copie contemp.). — ANALYSE : Pressutti, *Reg. Honorii papæ III*, I, 70, n° 997.

Dat. Laterani, II idus januarii, [pontificatus nostri] anno II.

## 1605. — 25 janvier 1218.

« *Acte par lequel le comte Nicolas, fils de Bon, Hongrois*[1], *déclare que le grand-maître* [*de l'Hôpital*] *et.... luy ont prêté* 1500 *besans Sarrazinois, qu'il s'oblige de payer entre les mains du prieur de Hongrie, du* 8 *des calendes de février* 1217. »

ANALYSE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 220 (XVIII<sup></sup>e s.).

1. Il s'agit de Nicolas, fils de Borc, comte palatin de Hongrie, l'un des plus fidèles serviteurs du roi André II; il accompagna son souverain à la croisade, et vivait encore en 1241, à l'époque de l'invasion des Mongols.

### 1606. — 12 février [1218][1].

« *Autre donation, faite par Raymond Rupin, prince d'Antioche, à l'ordre de la ville de Gebel et du château de la Vieille, du jour avant les ides de février.* » (*V. plus haut, nos* 1355 *et* 1442.)

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 221 (xviii e s.).

### 1607. — 13 février 1218, Latran.

*Le pape Honorius III ordonne à l'archevêque de Néopatras, au prieur de S. Démétrius de Thessalonique et à l'administrateur de l'évêché de Domoko de terminer le différend pendant entre l'évêque de Gardiki et les Hospitaliers.* (*V. plus haut, nos* 1348 *et* 1352.)

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 9, f. 220 (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 89 (copie de Smitmer, xviii e s.). — Analyse : Pressutti, *Reg. Honorii papæ III*, I, 183, n° 1090.

[Honorius, etc....., venerabili fratri.....] archiepiscopo Neopatrensi, [et dilectis filiis] priori S. Demetrii Thessalonicensis et.... procuratori episcopatus Dimicensis, [salutem, etc.]. Cum bone memorie I[nnocentius] papa, predecessor noster, suis vobis dederit litteris in mandatis ut super causa tunc episcopi Cardicensis, quam contra fratres Hospitalis S. Johannis Jerosolimitani se proponebat habere, super eo quod iidem fratres castrum Cardicense et alia bona sui episcopatus illicite detinebant, procedere appellatione postposita curaretis, vos, morte dicti predecessoris nostri audita, negotium ipsum in non modicum ejusdem episcopi et ecclesie sue prejudicium reliquistis hactenus inexpletum, unde nobis venerabilis frater noster Larissensis archiepiscopus, cui cura est ecclesie Cardicensis commissa, humiliter supplicavit ut litteras ejusdem predecessoris nostri, quas de verbo ad verbum transcribi fecimus de regesto, vobis mittere dignaremur, quarum tenor talis est : « Lacrimabilem venerabilis fratris nostri..... Cardicensis episcopi, etc. (V. plus haut, n° 1352) ». Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus in eodem negotio, juxta dicti predecessoris nostri mandatum, sublato appellationis obstaculo, ratione previa procedatis. Quod si non omnes [iis exequendis interesse potueritis], tu ea, frater archiepiscope, cum eorum altero [nihilominus exequaris]. Dat. Laterani, idibus februarii, [pontificatus nostri] anno ii.

### 1608. — 2 mars 1218, Santarem.

*Alphonse II, roi de Portugal, confirme la donation faite aux Hospitaliers de Portugal par son aïeul Alphonse I.* (*V. plus haut,* I, *n°* 134.)

Source : Lisbonne, Arch. roy. de Portugal, layette 6, liasse unique, n° 29 (orig.).

Ego Alfonsus secundus, Dei gratia Portugalie rex, una cum uxore mea regina

1. Raybaud n'a pas indiqué la date d'année de cet acte, probablement par oubli. Comme il le place dans ses analyses, généralement disposées chronologiquement, entre deux pièces de 1217, il est fort probable que cette donation portait la date de 1217, ce qui, suivant le style employé par la chancellerie des rois d'Arménie (style de l'incarnation, d'après Langlois, *Trés. des chartes d'Arménie,* 15) et par celle des princes d'Antioche (style de l'incarnation), donne de toutes façons la date du 12 février 1218.

donna Urraca et filiis nostris infantibus donno Sancio et donno Alfonso et donna Alianor, cartam istam testamenti seu cauti, quam avus meus rex donnus Alfonsus excellentissime memorie fecit donno Raimondo suprascripto, civitatis Jherusalem sanctorum pauperum procuratori, et donno Arie, Portugalensium et Gallecianorum fratrum priori, cunctisque eorum successoribus, concedo ut semper stabilis et illibata inviolataque permaneat. Ut autem concessio mea majus robur obtineat in perpetuum, hanc cartam feci scribi, et meo sigillo plumbeo communiri. Facta fuit hec carta apud Sanctarensem, II die marcii, in era M CC L VI. Nos supranominati, qui hanc cartam fieri precepimus, coram subscriptis eam roboravimus, et in ea hec signa fieri jussimus. Qui affuerunt: donnus Martinus Johannis, signifer donni regis, confirmat; donnus Petrus Johannis, majordomus curie, confirmat; donnus Laurentius Suarii confirmat; donnus Gil Velasquez confirmat; donnus Johannes Fernandiz confirmat; donnus Fernandus Fernandi confirmat; donnus Gomecius Suarii confirmat; donnus Rodericus Menendiz confirmat; donnus Poncius Alfonsi confirmat; Vincentius Menendiz, testis; Martinus Petriz, testis; Petrus Petriz, testis; donnus Stephanus, Bracarensis archiepiscopus, confirmat; donnus Martinus, Portugalensis episcopus, confirmat; donnus Petrus, Colimbriensis episcopus, confirmat; donnus S[uerius], Ulixbonensis episcopus, confirmat; donnus S[uerius], Elborensis episcopus, confirmat; donnus P[elagius], Lamecensis episcopus, confirmat; donnus M[artinus], Egitanensis episcopus, confirmat; magister P., cantor Portuensis, testis; Johannes, testis; Johannes Petriz, testis; Gunsalvus M[enen]di, cancellarius curie. Matheus Petri scripsit.

## 1609. — 4 mars 1218, Latran.

*Le pape Honorius III ordonne à Robert, évêque d'Olmutz, de faire observer l'interdit, mis sur le diocèse de Prague, dans les églises des Cisterciens, des Prémontrés et des Hospitaliers.*

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 9, f. 226 (copie contemp.). — Analyse : Erben, *Reg. diplom. necnon epist. Boh. et Morav.*, I (Prague, 1855), 277, n° 590 ; Palacky, *Literarische Reise nach Italien* (Prague, 1838), 27, n° 63 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 5714 ; Pressutti, *Reg. Hon. papæ III*, I, 190, n° 1131. — Texte : A. Boczek, *Cod. dipl. et epist. Moraviæ*, II, 99, n° 88 ; Würdtwein, *Nova subsidia diplomatica*, III, 58 ; Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. XIII e reg. pont. Roman.*, I (Berlin, 1883), 37, n° 50.

Honorius, etc., episcopo Olomucensi, salutem, etc. Presentium tibi auctoritate iterato precipiendo mandamus quatinus interdictum, sicut est positum in Pragensi diocesi per venerabilem fratrem nostrum Pragensem episcopum et demum auctoritate apostolica confirmatum, relaxatione venerabilis fratris nostri Maguntini archiepiscopi[1] non obstante, in ecclesiis Cisterciensis et Premonstratensis ordinum et Hospitalariorum et omnium, tam exemptorum quam non exemptorum ejusdem diocesis, facias per censuram ecclesiasticam, remoto cujuslibet contradictionis et appellationis obstaculo, firmiter observari, non obstantibus privilegiis eisdem monasteriis ab apostolica sede concessis. Dat. Laterani, IV nonas martii, [pontificatus nostri] anno II.

1. Sigfried d'Eppstein occupa le siège archiépiscopal de Mayence de 1200 à 1230.

**1610.** — 27 mars 1218, Latran.

*Le même renouvelle la bulle du 4 mars* 1218 : « *Presentium tibi auctoritate* ». (*V. plus haut, n°* 1609.)

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 9; f. 239 (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 5729 ; Pressutti, *Reg. Honorii papæ III*, I, 197, n° 1187. — Texte : Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. XIII e reg. pont. Roman.*, I, 40, n° 53.

Dat. Laterani, vi kalendas aprilis, pontificatus nostri anno ii.

**1611.** — 10 mai 1218.

*Raimbaud d'Orange, par son testament, donne à l'Hôpital de S. Gilles la moitié de la ville d'Orange et divers autres biens et droits.*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., B. 310 (copie notariée du 18 décembre 1307).

Anno incarnationis millesimo ducentesimo octavo decimo, sexto idus madii.

**1612.** — 30 mai 1218.

*Testament de Raymond VI, comte de Toulouse, en faveur des Hospitaliers et des Templiers de Toulouse.*

Source : Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, Toulouse, liasse 1, n° 24 (rouleau)[1]. — Texte : Du Bourg, *Hist. du gr.-pr. de Toulouse*, pièces just., n° ix; Lafaille, *Annales de la ville de Toulouse* (Toulouse, 1687-1701), I, preuves, p. 124.

Hoc est testamentum domini comitis. Quum labilis est memoria hominum et dies ultimus incertus, idcirco ego Raimundus, Dei gratia dux Narbone, comes Tolose, marchio Provincie, domine regine Constancie filius, de ultimo die judicii considerans et valde timens, meum facio testamentum et dispositionem, in presentia venerabilis et dilecti consanguinei mei B[ernardi], comitis Convenarum[2], Dalmacii de Creissello, et Rogerii Bernardi, et Raimundi de Recaldo. In primis ego R[aimundus] dictus comes dispono ut omnes explecte, que exierint in hoc anno de omnibus meis bovariis de Tolosano, mitantur in potestate domus Hospitalis Jerosolimitani et domus milicie Templi, et ille explecte distribuantur et dividantur amore Dei et in redemptione peccatorum meorum, cognitione fratrum predictarum domorum et domini B[ernardi], comitis Convenarum, et Rogerii Bernardi, et Dalmacii predicti, et R[aimundi] de Recaldo, et consulum Tolose. Omnia vero alia mea bona et jura, mobilia et immobilia, quecumque sint et ubicumque sint, dono et dispono Ramundo, meo filio, ad faciendam in totam suam voluntatem. Et dimito Bertrandum, filium meum, in Dei misericordia sua. Et cum hoc testamento disrumpo omnia alia testamenta, que feceram, et volo ut istud firmiter habeatur et

1. Ce rouleau contient, en outre, la donation par Raymond V, comte de Toulouse, à Raymond Garcias, prieur de Toulouse, en septembre 1184, des dîmes de S. Rémezi à Toulouse. (V. plus haut, I, n° 684.)

2. Bernard IV fut comte de Comminges depuis 1181 jusqu'en 1226.

teneatur in perpetuum. Hujus rei sunt testes : B[ernardus], comes Convenarum ; Rogerius Bernardus ; Dalmacius de Creissello ; Ramundus de Recaldo ; Doatus Alamannus ; magister Stephanus ; Jordanus de Sapraco, et Petrus Arnaldus, qui, mandato domini comitis, cartam istam scripsit, secundo die exitus madii, anno M CC XVIII ab incarnatione Domini.

**1613.** — 25 juin 1218, Latran.

*Le pape Honorius III confirme aux Hospitaliers la rente annuelle de cent marcs d'argent, qu'André II, roi de Hongrie, leur avait donnée en janvier* 1218 *pour la défense du château de Margat sur les revenus des salines royales de Szalacs.* (*V. plus haut, n°* 1603.)

Sources : Paris, Arch. nat., L. 239, n° 48 (orig.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 9, n° 1230, f. 276 (copie contemp.) ; Vienne, Arch. imp. et roy., ms. 100, vol. 2, f. 16 (copie de Smitmer, XVIII<sup></sup>e s., d'après les arch. du Vatican).— Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 5849 ; Pressutti, *Reg. Hon. papæ III*, I, 244, n° 1470. — Texte : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, III, I, 237 ; Horoy, *Medii ævi bibl. patristica*, II, II, col. 821 ; Katona, *Hist. crit. reg. Hung.*, V, 280 ; Theiner, *Vet. monum. hist. Hung.*, I, 15 ; *Monum. Hung. historica*, dipl., VI, 157.

Honorius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus domus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Cum a nobis petitur, etc. Annuum centum marcarum argenti redditum vobis pro custodia castri vestri, quod Margati dicitur, a karissimo in Christo filio nostro Andrea, illustri rege Hungarie, de proventibus salium regni sui apud Zolacha pia liberalitate concessum, sicut ipsum juste ac pacifice obtinetis, et in ejusdem regis litteris plenius continetur, vobis et per vos domui vestre auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Ad majorem autem rei evidentiam, tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum jussimus presentibus annotari, qui talis est : « In nomine sancte, etc. (V. plus haut, n° 1603) ». Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, VII kalendas julii, pontificatus nostri anno II.

**1614.** — 25 juin 1218, Latran.

*Le même confirme aux Hospitaliers les revenus que leur avait assignés André II, roi de Hongrie, sur les salines de Szalacs, en décembre* 1217. (*V. plus haut, n°* 1591.)

Sources : Budapest, Bibl. de l'Université, coll. Hevenessi, JJ. n° 36 (copie, XVIII<sup></sup>e s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 84 (copie, XVI<sup></sup>e s., à la date du 26 juin 1217) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 9, n° 1229, f. 275 (copie contemp.) ; Vienne, Arch. imp. et roy., ms. 100, vol. 2, f. 20 (copie de Smitmer, XVIII<sup></sup>e s., d'après les arch. du Vatican). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 5848 ; Pressutti, *Reg. Hon. papæ III*, I, 244, n° 1469. — Texte : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, III, I, 233 ; Horoy, *Medii ævi bibl. patrist.*, II, II, col. 823 ; Katona, *Hist. crit. reg. Hung.*, V, 276 ; *Monum. Hung. historica*, dipl., VI, 156 ; Theiner, *Vetera monum. hist. Hung.*, I, 14.

Honorius, etc., dilectis filiis..... magistro et fratribus domus Hospitalis Jerosolimitane, salutem, etc. Cum a nobis petitur, etc. Eapropter, etc., *usque* assensu, annuum quingentarum marcarum argenti redditum, vobis a karissimo in Christo filio nostro Andrea, illustri rege Hungarie, de proventibus salium suorum in Salech pia liberalite concessum, sicut ipsum juste ac pacifice obtinetis et in ejusdem regis litteris plenius continetur, vobis et per vos domui vestre auctoritate apostolica

confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Ad majorem autem rei evidentiam, tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum jussimus presentibus annotari, qui talis est: « In nomine sancte trinitatis et individue unitatis, Andreas, etc. (V. plus haut, nº 1591) ». Nulli ergo, etc. Si quis, etc., Dat. Laterani, VII kalendas julii, pontificatus nostri anno II.

### 1615. — 26 juin 1218, Latran.

*Le même confirme la donation faite par André II, roi de Hongrie, en faveur des Hospitaliers, des revenus de la Porte de Bobeth à Soprony (Œdenbourg), et d'une terre située entre la Drave et Csurgó.* (*V. plus haut, nº* 1590.)

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 9, nº 1228, f. 275 (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, nº 5850 ; Pressutti, *Reg. Hon. papæ III*, I, 245, nº 1474. — Texte : Horoy, *Medii ævi bibl. patristica*, II, II, col. 825, nº 312 ; *Monum. Hung. historica*, dipl., VI, 158 ; Theiner, *Vet. monum. hist. Hungar.*, I, 16.

Honorius, etc., dilectis filiis... magistro et fratribus domus Hospitalis Jerosolimitane, salutem, etc. Cum a nobis petitur, etc. Eapropter, etc., *usque* assensu, redditum Porte de Supran, qui Bobet dicitur, et terram, que est inter Dravam et Chergou, vobis cum nemoribus et aliis pertinentiis suis a karissimo in Christo filio nostro Andrea, illustri rege Ungarie, pietatis obtentu collata, necnon libertates, immunitates et exemptiones secularium exactionum ab eodem rege vobis et hominibus vestris indultas, sicut ea omnia juste ac pacifice obtinetis, et in ejusdem regis litteris plenius continetur, vobis et per vos domui vestre auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Ad majorem autem rei evidentiam, tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum jussimus presentibus annotari, qui talis est : « In nomine sancte. (V. plus haut, nº 1590) ». Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, VI kalendas julii, pontificatus nostri anno II.

### 1616. — 27 juin 1218, Latran.

*Le même confirme aux Hospitaliers la rente annuelle de cent marcs d'argent, qu'André II, roi de Hongrie, leur avait assignée en janvier* 1218 *pour la défense du château du Crac sur les revenus des salines royales de Szalacs.* (*V. plus haut, nº* 1602.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 180 *b* (copie de S. Pauli, XVIIIe s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, nº 30 (orig.); div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 82 (copie, XVIe s.); bull. E., f. 172 (auj. perdu); Rome, Arch. du Vatican, reg. 9, f. 275 nº 1227 (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, nº 5852 ; Pressutti, *Reg. Hon. papæ III*, I, 245, nº 1478. — Texte : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, III, I, 244 ; Horoy, *Medii ævi bibl. patristica*, II, II, col. 828 ; *Monum. Hung. historica*, dipl., VI, 159 ; Theiner, *Vet. monum. hist. Hungar.*, I, 17.

Honorius, etc., dilectis filiis... magistro et fratribus domus Hospitalis Jerosolimitane, salutem, etc. Justis petentium, etc. Eapropter, etc., *usque* assensu, annuum centum marcarum argenti redditum, vobis ad opus castellani et aliorum fratrum vestrorum custodientium castrum vestrum, quod Crati dicitur, a karissimo in Christo filio nostro Andrea, illustri rege Hungarie, de proventibus salium suorum in Scolasche pia liberalitate concessum, sicut illum juste ac pacifice obtinetis, et in ejusdem regis litteris plenius continetur, vobis et per vos domui vestre auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus.

Ad majorem autem rei evidentiam, tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum jussimus presentibus annotari, qui talis est : « In nomine sancte trinitatis et individue unitatis, Andreas, etc. (V. le texte plus haut, n° 1602) ». Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc. Dat. Laterani, v kalendas julii, pontificatus nostri anno II.

## 1617. — 5 juillet 1218, Toulouse.

*Raymond VI, comte de Toulouse, s'affilie à l'ordre de l'Hôpital.*

Source : Paris, Bibl. nat., nouv. acq. franç., 742, f. 95 (copie, XVII[e] s., d'après les archives du grand-prieuré de Toulouse)[1]. — Texte : Catel, *Hist. des comtes de Toulouse* (Toulouse, 1623), 318 ; Du Bourg, *Hist. du gr.-prieuré de Toulouse* (2[e] éd., 1883), pièces justif., n° x.

Quia est labilis memoria hominum et dies ultimus incertus, idcirco ego Raymundus, Dei gratia dux Narbone, comes Tolose, marchio Provincie, domine regine Constancie filius, videns et considerans beneficia et elemosinas que in domo Hospital[ar]iorum Hierusalem quotidie Christi pauperibus largientur, et de postremo die judicii valde timens, pro salute anime mee et remissione peccatorum meorum, dono meipsum et concedo, scilicet corpus meum, domino Deo omnipotenti, et beate Marie genitrici ejus, et sancto Joanni, et Hospitali Hierosolimis in honore ipsius fondato ; et profiteor et in veritate recognosco quod hoc predictum donum jamdudum feceram, et promitto domino Deo et vobis Amando[2] de Cabanis, preceptori(s) domus Hospitalis Hierosolimitani, que est in Tolosa, quod nullum alium habitum recipiam nisi in predicto Hospitali ; et, si forte contigerit mori antequam recipiam, volo me sepiliri in domo Hospitalis predicti. Et ego A[mandus] de Cabanis predictus, pro domino Bertrando, priore S. Egidii, et pro omni conventu predicti Hospitalis, recipio te, dominum Raymundum, per fratrem dicti Hospitalis et participem omnium bonorum, tam spiritualium quam temporalium, que in domibus Hospitalis Hierosolimitani tam citra mare et ultra mare facientur ; et pro domino Bertrando, priore S. Egidii, et pro omni conventu, promitto vobis, Raymundo comiti jamdicto, quod, cum habitum religionis recipere volueris, quod fratres predicti Hospitalis illum vobis donent et per fratrem vos recipiant, secundum formam predicti Hospitalis. Ad majorem autem cautelam et firmitatem, presentem paginam cum sigillo meo muniri et corroborari precepio. Actum est Tolose, v die introitus mensis julii, feria v[3], regnante Philippo rege Francorum, eodem Ramundo Tolose comite, anno M CC XVIII ab incarnatione Domini. Hujus rei sunt testes : Dalmacius de Creisselo ; et Aribertus, capellanus domini comitis ; et P. de Recaldo[4] ; et Doatus Alamanus ; et frater Hieronimus Papais, hospitalarius ; et Petrus Arnaldus, notarius domini comitis, qui mandato suo cartam istam scripsit.

## 1618. — 11 juillet 1218, Latran.

*Le pape Honorius III, à la requête de Jean de Bournin, archevêque de Vienne,*

1. La copie porte la mention : « Cotté à Castelsarrasin n° 4 », c'est-à-dire que le testament de Raymond VI était classé, dans les liasses de la commanderie de Castelsarrasin, sous le n° 4. L'inventaire des titres de Castelsarrasin aux Archives de la Haute-Garonne, qui le mentionne sous le n° 91, confirme cette interprétation ; mais il a été impossible de retrouver l'acte aux Archives de la Haute-Garonne.

2. Peut-être faut-il lire : Ainardo ; en tous cas ce nom, quel qu'il soit, doit avoir été interprété par le copiste, puisque le texte donné par Catel ne porte que l'initiale A.

3. La fin de l'acte manque dans la copie de la Bibliothèque nationale, d'après laquelle nous publions cette pièce.

4. Lisez probablement : R[aimundus] de Recaldo.

*confirme l'accord ménagé par Robert de la Tour du Pin, un des prédécesseurs de Jean de Bournin au siège de Vienne, entre le chapitre de Romans et les Hospitaliers de S. Paul de Romans au diocèse de Vienne.*

SOURCE : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H., command. de S. Paul, chap. 4, n° 1 (expédition notariée de 1310).

Honorius, etc., dilectis filiis P. sacriste ac capitulo Romanensi, salutem, etc. Cum a nobis petitur, etc. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras et ecclesiam, in qua divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, tam ecclesiasticis quam mundanis, que impresentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum justis modis, prestante Domino, poteritis adispici, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Sane cum causa, que inter vos, ex parte una, et fratres Hospitalis S. Pauli, Viennensis diocesis, ex altera, super eodem Hospitali et rebus aliis vertebatur coram bone memorie R[oberto], Viennensi archiepiscopo, tunc apostolice sedis legato, amicabili compositione fuerit sopita, nos, venerabilis fratris nostri J[ohannis], Viennensis archiepiscopi, precibus inclinati, compositionem eandem, sicut sine pravitate proinde facta est et ab utraque parte sponte recepta, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Ad majorem autem rei evidentiam, tenorem compositionis ipsius, tam vestro quam dictorum fratrum sigillo vallate, de verbo ad verbum jussimus presentibus annotari, qui talis est :

« Notum[1] sit omnibus hominibus quod, anno ab incarnatione Domini « M C LXX VIII, controversia, que versabatur inter Romanensem ecclesiam et fratres « Hospitalis, tali conventione amicabiliter sopita est : In primis domum, quam « predicti fratres Hospitalis habent in Burgo extra muros, quod appellatur Pail- « lares, predictis fratribus Hospitalis Romanense capitulum perpetuo concessit « habendam et possidendam in pace, retentis VI numis censualibus singulis annis, « ita tamen quod in predicta domo oratorium edificare non debent. In villa vero « S. Pauli, capellam, quam edificaverunt fratres Hospitalis, libere Romanensis « ecclesia eis concessit, ita tamen quod jus parrochianum baptizandi, penitencias « dandi, sepeliendi in nullo hominum debent fratres Hospitalis sibi usurpare; « verum fratres suos, scilicet eos qui habitum religionis cum cruce gerunt, et « familiam suam ibi possunt sepelire. Si tamen aliquis de parrochia S. Pauli « esset in eorum familia, in parrochiali ecclesia debet sepeliri. De decimis, quas « fratres Hospitalis in predicta parrochia adsiquisierunt (*sic*) a Guigone Airardo « et a Lantelmo Meilloret, ita diffinitum est quod illas habeant fratres Hospitalis, « et unquam amplius in parrochia alicujus ecclesie S. Barnardi Romanensis « decimas a quoquam accipiant vel adquirant predicti fratres Hospitalis sine « voluntate Viennensis archiepiscopi et Roman[ens]is capituli. Pro illis tamen « decimis supradictis, quas eis capitulum laudavit, debent duos sextarios annone, « que ex decimis illis proveniet, singulis annis censuales debent dare. »

« [De terra[2] mansi de Cleren, qui mansus dicitur Boveria, pro parte illa « quam habent, duos sextarios frumenti debent dare; et si residuum mansi acqui- « rerent, quod possunt ad voluntatem Viennensis archiepiscopi et capituli Roma- « nensis facere (expresse enim eis concesserunt), integrum censum debent « persolvere, et amplius terram, quam Romanensis ecclesia habeat et possideat, « aut aliquis ab ea, accipere vel acquirere non debent sine assensu Viennensis

1. Cet acte se trouve au Cartulaire de S. Paul (Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, S. Paul, chap. 2, n° 1). Il présente quelques différences de forme avec celui qui est inséré dans la bulle d'Honorius III.

2. Le passage mis ici entre crochets a été ajouté dans l'acte reproduit par la bulle d'Honorius III.

« archiepiscopi et Romanensis capituli. De parrochiis ecclesiarum S. Christofori « et de Lariz, quarum altera est Hospitalis, altera Romanensis ecclesie, ita diffi- « nitum est quod, si aliquis parrochianus alterius ecclesie mutaverit domicilium « et transtulerit se in altera parrochia, post annum et diem ejus ecclesie sit par- « rochianus ad quam se transtulerit, infra annum et diem ejus a qua se transtulit. « Si tamen aliquis in utraque domicilium habuerit, ubi mortuus fuerit sepeliatur. « Quod tamen pro anima sua reliquerit, commune sit utrique ecclesie]. »

« Actum est hoc Romanis in capitulo, in presentia domini Rob[er]ti, Vien- « nensis archiepiscopi, apostolice sedis legati, et in presencia Bosonis, Viennensis « decani, et Falconis de Doennai, et Franconis de Pisanzan, et Petri Gislamar, et « prepositi, et Adenardi de Moirenc, et Poncii, archipresbiteri, et aliorum cano- « nicorum Romanensium, et in presencia Hermanni et Entelmi, et aliorum plu- « rimorum fratrum Hospitalis. »

Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc. Dat. Laterani, vidus julii, pontificatus nostri anno II.

### 1619. — 12 juillet 1218, Latran.

*Le même recommande au grand-maître et aux frères de l'Hôpital Alice, reine de Chypre, restée veuve, et ses enfants, et les charge de protéger le royaume de Chypre contre leurs adversaires. — « Memores devotionis illius ».*

SOURCES : Rome, Arch. du Vatican, reg. 9, f. 282 (copie contemp.)[1] ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 91 (copie de Smitmer, XVIII[e] s.). — ANALYSE : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 5872 ; Pressutti, *Reg. Honorii papæ III*, I, 252, n° 1524. — TEXTE : Mas-Latrie, *Hist. de Chypre*, III, 610 ; Raynaldi, *Ann. eccl.*, XX, 437.

Dat. Laterani, IIII idus julii, [pontificatus nostri] anno II.

### 1620. — 18 juillet 1218, Damiette.

*Léopold VI, duc d'Autriche et de Styrie, confirme à Garin de Montaigu, grand-maître de l'Hôpital, la donation de deux villes de Styrie, Hatzendorf et Kroisbach, faite par Ulrich de Stubenberg, partant pour la croisade.*

SOURCE : Prague, Arch. du gr.-pr. de Bohême, G. XL., command. de Fürstenfeld, n° 4 (orig. scellé), et n° 6 (duplicata). — ANALYSE : R. Röhricht, *Studien zur Geschichte des Fünften Kreuzzuges* (Inspruck, 1891), 62. — TEXTE : J. von Zahn, *Urkundenbuch des Herzogthums Steiermark* (Graz, 1875-79), II, 235.

Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Leopoldus, Dei gracia dux Austrie et Stirie, scio et in veritate cognosco, et etiam per proborum virorum testimonium didici quod Ulricus de Stibenberch bone memorie dedit in elemosinam in recessu patrie sue, cum veniret in terram Syrie[2] propter servicium Jhesu Christi, Deo et sancte domui Hospitalis Jerusalem et pauperibus duas villas, scilicet Harwigestorf et Chrebezbach, cum hominibus et feminis et eorum

1. La bulle transcrite au registre du Vatican est adressée à Pélage Galvano, évêque d'Albano et légat du S. Siège ; mais elle fut également adressée aux Hospitaliers et aux Templiers.

2. La donation d'Ulrich de Stubenberg (Prague, Arch. du gr.-pr. de Bohême, G. XL, command. de Fürstenfeld, n° 3) n'est pas datée, mais elle se place, comme nous l'apprend l'acte de Léopold d'Autriche, dans les premiers mois de 1218. Elle a été éditée par Zahn, *Urkundenbuch des Herzogthums Steiermark*, II, 226, et analysée par Röhricht, *Studien zur Geschichte des Fünften Kreuzzuges*, 58.

pertinenciis. Quam donationem laudo et confirmo, per me et per omnes imperpetuum valituram meos, easdem villas Deo et sancte domui Hospitalis Jerusalem, et tibi magistro fratri Guarino de Monte Acuto, et fratribus presentibus et futuris, et pauperibus in sempiternum conferens libere et quiete, sicut melius potest intelligi ad utilitatem dicti Hospitalis. Et ut hoc presens privilegium perhenniter maneat inconcussum, litteris est signatum et testibus confirmatum, et mei sigilli munimine roboratum. Testes: comes Livtoldus de Plage[1]; comes Ulricus de Epan[2]; Ulricus, nobilis de Beca; Ulricus, marescalcus de Valchensterne; Henricus de Fontania; Dithmarus de Lihtensteine; Rembertus de Mureke; Gundakarus de Styra, et Duringus, frater suus; Albero, pincerna de Grimmensteine; Perhtoldus, seneschalcus de Emberberch; Wolfherus de Rumberch; Gotschalcus de Nitperch; Otakarus de Wolchensteine, et Otto, frater suus; Ulricus et Gundakarus de Murberch; Otto de Wasen, et alii quamplures. Actum est in obsidione Damiate, anno incarnationis Domini M CC XVIII, indictione quinta, XV kalendas augusti.

### 1621. — 13 août 1218, Latran.

*Le pape Honorius III informe Raoul, patriarche de Jérusalem, Jean de Brienne, roi de Jérusalem, E., archevêque de Nicosie, Jacques, évêque d'Acre, Régnier, évêque de Bethléem, le duc Léopold IV d'Autriche, les grands-maîtres de l'Hôpital, du Temple et des Teutoniques, et l'armée qui assiégeait Damiette des efforts qu'il a tentés en Italie pour envoyer des secours devant la place.*— « *Multis divine scripture* ».

SOURCE: Rome, Arch. du Vatican, reg. 10, f. 10 (copie contemp.). — ANALYSE: Potthast, *Reg. pont. Roman.;* n° 5891. — TEXTE: D. Bouquet, *Hist. de France,* XIX, 666. — EXTRAITS: Raynaldi, *Ann. eccl.,* XX, 434.

Dat. Laterani, idibus augusti, pontificatus nostri anno III.

### 1622. — [Septembre] 1218, Ulm.

*Hugues II, comte de Montfort, donne aux Hospitaliers, représentés par Henri de Gontranshofen, procureur général de l'Hôpital de Dexthoma, en présence de l'empereur Frédéric II, l'église de Feldkirch et la chapelle située dans la vallée de S. Marie, et ratifie les donations faites aux maisons de Cluse, de Bregenz et de Rinegg.*

SOURCE: Bregenz, Musée, nécrologe de S. Jean de Feldkirch (ms. de 1390). — ANALYSE: Boehmer, éd. Ficker, *Reg. imperii,* V, 226, n° 952. — TEXTE: *Jahresbericht des Vorarlberger Museum-Vereins über das Jahr 1891* (Bregenz, 1891), 76. — EXTRAITS: Eichhorn, *Episcopatus Curiensis* (S. Blaise, 1797), preuves, p. 79 (d'après un censier de S. Jean de Feldkirch, I, 212)[3]; Huillard-Bréholles, *Hist. dipl. Frid. II,* I, 566.

Anno dominice incarnationis M CC XVIII, indictione VII, sub papa Honorio, apud Ulmas, coram rege et cum rege Friderico, Ugo, comes de Monteforti, tradidit Hospitali Johannis ultra mare ecclesiam in civitate sua Veltkilch, et veodum juxta ecclesiam, et agros extra civitatem, quos ibidem habere videbatur, et molen-

1. Liutold III, comte de Plain (prov. de Salzbourg), mourut devant Damiette le 28 août 1219.
2. Famille noble du Tyrol. Le château d'Eppan est près de Bozen.
3. Eichhorn avait remarqué que la date de MCCXXVIII, fournie par le document qu'il avait sous les yeux, était erronée, et proposé celle de 1219. Huillard-Bréholles, d'après l'itinéraire de Frédéric II, avait adopté celle de 1218 ; le texte du nécrologe de Feldkirch lui donne raison.

dinum apud civitatem inter duos lapides, inter quos eciam aliud edificari non debet nisi cum voluntate Hospital[ar]iorum. Dedit ecclesie eidem inmediate capelle (*lisez :* capellam) quoque in valle S. Marie, cum silva qui (*sic*) juncta est Arle, cum omni jure proprietate, quam in ipsa dinoscebatur habere eo tempore, ut pauperibus transeuntibus exinde saltim in igne et aqua et tecto, quousque domus ulterius proficiet, subveniatur, et ut clericus, qui divinum celebret, ibidem instituatur. Licenciavit eciam dominus comes ministeriales suos ut [possint], si velint, patrimonium suum jamdicte ecclesie tradere; instituit eciam dominus comes ut quitquit Hospitali sancti Johannis de Clusa, de Pregentz et de Rinegg usque per totum episcopatum Curie traditum fuerit, totum elimosine supradicte accipiat et inscribat, et due partes pauperibus cedat ad utilitatem, tercia pars Hospitali ultra mare perveniat, nisi sint equi, aurum et arma, que tria totaliter Hospitali ultra mare reserventur. Hic autem contractus factus est cum manu comitis et uxoris sue et filiorum suorum, eo tempore quando Hainricus de Guntramshofen fuit generalis procurator in Deuthonia Hospitalis sancti Johannis, qui eciam paginam hanc, sicut et nos, sigillis suis impressione munivit. Hujus autem rei testes sunt : H., dux Lutri[n]ge [1]; et Hainricus, margravius de Baden; Eberhardus de Erberstain ; Burkardus de Juningen; Fridericus de Zwirkenberg; H. de Ruigenberg; Ortolfus de Bartenstein. Hoc privilegium confirmatum est coram ministerialibus comitis in Monteforti : Dietrico juniori et seniori; et Burkardo de Bodmen; Rudgero Grosse; Jacobo; Gunthalmo; Cunrado, fratre Dietrici, et Phylippo.

### 1623. — Septembre 1218, Pontoise.

*Extraits du testament d'Ingeburge, reine de France, relatifs aux Hospitaliers et aux Templiers.*

Sources : Paris, Arch. nat., K. 28, n° 11 (orig.); Bibl. nat., coll. Grenier, vol. 17, f. 42 (copie, xviii° s.). — Analyse : L. Delisle, *Cat. des actes de Phil.-Aug.*, 408, n° 1852; J. Tardif, *Monum. hist., cartons des rois*, 344, n° 777. — Texte : L. Delisle, *loc. cit.*, 520.

I[ngeburgis], Dei gratia Francorum regina, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino..... Preterea donamus sexcentas libras ad subsidium Terre Sancte Jerosolimitane, quarum trecente libre tradentur Templo, et trecente libre Hospitali, et quadringintas libras ad succursum terre Albigesii.... Actum apud Pontisaram, anno Domini M CC octavo decimo, mense septembri.

### 1624. — 15 septembre 1218, Damiette.

« *Acte par lequel Léopold [VI]* [2], *duc d'Autriche et de Styrie, déclare que l'ordre lui a prêté, par les mains du grand-maître,* 2000 *marcs du poids d'Acre, qu'il promet de payer dans deux ans, fait dans le temps du siège de Damiette, du* 17 *des calendes d'octobre* 1218. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 224 (xviii° s.).

1. Il s'agit ici d'Henri II le Guerroyeur, duc de Lothier (1190-1235).

2. Surnommé le Glorieux (1198-1230); il était duc de Styrie depuis 1194.

**1625.** — 26 septembre 1218, Latran.

*Le pape Honorius III renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 19 *juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Paci et quieti* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 429.)

SOURCE : Paris, Arch. nat., L. 240, n° 49 (orig. bullé).

Dat. Laterani, VI kalendas octobris, pontificatus nostri anno III.

**1626.** — 27 septembre 1218, Latran.

*Le même renouvelle la bulle du* 13 *décembre* 1216 : « *Ad eripiendam de* ». (*V. plus haut, n°* 1505.)

SOURCE : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. 26, n° 6 (orig.).

Dat. Laterani, V kalendas octobris, pontificatus nostri anno III.

**1627.** — 29 octobre 1218, Westminster.

*Henri III, roi d'Angleterre, renouvelle l'ordre au trésorier et aux chambriers de l'Echiquier de verser trois deniers par jour au grand-prieur d'Angleterre et aux Hospitaliers, à partir du* 7 *novembre* 1217 *jusqu'au* 28 *octobre* 1218. (*V. plus haut, n°* 1589.)

SOURCE : Londres, Record office, rot. litt. claus., 3 Henri III, pars II, membr. 14 (copie contemp.). — TEXTE : *Rot. litter. claus.*, I, 380.

Teste ut supra [apud Westmonasterium, XXIX die octobris, anno regni nostri tercio].

**1628.** — [1 novembre] 1218—[6 avril 1219], S. Germain en Laye.

*Philippe-Auguste, roi de France, vidime et confirme la donation de l'église de S. Martin du Theil, faite par Louis VI, le Gros, aux Hospitaliers.* (*V. plus haut,* I, *n°* 96.)

SOURCE : Paris, Arch. nat., K. 22, n° 7 *bis* (orig.). — ANALYSE : L. Delisle, *Cat. des actes de Phil.-Aug.*, 400, n° 1818 ; Paris, Arch. nat., S. 6017, f. 33 *b* (invent. de la command. de Launay, 1745). — TEXTE : Luchaire, *Louis VI le Gros* (Paris, 1890), 339.

Actum apud S. Germanum in Laya, anno dominice incarnationis M CC octavo decimo, regni vero nostri quadragesimo, astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa, dapifero nullo. S. Guidonis, buticularii. S. Bartholomei, camerarii. S. Mathei, constabularii. Data vacante (*Monogramme*) cancellaria.

**1629.** — 7 novembre 1218, Latran.

*Le pape Honorius III renouvelle la bulle du* 13 *décembre* 1216 : « *Ad eripiendam* ». (*V. plus haut, n°* 1505.)

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 92 (copie, XVIe s.).

Dat. Laterani, VII idus novembris, pontificatus nostri anno III.

**1630.** — 11 novembre 1218, Damiette.

*Thibaut de Dangoel donne aux Hospitaliers de S. Jean de Jérusalem une rente annuelle de vingt sous tournois, à prendre sur le péage de Dangoel. Bernard, son fils, ratifie cette donation par acte séparé, rendu à la même date.*

SOURCE : Paris, Arch. nat., S. 4999 A, n° 49 (orig.).

Actum est hoc in obsidione Damiate, tercio idus novembris, anno Domini M CC octavo decimo.

**1631.** — 18 novembre 1218, Latran.

*Le pape Honorius III renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 15 *mai* 1166, 1167, 1178 *ou* 1179 : « *Querelam gravem recepimus* ». (*V. plus haut*, I, *n°* 356.)

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 93 (copie, XVIe s.).

Dat. Laterani, XIIII kalendas decembris, pontificatus nostri anno III.

**1632.** — 23 novembre 1218, Añon.

*Sparago, archevêque de Tarragone, ordonne à ses suffragants et à leur clergé de protéger les Hospitaliers d'Añon contre quiconque les molestera, sous peine d'excommunication.*

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, II, 92 (copie, fin XIVe s.).

S[parago], miseratione divina Terrachonensis archiepiscopus, venerabilibus fratribus universis episcopis et prelatis, et omnibus aliis clericis et cappellanis per Terrachonensem provinciam constitutis, salutem et dilectionem. Cum domus de Anion, et loca cetera, et fratres Hospitalis Jerosolimitani in multis et a multis varias ac diversas injurias inmerito paciantur, expedit et oportet ut contra malefactores eorum a prelatis ecclesie viriliter defendantur, ne deffectu justicie exponantur incursibus malignorum. Quocirca universitatem vestram monemus [et] rogamus, in virtute vel (*lisez* vobis) obediencie injungentes, quatinus, si aliqui dicte domui aut fratribus vel rebus eorum dampna dare presumpseri[n]t, contra

privilegia eis a domino papa indulta temere venientes, ipsos, nisi reatum suum ad monicionem vestram digna satisfactione correxerint, excommunicationis vinculo innodetis, terras eorum et loca, in quibus presentes extiterint, interdicti sententie subponentes, non relaxaturi sententiam quousque domui et fratribus Hospitalis congrue et plenarie satisfecerint de offensis. Datum apud Annio[nem[, IX kalendas decembris, anno Domini millesimo ducentesimo XVIII.

## 1633. — 24 novembre 1218, Latran.

*Le pape Honorius III ordonne aux prélats de Sicile de continuer à protéger les Hospitaliers et les Templiers, sur lesquels repose l'œuvre de la croisade, malgré les bruits défavorables semés sur leur compte.*

SOURCE : Rome, Arch. du Vatican, reg. 10, f. 29 (copie contemp.). — ANALYSE : Pressutti, *Reg. Hon. papæ III,* I, 283, n° 1699; Raynaldi, *Ann. eccl.*, XX, 436. — TEXTE : Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. XIII e reg. pontif. Roman.*, I, 57, n° 79.

Honorius, etc., archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis per Syciliam constitutis, salutem, etc. Humani generis hostis antiquus callidus, velut serpens, pietatis insidiari operibus ideo non desistit, quoniam ipsa sola predam eripiunt ab ejus faucibus animarum. Cum enim, tamquam leo rugiens [1], querat quem devoret toto die, assuetus quidem ex antiqua malitia miserorum animas captivare, quotiens aliquod obstaculum invenit, livet invidia, et, quasi gravia dampna passus, fremens dentibus sollicitius solito arma parat et insidias machinatur, ad veterne fraudis astutiam denique recurrendo, ut eos, quos armis nequit devincere, saltim suggestione seducat. Illos vero qui, tamquam veri Christi milites, induti lorica fidei [2], ejus resistere machinationibus didicerunt, incessanter persequitur sicut hostes, querens ipsos utique ventilare velut triticum et cribrare [3], nisi eos Christi pietas gubernaret. Sane universitatem vestram latere non credimus quod, cum dilecti filii Hospitalis et militie Templi fratres inter Christicolas alios in orbe terrarum speciales extiterint hactenus et existant orthodoxe fidei defensores, ipsorum corda usque adeo igne Sancti Spiritus sunt accensa, quod non solum prelia Domini jugiter preliantur, coronam martyrii recepturi, verum etiam, facti servi pauperum propter Christum, Hospitalitatis insistunt ministeriis, indefesse pietatis opera exercendo, quibus et ipsi Regis Regum gratiam promerentur, et Christi fideles, pia eis subsidia conferentes, ab eterna dampnatione conantur eripere, preparando eis in celesti palatio mansionem. Ne vero ignem purgationis evaderent dicti fratres, excitavit diabolus linguas maliloquas contra eos, ita ut quidam, de transmarinis partibus redeuntes, eorum famam taliter denigrarunt quod, nisi necessitatis tempore ipsorum rutilasset in fornace innocentia velut aurum [4], nos ipsi, rumores et murmura obloquentium audientes, sinistra cogebamur de ipsis aliquando suspicari. Unde universitati vestre duximus declarandum quod, cum in Jerosolimitanis partibus inquiri fecerimus diligenter, utrum clamor, qui ad aures nostras ascenderat, opere compleretur, per venerabilem fratrem nostrum [Pelagium], Albanensem episcopum, apostolice sedis legatum, et alios nobis fuit certius intimatum quod supradicti fratres inter omnes alios Christi athletas crucis nego-

1. S. Pierre, 5, ỳ 8. Cette citation des Ecritures et les suivantes ne sont pas textuelles; ce sont plutôt des réminiscences.
2. Epitre aux Thessaliens, 5, ỳ 8.
3. S. Luc, 22, ỳ 31.
4. Sagesse, 3, ỳ 6.

tium cum omni fidelitate ac sollicitudine procurantes, propugnatoribus Jesu Christi ex fidelium elemosinis grata subsidia largiuntur ; et nisi Hospitalarii et Templarii expensas facerent, quas cotidie in militibus servientibus, balistariis ac aliis personis ad pugnandum utilibus et pauperibus faciunt, exercitus apud Damiatam non posset aliquatenus remanere, cum quelibet predictarum domorum, sicut ab eodem episcopo didicimus, fere duobus milibus personarum et septingentis equitaturis cotidie necessaria subministret. Caritatem igitur vestram rogamus et hortamur in Domino, per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus rumores et murmura contra predictos fratres inventa, si qua se auribus vestris ingesserint, frivola et inventicia reputantes, ipsos habere curetis more solito commendatos, eorum innocentiam in vestris ecclesiis predicando singulis diebus dominicis et festivis, scituri pro certo quod bona, que ipsis feceritis, non peribunt, set per manus pauperum retributori Domino presentantur, ut recipiatis exinde centuplum[1], eterne vite beatitudinem possessuri. Dat. Laterani, VIII kalendas decembris, pontificatus nostri anno III.

## 1634. — 28 novembre 1218, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 15 *mai* 1166, 1167, 1178 *ou* 1179 : « *Qaerelam gravem recepimus* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 356.)

ANALYSE : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 65 (copie de S. Pauli, XVIII<sup>e</sup> s.).

Dat. Laterani, IIII kalendas decembris, pontificatus nostri anno III.

## 1635. — Décembre 1218.

*Alice, duchesse de Bourgogne, à la requête d'Anselme, commandeur de Beaune, autorise les Hospitaliers à tenir un marché tous les mardis à Villedieu, près de Montcenis.*

SOURCE : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, grand-prieuré de Champagne, H. 1224 (orig.). ANALYSE : E. Petit, *Hist. des ducs de Bourg.*, IV (Dijon, 1891), 166. — TEXTE : E. Petit, *loc. cit.*, IV, 238 (à la date erronée de 1228).

Ego Alaydis, ducissa Burgundie, notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod, precibus fratris Anselmi, magistri domus Hospitalis Belnensis, et assensu nostri consilii, dedimus et concessimus forum esse in die martis cujuslibet edomade in villa Hospitalariorum Jerosolimitanorum, que villa dicitur Villedeu propre Moncenis, tali tamen conditione quod medietas jurisdictionis et reddituum dicti fori in dicto die est dictorum Hospitalariorum, altera vero medietas est nostra et heredum nostrorum perpetue. Siquidem sepedicti Hospitales habere debent famulum suum dominantem super forum dictum, et nos similiter nostrum ; siquidem in eadem villa non possumus reclamare aliquam justiciam preter quam in die fori et preter gardiam, videlicet de unoquoque manso unum lichotum avene et duodecem (*sic*) denarios annui redditus, in carniprivo presbiterorum annuatim persolvendos. Affuerunt huic donationi Clarembaudus, dominus de Cha-

1. S. Matthieu, 19, ℣ 29.

pis, et Johannes, dominus Castri Novi. Quod ut ratum permaneat in futurum, dictis Hospitalariis litteras sigillo nostro tradidimus roboratas. Actum est hoc anno gratie M CC X octavo, mense decembris.

### 1636. — [1219—11 novembre 1225[1].]

*S. Engelbert, archevêque de Cologne, à la prière du feu comte Gérard d'Are, donne aux Hospitaliers d'Adenau les novales dans la forêt d'Ache[2].*

Sources : Coblence, Arch. d'Etat, command. d'Adenau-Trèves (copie, xvii^e s.) ; Munster, Arch. d'Etat, ms. Kindlinger, II, 56, p. 39 (copie, xvii^e s.). — Analyse : Görz, *Mittelrheinische Regesten*, II (Coblence, 1879), 431, n° 1586.— Texte : Beyer, Eltester et Görz, *Urkundenbuch zur Gesch. der... Mittelrheinischen Territorien*, III (Coblence, 1874), 223 ; Gunther, *Cod. dipl. Rheno-Mosellanus*, II (Coblence, 1823), 369.

### 1637. — 1219.

*Imbert de Luquiers, maître de l'Hôpital en France, promulgue la sentence arbitrale rendue par Bernard, abbé de S. Aubert de Cambrai, et par maître Crispin, chanoine de Cambrai, pour terminer le différend, survenu entre l'abbaye de S. Sauve lez Valenciennes et les Hospitaliers, à l'occasion d'une chapellenie, fondée par R. Roussel, bourgeois de Valenciennes, dans l'église de S. Géry. Les arbitres décident que cette chapellenie sera tranférée, avec droit de nomination du chapelain, dans la chapelle de l'Hôpital à Valenciennes, mais que, pour indemniser l'abbaye de S. Sauve, les Hospitaliers lui paieront une rente annuelle de soixante sous de Valenciennes.*

Source : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol 126, f. 165 et 176 (copies de D. Queinsert, 1775)[3].

Nos igitur prefatam concordiam, a predictis arbitris terminatam, sicut in eorum autentico continetur, ratam habentes, assensu capituli nostri, sigilli nostri munimine roboramus. Actum anno Domini M CC nono decimo.

### 1638. — 2 janvier 1219, Latran.

*Le pape Honorius III charge Gérard, archevêque de Brème, en exécution de la décision du concile général, de hâter la levée de l'impôt du vingtième sur les revenus ecclésiastiques, pendant trois ans, destiné à la Terre Sainte, et de confier les sommes recueillies de ce chef à Martin, chambrier, et à Jean, maréchal apostolique, frères du Temple et de l'Hôpital, désignés pour recueillir cet impôt en Allemagne[4].* — « *Exercitus Christianus rem* ».

Source : Stade, Arch., boîte II, n° 25 (orig. bullé). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 5956.— Texte : Lappenberg, *Hamburgisches Urkundenbuch*, I (Hambourg, 1842), 367.

Dat. Laterani, IIII nonas januarii, pontificatus nostri anno III.

1. Cette pièce, non datée, se place entre 1219 et 1225, années pendant lesquelles S. Engelbert occupa le siège archiépiscopal de Cologne.

2. Henri, archevêque élu de Cologne vers 1226, renouvela la donation de son prédécesseur (Coblence, Arch. d'Etat, command. d'Adenau-Trèves, copie, xvii^e s. ; Munster, Arch. d'Etat, ms. Kindlingen, II, 56, p. 41, copie, xvii^e s. Analyse dans Görz, *loc. cit.*, II, 466, n° 1738).

3. D. Queinsert a emprunté ces copies au cartulaire de S. Géry de Valenciennes (aujourd'hui perdu), f. 11. Ce cartulaire, de la fin du xiii^e s., était connu sous le nom de « Livre à la chaisne ».

4. Les archives de Stade (n° 45) contiennent aussi une bulle, de même teneur et de même date, adressée à Albert de Buxhoevden, évêque de Riga.

### 1639. — 4 janvier 1219, Latran.

*Le même renouvelle à Sigfried d'Eppstein, archevêque de Mayence, la bulle du 2 janvier* 1219 : « *Exercitus christianus rem* ». (*V. plus haut, n*° 1638.)

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 10, f. 42 (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 5959. — Texte : Würdtwein, *Nova subsidia diplomatica,* III, 76.

Dat. Laterani, II nonas januarii, pontificatus nostri anno III.

### 1640. — 11 janvier 1219, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 2 *août* 1184 *ou* 1185 : « *Cum inter vos et clericos* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 682.)

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. cent., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 22, bullaire, f. 20 *b* (copie, xv° s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 90 (copie, xvi° s.).

Dat. Laterani, III idus januarii, pontificatus nostri anno III.

### 1641. — 20 janvier 1219, Lille.

*Jeanne, comtesse de Flandre et de Hainaut*[1], *confirme une sentence de la cour féodale de Mathilde, comtesse douairière de Flandre*[2], *attribuant à Mainsende du Moulinel la terre de Bouvaque, et la donation de cette même terre par ladite Mainsende à l'Hôpital.*

Source : Paris, Arch. nat., S. 5209, n° 14 (orig.). — Texte : Ch. d'Héricourt, *Titres de la commanderie de Haute-Avesnes,* dans *Mém. de l'Acad. d'Arras,* 2° série, X (1878), 39.

Ego Johanna, Flandrie et Hannonie comitissa, notum fieri volo omnibus presentibus pariter ac futuris me per homines meos et per bonam veritatem firmiter intellexisse quod, cum Mainsendis del Molinel, ex una parte, et Henricus Flokes de Insula et ejus participes, ex altera parte, super terra de la Bovake coram domina regina Mathilde, Flandrensi comitissa, in cujus dotalicio eadem terra sita erat, diu placitassent, tandem per illos, qui inde de jure et legitime judicium dicere debebant, in curia predicte regine dicta terra prefate Mainsendi legitime fuit adjudicata. Et cum ipsa Mainsendis in possessione pacifica et tenura predicte terre esset, se ipsam reddidit, et prenotatam terram in elemosinam contulit Hospitali. Quum vero prescriptum judicium bonum et legitimum ab eis, qui illud fecerint et illud de jure facere debuerint, coram me et fidelibus meis legitime fuit recognitum, ipsum laudo et approbo, et sigilli mei appensione confirmo, ita videlicet quod pretaxatam elemosinam in perpetuum tenendam concedo Hospitalariis et garantizandam de omnibus illis qui inde ad jus venire voluerint, salvo mihi redditu meo, et salvo eo quod Hospitalarii de memorata elemosina jus faciant ubi debent.

1. Elle était fille de Baudouin IX, et avait épousé Ferrand, fils de Sanche I, roi de Portugal.

2. Fille d'Alphonse, roi de Portugal, et femme de Philippe d'Alsace, comte de Flandre. Elle était grand'tante par alliance de Jeanne, et en même temps tante, puisque Ferrand, mari de Jeanne, était son neveu.

Datum Insulis, die festo sanctorum martyrum Fabiani et Sebastiani, anno dominice incarnationis M CC octavo X, mense januario.

*Au dos* : Por la terre de le Bovaque (XIV[e] s.) empres Lisle (XV[e] s.), *et plus bas* : Por la terre de le Bouvaque; chest à Lisle, che croi (XIV[e] s.).

### 1642. — 23 janvier 1219, Latran.

*Le pape Honorius III annonce à Pélage Galvano, évêque d'Albano, légat apostolique, aux grands-maîtres des Templiers et des Hospitaliers qu'il a envoyé en Terre Sainte, par l'entremise du Temple et de l'Hôpital, cinq mille marcs, et leur recommande de dépenser cette somme utilement.* — « *Ad Terre Sancte.* »

SOURCE : Rome, Arch. du Vatican, reg. 10, f. 50 (copie contemp.). — ANALYSE : Pressutti, *Reg. Honorii papæ III*, I, 303, n° 1834.

Dat. Laterani, X kalendas februarii, [pontificatus nostri] anno III.

### 1643. — 31 janvier 1219, Vatican[1].

« *Bulla Honorii III quod prelati ecclesiarum permittant fratres Hospitalis in eorum ecclesiis predicare, et elemosinas querere sub pena officii et beneficii, et nichil de dictis elemosinis exigatur et de legatis in testamento* ». (Probablement : « *Querelam gravem recepimus* ». *V. plus haut,* I, *n*° 356.)

ANALYSE : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1119 (bull. C.), f. 5 *b* (XVI° s.).

Dat. Rome apud S. Petrum, II kalendas februarii, pontificatus nostri anno III.

### 1644. — 20 février 1219, Latran.

*Le pape Honorius III renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 19 *juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Paci et quieti* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 429.)

SOURCE : Paris, Arch. nat., L. 240, n° 56 (vid. du 28 janvier 1315).

Dat. Laterani, X kalendas martii, pontificatus nostri anno III.

### 1645. — 27 février 1219, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 19 *juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Paci et quieti* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 429).

SOURCES : Munich, Arch. roy. de Bavière, ordre de S. Jean, command. de Wurzbourg, liasse 2 (orig. bullé); Strasbourg, Arch. de l'anc. dép. du Bas-Rhin, H. 1351, n° 3 (vidimus de l'official de Wurzbourg, de 1325, copie notariée contemp. du vidimus); Wurzbourg, Arch. roy., reg. 141, f. 112 (copie, XVI° s.).

Dat. Laterani, III kalendas martii, pontificatus nostri anno III.

1. Il n'est pas absolument impossible qu'Honorius III ait résidé au Vatican le 31 janvier 1219, mais ce séjour est douteux, et il y a lieu de craindre que l'auteur de cette analyse n'ait mal transcrit la date.

**1646.** — 28 février 1219, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du 23 janvier* 1168, 1169 *ou* 1170 : « *Cum (dilectis filiis) fratribus Hierosolymitani* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 392.)

Source : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, bulles n° 34 (orig. bullé). — Analyse : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, répert. des privilèges pontificaux pour l'ordre de S. Jean, n° 182, p. 20 (xviii^e-xix^e s.).

Dat. Laterani, ii kalendas martii, pontificatus nostri anno iii.

**1647.** — 28 février 1219, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du 19 juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Paci et quieti* » (*avec la variante* : « *tranquillitati* »). (*V. plus haut,* I, *n°* 429.)

Sources : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, bulles n° 33 (orig.); Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, ms. Y. 72, p. 30[1], et 61[2] (copies, xv^e s.).

Dat. Laterani, ii kalendas martii, pontificatus nostri anno iii.

**1648.** — 1 mars 1219, Latran.

*Le même ordonne aux prélats de faire rendre justice aux Hospitaliers molestés par leurs paroissiens.*

Source : Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, ms. Y. 72, p. 64 (copie, xv^e s.)[3].

Honorius, etc., venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, et dilectis filiis abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis, et aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste pervenerint, salutem, etc. Cum a religiosorum virorum pressuris et molestiis illi, quorum pedes sunt veloces ad malum, severitate debeant ecclesiastica cohiberi, et inferiorum culpe merito ad prelatos desides referantur, quia facientis culpam habet qui, quod potest corrigere, negligit emendare, miramur, sicut possumus de ratione mirari, quod, sicut, dilectis filiis fratribus Hospitalis Jerusalemitani significantibus, accepimus, vestros parrochianos, de quibus apud vos querelam deponunt, non compellitis ad justitiam exhibendam. Si vero aliquos interdum excommunicationi vel interdicto supponitis, sententiam vestram remittitis fratribus inconsultis, data (*lisez* : et) satisfactione congrua pretermissa. Quia ergo sustinere nolumus incorrectum quod in vestrum et in subjectorum vestrorum periculum attemptatur, universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus quatinus, cum a dictis fratribus acceperitis de vestris parrochianis querelam, eos ad exhibendam justiciam, omni gratia et timore postposita (*sic*), contradictione quoque et appellatione remota, ecclesiastica districtione cogatis, attentius provisuri ne sententiam quam tuleritis fratribus ignorantibus absque

1. La rubrique de la table des matières du manuscrit porte, pour cette bulle, la mention : « Require Argentine, Basilee, et Franckenfurdie ».

2. Idem : « Require Basilee, Argentine. »

3. La rubrique de la table des matières du manuscrit porte : « Require Basilee, Argentine, et in Vilingen. »

satisfactione congrua relaxetis. Scituri a vobis dampna ipsorum districtius requirenda, si preceptum nostrum neglexeritis, quod non credimus, adimplere. Dat. Laterani, kalendis marcii, pontificatus nostri anno III.

**1649.** — 2 mars 1219, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 26 *août* 1180 : « *Si discrimina que* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 590.)

Source : Paris, Bibl. nat., lat. 8998, n° 10 (orig. bullé).

Dat. Laterani, VI nonas martii, pontificatus nostri anno III.

**1650.** — 30 août 1219.

*Ferdinand III, roi de Castille, avec l'assentiment de sa mère Bérengère et de son frère l'infant Alphonse (fils d'Alphonse IX de Léon), renouvelle aux Hospitaliers le privilège du* 27 *septembre* 1215. (*V. plus haut, n°* 1447.)

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue de Castille, invent. donat., liasse 2, n° 6.

**1651.** — 22 juin 1219, Westminster.

*Henri III, roi d'Angleterre, ordonne aux barons de l'Echiquier d'assigner au grand-prieur d'Angleterre et aux Hospitaliers la rente de* 3 *deniers par jour, que l'Echiquier leur payait, sur un comté voisin de Londres jusqu'à ce qu'il l'ait définitivement assignée.* (*V. plus haut, nos* 1589 et 1627.)

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 3 Henri III, membr. 7 (copie contemp.). — Texte : *Rot. litt. claus.*, I, 394.

Teste ut supra [apud Westmonasterium, XXII die junii], per dominum justiciarium et dominum Wintoniensem.

**1652.** — 22 juin 1219, Westminster.

*Le même mande à Eustache de Fauconberg, trésorier de l'Echiquier, à Foulques de Bréauté et à Robert le Chamberlain, chambriers de l'Echiquier, de délivrer au grand-prieur d'Angleterre quarante sous pour le trousseau (roba) d'Etienne d'Oxford, qui a pris l'habit des Hospitaliers.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 3 Henri III, membr. 7 (copie contemp.). — Texte : *Rot. litt. claus.*, I, 394.

Teste ut supra [apud Westmonasterium, XXII die junii] anno, etc., tercio.

**1653.** — 6 juillet 1219, Latran.

*Le pape Honorius III renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 15 *mars* 1166, 1167, 1178 *ou* 1179 : « *Querelam gravem recepimus* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 356.)

Source : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, bulles n° 44 (orig. bullé).

Dat. Laterani, II nonas julii, pontificatus nostri anno III.

**1654.** — 17 juillet 1219, Rieti.

*Le même concède aux Hospitaliers de Barletta l'église de la S. Trinité de Bonaconversa, dont les revenus sont diminués à tel point qu'ils suffisent à peine à l'entretien de deux moines.*

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 10, f. 109 (copie contemp.) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 94 (copie de Smitmer, XVIII^e s.). — Analyse : Pressutti, *Reg. Honorii papæ III,* I, 355, n° 2147.

Honorius, etc., magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani de Barolo, salutem, etc. Cum ecclesia S. Trinitatis de Bonaconversa, que ad nos nulla pertinet mediante, sicut ex litteris venerabilium fratrum nostrorum..... Tranensis archiepiscopi et..... episcopi Tricaricensis nobis innotuit, usque adeo sit bonis temporalibus pro malitia temporis diminuta, quod vix ibi duo monachi possint vel utiliter sustentari, ne, quod absit, eadem ecclesia penitus annulletur, eam cum omnibus pertinentiis suis vobis, quamdiu placuerit, duximus concedendam, ita quod, si nos vel successores nostri eam ad manus nostras resumere vel conferre alii voluerimus, expense vobis reddentur quas feceritis in eadem. Dat. Reate, XVI kalendas augusti, pontificatus nostri anno III[1].

**1655.** — 23 juillet 1219, Rieti.

*Le même ordonne à l'archevêque de Trani et à l'évêque de Cannes de faire une enquête au sujet des agissements de l'ancien archevêque de Trani envers les Hospitaliers de Barletta, au sujet d'un oratoire à construire près de S. Lorenzo in Carmignano.*

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 22, bullaire, f. 13 *b* (copie, XV^e s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 91 (copie, XVI^e s.).

Honorius, etc., venerabilibus fratribus Tranensi archiepiscopo et episcopo Canensi, salutem, etc. Dilecti (*sic*) filiorum magistri et fratrum Hospitalis Jherosolimitani de Barulo querelam accepimus, continentem quod, cum venerabili fratri nostro Tranensi archiepiscopo dederimus nostris litteris in mandatis ut eis in fundo proprio extra muros S. Laurencii de Carmimen, ad opus familie sue ac

1. Le même jour le pape écrivit à André, archevêque d'Acerenza, et à Samuel, évêque de Gravina, de mettre les Hospitaliers en possession de cette église. — « Cum ecclesia S. Trinitatis. »

peregrinorum, quoddam oratorium permitteret fabricari, sicut eis quendam (*sic*) predecessores nostri ac demum delegati a nobis judices concessere, idem episcopus, licet ad hoc per judices a sede apostolica delegatus fuerit, mortuus diligenter id tantum efficere non curav[er]it, quin ymo in apostolice sedis contemptum, fractis januis cujusdam domus Hospitalis ejusdem, portas ipsas, frumentum et alia bona ibidem inventa, ea denequiter asportari precepit, in omnes qui de bonis suis darent vel relinquerint aliquid Hospitali excommunicationis sententiam promulgando in eorum prejudicium et gravamen. Quia vero nobis non constitit de premissis, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, vocatis qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit, appellatione postposita, decernatis, facientes quod statueritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, etc. Dat. Reatin (*sic*), x kalendas augusti, pontificatus nostri anno III.

## **1656.** — Août 1219.

*Isembard, grand-précepteur de l'Hôpital et lieutenant du grand-maître en Syrie, cède à Guy de Ronay et à ses héritiers, moyennant un cens annuel de quatre besants, une maison à Acre.*

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 39 (chirogr. orig., auj. perdu). — TEXTE : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 290. — EXTRAITS : Taaffe, *The history of the... order of S. John of Jerusalem*, IV, app. n° LX.

Anno verbi incarnati M CC XIX, mense augusti, indictione VIII, notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego frater Isimbardus, preceptor domus Hospitalis sancti Johannis in Accon, et locum magistri ejusdem Hospitalis tenens in partibus Syrie, communi consilio et voluntate capituli nostri, dedi, concessi, et hac presenti carta per abecedarium divisa confirmavi domino Guidoni de Ronay, amico et benefactori domus Hospitalis, nec non et heredibus suis quamdam domum nostram cum ingressu suo, que est ex opposito aule quondam Regine Veteris, et sita est inter curiam domine Gibeletti ab oriente, et domum que fuit vicecomitisse Vesini ab occidente, et a meridionali parte est domus Hospitalis in qua habitant sorores Hospitalis, et a septentrionali parte est hereditas dicti Guidonis, quam tenet ab episcopo Acchonensi, et hac parte patet ingressus ad dictam domum a ruga Regali; qui utique ingressus habet de latitudine ab angulo palatii dicti Guidonis palmas quinque et dimidiam, et prope rugam habet de latitudine palmas octo et dimidiam. Hanc igitur domum sic divisam dedi et concessi ego frater Isimbardus, ut predictum est, dicto Guidoni de Ronai et heredibus suis perpetuis temporibus habendam, possidendam, pro quatuor bisanciis Saracenatis, censu annuo domui Hospitalis persolvendis ad festum beati Johannis Baptiste; quos quatuor bisancios instituit et assignat sepe dictus Guido de Ronay sumi et domui Hospitalis persolvi super domo jamdicta et super tota hereditate sua, data utrimque conditione tali quod nec Guido, nec heredes sui possint dictam domum donare, vendere sive pignori supponere domui religionis militie sive communi, nisi de licencia et bona voluntate fratrum Hospitalis. Quod si forte alii persone, exceptis pretaxatis, eam vendere voluerint, domus Hospitalis eam habere debet minus una marca argenti quam aliquis hominum. Et si eam noluerit domus Hospitalis, liceat eis de ea facere quicquid libet, reservato et salvo per omnia domui Hospitalis memorato annuo censu quatuor bisanciorum. Testes sunt hii: frater Ricardus, domus Hospitalis thesaurarius; frater Nun,

hospitalarius ; frater Guillelmus Scarran ; frater Guillelmus de Domibus ; frater Petrus Parvus ; frater Bernardus de Fabrica, et alii multi.

### 1657. — Novembre 1219, Paris.

*Philippe-Auguste, roi de France, informe ses officiers de Normandie, d'Anjou, du Maine, de Touraine, de Poitou et du Berry qu'il confirme les biens et franchises que Richard Cœur de Lion, roi d'Angleterre, avait concédés aux Hospitaliers.* (*V. plus haut,* I, *n*° 955.)

SOURCES : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 41, n° 3 des privilèges des rois de France (vidimus du 13 janvier 1575) ; Montpellier, Arch. du Gard, H. 633, f. 7 (copie, XVII^e s.) ; Paris, Arch. nat., K. 28, n° 12 (orig.), M. 6, n° 2 (vidimus du prévôt de Paris, du 18 juillet 1376), MM. 3 (copie, XVIII^e s.) ; Bibl. nat., lat. 9001, f. 81 (copie d'A. de Naberat, XVII^e s.). — ANALYSE : Delisle, *Cat. des actes de Phil.-Aug.*, 427, n° 1932 ; Paris, Arch. nat., S. 5544, f. 1 *b* (d'après un vidimus du prévôt de Paris, du 7 juin 1423) ; J. Tardif, *Monum. hist., Cartons des Rois*, 344, n° 779. — TEXTE : Des Clozeaulx, *Privilèges concédés par les rois très chrestiens* (Paris, 1619), 10 ; et même ouvrage, sous le titre : *Privilèges des papes, empereurs, roys et princes* (Paris, 1649, et Paris, 1700), 4 ; Delisle, *Cartulaire Normand*, 41, n° 277.

Philippus, Dei gratia Francorum rex, omnibus senescallis, ballivis, castellanis, prepositis, justiciis et fidelibus suis Normannis, Andegavensibus, Cenomanensibus, Turonensibus, Pictaviensibus, Bituricensibus, et universis sancte matris ecclesie filiis, ad quos presens carta pervenerit, salutem. Sciatis quod nos volumus, et concedimus, et approbamus, et presenti carta nostra confirmamus omnes dominationes, elemosinas et donationes, libertates et liberas consuetudines, quas Ricardus clare memorie, quondam rex Anglie, tempore suo sancto Hospitali Jerosolimitano, et fratribus et hominibus ejusdem sancti Hospitalis indulxit, concessit et confirmavit. Unde vobis firmiter precipimus ut observetis et fideliter observare et habere faciatis omnia jura predictorum fratrum et hominum in omnibus, sicut in carta predicti regis continetur. Actum Parisiis, anno gratie millesimo ducentesimo nono decimo, mense novembri.

### 1658. — 21 novembre 1219, Viterbe.

*Le pape Honorius III renouvelle la bulle de Lucius III, du 12 décembre 1184 :* « *Si diligenter attenditis* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 706.)

SOURCE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 15, n° 83 (orig. bullé).

Dat. Viterbii, XI kalendas decembris, pontificatus nostri anno IV.

### 1659. — 26 novembre 1129, Viterbe.

*Le même confirme aux Hospitaliers de la châtellenie d'Amposte la possession du château d'Aviñonet, qu'ils avaient acheté du chevalier Arnal d'Aviñonet.*

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 19 (orig.).

Honorius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus domus Hospitalis Jeroso-

limitani de Emposta, salutem, etc. Justis petentium desideriis, etc. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, castrum de Avinione cum pertinentiis suis, quod ab Arnaldo (?), milite, de Avinione, dicitis vos emisse, sicut illud juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos Hospitali vestro auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Dat. Viterbii, VI kalendas decembris, pontificatus nostri anno IV.

**1660.** — 26 novembre 1219, Viterbe.

*Le même renouvelle la bulle du* 3 *janvier* 1217 : « *Vestris piis postulationibus* ». (*V. plus haut, n°* 1528.)

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 19 (orig. bullé).

Dat. Viterbii, VI kalendas decembris, pontificatus nostri anno IV.

**1661.** — 28 novembre 1219, Viterbe.

*Le même renouvelle la bulle du* 13 *décembre* 1216 : « *Ad eripiendam de* ». (*V. plus haut, n°* 1505.)

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, II, 4 (copie, fin XIV<sup>e</sup> s.).

Dat. Viterbii, IIII kalendas decembris, pontificatus nostri anno IV.

**1662.** — 3 décembre 1219, Viterbe.

*Le même renouvelle la bulle du* 5 *mars* 1217 : « *Ex parte dilectorum* ». (*V. plus haut, n°* 1574.)

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 22, bullaire du XV<sup>e</sup> s., f. 17 *b*, et Cartul. Magno, II, 5 (copie, fin XIV<sup>e</sup> s.).

Dat. Viterbii, III nonas decembris, pontificatus nostri anno IV.

**1663.** — [Vers 1220.]

*Hartmann IV, comte de Kybourg, ratifie la vente d'une échoppe à Urswyl, faite par Ulrich de Lubistein aux Hospitaliers de Hohenrein.*

SOURCE : Zurich, Arch. d'Etat, command. de Hohenrein (orig.).

**1664. — 1220.**

*Imbert de Luquiers, grand-prieur de France, échange aux chanoines de S. Rieul de Senlis la maison Beudin, sise à Senlis, avec ses cens et droits, contre un arpent de vigne à Angicourt, que les chanoines abandonnent à l'ordre de l'Hôpital.*

Source : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 128, f. 113 (copie d'Afforti, xviii[e] s., d'après les arch. de S. Rieul, l. 43, n° 97, et d'après le cartul. de S. Rieul, c. 16).

Frater Humbertus de Luquenai (*sic*), domorum Hospitalis in Francia magister, omnibus presens scriptum inspecturis in Domino salutem. Noveritis quod nos quittavimus canonicis beati Reguli Silvanectensis domum quamdam, sitam apud Silvanectum, que nominatur domus Beudini, et censum ejusdem domus, quem ipsi nobis reddere solebant annuatim in festo sancti Remigii, scilicet septem denarios et obolum, et foragium, et omnem justitiam, et quidquid hab[eb]amus juris vel habere poteramus in eadem domo. In cujus rei recompensationem dicti canonici nobis quittaverunt unum arpennum vinee, quam nos h[ab]uimus in censiva eorum apud Angecort, ita tamen quod nos de eadem vinea decimam justam illis reddere tenebimur, non obstantibus privilegiis nostris impetratis vel impetrandis. Quod ut ratum habeatur, presens scriptum inde fecimus, et sigillo nostro roboravimus. Anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo vicesimo.

**1665. — 1220.**

*Guy IV, comte de Forez, certifie que Gilbert, fils d'Albert Antoine, a donné au commandeur Arnoul et aux Hospitaliers de Montbrison, avec l'assentiment de ses fils, ce qu'il possédait à Conol, à Ecotay et à Vidrieu.*

Source : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. command. de Montbrison, chap. 1, n° 5 (orig.).

G[uigo], comes Forensis, omnibus in perpetuum. Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod, cum frater Arnulfus, magister, et alii fratres domus Hospitalis Jherusalem Montisbrusonis recepissent in socium et fratrem corporaliter et spiritualiter Gilbertum, filium Alberti Anthonii, Dei amore et gratia ejusdem Alberti et amicorum suorum, placuit eidem Alberto ut eidem domui daret in helemosinam quicquid habebat et tenebat ad Conols et in territorio de Conols, scilicet quatuor solidos et viii denarios debitales, et duos capones debitales, et tres eminas avene debitales, et duas quarratas lignorum debitales, et quartum terre, et quicquid habebat vel tenebat vel alius nomine ejus in mandamento d'Escotai, et etiam ultra in hoc quod habebat à Vuldren; et de omnibus premissis corporaliter investivit domum supradictam. Donacionem vero istam et investicionem Petrus et Albertus, filii ejusdem Alberti, laudaverunt fideliter et concesserunt, tam ipsi quam pater eorum; tactis sacrosanctis evangeliis, firmiter promiserunt sepedictam donacionem et investicionem eidem domui in pace servaturos, et ad majorem securitatem dederunt fidejussores Guigonem Turc et Thomam Grosella et Thomam Antonii. Predicti vero magister et fratres dederunt eidem Alberto centum solidos forcium, tam in recompensationem quam propter donum et gratiam sibi factam. Nos vero, ad utriusque partis voluntatem, presentem cartam, sigillo nostro munitam, dedimus in testimonium veritatis. Actum anno Domini M CC XX.

### 1666. — 1220.

*Le même exempte l'Hôpital de Montbrison de tous impôts ou prestations destinés à l'entretien des écluses et du lit de la rivière de Montbrison, et les autorise à prendre l'eau à l'endroit le plus convenable pour leur mouture.*

Source : Paris, Arch. nat., cart. des francs-fiefs du Forez, P. 1401[2], cote 1076, n° 8 (copie, commenc. xiv[e] s.), et P. 1402[1], cote 1202, n° 9 (rouleau, commenc. xiv[e] s.). — Analyse : Huillard-Bréholles, *Titres de Bourbon*, I, 19, n° 78. — Texte : Charpin-Feugerolles, *Cart. des Francs-Fiefs du Forez*, 8.

Ego[1] G[uigo], comes Forensis, omnibus imperpetuum. Noscant presentes ac posteri quod, Dei amore et beate Marie semper virginis et beati Johannis Baptiste, et pro redemptione animarum antecessorum nostrorum, volumus, indulgemus et fideliter concedimus domui Hospitalis Jherusalem Montisbrisonis ut libera sit et immunis imperpetuum ab omni honore et prestatione collectionis faciende pro esclosa et pro alveo, per quam aqua deffluit versus villam Montisbrisonis, quia, cum aqua hujus alvei decursum suum haberet antiquitus per locum ubi nunc est molendinum, quod antecessores nostri dederunt domui supradicte, per constructum postea molendinum nichil, quantum ad esclusam et alveum, prioribus est immutatum; unde, sicut tunc faciebant expensas alvei illi quorum intererat, ita et nunc de cetero faciant. Ad hoc, cum aqua, antequam fieret molendinum et post etiam cum factum fuit ab eis quibus utilis erat, et necessaria sumeretur ab alveo naturali per plateam que vocatur Sayngni, que modo redacta est ad culturam, que modo non potest aqua sumi per locum antiquum, propter culturam et ortos ibi factos, concedimus et indulgemus ut sumatur imperpetuum in loco ubi commodius et competentius poterit sumi, temporibus quibus utilis et necessaria videbitur molendino. Nos autem, ut hoc factum perpetuam obtineat firmitatem, presentem cartam fieri et sigillo nostro jussimus in testimonium roborari. Actum anno Domini M CC XX.

### 1667. — 1220.

*Le même certifie un échange de biens au Sauzet, intervenu entre les Hospitaliers de Montbrison et Cairiseua, femme de feu Pierre de Charisieu.*

Source : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. command. de Montbrison, chap. 1, n° 4 (orig.).

Actum anno Domini M CC XX.

### 1668. — 1220.

*Renaud de Forez, archevêque de Lyon, promulgue le testament de Guigue de Colant; un article de ce testament concerne l'Hôpital, auquel le testateur donne, en mémoire de sa première femme, les biens qu'il possédait à la Grange de Lachaux et à*

1. Dans le cartulaire, l'acte porte la cote suivante : « Item littera amortizationis per libertatem concessam ».

*Craintilleux, à charge de 4 sous et 4 deniers forts de rente annuelle, à employer par l'Hôpital en oblations le lundi, à l'endroit où le donateur aura été inhumé.*

Source : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. command. de Montbrison, membre de la Grange de La Chaux, chap. 2, n° 1 (orig.).

Actum anno Domini M CC XX. Datum per manum Petri, officialis nostri.

## 1669. — 1220.

*Règlement des droits des Hospitaliers et du chapitre de l'église métropolitaine de Besançon à Saligney.*

Source : Lons-le-Saunier, Arch. du Jura, H. command. de Dôle (copie de 1467). — Texte : *Gallia Christiana,* XV, preuves, col. 62.

Vuillelmus[1], Dei gracia decanus[2], totumque capitulum Bisuntine matricis ecclesie sancti Johannis, universis fidelibus presentem paginam inspecturis, rei geste noticiam. Quantum ex scriptis antecessorum nostrorum et ex actestatione virorum fidelium perpendimus, inter antecessores nostros, qui associaverunt fratres Hospitalis Jherosolimitani in villa Saliniaci, que erat ecclesie nostre, et fratres Hospitalis, tales in[ter]venerunt convenciones : in redditibus justiciarum, que ad christianitatem spectant, nichil accipiunt fratres Hospitalis ; de redditibus aliarum justiciarum tercia pars est prepositi, qui est [ligius] canonicorum, et quod reliquum est, canonicorum est et predictorum fratrum ; justicias tamen terminare, causas diffinire, neque sepedictis fratribus sine canonicis, neque canonicis sine ipsis fratribus licitum est. De lege duodecim denariorum, tres nummos accipit villicus ; de lege trium solidorum et supra, pro vini sextario, sex nummos. In potestate canonicorum est ville jam tociens dicte capellanum, prepositum, villicum, forestarium ceterosque ejusdem loci ministros constituere, distuere (*lisez* : destituere), mutare, justifficare, eisdem fratribus etiam inconsultis ; ceterum si prescripti ministri aliquam terram tenuerint, que ad ipsos feodi ipsorum mansos non pertineat, quantum ad terram illam eidem fratres eos, non tamen absque canonicis, justifficare poterunt. Recognitum est eciam quod predicti fratres et canonici boves, ad unam carruccam vel eo amplius constituendas, in predicta villa communiter mictere debent ; quod si boves mori contingerit, fratres illi boum mortuorum [coriis receptis,] boves restituant, et, ne umquam boves ad carrucas defficiant, cura diligenti providebunt ; fructus ex inde proveniens tam canonicis quam pretitulatis fratribus communis erit ; si bos aut vacca in eadem villa pro elemosina data fuerit, ad carrucas semper manutenendas in partem eorumdem fratrum cedet ; cetera omnia, pro elemosina data, communia erunt ; pecudes ac bestias, undecunque proveniant et cujuscumque sint speciei, supradicti fratres ad utriusque communem partis utilitatem et incrementum fideliter custodire debent et nutrire, ut fructum inde provenientem utrique suo [tempore e] qualiter recipiant ; culcitre vero et pulvinaria in domo [eorumdem] fratrum reponentur, ubi, cum illuc advenerint canonici, recombere valeant. Recognitum est etiam quod ipsi et canonici vineam plantare debent, eamque usque ad quatuor annos pariter utrique colere ; a quatuor autem annis et deinceps fratres illi soli de cultura vinee providebunt, et vinum canonicis [partiendo] dimidiabunt. Ecclesia, furnus, molendinum et omnia, que ad jamdictam villam partinent, communia erunt ; ad eosdem fratres

1. On lit, en tête de la copie, le titre suivant : « S'ensuit la teneur des lectres du traictier de la associacion dessus mencionnée ».

2. Guillaume de Chay, doyen de S. Jean de Besançon.

partinet furnerarium, molendinarium constituere; qui, si canonicis injuriam fecerint, capitale restituant. Lex vero de justicia et servicia, primo introitu accepta, communia erunt; furnus si ceciderit, molendinum si dissipatum fuerit, ipsi, quia partem furnarii et molendinarii recipiunt, sine adjutorio canonicorum restaurabunt. Lex autem sepedictam villam inhabitantium talis est: qui agriculturam bene exercuerit, si foris factum commiserit, duodecim denariorum legem persolvet; qui vero fossorio laborat, legem sex nummorum comparabit; si quis aliquem servum vocaverit et dominum suum ei nominaverit, trium solidorum lex accipienda est; de sanguinis effusione, de pugna sive de judicio, lex trium solidorum similiter accipienda est; de furto, de adulterio, lex sexaginta solidorum; que justicia, sive lex, communis erit. Si predicta ville Siliniaci capta fuerit, vel res hominum illius ville pro fratribus Hospitalis, eam fratres predicti integre debent restituere. Si autem pro aliis causis capta fuerit preda, vel res hominum ville sepedicte, fratres Hospitalis bona fide ex suis sumptibus debent eam repetere, et justiciam querere de malefactoribus tam a judice christianitatis quam a judice seculari. Et ut predicte conventiones futuris temporibus permaneant illibate, presenti carte sigillum nostrum fecimus apponi, et magister fratrum Hospitalis in Burgundia sigillum suum eidem carte fecit apponi. Actum anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo vicesimo.

### **1670.** — 18 janvier 1220, La Hulpe.

*Henri II le Guerroyeur, duc de Lothier, confirme la donation faite aux Hospitaliers par Eustache, Henri et Thomas de Waseges de leurs droits sur une terre sise au Mont S. Jean.*

Source : Mons, Arch. d'Etat, cartul. de Hainaut-Cambrésis, f. 16, n° 22 (copie, xiii^e s.). — Analyse : *Annales du cercle archéologique de Mons*, VI, 36.

Henricus, Dei gratia dux Lotharingie, omnibus hoc scriptum videntibus in perpetuum. Notum facimus quod Eustachius, Henricus et Thoma de Waseges, in presentia nostra constituti, omne jus, quod in terra sita in Monte S. Johannis habere dicebantur, werpiverunt, et in elemosinam fratribus Hospitalis Jherosolimitani contulerunt. Hujus rei testes sunt: A. de Walhein, W. de Molembays, fratres Hospitalis; magister Gaufridus, frater Johannes, Arnoldus, et ceteri homines ducis. Et, ad hujus facti corroborationem, presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus consignare. Actum apud Helpam, anno Domini M CC XIX, in cathedra beati Petri[1].

### **1671.** — 24 février 1220, Viterbe.

*Le pape Honorius III félicite Raoul I de Mérencourt, patriarche de Jérusalem, Jean de Brienne, roi de Jérusalem, les maîtres de l'Hôpital, du Temple et des Teutoniques, etc., et l'armée des croisés, de la prise de Damiette, et les engage à obéir à Pélage Galvano, évêque d'Albano, légat apostolique. — « Etsi humane conditionis ».*

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 10, f. 161 *b* (copie contemp.). — Analyse : Pressutti, *Reg. Honorii papæ III*, I, 388, n° 2338.

Dat. Viterbii, vi kalendas marcii, pontificatus nostri anno iv.

1. Cet acte porte, dans le cartulaire, la rubrique suivante : « Cartula de quitatione omnium rerum quas habebant Henricus et Thomas de Waseges in terra sita in Monte S. Johannis ».

### 1672. — 4 mai 1220, Viterbe.

*Le même ordonne aux prélats, à cause de l'impossibilité pour les religieuses de Sigena de se rendre à la cour de Rome chaque fois qu'une difficulté surgit, de les défendre contre ceux qui les attaquent, et de leur faire rendre justice toutes les fois qu'elles les en requerront.*

Source : Sigena, Arch. du monastère (orig.).

Honorius, etc., venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis et dilectis filiis abbatibus, et aliis omnibus ecclesie prelatis ad quos littere iste pervenerint, salutem, etc. Quoniam nimis dispendiosum esset et grave dilectis in Christo filiabus priorisse ac monialibus de Sexena, cum sint in remotis partibus constitute, pro singulis querelis apostolicam sedem adire, cum frequenter a multis, tam clericis quam laicis, gravibus sint injuriis lacessite, ad supplicationem earum super hoc eis duximus providendum. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus quatinus, cum a dictis priorissa et monialibus fueritis requisiti, malefactores earum in vestris provinciis constitutos, ut eis ablata restituant et de dampnis et injuriis irrogatis satisfaciant competenter, vel in aliquos compromittant qui, appellatione remota, justicia mediante, procedant, per censuram ecclesiasticam, sublato appellationis diffugio, compellatis, prefatum monasterium et res omnes ad ipsum spectantes habentes propensius commendatas, ita eas a pravorum incursibus vice nostra defensare curetis quod in eis nullius temeritas sibi dampnum aliquid possit vel injuriam irrogare. Quod si quis atemptare presumpserit, usque ad satisfactionem condignam perveniat; presumptorem hujusmodi, monitione premissa, per excommunicationis sententiam, singulis diebus dominicis innovandam, appellatione remota, volumus coherceri. Dat. Viterbii, IIII nonas maii, pontificatus nostri anno II (*lisez* IV).

### 1673. — 5 mai 1220, Saragosse.

*Jacques I, roi d'Aragon, comte de Barcelone et seigneur de Montpellier, déclare, à l'occasion d'une contestation survenue entre les nobles de Mallen et les Hospitaliers d'Amposte, représentés par leur châtelain Garcias Artiga, qu'aucun chevalier ou damoiseau ne peut acheter ou recevoir des biens des vassaux de l'Hôpital sans l'assentiment du châtelain et des frères de l'Hôpital, et réciproquement leur en donner ou vendre sans l'agrément des nobles de Mallen.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, II, 96 (copie, fin XIVe s.).

In Christi nomine, sit notum cunctis quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone et dominus Montispessulani, cum hac presenti scriptura perpetuo valitura recognoscimus et profitemur quod, cum apud Cesaraugustam, in presencia et curia nostra, causa verteretur inter Valerium de Mallen, militem, et Michaelem Luppi, Petrum Eximini et Luppum de Cortes, petentes pro se et aliis militibus et infançonibus de Mallen, ex una parte, quod de jure possent emere et habere hereditates et possessiones ab hominibus et subjectis domus Hospitalis libere et sine licencia et voluntate fratrum ipsius domus Hospitalis, et inter fratrem Garsiam Artigam, magistrum, et fratres domus Hospitalis de Em-

posta, ex altera parte, hoc instantissime defendentes, habito super hiis consilio et deliberacione diligenti cum dilectis et venerabilibus Cesaraugustano et Oscensi episcopis, et Eximino Corneli et Petro Aunes, consiliariis nostris, necnon et cum aliis baronibus et militibus et hominibus civitatum et villarum et castrorum regni nostri, tunc assistentibus nobis, fidelis noster Petrus, justicia Tirassone, in regno nostro Aragonie judex ordinarius constitutus, causam illam per difinitivam sententiam plena cura nostra publice coram omnibus terminavit, et predictos milites condempnavit ne eorum petitio in aliquo obtineret, cum, secundum forum regni nostri et constitucionem ab antecessoribus nostris actenus observatam, aliquis miles vel infançonus non possit unquam habere in regno nostro Aragonie aliquas hereditates vel possessiones ab hominibus et subjectis domus Hospitalis vel alterius cujuslibet religionis, ratione emptionis, venditionis, donationis, afiliamenti vel alterius cujuslibet tituli alienationis, sine assensu et voluntate magistri et fratrum domus Hospitalis predicti, nec similiter aliquis homo religiosus possit unquam habere aliquas hereditates vel possessiones ab hominibus et subjectis cujuslibet militis vel infançoni[s], sine assensu et voluntate ipsorum militum et infançonum. Unde hanc sententiam proinde latam nos nunc et imperpetuum aprobantes, volumus et constituimus universis militibus et infancionibus, et aliis omnibus hominibus in villa de Mallen habitantibus et habitaturis, firmiter precipiendo mandantes quatinus hoc judicium et mandatum, a nobis et curia nostra solempniter processum, ratum et firmum habeant et observent, et non contraveniant aliqua ratione vel causa. Quicumque autem contra hoc venire attemptaverit ullo modo, iram et indignationem nostram se prorsus noverit incursurum, et, dampno illato prius plenarie in duplum restituto, in mille aureis a nobis procul dubio puniendum. Datum Cesarauguste, III nonas madii, sub era M CC L octava, per manum Petri Sancii, notarii nostri, et mandato ejus a Berengario de Parietibus scripta. S.(*Seing manuel*) Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, comitis Barchinone et domini Montispessulani. Hujus rei testes sunt : Sancius, episcopus Cesaraugustanus ; Garsias, episcopus Oscensis ; Ato de Focibus ; Eximinus Corneli ; Petrus Aunes ; Blascus de Alagon ; Mathalonus (?) ; Pelegrinus de Aunes ; Petrus Corneli ; Vallesius ; P[etrus], justicia Tirassone. Ego Petrus Sancii, domini regis notarius, mandato ipsius hoc scribi feci, loco, die et anno prefixis, et hoc sig(*Seing manuel*)num feci.

## **1674**. — 20 mai 1220, Viterbe.

*Le pape Honorius III charge Eudes, doyen d'Ossory, Gilbert, archidiacre d'Ossory, et Eudes, prieur de S. Jean de Kilkenny, au même diocèse, de terminer par un arbitrage le différend pendant entre les Hospitaliers d'Irlande et l'abbaye de S. Thomas de Dublin, au sujet des églises et dîmes de Kilussi et de Nas.*

Source : Oxford, Bibl. Bodl., ms. Rawlinson, B. 500, f. 67 *b* (copie, fin XIII^e s.). — Texte : J.-T. Gilbert, *Register of the abbey of S. Thomas, Dublin* (Londres, 1889), 323.

Honorius, etc., dilectis filiis decano et archidiacono Osserensibus, et priori S. Johannis de Kilkenny, Ossoriensis diocesis, salutem, etc. Querelam dilectorum filiorum prioris et fratrum Hospitalis Jerusalem in Hybernia recepimus, continentem quod abbas et conventus S. Thome et archidiaconus Dublinensis, ac quidam alii Dubliniensis et Darensis diocesium, super Killussi et de Nas ecclesiis, decimis, redditibus et rebus aliis injuriantur eisdem. Ideoque discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, partibus convocatis, audiatis causam,

et, appellacione remota, fine debito terminetis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, etc. Quod si non omnes, etc. Dat. Viterbii, XIII kalendas junii, pontificatus nostri anno IV[1].

### 1675. — 26 juin 1220, Damiette.

*Milon de S. Florentin, seigneur de Puits, donne à Garin de Montaigu, grand-maître de l'Hôpital, une terre à Villiers-Vineux, d'un revenu annuel de cent sous, en considération de l'affection qu'il porte à Osbert Gibaut, chevalier, frère de l'Hôpital.*

SOURCE : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, grand-prieuré de Champagne, H. 1213 (orig.). — ANALYSE : E. Petit, *Hist. des ducs de Bourg.*, IV, 183.

Actum est hoc sexto kalendas julii, in partibus Damiate, anno Christi M CC XX.

### 1676. — 1 juillet 1220, Orvieto.

*Le même ordonne au maître et aux frères de l'Hôpital de Paris d'envoyer en Terre Sainte six mille, ou, au minimum, quatre mille marcs, prélevés sur l'impôt du vingtième et déposés entre leurs mains par l'évêque de Norwich*[2].

SOURCES: Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1181, f. 147 (copie de la Porte du Theil, XVIII° s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 10, f. 195 (copie contemp.). — ANALYSE : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 6285; Pressutti, *Reg. Honorii papæ III*, I, 416, n° 2519; Raynaldi, *Ann. eccl.*, XX, 485. — TEXTE : D. Bouquet, *Historiens de France*, XIX, 702; Horoy, *Medii ævi bibl. patristica*, III, col. 460.

Honorius, etc., magistro et fratribus domus Hospitalis Jerosolymitani Parisiensis, salutem, etc. Cum dilecti filii fratres militie Templi jam pluries onus susceperint pro deferenda vicesima in subsidium Terre Sancte, nos, nolentes vos hujus oneris relinquere inexpertes, cum id equaliter pertineat ad utrosque, discretionem vestram monemus attente, per apostolica scripta mandantes, quatenus sex millia vel quinque millia, aut ad minus quatuor millia marcarum, de vicesima quam dilectus filius P[andulfus], Norwicensis electus, camerarius noster, apostolice sedis legatus, penes vos deponi mandavit, aut, si forte illa tanta non est, de alia pecunia nostra in domo vestra deposita, vel, si forsan utraque ad perficiendum aliquem de numeris predictis non sufficit, de alia pecunia, undecumque ipsam habere potestis, quia nos vobis reddi faciemus, eamdem mittatis in proximo passagio in subsidium Terre Sancte, venerabili fratri nostro [Pelagio] Albanensi episcopo, apostolice sedis legato, fideliter assignanda[m]. Dat. apud Urbem Veterem, kalendis julii, [pontificatus nostri] anno IV.

### 1677. — 1 juillet 1220, Orvieto.

*Le pape Honorius III annonce à Pélage Galvano, évêque d'Albano, légat du S.*

1. Le cartulaire de S. Thomas donne des détails complémentaires sur ce procès; l'exposé des motifs de la sentence arbitrale mentionne les bénéfices ecclésiastiques de Strabo, relevant de Killergi, et ceux que les Hospitaliers avaient pris sur Thomas d'Hereford, relevant de Kilwarny; malheureusement, ni le dispositif, ni la date de l'arbitrage n'ont été conservés, le manuscrit présentant une lacune à cet endroit.

2. Une lettre d'une teneur analogue fut adressée, le même jour, par le pape aux Hospitaliers et aux Templiers, pour leur demander de consacrer le produit du vingtième au secours de la Terre Sainte.

*Siège, qu'il a donné l'ordre aux Hospitaliers de Paris de lui remettre une somme d'argent pour les affaires de la Terre Sainte, prélevée sur l'impôt du vingtième.* (*V. plus haut, n*° 1676.)

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 10, f. 195 (copie contemp.). — Analyse : Pressutti, *Reg. Honorii papæ III*, I, 416, n° 2517 ; Raynaldi, *Ann. eccl.*, XX, 484.

Honorius, etc., [Pelagio], Albanensi episcopo, apostolice sedis legato, salutem, etc. Cupientes terre modis quibus possumus subvenire, dilecto filio magistro et fratribus domus Hospitalis Jerosolimitani Parisiensis nostris dedimus litteris in mandatis ut, de vicesima, sex milia vel quinque milia, aut ad minus quatuor milia marcharum in proximo passagio mittant in subsidium Terre Sancte, tibi fideliter assignanda. Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus nobis quod ab eis receperis tuis litteris studeas intimare. Dat. apud Urbem Veterem, kalendis julii, [pontificatus nostri] anno IV.

## 1678. — 9 juillet 1220, Orvieto.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 11 *décembre* 1184 : « *Si diligenter attenditis* ». (*V. plus haut*, I, *n*° 706.)

Source : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. 27, n° 7 (orig., mauvais état).

Dat. apud Urbem Veterem, VII idus julii, pontificatus nostri anno IV.

## 1679. — 24 juillet 1220, Orvieto.

*Le même informe Pélage Galvano, évêque d'Albano, légat du S. Siège, qu'il a fait en Terre Sainte, par l'intermédiaire des Hospitaliers et des Templiers, des envois d'argent.* — « *Memoria tua non credimus* ».

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 11, f. 1 (copie contemp.). — Analyse : Huillard-Bréholles, *Hist. dipl. Frid. II*, I, II, 805 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° *6310.

Dat. apud Urbem Veterem, VIIII kalendas augusti, pontificatus nostri anno V.

## 1680. — 12 août 1220, Orvieto.

*Le même, interprétant la décision du concile de Latran, ordonne aux prélats d'excommunier quiconque exige des Hospitaliers la dîme pour les terres qu'ils cultivent directement*[1].

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, n° 32 (orig.).

Honorius, etc., venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, etc., salutem, etc. Quia plerumque veritatis integritas per minorem intelligentiam depra-

1. Les archives de la Haute-Garonne à Toulouse (H. fonds de Malte, bulles n° 140) contiennent, d'après un vidimus donné par l'official de Condom, de 1325, la même bulle, émanée d'Innocent III, à la date du 4 août 1200. Elle est en si mauvais état qu'il a paru suffisant de la signaler ici, et d'avertir le lecteur de se reporter à la bulle d'Honorius III, que nous publions ici, pour avoir le texte de celle-ci.

vatur, non videtur incongruum si ea, que non manifeste dicta videntur, ad omnem ambiguitatis scrupulum amovendum evidentius exponantur, et turbatoribus veritatis omnis auferatur contradictionis occasio, quatinus ea que dicta sunt nulla valeant obumbratione fuscari. Accepimus autem quod, cum dilectis filiis magistro et fratribus domus Hospitalis sancti Johannis Hierosolymitani duxerimus concedendum ut de laboribus, quos propriis manibus vel sumptibus excolunt, nemini decimas solvere teneantur, quidam ab eis nichilominus post celebrationem Lateranensis concilii, contra indulgentiam apostolice sedis, decimas exigere et extorquere presumunt, ac, prava et sinistra interpretatione apostolici privilegii capitulum pervertentes, asserunt de novalibus debere intelligi ubi de laboribus est scriptum. Quoniam igitur manifestum est omnibus qui recte sapiunt interpretationem hujusmodi perversam esse et intellectui sano contrariam ; cum, secundum capitulum illud, a solutione decimarum, tam de terris illis, quas deduxerint vel deducunt ad cultum, quam de terris etiam cultis, quas propriis manibus vel sumptibus excolunt, liberi sint penitus et immunes, ne ullus contra eos materiam habeat malignandi, vel quomodolibet ipsos contra justiciam molestandi, vobis per apostolica scripta mandamus et districte precipimus quatinus omnibus parrochianis vestris auctoritate apostolica prohibere curetis ne a memoratis fratribus, de novalibus vel aliis terris quas propriis manibus vel sumptibus excolunt, seu de nutrimentis animalium suorum ullatenus decimas exigere vel extorquere presumant ; nam, si de novalibus vellemus litteris intelligi, ubi ponimus de laboribus, de novalibus poneremus. Quia vero non est conveniens vel honestum ut contra statuta sedis apostolice veniatur, que obtinere debent immobilem firmitatem, mandamus vobis firmiterque precipimus ut, si qui canonici vel clerici, monachi vel laici, contra privilegia sedis apostolice predictos decimarum exactione gravaverint, canonicos, clericos sive monachos, contradictione et appellatione cessante, sicut justum fuerit, monitione premissa, ab officio suspendatis, laicos excommunicationis sententia percellatis, et tam excommunicationis quam suspensionis sententiam faciatis usque ad dignam satisfactionem inviolabiliter observari. Salva moderatione concilii generalis, ad hec vobis presentium auctoritate mandamus atque precipimus quatinus, si quis in predictos fratres manus violentas injecerit, eum, accensis candelis, tamdiu sicut excommunicatum publice nuncietis, et faciatis ab omnibus cautius evitari, donec congrue satisfaciat predictis fratribus, et cum litteris diocesani episcopi, rei veritatem continentibus, apostolico se conspectui representet. Dat. apud Urbem Veterem, II idus augusti, pontificatus nostri anno V.

## **1681.** — 12 août 1220, Orvieto.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 19 *juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Paci et quieti* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 429.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 130 (copie, XVI$^e$ s.). — Analyse : Prutz, *Malteser Urkunden,* 52, n° 153 (avec attribution erronée aux Templiers).

Dat. Rome apud Urbem Veterem, II idus augusti, pontificatus nostri anno V.

## **1682.** — 24 août 1220, Orvieto.

*Le même écrit au grand-maître et aux frères de l'Hôpital de Jérusalem de*

*s'entremettre pour faire délivrer des habitants de Gaëte, faits prisonniers par les Sarrasins.*

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 10, f. 11 (copie contemp.). — Analyse : Pressutti, *Reg. Honorii papæ III,* I, 438, n° 2639. — Texte : Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. XIII e reg. pontif. Roman.*, I, 98, n° 135.

. Honorius, etc., magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Quod non absque gravi dolore possumus recensere, Gaietani quidam, cum versus Damiatam intenderent navigare, vento impulsi contrario in portu Alexandrie applicuisse dicuntur, et ab inimicis nominis Christiani detineri captivi. Eorum itaque captivitati debito compatientes affectu, devotionem vestram monemus attente, per apostolica scripta mandantes, quatinus ad liberationem ipsorum sive per commutationem, reddendo videlicet pro eis aliquos Sarracenos captivos, sive alias cum effectu intendere satagatis. Dat. apud Urbem Veterem, nono kalendas septembris, pontificatus nostri anno v[1].

### 1683. — 7 septembre 1220, Orvieto.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 6 *décembre* 1184 : « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 702.)

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, n° 33 (orig.); Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles (collectanea), n° 239 (vidimus du doyen de S. Agricole d'Avignon, du 12 janvier 1402).

Dat. apud Urbem Veterem, vii idus septembris, pontificatus nostri anno v.

### 1684. — Novembre 1220.

« *Donation d'Adeymar de Layron, chevalier, et de Sibille, sa femme, fille de Gautier de Leitor*[2], *faite à l'ordre, de deux mille besans qu'ils prenoient annuellement à Gibel sur la place des Toiles, apellée en langue arabe « Sochelbet », et qu'ils tenoient par concession du prince Boémond, IVe du nom, du mois de novembre* 1220. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 225 (xviiie s.).

### 1685. — 9 novembre 1220, Latran.

*Le pape Honorius III, à l'exemple de son prédécesseur Urbain III, autorise le grand-maître et les frères de l'Hôpital, après avoir assigné aux vicaires des églises qui leur ont été concédées une pension suffisante, à consacrer aux pauvres le reste des revenus de celles-ci.*

Sources : Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, Y. 72, p. 39 (copie, xve s.)[3]; Malte,

1. Le pape écrivit le même jour, pour la même affaire et dans les mêmes termes, aux Templiers.

2. Il semble, d'après cet acte, qu'Aymar de Layron avait épousé en secondes noces Sibylle, après être devenu veuf de Julienne, dame de Césarée.

3. La rubrique de la table des matières contenues dans ce manuscrit porte comme indication de la source à laquelle cette bulle a été empruntée : « Require Colonie ».

Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 164 (copie, XVI[e] s.); Paris, Arch. nat., L. 240, n° 82 (orig. bullé).

Honorius, etc., magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Justis petentium desideriis, etc. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis precibus inclinati, ad exemplar felicis recordationis Urbani pape, predecessoris nostri, apostolica vobis auctoritate concedimus ut in ecclesiis, que vobis, ad sustentacionem eorum qui in transmarinis partibus pro defensione Christianitatis animas ponere non formidant, sunt concesse, assignato vicariis unde honeste vivant et in spiritualibus et sinodalibus possint episcopis et eorum oficialibus respondere, liceat vobis cetera ad usus pauperum, quibus deputata sunt, revocare. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, v idus novembris, pontificatus nostri anno v.

### 1686. — 9 novembre 1220, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du 20 avril 1200 : « Cum dilecti filii ». (V. plus haut, I, n° 1115.)*

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 133*b* (copie, XVI[e] s.), et vol. 1118 (bull. XP.), f. 112 (copie, XVI[e] s.).

Dat. Laterani, v idus novembris, pontificatus nostri anno v.

### 1687. — 10 novembre 1220, Latran.

*Le même charge Jean I de Toucy, abbé de S. Geneviève de Paris, le prieur de ce monastère et Guillaume, archidiacre de Paris, de juger la réclamation du grand-prieur et des Hospitaliers de France contre Blanche, comtesse de Champagne, et plusieurs autres qui font tort à l'ordre dans les diocèses de Sens et de Troyes.*

SOURCE : Paris, Bibl. nat., lat. 5993 [A], f. 29 (copie, XIII[e] s.). — ANALYSE : D'Arbois de Jubainville, *Hist. des comtes de Champagne*, V, 160, n° 1298 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 6398 ; Pressutti, *Reg. Honorii papæ III*, I, 459, n° 2768.

Honorius, etc., dilectis filiis abbati et priori sancte Genovefe, et G[uillelmo], archidiacono Parisiensi, salutem, etc. Sua nobis dilecti filii prior et fratres Hospitalis Iherosolimitani de Francia conquestione monstrarunt quod nobilis mulier comitissa Campanie, et quidam alii Senonensis et Trecensis dyocesis, super quibusdam proventibus, decimis, terris et rebus aliis injuriantur eisdem, ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, partibus convocatis, audiatis causam, et, appellatione remota, fine debito terminetis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, etc. Quod si non omnes, etc. Dat. Laterani, IIII idus novembris, pontificatus nostri anno v.

### 1688. — 11 novembre 1220, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du 23 janvier 1168, 1169 ou 1170 : « Cum (dilectis filiis) fratribus Hierosolymitani ». (V. plus haut, I, n° 392.)*

SOURCES : Berlin, Arch. secr. d'Etat, ordre de S. Jean (vidimus du 26 juin 1495) ; Malte,

Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1123 (bull. Germ.), f. 9 (incunable, vers 1496). — TEXTE : *Privilegia, immunitates...* (Leipzig, 1520), 30 (avec attribution erronée à Honorius IV).

Dat. Laterani, III idus novembris, pontificatus nostri anno V.

## 1689. — 23 novembre 1220, Latran.

*Le même ordonne à Eberard II de Truchsen, archevêque de Salzbourg, à Charles, évêque de Seckau, et à Robert, évêque de Veszprim, de faire rendre par André II, roi de Hongrie, à Constance, impératrice des Romains, l'argent et les bijoux (d'une valeur de* 30,000 *marcs) que celle-ci avait mis en dépôt chez les Hospitaliers de Gran, et dont le roi s'était emparé.* — « *Cum apud nos* ».

SOURCES : Rome, Arch. du Vatican, reg. 11, n° 220 (copie contemp.) ; Vienne, Arch. imp. et roy., ms. 100, vol. 2, n° 12, f. 27 (copie de Smitmer, XVIII<sup></sup>e s.). — ANALYSE : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 6409. — TEXTE : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, III, I, 296 ; Katona, *Hist. crit. reg. Hung.*, V, 392 ; Schier, *Reginæ Hungariæ primæ stirpis* (Vienne, 1776), 177.

Dat. Laterani, IX kalendas decembris, pontificatus nostri anno V.

## 1690. — 25 novembre 1220, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 15 *mars* 1166, 1167, 1178 *ou* 1179 : « *Querelam gravem recepimus* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 356.)

SOURCE : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, ms. 393 F., p. 223 (copie, XVII<sup></sup>e s.).

Dat. Laterani, VII kalendas decembris, pontificatus nostri anno V.

## 1691. — 26 novembre 1220, Latran.

*Le même exempte les Hospitaliers de contribuer aux réparations des murs, ponts, fortifications et à tous travaux publics.*

SOURCE : Paris, Arch. nat., L. 240, n° 83 (orig.).

Honorius, etc., magistro et fratribus domus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Justis petentium desideriis, etc. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, presentibus vobis litteris indulgemus ne quis vobis, aut ecclesiis vestris in terra qualibet constitutis, pro reparatione murorum, pontium vel vallorum, seu quibuslibet publicis functionibus aliquas exactiones imponat, nullique liceat vim et libertatem privilegiorum vestrorum per litteras aliquas auferre vel aliquatenus vacuare, salvo in predictis moderamine concilii generalis. Dat. Laterani, VI kalendas decembris, pontificatus nostri anno V.

**1692.** — 26 novembre 1220, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du 2 août* 1184 *ou* 1185 : « *Cum inter vos et clericos* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 682.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 17 (copie de S. Pauli, xviii[e] s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 170 *b* (copie, xvi[e] s.), et bull. E., f. 10 (auj. perdu).

Dat. Laterani, vi kalendas decembris, pontificatus nostri anno v.

**1693.** — 27 novembre 1220, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du 22 novembre* 1184 *ou* 1185 : « *Cum vos tanquam* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 698.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, n° 10 (orig.).

Dat. Laterani, v kalendas decembris, pontificatus nostri anno v.

**1694.** — 1 décembre 1220, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du 4 juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Audivimus et audientes* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 428.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 18 (copie de S. Pauli, xviii[e] s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 96 (copie, xvi[e] s.); vol. 1121 (bull. Rub.), f. 103 (copie, xvi[e] s.), et bull. E., f. 11 (auj. perdu).

Dat. Laterani, kalendis decembris, pontificatus nostri anno v.

**1695.** — 8 décembre 1220, Latran.

*Le même défend aux prélats de France d'imposer les Hospitaliers.*

Source : Venise, Arch. du gr.-prieuré, Relaz. estere e privilegi, n° 1 (orig.).

Honorius, etc., venerabilibus fratribus archiepiscopis, etc., in regno Francie constitutis, salutem, etc. Cum dilecti filii fratres Hospitalis Jerosolimitani, cupiditatibus secularibus abdicatis, se ac sua totaliter hospitalitati dicarint, in illis maxime partibus ubi tanto Deo et hominibus est acceptior quanto hiis officiosius exhibetur, qui, zelo fidei christiane succensi, animas suas pro Christo ponentes contra inimicos crucis ipsius, agunt rem publicam totius populi christiani, sicut nimis inhumane Christi pauperibus vel potius ipsi Christo subventionis beneficium auferant qui bona predictorum fratrum, divinis usibus deputata, vel per fraudem eliciunt vel excutiunt per rapinam, sic acceptum obsequium Deo prestant qui, universa que habent ab universorum Domino sibi pensantes impensa, exinde ipsis fratribus, immo Dei studio subveniunt pietatis, vel alias indulgent aliquid (?) sui juris, quia eo quisque

condicionem facit propriam meliorem quo plura dispergit in obsequium conditoris. Ideoque universitatem vestram rogandam duximus et monendam, per apostolica vobis scripta mandantes, in quantum predictos fratres, ob reverentiam divinam et nostram, habentes habundantius in visceribus Ihesu Christi, nec eis nec eorum alicui, etiam si curam habeat animarum, exactiones vel collectas aliquas imponatis, scientes nos inhibuisse ipsis expresse ne sibi taliter impositas vobis solvant. Dat. Laterani, VI idus decembris, pontificatus nostri anno V.

**1696.** — 11 décembre 1220, Latran.

*Le même fait connaître aux Hospitaliers qu'il a invité les prélats à ne pas abuser du droit de gîte dans les maisons de l'ordre.*

Source : Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H., ordre de Malte, bulles (collectanea) n° 237 (vidimus de l'évêque de Tusculum, du 23 septembre 1318) et n° 241 (vidimus de l'official de Toulouse, du 5 mai 1373).

Honorius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Cum vos, non querentes que vestra sunt sed que Christi, causam publicam totius populi christiani non sine continuis angustiis et laboribus efficaciter prosequamini, desideriis indefessis merito a fidelibus et maxime ministris Christi juvandi estis propencius, non gravandi, eo quod illata vobis gravamina vel collata beneficia sibi Dominus inferri reputat vel conferri. Unde non sine causa miramur quod, sicut accepimus, sed non utique acceptamus, quidem ecclesiarum prelati, in majori personarum et evectionum numero quam sit in Lateranensi concilio constitutum ad vestras ecclesias accedentes, eas aggravant et affligunt. Nolentes igitur tantum Hospitalis predicti gravamen equanimiter sustinere, universis ecclesiarum prelatis nostris dedimus litteris in mandatis ut, vos habentes ob reverentiam divinam et nostram propentius commendatos, super predictis vos nullatenus aggravare presumant. Ideoque auctoritate vobis apostolica inhibemus ne prelatos ipsos, ad vestras ecclesias accedentes aliter quam expressum est in predicto concilio, admittatis. Nulli ergo, etc. Dat. Laterani, III idus decembris, pontificatus nostri anno V.

**1697.** — 11 décembre 1220, Latran.

*Le même charge Bérenger d'Eril, évêque de Lérida, Garcias, évêque d'Huesca, et Sanche d'Ahones, évêque de Saragosse, de faire une enquête au sujet de la plainte déposée par les Hospitalières du couvent de Sigena contre certains de leurs diocésains qui les avaient molestées.*

Source : Sigena, Arch. du monastère (orig. bullé).

Honorius, etc., venerabilibus fratribus Hilerdensi, Oscensi et Cesaraugustano episcopis, salutem, etc. Querelam dilectarum in Christo filiarum priorisse et conventus de Seixena recepimus, continentem quod P. et V., milites, et quidam alii Hilerdensis, Oscensis et Cesaraugustane diocesium, fructus quarumdam terrarum suarum eis contra justitiam auferendo ac alias dampna non modica irrogando, injuriosi sunt eis plurimum et molesti. Ideoque fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus molestatores ipsos, ut ab ipsarum super premissis

indebita molestatione desistant, et de dampnis et illatis injuriis eisdem satisfaciant, ut tenentur, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, cogatis. Testes autem, etc. Quod si non omnes, etc. Dat Laterani, III idus decembris, pontificatus nostri anno V.

### **1698.** — 15 décembre 1220, Latran.

*Le même confirme à Hermann de Salza, grand-maître des Teutoniques, les privilèges et libertés dont cet ordre jouit, et la règle qu'il doit suivre. — « Etsi neque ».*

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1123 (bull. Germ.), f. 22 (incunable, vers 1496). — ANALYSE : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 6444. — TEXTE : Strehlke, *Tabulæ ordinis Theutonici*, 275.

..... Statuimus etiam ut ordo fratrum Hospitalis Jerosolimitani circa pauperes et infirmos, ordo vero fratrum militie Templi circa clericos et milites ac alios fratres, juxta institutionem domus vestre perpetuis ibidem temporibus observetur. ..... Dat. Laterani, per manum Wilhelmi, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, XVIII kalendas januarii, indictione IX, incarnationis dominice anno M CC XX, pontificatus domini Honorii pape tertii anno V.

### **1699.** — 18 décembre 1220, Latran.

*Le même défend aux Hospitaliers d'Espagne d'accueillir parmi eux les chevaliers de Calatrava, qui abandonnent leur ordre pour entrer dans celui de l'Hôpital.*

SOURCES : Rome, Arch. du Vatican, reg. 11, f. 55 *b* et 67 *b* (copies contemp.) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 95 (copie de Smitmer, XVIII[e] s.). — ANALYSE : Pressutti, *Reg. Honorii papæ III*, I, 478, n[os] 2889 et 2890.

[Honorius, etc.], magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani de Yspania, [salutem, etc.] Dilectii filii..... magister et fratres de Calatrava, Cisterciensis ordinis, nobis conquerendo monstrarunt quod vos fratres eorum, ad vos sine ipsorum consensu migrantes, in prejudicium recipitis eorumdem. Ideoque presentium vobis auctoritate districtius inibemus ne fratres eorum absque ipsorum consensu presumatis recipere vel tenere, cum ad laxiorem vitam non sit ab artiori migrandum. Dat. Laterani, XV kalendas januarii, [pontificatus nostri] anno V.

### **1700.** — 23 décembre 1220, Latran.

*Le même autorise le grand-prieur de France à admettre dans l'ordre un prêtre, nommé H., sorti de l'ordre de S. Benoit.*

SOURCES : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1181, f. 288 (copie de la Porte du Theil, XVIII[e] s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 11, f. 56 (copie contemp.). — ANALYSE : Pressutti, *Reg. Honorii papæ III*, I, 481, n° 2912. — TEXTE : Horoy, *Medii ævi bibl. patristica*, III, col. 617.

Honorius, etc., dilecto filio priori Hospitalis Hierosolymitani in Francia, salutem, etc. Devotionis tue precibus inclinati, H. presbyterum, qui, ut asseris, cum, olim tempore juventutis monasterium ordinis sancti Benedicti per simoniacam pra-

vitatem ingressus, et pluribus annis conversatus ibidem, postmodum, de consilio diocesani sui, monasterium ipsum exiens cum litteris diocesani ejusdem ut ad aliud monasterium se transferret, recepit habitum Hospitalis, in quo studet laudabiliter Domino famulari, tibi retinendi liberam, ex dispensationis nostre gratia, licentiam indulgemus. Dat. Laterani, x kalendas januarii, [pontificatus nostri] anno v.

### 1701. — 23 décembre 1220, Latran.

*Même bulle en faveur de J., sous-diacre, transfuge d'un monastère de chanoines réguliers.*

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1181, f. 289 (copie de la Porte du Theil, xviii^e s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 11, f. 56 (copie contemp.). — Analyse : Pressutti, *Reg. Honorii papæ III,* I, 481, n° 2913. — Texte : Horoy, *Medii ævi bibl. patristica,* III, col. 618.

Dat. Laterani, v kalendas januarii, [pontificatus nostri] anno v.

### 1702. — 25 décembre 1220, Latran.

*Le même ratifie au [grand-]prieur et aux Hospitaliers [de France] la possession de la grange d'Oissery, que leur avait donnée R. de Nevers, et que Philippe-Auguste, roi de France, leur avait confirmée.*

Source : Paris, Arch. nat., L. 240, n° 84 (orig. bullé).

Honorius, etc., priori et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Cum a nobis petitur, etc. — Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus gratum impertientes assensum, grangiam de Oiseleto cum pertinentiis suis, quam vobis R. de Nivernis liberali contulit pietate, et karissimus in Christo filius noster Philippus, rex Francorum illustris, provide confirmavit, prout in ipsius regis litteris dicitur plenius contineri, sicut eam juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos Hospitali vestro auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, viii kalendas januarii, pontificatus nostri anno v.

### 1703. — 1221.

*Hugues d'Aunay, grand-prieur d'Angleterre, donne, à charge de rente annuelle, à l'abbaye de Fécamp, tous les biens que frère Manassès avait donnés à l'ordre de l'Hôpital à Winchelsea*[1].

Source : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 130, f. 56 (copie, xviii^e s., d'après les arch. de l'abbaye de Fécamp); Rouen, Arch. dép. de la Seine-Inférieure, H. abbaye de Fécamp (orig. scellé).

Omnibus presentibus et futuris, presens scriptum inspecturis, frater Hugo de

1. On trouvera la description du sceau d'Hugues d'Aunay dans notre étude sur les *sceaux des Prieurs anglais de l'ordre de l'Hôpital,* dans *Mél. d'arch. et d'hist. publ. par l'Ec. franç. de Rome,* I (Rome, 1881), 379, et dans Demay, *Invent. des Sceaux de la Normandie* (Paris, 1881), 351, n°s 3117-8.

Alneto, fratrum Hospitalis Jerosolimitani humilis prior in Anglia, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod nos, de communi consilio et assensu fratrum totius capituli nostri, reddidimus ecclesie Fiscannensi et resignavimus in perpetuum de nobis et successoribus nostris omnia tenementa, que frater Manasserus cum corpore suo domui nostre contulit apud Wincheles, ita quod in predictis tenementis et eorum tenentibus remanent in perpetuum abbati et conventui Fiscannensibus eadem libertas, justicia et potestas, quas in aliis tenementis suis ejusdem ville de jure et consuetudine habent et habere debent Abbas vero et conventus Fiscannenses, divine pietatis intuitu, in puram et perpetuam elemosinam de gratia sua dederunt et concesserunt Deo et fratribus nostris sancte domus Hospitalis Jerusalem in Anglia apud Londoniam decem solidos annui redditus, ad festum sancti Johannis Baptiste singulis annis per manum baillivi sui de Anglia percipiendos in supradictis tenementis, videlicet in tenemento Henrici, filii regis, et in loco molendini viginti et quinque denarios, et in tenemento Hugonis de Dun. duos denarios, in tenemento Henrici Finch sex denarios, in tenemento Willelmi Pistoris viginti et duos denarios, in tenemento Martini Fetere et Alwini et Jordani et Albini King. quinque solidos et quinque denarios. Si vero contigerit aliquod predictorum tenementorum per violentiam maris destrui, sine recuperatione nos a solucione redditus illius destructi tenementi quieti remaneremus, neque de cetero nobis aut successoribus nostris licebit in illis vel in aliis dominicis ecclesie Fiscannensis tenementis aliquid nobis vendicare, vel ab aliquo aliquid in perpetuam elemosinam accipere, nisi de dono et concessione abbatis et conventus. Quod ut a nobis et successoribus nostris in perpetuum observetur, presenti scripto protestamur, et sigillorum nostrorum munimine confirmavimus. Actum anno gratie M CC XXI. Hiis testibus : Salomone de Basinges ; Henrico de S. Albano ; Johanne Travers ; Waltero Bufle ; Roberto de Basinges ; Willelmo Joinieri ; Roberto de Gretton. ; Reginaldo de Aula ; Ricardo, clerico ; Petro de Redenore, clerico, et aliis.

## 1704. — 8 janvier 1221, Latran.

*Le pape Honorius III défend aux prélats de France, qui ne peuvent atteindre directement les Hospitaliers par l'excommunication ou l'interdit, de les atteindre indirectement en excommuniant ou en interdisant leurs hommes et les ouvriers qu'ils emploient.*

Sources : Paris, Arch. nat., L. 240, n° 90 (copie contemp. de l'official de Bourges) ; Bibl. nat., lat. 12776, p. 412 (copie de D. Estiennot, XVII$^{e}$ s., d'après le cartulaire de la comm. de S. Marc d'Orléans) ; Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles n° 48 (orig.).

Honorius, etc..... archiepiscopis, etc., in regno Francie constitutis, salutem, etc. Cum dilecti filii fratres Hospitalis Jerosolimitani, non que sua sunt, sed que Christi, querentes, causam publicam tocius populi christiani, non sine continuis augustiis et laboribus indefessis, desideriis efficaciter prosequantur, merito a fidelibus, et maxime ministris Christi, juvandi sunt propensius, non gravandi, eo quod illata eis gravamina vel collata beneficia sibi Dominus inferri reputat vel conferri. Unde non sine causa miramur quod, sicut accepimus, sed non utique acceptamus, quidam ecclesiarum prelati, qui eos deberent favorabiliter confovere, malignandi contra ipsos occasiones multiplices mendicantes, quia non possunt in eosdem excommunicationis vel interdicti sentencias promulgare, novas injuriandi eis materias invenerunt, in familias et homines eorumdem predictas sentencias

jaculando, et publicos operarios ab operibus eisdem sentenciis compescendo, ut sic fratres predictos compellant suis voluntatibus obedire. Nolentes igitur hujusmodi eorum insolentiam vel istorum molestiam equanimiter tolerare, universitatem vestram monemus attente, per apostolica vobis scripta firmiter inhibentes, ne pro delicto fratrum ipsorum in eorum familias aut homines vel operarios predictas sentencias promulgetis. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc. Dat. Laterani, vi idus januarii, pontificatus nostri anno v.

**1705.** — 9 janvier 1221, Latran.

*Le même concède à Hermann de Salza, grand-maître des Teutoniques les mêmes libertés, immunités et indulgences qu'aux Templiers et Hospitaliers.* (*V. plus haut, n°* 1698.)

Sources : Naples, Arch. d'Etat, Pergamene della curia ecclesiastica, t. II, n° 10; Vienne, Arch. de l'ordre Teutonique, A. 26 (orig. bullé) et A. 1532 (vidimus de l'official de Wurzbourg, du 23 novembre 1414). — Analyse : Pettenegg, *Die Urk. des Deutsch-Ordens-Centralarchivs zu Wien*, 14, n° 38; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 6473. — Texte : De Geer, *Archieven der ridd. Duitsche orde* (Utrecht, 1871), I, 15, n° 8; Hennes, *Urkundenbuch des Deutschen Ordens*, I, 54; Horoy, *Medii ævi bibl. patr.*, III, col. 636; Strehlke, *Tab. ord. Theut.*, 281, n° 309.

Honorius, etc., dilectis filiis Hermanno, magistro, et fratribus Hospitalis S. Marie Teutonicorum Jerosolimitani, salutem, etc. Vestra religio, cujus bonus odor longe lateque diffunditur, specialem apostolice sedis favorem et gratiam promeretur. Cum igitur ordinem fratrum Hospitalis Jerosolimitani circa pauperes et infirmos, fratrum viro milicie Templi circa clericos et milites ac alios fratres, in domo vestra provide institutum laudabiliter observetis, nos, volentes ut sitis pares in assecutione apostolici beneficii quibus in operatione virtutum pio studetis proposito adequari, omnes libertates, immunitates ac indulgentias, venerandis domibus predictorum Hospitalis et Templi ab apostolica sede concessas, domui vestre concedimus, et, ut eis utamini libere, sicut illi, vobis auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc. Dat. Laterani, v idus januarii, pontificatus nostri anno v[1].

**1706.** — 21 janvier 1221, Tirasona.

*Jacques I, roi d'Aragon, comte de Barcelone et seigneur de Montpellier, prend sous sa protection les maisons de l'Hôpital à Fustinaña, Cabanillas et Buñuel.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 648 (copie authentique de 1286).

Sit notum cunctis quod nos Jacobus, Dei gracia rex Aragonum, comes Barchinone et dominus Montispessulani, quia dignum et justum est et consentaneum equitati quod loca religiosa propensius deffendamus, idcirco cum hac presenti carta recipimus et constituimus sub nostra speciali protectione, firma custodia atque securo ducatu nostro villam de Fostinennig, et villam de Cabanellis, ad domum Hospitalis pertinentes Jherosolimitani, et domum etiam ejusdem domus

1. Nous savons, par une mention contenue dans une bulle de Grégoire XI, du 16 juin 1376, « Dum inter religiones. » (Ed. Strehlke, *Tab. ord. Theut.*, 433, n° 685), qu'Alexandre IV confirma aux Teutoniques les privilèges des Hospitaliers, que leur avait concédés Honorius III; la confirmation d'Alexandre IV est du 3 juin 1257 (Bulle « Vestra religio », analysée dans Pettenegg, *Die Urk. des Deutsch-Ordens-Centralarchivs...*, 77, n° 287). Grégoire XI, à son tour, confirma la concession d'Alexandre IV, le 19 juin 1376.

de Bunnol, et omnes fratres et homines in locis predictis habitantes et habitaturos, cum omnibus eorum ganatis et bestiariis minutis et grossis, et cum omnibus omnino aliis rebus eorum habitis et habendis, ita quod fratres et homines predictorum locorum, cum omnibus eorum ganatis et bestiariis et cum aliis universis ad ipsos pertinentibus, per totam terram nostram et dominationem sint salvi et securi in eundo et stando et redeundo ubique, et ab omni dampno et gravamine alieni tam tempore pacis quam cujuslibet guerre. Nullus ergo, de nostra gratia confidens, audeat vel presumat loca prenominata, vel homines eisdem habitantes et habitaturos, vel ganatos aut res eorum aliquas aggravare, impedire vel offendere aut perturbare, vel detinere aut offendere, vel molestare aliqua racione vel causa, neque etiam aliquis ausus sit in villis supradictis vel hominibus aut res (*lisez*: rebus) ipsorum malum aliquid facere sive jacturam inferre. Constituimus igitur, et omnibus merinis, zaulmedinis, justiciis, juratis, majoribusdomus et repositariis, et aliis hominibus nostris presentibus et futuris firmiter precipiendo mandamus quod fratres et homines de Fostinnenig et de Cabanellis et de domo de Bunnol, et omnia eorum bona, tanquam nostra propria, manuteneant fideliter et deffendant, et hanc proteccionem nostram ratam et firmam habeant et observent, et ab omnibus observari faciant inviolabiliter ubique. Quicunque autem contra hujus proteccionis nostre cartam venire attemptaverit, iram et indignacionem nostram se prorsus noverit incursurum, et, post dampni illati prius in duplum factam restitucionem, in mille morabetis (*sic*) a nobis sine remedio puniendum. Datum Tirasone, XII kalendas febroarii, sub era M CC L nona, per manum Petri Vitalis, archidiaconi Tirasone, notarii nostri, et mandato ejus a Berengario de Parentibus scripta. S. Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, comitis Barchinone et domini Montispesulani. Hujus rei testes sunt: Petrus Aures ; Garsias Petri de Mercad; Nuno Sancii; Furtunius Layni; Garsias de Orta ; Vallesius; Sancius de Orta; P[etrus], justicia Tirasone. Ego P[etrus] Vitalis, Tirasone archidiaconus et notarius domini regis, mandato ipsius hoc scribi feci, suumque signum et hoc meum aponens.

## 1707. — 30 janvier 1221, Capoue.

*L'empereur Frédéric II renouvelle l'acte du* 25 *octobre* 1158, *par lequel Frédéric I Barberousse avait exempté les Hospitaliers de tous droits de péage.* (*V. plus haut,* I, *n*° 270.)

Sources : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. 40, n° 3 (copie notariée du 12 juin 1389); Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 40, n° 4 (3 copies, l'une notariée, contemporaine, la 2e également notariée, du 13 novembre 1289, la 3e du XVIIe s.); Milan, Arch. d'Etat, sect. hist., diplômes, etc., Allemagne (XIIe-XIIIe s.), (copie notariée du 5 mars 1272).— Analyse : Boehmer (éd. J. Ficker), *Regesta imperii*, V, 281, n° 1279. — Texte : Winkelmann, *Acta imp. ined. sæc. XIII,* I, 190.

In nomine sancte et individue trinitatis, Fridericus secundus, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie. Si sacris domibus, etc. (la suite comme plus haut, I, n° 270, avec quelques variantes, jusqu'à l'annonce des témoins.) Hujus rei testes sunt: Ulricus, Patavensis episcopus; Albertus, Tridentinus electus; Diupoldus, marchio de Foumbourg; Euvrardus, comes de Elfestein; Bertoldus, comes de Monte Sacro; Gottefredus, comes de Blandrato; Anselmus de Justinghen, imperialis aule mareschalcus; Raynaldus, dux Spoleti; Cunradus de Werda, camerarius; pincerna de Skifel, et alii quamplures viri principales, quorum testimonia meritis et auctoritate comprobantur. S. domini Friderici secundi, Dei gratia (*Monogramme*) Romanorum imperatoris semper

augusti et regis Sicilie. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M CC XXI, mense januarii, indictione VIIII, imperante domino nostro Friderico, Dei gratia Romanorum imperatore invictissimo et rege Scicilie (*sic*) glorioso, anno Romani regni ejus in Germania nono, imperii vero primo, in Sicilia XXIII, feliciter, amen. Data Capue, post curiam celebratam, tercio kalendas februarii, indictione VIIII.

### **1708.** — 3 février 1221, Latran.

*Le pape Honorius III ordonne à l'abbé d'Iranzu, au prieur de Belat et à l'Hospitalier de Pampelune, sur la plainte du grand-prieur et des Hospitaliers de Navarre, d'examiner la conduite de Raymond IV-Guillaume de Douzac, évêque de Bayonne, qui a obligé les clercs et les laïcs de l'Hôpital d'Aphat à ne plus leur obéir.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 732 (orig. bullé).

Honorius, etc., dilectis filiis... abbati de Irancio,..... priori de Belat et..... Hospitalario Pampilonensi, salutem, etc. Dilecti filii..... prior et fratres Hospitalis Jerosolimitani de Navarra nobis conquerendo monstrarunt quod venerabilis frater noster [Raimundus], Baionensis episcopus, super Hospitali de Apate, ad eos de jure spectante, ipsos contra justitiam inquietans, clericos et laicos inibi commorantes eorum obedientiam abjurare coegit, aliasque predictis priori et fratribus gravis non modicum et injuriosus existit. Quia vero nobis non constitit de premissis, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, voca[tis] qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit, appellatione postposita, statuatis, facientes quod statueritis auctoritate nostra firmiter observari. Testes autem, etc. Quod si non omnes, etc. Dat. Laterani, III nonas februarii, pontificatus nostri anno V.

### **1709.** — 3 février 1221, Latran.

*Le même, sur la plainte du grand-prieur et des Hospitaliers de Navarre, ordonne à Rémy, évêque de Pampelune, et aux prieurs de Pampelune et d'Artajona de défendre à la noble Doña Toda Almoravides de molester l'ordre de l'Hôpital.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 662 (orig.).

Honorius, etc., venerabili fratri [Remigio], episcopo Pampilonensi, et dilectis filiis..... Pampilonensi, et..... de Artaxona, Pampilonensis diocesis prioribus, salutem, etc. Dilecti filii..... prior et fratres Jerosolimitani Hospitalis de Navarra nobis conquerendo monstrarunt quod nobilis mulier Toda Almoravid[es], Pampilonensis diocesis, super quadam vinea, terris et rebus aliis eos contra justitiam aggravat et molestat. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, si est ita, dictam nobilem, ut ab eorum super hiis indebita molestatione desistat, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, mediante justitia, compellatis. Testes autem, etc. Quod si non omnes, etc., tu frater episcope, cum eorum altero ea nichilominus exequaris. Dat. Laterani, III nonas februarii, pontificatus nostri anno V.

**1710.** — 3 février 1221, Latran.

*Le même renouvelle la bulle du 1 mars 1219 :* « *Cum a religiosorum virorum* ». (*V. plus haut, n° 1648.*)

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 722 (orig. bullé).

Dat. Laterani, III nonas februarii, pontificatus nostri anno V.

**1711.** — 5 février 1221, Latran.

*Le même ordonne aux abbés de Fitero et de Verolu et au prieur de Tudela de confirmer l'excommunication, prononcée par Sanche d'Ahones, évêque de Saragosse, contre diverses personnes qui ont molesté les Hospitaliers d'Amposte.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, II, 5 (copie, fin XIV$^e$ s.).

Honorius, etc., dilectis filiis de Fitero et de Verola abbatibus, et priori Tutelano, Tirasonensis diocesis, salutem, etc. Postularunt a nobis dilecti filii magister et fratres Hospitalis Jerosolimitani de Emposta ut excommunicacionis et interdicti sentencias, quas pro eis venerabilis frater noster episcopus Cesaraugustanus in Valerum et M. Luppi, milites, et quosdam alios Cesaraugustane diocesis, non ex delegatione apostolica exigente justicia promulgavit, robur faceremus firmitatis habere. Ideoque discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus sentencias ipsas, sicut racionabiliter sunt prolate, faciatis auctoritate nostra usque ad satisfacionem condignam, appelacione remota, firmiter observari. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Dat. Laterani, nonis februarii, pontificatus nostri anno V.

**1712.** — 26 février 1221.

*Garcias Artiga, châtelain d'Amposte, avec l'assentiment d'Arnaud de Belvezin (de Pulcrovicino), commandeur de Barcelone et lieutenant du maître de l'Hôpital en Catalogne, de Bertrand Ameill (Amilii), commandeur de Lérida, de Jourdain, chapelain du maître de l'Hôpital en Catalogne, et de Bérenger de Cerera, chapelain de la commanderie de Lérida, inféodent à Raymond Bernard et à son frère Bernard des maisons appartenant à l'Hôpital et sises à Montblanch.*

Source : S. Gervasio de Cassolas, Arch. du gr.-prieuré de Catalogne, 13 arm. de Barbera, n° 159 (copie de 1273).

Quod est actum IIII kalendas marcii, anno Domini M CC XX.

**1713.** — 27 février 1221, Tour de Londres.

*Henri III, roi d'Angleterre, mande à Geoffroy de Marreys, justicier d'Irlande, d'aménager l'étang des Hospitaliers à Anna-Liffey, de façon à assurer le transit des bateaux avec Dublin et le fonctionnement des moulins établis par les Hospitaliers sur cet étang.*

Source : Londres, Record office, rot. litt. claus., 5 Henri III, membr. 14 (copie contemp.).— Analyse : *Cal. of doc. relat. to Ireland,* I, 150, n° 983. — Texte : *Rot. litter. claus.,* I, 450.

Rex G[aufrido] de Marisco, justiciario Hybernie, salutem. Mandamus vobis quod, per probos et legales homines de visneto Dublinii, amensurari faciatis stagnum, quod fratres Hospitalis Jerusalem firmaverunt in aqua de Avenesliz, ita quod batelli, ferentes buscam et cetera ville Dublinensi necessaria, venire possint libere usque ad villam Dublinensem et redire, et pisces ascendere et descendere, et quod predicti fratres habeant molturam molendinorum suorum, que ibidem firmaverunt. Teste ut supra [apud Turrim Londinensem, xxvii die februarii].

**1714.** — Avril 1221 [ou 1-2 avril 1222].

*Guy II de Châtillon, fils aîné du comte de S. Pol, ratifie une vente de terres à Juilly, faite par Gautier de Juilly, chevalier, aux Hospitaliers de Senlis.*

Source : Paris, Arch. nat., S. 5190 b, n°s 58 (orig.), et 59 (vidimus de l'official de Meaux de juin 1261).

Ego Guido de Castillione, comitis S. Pauli primogenitus, notum facio universis quod ego laudavi et benigne concessi venditionem undecim arpentorum terre arabilis de feodo meo apud Juliacum, quam fecit dilectus et fidelis meus Galterus, miles de Juliaco, fratribus Hospitalis Silvanectensis, tali modo quod dicti fratres de unoquoque dictorum arpentorum duos denarios censuales dicto militi et ejus heredibus singulis annis ad festum S. Remigii annuatim persolvent. Ad cujus rei testimonium et evidenciam, kartam presentem sigilli munimine feci roborari. Datum anno Domini m cc vicesimo primo, mense aprili.

*Au dos* (fin xiii^e s.) : Carta Guidonis, comitis S. Pauli primogeniti, de xi arpennis terre, quos Galterus de Juliaco vendidit domui Hospitalis Silvanectensis.

**1715.** — 15 avril 1221, Latran.

*Le pape Honorius III défend aux prélats d'empêcher les Hospitaliers d'enterrer leurs confrères dans les cimetières de l'ordre et de recueillir des aumônes.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9 (orig.).

Honorius, etc., venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, etc., salutem, etc. Dilecti filii magister et fratres Jerosolimitani Hospitalis nobis graviter sunt conquesti quod quidam vestrum confratres suos, et eligentes in eorum cimiteriis sepulturam, ab ipsis non permittunt fratribus sepeliri, et, eisdem exhibere justitiam de suis malefactoribus negligentes, in suis non patiuntur ecclesiis fratres ipsos elemosinas querere, nec ad largiendum eis pias elemosinas populum exhortari. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta, in virtute obe-

dientie, districte precipiendo mandamus quatenus et vos ipsi ab impedimento hujusmodi penitus desistatis, et vestros subditos taliter per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, cogatis desistere ab eisdem, quod dicti fratres super his non possint de cetero querelari. Dat. Laterani, XVII kalendas maii, pontificatus nostri anno V.

### 1716. — 15 avril 1221, Latran.

*Le même défend aux prélats de refuser la sépulture ecclésiastique aux confrères de l'Hôpital, morts dans un lieu interdit, à moins qu'eux-mêmes ne soient excommuniés ou interdits.*

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 185 (copie de S. Pauli, XVIII^e^ s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 94 (copie, XVI^e^ s.); bull. A., f. 165 (auj. perdu).

Honorius, etc., venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste pervenerint, salutem, etc. A patribus et predecessoribus nostris indultum est religiosis viris fratribus Hierosolimitani Hospitalis, et a nobis etiam innovatum, ut hiis, qui eorum confratriam assumpserint, si forte locus ubi decedunt interdictus sit, nisi aut vinculo teneantur excommunicationis astricti, aut nominatim sint interdicti, ecclesiastica sepultura non debeat denegari. Unde cum statuta sedis apostolice sint ab omnibus inviolabiliter observanda, graviter nimis excederetis si, quid ab eadem sede predictis fratribus est indultum, presumeretis infringere, qui alios ob servanda statuta Romanorum pontificium verbo et exemplo debetis perpensius informare. Inde est quod non substinere volentes infringi quod prefatis fratribus apostolica sedes noscitur indulsisse, universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus quatenus nullo tempore quisquam vestrum impedire presumat corpora illorum, qui confratriam predictorum fratrum adsumpserint, vel assumere imposterum [voluerint], nisi excommunicati sint vel nominatim interdicti, vel usurarii manifesti, in cimiterio sepelliri, si ecclesia, vel locus ubi sepelliri debent non fuerit interdictus, sed ita in hoc et in aliis statutis sedis apostolice integra et illibata servare curetis, quod devotio vestra possit et debeat non immerito commendari, nec nos inveniamus quod in vobis in hac parte merito corrigere debeamus. Dat. Laterani, XVII kalendas maii, pontificatus nostri anno V.

### 1717. — 24 avril 1221, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 15 *mai* 1166, 1167, 1178 *ou* 1179 : « *Pervenit ad nos ex conquestione* ». (*V. plus haut*, I, *n*° 357.)

Analyse : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 68 (copie de S. Pauli, XVIII^e^ s.). — Texte : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 95 (copie, XVI^e^ s.).

Dat. Laterani, VIII kalendas maii, pontificatus nostri anno V.

### 1718. — Mai 1221, Damiette.

*Accord intervenu entre Jacques, évêque d'Acre, et le chapitre d'Acre, d'une part, et Garin de Montaigu, grand-maître de l'Hôpital, et les Hospitaliers, d'autre part,*

*sous la médiation de Pélage Galvano, évêque d'Albano et légat du S. Siège, relatif aux dîmes de deux vignes à Acre, à l'administration des sacrements, au droit de prêcher et à la quarte des biens légués aux Hospitaliers.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 44 (copie contemp., auj. perdue)[1]. — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 114. — Extraits : Taaffe, *The history of the... order of S. John of Jerusalem,* IV, app. n° LXXXVII.

Notum sit cunctis quod contentio fuit et controversia inter episcopum Acconensem et ejus canonicos, ex una parte, et magistrum Hospitalis et fratres, ex altera. Petebat namque episcopus vicesimas duarum vinearum, unius que est juxta villam, et alterius magne vinee, quam plantavit frater Americus de Pax ultra jardinum Latine; dicebat etiam ad se pertinere debere ratione privilegii quod factum fuerat inter predecessores suos et magistros et fratres Hospitalis ; quo privilegio cautum erat ut de blado pro compositione vicesima episcopo ab Hospitalariis de terris ab eis cultis solveretur ; et cum, secundum quod dicebat, bladi vicesima de eo loco, quo major vinea plantata fuerat, predecessoribus suis solucio facta esset, per eamdem rationem solutionem de vino debere fieri allegabat. De vinea vero alia juxta villam, dicebat vicesimam sibi debere solvi, quia scriptum erat in privilegio de vicesima bladi pro ratione, nec de vino prohibitum, et ideo per consequentiam concessum. Petebat preterea quartam relictorum sibi ab Hospitali solvi in Acconensi civitate, ratione privilegii quod, ut dicebat, sibi ostenderat Hospitale, et ratione decretalis domini Innocentii, que hoc innuere videbatur. Allegabat etiam quod fratres cappellani et alii non deberent visitare parrochianos suos conferendo eis divina sacramenta, nisi quartam solverent ecclesie S. Crucis, prohibere volens fratres capellanos et alios in Acconensi civitate ne sermonem facerent in ecclesiis Hospitalis. In contrarium vero allegabant magister et fratres Hospitalis, dicentes non debere teneri ad prestationem vicesime vinearum : primo quia de blado fit mentio in privilegio tantum et non de vino, secundo quia, licet tenerentur de jure communi, per privilegia tamen sunt exempti a prestatione decimarum. Unde cum post illa privilegia privilegium compositionis sit interpositum de bladi vicesima persolvenda, in blado scilicet, de quo fit mentio, et non in alio, videntur sibi tamen prejudicium generasse. De vinee autem vicesima persolvenda que est juxta villam, dicebant se non teneri, quia per privilegia exempti sunt a decimis persolvendis preterquam de blado, et ibi nunquam fuit bladum, sed jardinum, et de jardinis decime non solvuntur. Ad quartam vero relictorum, ita respondebant magister et fratres Hospitalis : ecclesias Hospitalis in Accon liberas et immunes esse ab omni jugo et servitio episcopali, et eas gaudere plenissima libertate ; unde, ratione immunitatis et libertatis, dicebant se non teneri ad quarte dicte solutionem, et alia ratione quia tuti erant quadraginta annorum prescriptione. Eadem ratione dicebant ad ecclesias Hospitalis visitationem pertinere debere, et fratres cappellanos et alios audire debere concessionem, et prebere corpus Christi, et cum cruce venire ad infirmos, et inungere in qualibet parrochia Acconensi pro voluntate sua, non petita licentia episcopi Acconensis, et sermonem debere facere in ecclesiis et in cimiterio Hospitalis. Super predictis autem contentionibus et controversiis facta est pax et compositio inter dominum Jacobum, Acconensem episcopum, et canonicos suos, et fratrem Guarinum de Monte Acuto, magistrum Hospitalis, et fratres, in presentia venerabilis patris Pelagii, Albanensis episcopi, apostolice sedis legati, in hunc modum : scilicet quod magister Hospitalis et fratres solverent in perpetuum episcopo Acconensi predictarum duarum vinearum

1. Cet acte était scellé de trois sceaux ; deux seulement subsistaient au temps de Pauli, qui les a reproduits (*Cod. dipl.*, I, pl. 5, n°s 52 et 53), ceux de Jacques, évêque d'Acre, et de Pierre, prieur du S. Sépulcre.

vicesimas, nec de arboribus vinearum nec de fructu earum aliquid darent, et episcopus Acconensis et canonici remittant eis quartam relictorum in perpetuum ecclesiis Hospitalis gaudentibus plenissima et perpetua libertate. Prior autem Hospitalis et cappellani alii in ecclesiis dictis vel in cimiterio Hospitalis sermonem faciant populo quando velint, sed tamen d[i]e prefixa non convocent populum ad sermonem, sed infirmos visitent cum cruce et processione, et eorum confessionem audiant in quacumque parrochia, et corpus Christi prebeant, et inungant, et alia sacramenta eis faciant qui eorum elegerint sepulturam, vel in domo fuerint Hospitalis. Eos vero qui non elegerint, videre possint, sive sint peregrini sive alii, et monere, nec tamen sacramenta prebere, nisi illis qui fuerint in domo Hospitalis. Et cum sit officium fratrum Hospitalis mortuos et infirmos accipere de plateis, et mortuos tradere sepulture, volumus ut eos sepeliant, nisi velit eos alius sepelire, licet suam non elegerint sepulturam, et infirmos, sicut suum est, ad suam possint domum ducere quando velint, nisi prohibiti fuerint ab infirmis. Donationes autem et elemosine, et oblationes, legata, relicta, queque alia domui Hospitalis quocumque titulo sive ab eligentibus, sive a non eligentibus sepulturam, tam peregrinis quam parrochianis aliis collata, propria sint Hospitalis. Fratres vero cappellani et alii Hospitalis, et capellani episcopi Acconensis in visitatione infirmos moneant ut benefaciant ecclesie S. Crucis et domui Hospitalis, sequentes mortuos, si voluerint, quousque traditi fuerint sepulture. De jardinis autem, si redacta fuerint ad vineas, nihil datur, sed de terris incultis et heremis, si vinee facte fuerint, tunc fiat sicut debet. Episcopus autem Acconensis ordinet clericos quos optulerit prior Hospitalis, dum tamen de suorum constat licentia episcoporum, vel prior fidem fecerit pro clericis ordinandis, prestita tamen a magistro, vel ab eo qui locum ejus tenuerit, promissione per literas patentes, quas teneat episcopus, ut in perpetuum illis in victualibus clericis provideat ordinatis. Ad majorem autem auctoritatem rei geste et roboris firmitatem, nos P[elagius], miseratione divina Albanensis episcopus, apostolice sedis legatus, et ego Jacobus, Acconensis episcopus, et ego frater Guarinus de Monte Acuto, dicti Hospitalis magister, presentem paginam confirmavimus nostrorum munimine sigillorum. Hujus autem compositionis testes sunt et laudatores : Constancius, decanus; Pelagius, archydiaconus; Johannes, precentor; Nicolaus, thesaurarius; Anselmus, canonici Acconenses; frater Ferraudus de Barraz, marescalcus; frater Golferius, preceptor; frater Henricus, hospitalarius; frater Poncius Boschant, drapperius, fratres Hospitalis. Actum est hoc apud Damiatam, anno ab incarnatione Domini M CC XXI, mense maii. Sumptum est autem ab originali hoc translatum, Manasse scribente diacono, cum litteris rasis et emendatis in undecima linea « a prestatione decimarum », et suppositis in trigesima quinta; videntibus et legentibus Nicosiensi et Cesariensi archiepiscopis, et episcopo Antaradensi, et priore Sepulchri, et Templi Domini, et Montis Sion, et Montis Oliveti abbatibus, de verbo ad verbum, de puncto ad punctum, ad recordationem et memoriam rei geste.

## **1719.** — 7 mai 1221, Latran.

*Le pape Honorius III renouvelle la bulle de Lucius III, du* 12 *décembre* 1184 : « *Si diligenter attenditis* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 706.)

SOURCE : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, gr.-prieuré de Champagne, H. 1146, liasse 1, n° 28 (orig.).

Dat. Laterani, nonis maii, pontificatus nostri anno V.

**1720.** — 7 mai 1221, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 15 *mai* 1166, 1167, 1178 *ou* 1179 : « *Querelam gravem recepimus* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 356.)

SOURCE : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, gr.-prieuré de Champagne, H. 1146, liasse 1, n° 30.

Dat. Laterani, nonis maii, pontificatus nostri anno v.

**1721.** — 7 mai 1221.

*Pons, évêque de Tortose, met fin, par un arbitrage, aux difficultés pendantes entre les Templiers et les Hospitaliers d'Espagne.*

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 38-41 (charte-partie orig.).

Quoniam ea, que inter sapientes aguntur, scripture sollempnitate debent corroborari, ne malorum hominum pravitate valeant in posterum retractari, notum sit igitur omnibus qui hec legerint quod, cum inter fratres milicie Templi, scilicet fratrem Guillelmum de Azyllach, magistrum in Provincia et in quibusdam partibus Yspanie, et fratrem Poncium Mariscalchum, preceptorem Monsonis, et fratrem Geofredum de Castro Novo, commendatorem Gardenii, et fratrem Bernardum de Campaynnes, comendatorem Mirabeti et totius Riparie, ex una parte, et Hospitalarios sancti Johannis Jherosolimitani Hospitalis, scilicet fratrem Fulchonem, magistrum in Emposta et toto regno Aragonis et in Cathalonia, et fratrem Arnaldum de Pulcro Vicino, preceptorem Emposte, et fratrem Raimundum de Alzamora, preceptorem Ylerde, et fratrem Bertrandum Amelium, preceptorem de Algayra, ex altera parte, super multis causis et capitulis controversie moverentur, de consensu utriusque partis et concordia, in nos Poncium, Dei miseratione, licet indignum, Dertusensem episcopum, taliter compromiserunt quod quicquid, sive consensu parcium, sive sine consensu parcium, in eisdem capitulis sive controversiis diceremus, utraque pars sub pena ducentorum aureorum illud inviolabiliter observarent. Datis itaque hinc inde libellis et utriusque partis auditis querelis, visis etiam quibusdam instrumentis, post longam parcium diceptacionem, de assessorum et plurium prudencium consilio, pro pace et concordia inter eos servanda, diffinivimus in hunc modum : in primis dicimus quod fratres milicie Templi habeant libere et teneant turrim de Arches, que est in termino de Castelloch, et cavalleriam, que fuit Carbonelli de Villa Grassa, que est inter vallem Facundam et Zamenla (?) et villam Palacii, et quicquid Templarii hodie possident in comitatu Pallariensi; que omnia petebant Hospitalarii a Templariis antedictis. Item statuimus quod Templarii recipiant exeam, scilicet sextum decimum denarium, quem Hospitalarii nunc accipiebant, de unaquaque bestia que ibat in terram Sarracenorum, ita tamen quod mercatores et predicte bestie transitum faciant ad barcham Dertuse, et ibi iter arripiant versus terram Sarracenorum recta via; quam pre-

dictam exeam ab Hospitalariis petebant Templarii supradicti. Insuper dicimus et assignamus Hospitalariis castrum de Huyldichona cum suis terminis et pertinentiis, quod Hospitalarii habeant predictum castrum sine omni honere quinte et decime; quas quintas et decimas Templarii ab ipsis petebant. Item dicimus quod Hospitalarii habeant et possideant ortum, qui est infra muros civitatis Dertuse juxta domum Hospitalis, liberum ab omni honere quinte et decime; quarum quintarum et decimarum racione Templarii Hospitalarios impetebant. Dicimus etiam quod Hospitalarii habeant et teneant omnes possessiones, quas hodie possident in regno Aragonis, liberas ab omni quinta et decima; quam quintam et decimam Templarii ab Hospitalariis exigebant. Item dicimus quod Hospitalarii habeant quiete omnes possessiones, quas usque ad hodiernum diem in Dertusa et in suis terminis adquisiverunt et emerunt, vel alio quolibet modo habuerunt; de quibus possessionibus controversia erat inter Templum et Hospitale. Quas omnes supradictas possessiones habeat Hospitale in terminis Dertuse preter duos campos, quorum camporum alter fuit Bonifacii, qui est in loco qui dicitur Fazalfori, et alter fuit Granoyllere, qui est juxta Turrim Milicie; quos duos campos ab integro pro bono pacis Templariis adjudicamus. Item absolvimus Templarios et Hospitalarios a peticione pene, quam sibi ad invicem faciebant ratione compositionis facte inter eos per dominum abbatem Populeti. In aliis vero omnibus compositionem predicti abbatis Populeti inviolabiliter volumus observari. Item dicimus quod in stagno Hospitalis, de quo questio erat inter Templarios et Hospitalarios, quod Templarii nichil ibi recipiant, sed Hospitalarii habeant ipsum stagnum libere penitus et quiete. De çequia autem Ylerde super pontem, de qua erat controversia inter Templum et Hospitale, dicimus observari secundum formam composicionis facte per abbatem Populeti. Item in peticionibus, quas Templarii faciebant contra Hospitalarios, racione comitis Pallariensis, et naufragii, et alia qualibet racione usque in hodiernam diem, ipsis Templariis perpetuum silentium imponimus, ab eisdem peticionibus Hospitalarios penitus absolvendo. Insuper absolvimus Templarios ab omnibus peticionibus, quas Hospitalarii eis faciebant racione comitis Pallariensis in Fraga et in aliis locis, et racione Petri de Alchalano et Guillelmi de Tarrega, et racione invasionum et maleficiorum, et racione quia Templarii traxerunt Hospitalarios ad judicem secularem, vel qualibet alia racione usque in hodiernam diem, Hospitalariis silencium perpetuum imponendo. Actum est hoc nonas madii, anno nati Domini M CC vigesimo primo. Ego Poncius, Dertusensis episcopus, subscribo (*Seing manuel*). S. Guillelmi de S. Laurencio, presbiteri et canonici S. Marie Dertusensis. S. W[illelm]i de Ponte, subscribentis. Ego Johannes de Cambrils subscribo (*Seing manuel*). Hii sunt testes firmamenti venerabilis domini Poncii, Dei gratia Dertusensis episcopi supradicti. S. fratris Guillelmi de Azillach, magistri domus milicie Templi in Provincia et in quibusdam partibus Yspanie. S. fratris Poncii Mariscalchi, preceptoris Monsonis. S. fratris Geofredi de Castro Novo, comendatoris Gardenii. S. fratris Bernardi de Compaynnes, comendatoris Mirabeti et tocius Riparie, qui per se et omnes fratres domus milicie Templi hoc concesserunt et firmaverunt, et rogaverunt a testibus confirmari. Eg(*Seing manuel*)o Botetus subscribo. Sig(*Seing manuel*)num Raimundi Raimundi. S. fratris Fulchonis, magistri domus Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani in toto regno Aragonis, et in Emposta ac in Cathalonia. S. fratris Arnaldi de Pulcro Vicino, preceptoris Emposte. S. fratris Raimundi de Alzamora, preceptoris Ylerde. S. fratris Bertrandi Amelii, preceptoris de Algayra; qui per se et omnes fratres domus Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani hoc concesserunt et firmaverunt, et rogaverunt a testibus confirmari. G. vero Botetus et Raimundus Raimundi interfuerunt tantum firmamento Templariorum et Hospitalariorum omnium predictorum, cum prescriptis testibus firmamenti domini episcopi Dertusensis. S. Berengarii de S. Felicio, qui hoc scripsit.

### 1722. — 9 mai 1221, Westminster.

*Henri III, roi d'Angleterre, informe Alexandre de Bassingeburn qu'il a remis au grand-prieur d'Angleterre et aux Hospitaliers son manoir de Costessy, moyennant une rente annuelle de 50 livres, qui viendra en déduction des 620 marcs que ceux-ci lui ont prêtés lors du séjour de Louis, fils de Philippe-Auguste, roi de France, en Angleterre[1], jusqu'à parfait paiement de sa dette[2].*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 5 Henri III, membr. 11 (copie contemp.). — Texte : *Rot. litter. claus.*, I, 456.

Teste H[enrico], etc., ut supra [apud Westmonasterium, IX die maii].

### 1723. — 11 mai 1221, Latran.

*Le pape Honorius III renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 19 *juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Paci et quieti* ». (*V. plus haut*, I, *n°* 429.)

Source : Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles (collectanea) n° 249 (vidimus de l'official d'Agde, du 4 août 1330).

Dat. Laterani, V idus maii, pontificatus nostri anno V.

### 1724. — 13 mai 1221, Latran.

*Le même rappelle aux Cisterciens, aux Hospitaliers et aux Templiers qu'ils ne peuvent recevoir dans leur ordre les profès de l'ordre de Grammont sans l'autorisation des supérieurs.*

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1181, f. 399 (copie de la Porte du Theil, XVIII<sup>e</sup> s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 11, f. 128 (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 7018 ; Pressutti, *Reg. Honorii papæ III*, I, 548, n° 3374. — Texte : Horoy, *Medii ævi bibl. patristica*, III, col. 807, et IV, col. 350 (avec la fausse date de 1223); Manrique, *Ann. Cisterc.*, IV, 229 (avec la fausse date de 1122, que Potthast corrige à tort en 1223).

Honorius, etc., dilectis filiis universis abbatibus Cisterciensis ordinis, et fratribus Hospitalis sancti Johannis Hierosolimitani et militie Templi, ac religiosis aliis presentes litteras inspecturis, salutem, etc. Dilecti filii prior et fratres Grandimontenses nobis conquerendo monstrarunt quod, cum eis a sede apostolica sit indultum ut nemo sine cautione communium litterarum recipere audeat professos ordinem eorumdem, quidam vestrum, contra hujusmodi privilegium venientes, ipsorum professos, ab eis sine licentia discedentes, recipere non verentur ; unde idem ordo quibusdam clericis et aliis fratribus, utilibus ordini memorato, est hujusmodi receptionis facilitate nudatus. Quia igitur non debetis id facere aliis, quod vobis fieri non velletis, universitati vestre per apostolica scripta districte

1. Louis VIII passa en Angleterre, en 1216, pour se faire proclamer roi d'Angleterre; il revint en France la même année, après avoir conclu la paix avec Henri III.

2. Le 22 mai suivant, Henri III en informant le vicomte de Norfolk de cet abandon, lui mande de mettre les Hospitaliers en possession du manoir. (*Rot. litt. claus.*, I, 459).

precipiendo mandamus quatinus, tali modo receptos ad Grandimontensem ecclesiam remittentes, eos, vel alios professos ordinem sepedictum, contra privilegia ipsi ordini ab apostolica sede concessa, nullatenus recipere de cetero presumatis. Dat. Laterani, III idus maii, [pontificatus nostri] anno V.

### 1725. — 15 mai [1221][1].

« *Commission donnée par le grand-maître Guérin de Montagu à frère Pierre de Garamont et Gilles Gérald, chapelain, de se transporter à Rome, pour instruire le pape et le sacré collège du différend que l'ordre de l'Hôpital avoit contre celuy des Templiers pour la ville de Gibel, prétendant que cette ville leur avoit été donnée par Boémond IV, comte de Tripoli et prince d'Antioche; et leur ordonne de prendre pour juges, s'il est nécessaire, Pélage [Galvano], légat du Saint-Siège en Orient, ou l'archevêque de Césarée, et pour tiers l'évêque de Bethléem ou l'archevêque de Nicosie, des ides de may sans année.* »

ANALYSE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 205 (XVIII^e s.).

### 1726. — 21 mai 1221, Westminster.

*Henri III, roi d'Angleterre, certifie qu'il a engagé aux Hospitaliers d'Angleterre, à partir du* 29 *septembre* 1219, *son manoir de Costessy, afin de garantir le paiement de* 620 *marcs, que ceux-ci avaient prêtés pour la conclusion de la paix entre lui et Louis, fils de Philippe-Auguste, roi de France.* (*V. plus haut, n°* 1722.)

SOURCE : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 5 Henri III, pars I, membr. 4 (copie contemp.).

Teste H[enrico], etc., apud Westmonasterium, XXI die maii, anno regni nostri V, per eumdem [justiciarium][2].

### 1727. — [Juin] 1221, Paris.

*Philippe-Auguste, roi de France, confirme une charte, de juin* 1221, *par laquelle Amicie, dame de Breteuil*[3], *en faveur de Guillaume du Donjon, son fils, frère de l'Hôpital, donne aux Hospitaliers de Senlis une rente de cent livres sur le péage de Francastel, et, en cas d'insuffisance de celui-ci, sur celui de Catheux pour le reste de la somme.*

SOURCE : Paris, Arch. nat., MM. 894, n° 49 (orig.). — ANALYSE : L. Delisle, *Cat. des actes de Phil.-Aug.,* 457, n° 2064.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Philippus, Dei gratia Franco-

1. Il est fort probable que cette pièce se place en 1221; nous savons, en effet, que l'accord arbitral sur ce différend fut rendu par Pélage Galvano, légat du S. Siège, le 15 octobre 1221.

2. Le même jour, le roi écrivit à Alexandre de Bassingeburn pour le même objet.

3. Elle était fille d'Alice de Dreux et de Valeran III, seigneur de Breteuil. Elle épousa successivement Baudouin du Donjon, Jean Briard et Gautier de Risnel. Elle devint dame de Breteuil en 1218, et mourut en 1226. (A. de Dion, *Les Seigneurs de Breteuil en Beauvaisis,* dans *Mémoires de la Société de l'Histoire de Paris,* X (Paris, 1883), 220 et suiv.) M. de Dion dit qu'elle n'eut pas d'enfants de son premier mariage; le présent acte donne un démenti à cette assertion.

rum rex. Noverint universi, presentes pariter et futuri, nos dilecte et fidelis nostre consanguinee[1] Amicie, domine Britolii, inspexisse litteras in hec verba :

« Ego Amicia, domina Britolii, notum facio universis, presentes litteras ins-
« pecturis, quod ego, amore Dei et ob reverenciam reverendi patris Guarini,
« Silvanectensis episcopi, et ob gratiam filii mei karissimi Guilermi de Donjonne,
« fratris et militis Hospitalis Jerosolimitani, dedi et concessi, pro remedio anime
« mee, domui ejusdem Hospitalis, que est Silvanectis, centum libras redditus in
« pedagio meo de Francastel, singulis annis post meum obitum a fratribus dicte
« domus tribus percipiendas terminis, scilicet in nativitate sancti Johannis Baptiste
« terciam partem, in festo omnium sanctorum sequenti aliam terciam partem, in
« festo pasche subsequenti ultimam terciam partem. Ita quod, si forte redditus
« dicti pedagii ad ejusdem redditus solutionem non sufficeret, residuum in meo
« pedagio de Catou caperetur. Si vero heredes mei dicte domui Silvanectensi illas
« centum libras redditus in decimis tantumdem valentibus, in feodo domini de
« Britolio existentibus, assiderent, fratres dicte domus assignationem illam reci-
« pere tenerentur, et tunc dicti pedagii redditum resignare. In cujus rei et conces-
« sionis mee perpetuum testimonium, presentem cartam fieri feci, et sigilli mei
« appositione muniri. Actum anno Domini M CC vicesimo primo, mense junio. »

Nos igitur, de quorum feodo res movet, donationem prescriptam gratam et ratam habentes, et commutationem illius redditus in decimas, si fiat aliquando, concedentes, eandem prefate domui Silvanectensi, ad petitionem ipsius Amicie, sigilli nostri auctoritate et regii nominis karactere annotato inferius, salvo jure nostro, confirmamus. Actum Parisius, anno dominice incarnationis M CC vicesimo primo, regni vero nostri quadragesimo secundo, astantibus in palacio nostro quorum nomina supposita sunt et signa, dapifero nullo. S. Guidonis, buticularii. S. Bartholomei, camerarii. S. Mathei, constabularii. Data vacante (*Monogramme*) cancellaria.

## 1728. — Juin 1221, Damiette.

*Vulvin de Stubenberg donne à Garin de Montaigu, grand-maître de l'Hôpital, et aux Hospitaliers les villages de Sochau et d'Aspach.*

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 45 (orig. auj. perdu) ; Prague, Arch. du gr.-pr. de Bohême, Diplomat. I (copie de Smitmer, XVIII^e s.). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 291. — Extraits : Taaffe, *The history of the... order of S. John of Jerusalem*, IV, app. n° LXI.

Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Wlvinus de Stubenberc, in exercitu Damiate constitutus, non dolo inductus nec vi coactus, nec circumventus in aliquo, sed mera et spontanea voluntate, dono inter vivos Deo et sancte domui Hospitalis Iherusalem, et tibi fratri Guarino de Monte Acuto, magistro venerabili, et fratribus ejusdem domus presentibus et futuris duas villas meas proprias, quarum una vocatur Sechouve et altera Aspach, cum omni jure suo, cum dominiis censibus[2] et serviciis, cum hominibus et feminis, et cum omnibus aliis hic expressis et non expressis ad dictas villas pertinentibus, vos investiens de predictis villis per traditionem unius mansi, in unaquaque villa vobis corporaliter factam, et per usufructum duarum villarum predictarum, quem mihi retineo in vita mea, ut sic sit domus Hospitalis in possessionem, me vivente, duarum villarum per duorum mansorum possessionem apprehensam, et per usu-

1. Elle était cousine issue de germain de Philippe-Auguste, le roi Louis VI, bisaïeul d'Amicie, étant le grand-père de Philippe-Auguste.

2. Les mots « cum omni jure suo, cum dominiis censibus » manquent dans la copie de Smitmer.

fructus mihi factam retencionem. Post mortem vero meam libere et quiete predicta omnia omnia sint Hospitali. Hanc autem donationem facio Deo et Hospitali, pro remedio anime mee, parentum et predecessorum meorum, ad habendam et possidendam pacifice in sempiternum. Et ut hoc firmius habeatur, presentem paginam sigilli mei munimine et subscriptorum virorum testimonio roboravi. Hujus rei testes sunt: dominus Gundacharus de Hausbach; dominus Rapoto de Lapide; dominus Conradus de Plumenawe; dominus Conradus de Lobenich; dominus Otho de Husperch; dominus Rainerus, et dominus Ulricus de Friberc, frater suus; dominus Wlvinus de Chetse; dominus Leutoldus de Saeven; dominus Ulricus Gunpoldes-Kirchen; dominus Henricus de Oberndorf. Actum est hoc apud Damiatam, anno ab incarnatione Domini M CC XXI, mense junii.

### 1729. — 9 juin 1221, Latran.

*Le pape Honorius III défend aux prélats d'excommunier ceux de leurs paroissiens qui ont choisi leur sépulture chez les Hospitaliers.*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 15, n° 84 (orig. bullé).

Honorius, etc., venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, et dilectis filiis abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis et aliis ecclesiarum prelatis, ad quos littere iste pervenerint, salutem, etc. Gravem ex parte dilectorum filiorum fratrum Jerosolimitani Hospitalis querelam recepimus, quod, cum ipsi ex indulgentia sedis apostolice liberam habeant in suo cymiterio sepulturam, parrochianis vestris, ne ibidem deliberent sepeliri, presumitis inhibere omnes illos, qui eorum ecclesia officiis divinis intersunt aut elemosinas offerunt afferentes, excommunicationis sententie subjacere. Quia vero nulla ratione sustinere possemus ut eis tantam injuriam inferatis, per apostolica vobis scripta precipiendo mandamus quatinus, ab hujusmodi presumptionibus desistentes, omnino super dampnis et injuriis irrogatis, omni contradictione et excusatione cessantibus, congrue satisffacere non tardetis. Dat. Laterani, v idus junii, pontificatus nostri anno v.

### 1730. — 15 juin 1221, Latran.

*Le même autorise les Hospitaliers de Romanie à retenir librement les legs qui leur sont faits.*

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 186 (copie de S. Pauli, XVIII^e s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, n° 31 (orig.).

Honorius, etc., magistro et fratribus Hospitalis Hierusalem in Romania, salutem, etc. Justis petentium desideriis, etc. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, presentium vobis auctoritate concedimus ut quecumque vobis a decedentibus expresse pro subsidio Terre Sancte legantur ad opus ejusdem retinere libere valeatis, districtius inhibentes ne quis de illis, que taliter legata fuerint, a vobis audeat aliquid extorquere. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, XVII kalendas julii, pontificatus nostri anno v.

**1731.** — 16 juin 1221, Latran.

*Le même exempte les Hospitaliers de Romanie du paiement des dîmes pour les terres qu'ils possédaient et cultivaient directement avant le concile général de Latran.*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 15, n° 85 (orig.).

Honorius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani de Romania, salutem, etc. Justis petentium desideriis, etc. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, auctoritate presentium districtius inhibemus ne quis, de terris habitis ante concilium generale, quas propriis manibus aut sumptibus colitis, decimas a vobis exigere vel extorquere presumat. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, xvi kalendas julii, pontificatus nostri anno v.

**1732.** — 20 juin 1221, Latran.

*Le même annonce aux Hospitaliers que l'empereur Frédéric II passera en Terre Sainte en mars* 1222, *et que Guillaume, marquis de Montferrat, se prépare à secourir la Palestine.* — « *Absit ut Terre Sancte.* »

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 10, f. 146 (copie contemp.). — Texte : Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. XIII e reg. pont. Roman.*, I, 122, n° 176. — Analyse : Pressutti, *Reg. Honorii papæ III*, I, 565, n° 3478.

Dat. Laterani, xii kalendas julii, pontificatus nostri anno v.

**1733.** — 5 juillet 1221, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 19 *juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Paci et quieti* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 429.)

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXVII, n° 61 (cahier de copies de bulles de 1496, de l'official de Trèves), f. 4 *b*.

Dat. Laterani, iii nonas julii, pontificatus nostri anno v.

**1734.** — 7 juillet 1221, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 13 *décembre* 1184 : « *Si diligenter attenditis* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 706.)

Source : Harlem, Arch. comm., L. 42, f. 16 (bullaire, fin du xv^e s.).

Dat. Laterani, nonis julii, pontificatus nostri anno v.

### 1735. — 7 juillet 1221, Latran.

*Le même renouvelle la bulle du* 13 *décembre* 1316 : « *Ad eripiendam de* ». (*V. plus haut, n*° 1505.)

SOURCE : Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, ms. Y. 72, p. 103 (copie, xv° s.)[1].

Dat. Laterani, nonis julii, pontificatus nostri anno v.

### 1736. — 12 juillet 1221, Narbonne.

*Amaury III, vicomte de Narbonne, donne à Emmanuel, grand-prieur de S. Gilles, et aux Hospitaliers de Narbonne, représentés par Renaud, commandeur de Narbonne, son château de Coursan.*

SOURCE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 354 (orig. et 2 copies notariées du XIII° s., en très mauvais état).

In nomine Domini, anno incarnationis ejusdem M CC XXI, rege regnante Philippo, IIII ydus julii....... Hoc fuit factum et laudatum et firmatum ab eodem domino Aimerico in curia Narbone, in palacio rotundo supra portam ferream.....

### 1737. — Août 1221, Sens.

*Pierre de Corbeil, archevêque de Sens, à la requête du pape Honorius III, d'Ingeburge, reine de France, et de Guérin, évêque de Senlis, donne aux Hospitaliers l'église de la Croix en Brie, avec droit de présentation.*

SOURCE : Paris, Arch. nat., M. 13, n° 9 (orig. scellé).

P[etrus], Dei gratia Senonensis archiepiscopus, universis ad quos presens scriptum venerit, salutem in salutis actore. Noverit universitas vestra quod nos, divine pietatis intuitu, ad preces sanctissimi patris nostri Honorii, Dei gratia summi pontificis, et Isenburgis, regine Francorum illustris, et venerabilis fratris nostri G[arini], Silvanectensis episcopi, ecclesiam de Cruce in Bria, in usus proprios convertendam, fratribus Hospitalis Jherosolimitani contulimus, in hunc modum quod dicti fratres, ad curiam ejusdem loci recipiendam, cum eam primo vaccare contigerit, unum nobis de suis fratribus presentabunt, et, quocienscumque persona muttabitur in eadem, supradicti fratres presentabunt nobis et successoribus nostris unum ex suis fratribus, vel aliam idoneam personam, ad curam ecclesie memorate, et idem domino Senonensi faciet juramentum quod parrochiales presbiteri ei faciunt cum ab eo curas recipiunt animarum. Actum Senonis, anno gracie millesimo ducentesimo vicesimo primo, mense augusto.

1. La rubrique du manuscrit porte : « Require Franckenfurdie, Basilee, et eciam transumptum in Veldkilch ».

## 1738. — 1 août 1221.

*Le pape Honorius III renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 15 *mai* 1166, 1167 1178 *ou* 1179 : « *Pervenit ad nos ex conquestione* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 357.)

Analyse : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 100 *bis* et 110 (analyses de S. Pauli, xviii^e s.).

Dat. Laterani, kalendis augusti, pontificatus nostri anno vi.

## 1739. — 15 octobre 1221, Acre.

*Pélage Galvano, évêque d'Albano et légat du S. Siège, assigne, en qualité d'arbitre, la possession de la ville de Giblet, que le Temple et l'Hôpital se disputaient, à chacun de ces deux ordres par moitié.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 42 (chirogr. orig. auj. perdu)[1]. — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 113. — Extraits : Taaffe, *The history of the... order of S. John of Jerusalem,* IV, app. n° lxxxviii.

Pelagius, miseratione divina episcopus Albanensis, apostolice sedis legatus, universis presentes literas inspecturis, in vero salutari salutem. Cum causam, que vertebatur inter P[etrum] de Monte Acuto, magistrum, et fratres domus militie Templi, ex una parte, et G[arinum] de Monte Acuto, magistrum, et fratres Hospitalis sancti Johannis Hierosolimitani, ex altera, super civitate Gibel et ejus districtu, quam domus militie Templi ad se pertinere dicebat ex donatione Boemundi, comitis Tripolitani, magister vero Hospitalis et fratres sui ex donatione Raimundi Rupini sibi facta ad se pertinere asserebant, nobis dominus papa committeret decidendam, nos, attendentes quod, si in forma juris ad definitivam sententiam procederetur in causa, ex diffinitiva sententia major inter partes oriretur discordia, que non solum partibus, verum etiam toti christianitati pernitiosa esset plurimum et dampnosa, de concordia partes cepimus ammonere. Que tandem, de communi consensu magistrorum et fratrum utriusque domus, nostro se commiserunt arbitrio, sub pena quinque millium marcarum argenti, parti observanti a parte non servante solvenda, firmiter promittentes nostro per omnia se parituros arbitrio, et ratum habituros quicquid a nobis in causa ista fuerit arbitratum. Nos autem, habito consilio bonorum virorum et quorumdam etiam fratrum antiquiorum Hospitalis et Templi, intellectis etiam cause meritis ex relationibus utriusque partis, sic inter partes duximus arbitrandum, ut videlicet predicta civitas, de qua questio vertitur, cum suo districtu dividatur per medium inter partes, salvis possessionibus, juribus et rationibus cuilibet partium, quas utraque domus ante donationes predictas in civitate predicta et ejus districtu ex aliorum donationibus et elemosinis possidebat. Hoc autem nostrum arbitrium sub pena predicta inviolabiliter et imperpetuum precipimus observandum. Actum apud Accon, anno Domini m cc xxi, idibus octobris.

1. Des cinq sceaux qui authentiquaient cet acte, quatre subsistaient du temps de Pauli, qui les a reproduits (*Cod. dipl.*, I, pl. 5, n° 49, 50, 51, et pl. 3, n° 30) ; c'étaient ceux du légat Pélage Galvano, de Guillaume Amanieu de Geniès, archevêque de Bordeaux, du grand-maître de l'Hôpital (ces trois premiers en cire), et de l'ordre du Temple (en plomb). Sur le sceau de cire de Garin de Montaigu, v. Schlumberger, *Sceaux des chev. de l'Hôpital et jeton d'outre-mer,* dans *Rev. archéol.*, nouv. série, XXXIII (1876), 237.

### 1740. — 18 octobre 1221, Acre.

*Henri I, comte de Rodez, malade à Acre, donne à Garin de Montaigu, grand-maître de l'Hôpital, et aux Hospitaliers la ville de Canet, et des possessions à Frontignan, à la Bastide-Pradines[1], à Canabières et à Bouloc.*

SOURCES : Paris, Bibl. nat., coll. Doat, vol. 169, f. 231 (copie, XVII$^e$ s.); Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, lay. Canet, liasse 1, n° 1 (orig.), et lay. Canabières, liasse 1, n° 17 (copie, fin XIV$^e$ s.). — TEXTE : Du Bourg, *Hist. du gr.-pr. de Toulouse*, p. just., n° CVII.

Anno Domini M CC vicesimo primo, indictione VIII, XV kalendas novembris, manifestum sit cunctis quod ego Henricus, Dei gratia comes Ruthenensis, apud Accon gravi detentus infirmitate, compos tamen bone mentis et ordinator, dono et in perpetuum irrevocabiliter trado in helemosinam Deo et domui sancti Hospitalis Iherusalem, in manu fratris Garini de Monteacuto, ejusdem domus venerabilis magistri, pro redempcione peccatorum meorum et antecessorum et successorum meorum, villam meam de Caneto, cum omnibus suis pertinenciis, sicut michi et meis pertinet et pertinuit. Dono et in presenti trado eidem Hospitali omnes mansos meos de Fontignano, et quicquid habeo vel habere debeo in Bastida de Sarnonenca[2] et in omnibus suis pertinenciis, ita quod de cetero dicta domus Hospitalis dictam Bastidam cum omnibus suis pertinenciis habeat libere et quiete. Et dono eidem Hospitali omnes homines, quos in eadem Bastida habeo, et mansos omnes, quos circa et juxta eandem Bastidam habeo, et mansos meos omnes, qui sunt circa et juxta Canabeiras, et mansos omnes meos, qui sunt circa et juxta Bonum Locum. Et dono eidem Hospitali medietatem tocius terre quam comparavi ab Ugone de Caugnaco, et vineam meam totam quam ab eodem comparavi. Omnia predicta, sicut michi et meis antecessoribus pertinent et pertinere debent aliquo modo, dono, laudo et concedo, et perpetuo irrevocabiliter trado Deo et sancte domui Hospitalis Iherusalem, ita quod habeant, teneant et possideant libere et quiete. Et est sciendum quod de predicta sancta domo multa et magna recepi servicia, quamdiu moram in partibus Sirie feci. Volens et desiderans bonorum omnium, que fient et facta sunt, esse participem et consortem, in die obitus mei volo suscipere habitum ejusdem domus, et in suo cimiterio meam elegi sepulturam. Unde rogo dominam A[lgayetam] comitissam, uxorem meam karissimam, et B[ernardum], filium meum karissimum, ut de predicta helemosina, sine omni contradictione, dictum investiant Hospitale, ad omnes suas voluntates perpetuo faciendas. Actum est hoc Accon, in domo Hospitalis. Hujus rei sunt testes : Guillelmus, venerabilis Burdegalensis archiepiscopus ; magister Bertrandus, et Petrus Maurinus; Bertrandus de Mazerolis, miles ; Guibertus del Bos et Mironus de Ruppe, milites ; Gerardus et Bernardonus ; P. Cornatus et Geraldus. Et ego Bernardus de Villafranca, imperialis aule publicus notarius, interfui, et rogatus scripsi, et, ejus preceptis, suis sigillis propriis roboravi.

### 1741. — Novembre 1221, Santarem.

*Alphonse II, roi de Portugal, règle avec Menendo Gonçalves, prieur de l'Hôpital*

1. Le comte de Rodez renouvela, dans son testament du 16-31 octobre 1222, ces dispositions presque littéralement. (V. plus bas, n° 1760.)

2. La Bastide-Pradines, située sur la rivière de Cernon (autrefois Sernon), affluent du Tarn, répond absolument à la localité dont il est ici question.

*en Portugal, l'emploi des sommes d'argent que Sanche I, son père, lui avait léguées, et dont le prieur avait la garde, pour la construction du cloître de N.-D. de Coïmbre, et de celles qui avaient été versées par les commanderies de l'Hôpital.*

SOURCE : Lisbonne, Arch. roy. de Portugal, livre 3 des donat. d'Alph. III, f. 6 (copie, XIII^e^ s.). — ANALYSE : J.-A. de Figueiredo, *Nova historia da militar ordem de Malta*, I, 269.

Ego A[lfonsus secundus], Dei gracia Portugalie rex, notum esse volo universis, presentem paginam inspecturis, me posuisse cum donno Menendo Gunsalvi, priore Hospitalis in regno meo, de XIIII^M aureorum veterum, et de XVIII^M D solidos (*sic*) de pipionibus, et de II marcis argenti minus una uncia et dimidia, qui fuerunt de XV^M aureorum, de decima illius thesauri quem pater meus[1] mihi in suo testamento legavit, quos ego dederam dito priori in custodia ad claustrum sedis S. Marie de Colimbria faciendum, quod idem prior det mihi vel cui ego mandavero ditos aureos et argentum, et argentum et denarios supradictos, per omnes redditus quos Hospitale in regno meo habet, et quod faciat quod omnes comendatores, qui tenent vel tenuerint bajulias Hospitalis in regno meo, dent recabedum, unusquisque de sua bajulia, hominibus meis de omnibus redditibus ipsarum bajularum. Et, dato inde toto recabedo, omnibus meis prior supradictus debet conservare fideliter omnes ipsos aureos, et facere de illis sicut ego mandavero. Et sciendum est quod de istis morabotinis et de istis denariis et de isto argento suprascripto debet fieri jam dictum claustrum sedis S. Marie de Colimbria, et, facto ipso claustro, de illo, quod remanserit de istis morabotinis et de istis denariis et de isto argento, debent comparari hereditates et possessiones, sicut ego mandavero. Et fructus ipsarum hereditatum et possessionum sint deputati ad refectionem dicti claustri et opere ecclesie memorate; de quibus tamen fructibus, quamdiu ego vixero, fiat sicut ego mandavero ; et si, anteaquam hereditates ipse et possesiones emantur, me mori contigerit, mando quod abbas Alcupatie, et magister Templi, et prior S. Crucis, et prior Hospitalis, et abbas S. Johannis de Tarauca emant hereditates et possessiones illas in illis locis ubi viderint magis dicte ecclesie S. Marie de Colimbria expedire. Sciendum est etiam quod ego debeo me integrare in peccunia ipsa sepedicta de morabotinis meis, quos expendi feci in jamdicto claustro sepedicto, et prior Hospitalis debet dare morabotinos veteres pro illis quos non invenerunt veteres inter illa VI^M morabotinos veterum, quod idem prior jam dedit ad claustrum sepedictum faciendum. Et ut pactum istud melius ac firmius possit observari, precepi inde fieri X cartas, meo sigillo plumbeo munitas, quarum unam ego penes me teneo, abbas Alcupatie II^am^, magister Templi III^am^, prior Hospitalis IIII^am^, prior S. Crucis V^am^, abbas S. Johannis de Tarauca VI^am^, domnus P[etrus] Johannis, meus majordomus, VII^am^, domnus M[artinus] Johannis, meus signifer, VIII^am^, domnus G[unsalvus] Menendis, meus cancellarius, VIIII^am^; decimam tenet ille qui tenet quartum librum de recabedo regni mei. Ego et prior Hospitalis, ad majorem firmitudinem, in istis cartis meum sigillum apponi feci. Et hoc fuit factum apud Sanctarencem, in mense novembri, era M CC LVIIII.

### 1742. — 23 décembre 1221, Barcelone.

*Jacques I, roi d'Aragon, comte de Barcelone et seigneur de Montpellier, à la requête de la reine Eléonore, sa femme, et de Foulques de Cornel, châtelain d'Amposte, confirme aux Hospitaliers et aux vassaux de ceux-ci l'exemption de toute redevance*

1. Sanche I, roi de Portugal, mourut en 1211 ou 1212.

*et imposition, et aux Hospitaliers et Hospitalières cités eu justice le droit d'ester sans frais.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, II, 97 (copie, fin xiv$^{e}$ s.).

In Christi nomine, sit notum cunctis quod nos J[acobus], Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone, dominus Montispessulani, attendentes caritatis et misericordie studia et hospitalitatis opera ac sancte religionis fervorem, quibus sacra domus Hospitalis Jerosolimitani et fratres Deo servientes in ea pollere cernuntur in cismarinis et transmarinis partibus et florere; considerantes etiam quantam solicitudinem defensioni et properacione (?) fidei christianc invigilent jugiter et intendant, et pie ad memoriam reducentes sepius dilectionem ac bonam in Domino laudabilem voluntatem, quam predecessores nostri erga predictam domum et fratres actenus habuerunt, idcirco, corde bono et animo volenti, ob remedium anime nostre et parentum nostrorum, per nos et omnes successores nostros, ad preces domine A[lienordis], illustrissime regine Aragonis, uxoris nostre, et obtentu dilecti nostri fratris F[ulchonis] de Cornello, venerabilis magistri Emposte, damus et concedimus et laudamus in perpetuum domino Deo, et eidem domui Hospitalis, et prenominato magistro, et fratribus presentibus et futuris quod, ab hac hora in antea, ab hominibus Hospitalis, Christianis scilicet, Judeis et Mauris, quos alicubi in tota regis (*sic*) Aragonis et Catalonia tota habere noscuntur, vel in futurum, ex largitione et concessione nostra aut successorum nostrorum, aut collatione fidelium, aut emptione, aut comutatione, aut aliis justis modis ibidem adquirere poterunt et habere, nullam questiam vel peytam, nullam toltam vel forciam, nullam hostem vel cavalcatam, vel apellitum, vel eorum redemptionem aliquam, nullumque malum servicium vel demandam, nullum bovaticum vel monetaticum, vel eorum solucionem ullam, nullumque herbaticum, nullumque censum vel usaticum, nullam lezdam vel portaticum, vel consuetudinem novam vel veterem, constitutam vel constituendam, nullamque aliam exactionem regalem aut vicinalem, vel aliquam aliam, que dici vel nominari possit, queramus aut demandemus unquam, aut demandari sinamus in aliquo loco terre nostre ullo modo; facientes cum hoc presenti scripto perpetuo duraturo fratres Hospitalis predicti et eorum homines et feminas, cujuscumque dignitatis vel legis vel condicionis sint, ubique per totam terram nostram, cum omnibus rebus et mercibus suis propriis, franchos, liberos, ingenuos et immunes, ac quietos, ac penitus alienos a supradictis omnibus et singulis per secula cuncta; ita quod nos nec nostri, nec aliquis homo noster vel alienus supradictos fratres Hospitalis vel eorum homines, ubicumque sunt vel erunt in tota terra nostra, aliquid de predictis audeat demandare unquam, vel ad illorum aliquid dandum vel solvendum vel faciendum, aut aliquid aliud, quod cogitari possit, distringere vel forciare presumat aliquo modo vel aliqua ratione, vel aliqua occasione vel causa. Predictis autem fratribus Hospitalis et eorum hominibus presentibus et futuris, ubicumque sunt vel erunt, hanc franquitatem et libertatem perpetuam, et concessionem et donationem damus, facimus et indulgemus, quamvis hoc diu est datum et concessum sit eis a predecessoribus nostris per ydonea instrumenta, et nominatim et specialiter omnibus illis hominibus et feminis majoribus et minoribus, et eorum posteris, quos idem et fratres habent nunc vel habituri sunt in Gerunda et in S. Celodonio, eorumque terminis universis. Quosquidem homines de Gerunda et de S. Celodonio et aliorum locorum, ad ipsum Hospitale pertinentes, nos, quibusdam necessitatibus inducti nimium et compulsi, agravavimus aliquando exactionibus indebitis et demandis; a quibus vero omnibus et aliis universis, cum hac carta perpetuo duratura, eos omnes et eorum successores, cum aliis universis hominibus ejusdem Hospitalis,

Christianis scilicet, Judeis et Mauris, cum omnibus rebus et mercibus et hereditatibus suis, liberos facimus et immunes, et quietos nunc et semper ac penitus alienos. Quia vero ea omnia, que a predecessoribus nostris et nobis ipsis juste et secundum Deum facta sunt et concessa, domui Hospitalis et fratribus ejusdem debent semper inviolata manere, idcirco omnia privilegia, et quelibet alia instrumenta, omnesque donationes, concessiones et franquitates eidem domui Hospitalis et prenominato fratri F[ulconi] de Tornello, venerabili magistro Emposte, et fratribus ejusdem presentibus et futuris laudamus, concedimus, et presentis scripti patrocinio comunimus, decernentes ea robur perpetuum obtinere, sicut melius et utilius et sanius dici potest, ad comunem utilitatem sepedicti Hospitalis et fratrum, et confirmantes atque laudantes predicto Hospitali et fratribus ejusdem omnes res et possessiones suas, quas nunc alicubi habent in tota terra nostra, vel in antea, dante Domino, poterunt adipisci, sicut eas juste alicubi possident et quiete, et in eorum privilegiis et instrumentis inde factis a predecessoribus nostris et nobis ipsis sicut plenius continetur. Preterea volumus, statuimus et mandamus ut fratres et sorores Hospitalis Jerosolimitani, crucis insignia deferentes, si aliquam causam traxerint vel ab aliquo tracti fuerint, aut super aliquo facto vel casu placitari contigerit, nec donent nec dare teneantur unquam in aliquo loco totius donationis nostre aliquam justitiam, vel caloniam, vel expensas ullo modo illi vel illis sub quorum examine litigaverint. Mandamus igitur firmiter et districte omnibus bajulis, vicariis, merinis, çalmedinis, justiciis, judicibus, alcaydis, juratis, senioribus, repositariis, majoribus domus et aliis universis et singulis totius terre nostre, presentibus et futuris, ut hanc cartam, et omnia que in ea scripta sunt, teneant et illibata conservent, et faciant ubique ab omnibus observari, si de se ipsis et de gratia nostra confidunt. Quicumque autem contra hec scripta in aliquo venire presumpserint, iram Dei omnipotentis et omnium sanctorum ejus incurrant, et extorres a corpore et sanguine Christi cum Juda proditore et Datan et Abiron intereant, et eant, nisi resipuerint, ad Tartara non reddituri. Et ne aliqua pena eis desit, hic indignacionem nostram perpetuam cum corpore et avere se noverint sine aliquo remedio incursuros. Datum apud Barchinonam, x kalendas januarii, anno Domini M CC XXI. S. (*Seing manuel*) J[acobi], Dei gratia regis Aragonum, comitis Barchinone et domini Montispessulani, qui predicta et singula confirmamus, et sigilli nostri munimine roboramus. S. B[erengarii], Barchinonensis episcopi et cancellarii domini regis. S. G[uillelmi], Viccensis episcopi. S. Nunonis Sancii, procuratoris domini regis et comitis Rosselionis. S. comitis Empuriarum. S. G. de Montecateno, procuratoris domini regis. S. Barchinonensis sacriste. S. P. Arnaldi de Cervaria, majorhominis (*sic*) domini regis. S. Assaliti de Gudal. S. Aznarlani. S. (*Seing manuel*) A[lienordis], per eandem gratiam regine Aragonum, comitisse Barchinone et domine Montispessulani, qui predicta omnia et singula confirmamus, et sigilli nostri munimine roboramus.

## 1743. — 1222.

*Albert, procureur général de l'Hôpital en Allemagne, certifie que Berthold de Rheinfelden, chevalier, a donné à l'Hôpital de Rheinfelden deux domaines à Ober-Möhlin pour assurer la célébration de son anniversaire et de celui de Demut, sa femme, et l'entretien d'une lampe allumée devant l'autel de saint Jean.*

Source : Aarau, Arch. d'Etat, command. de Rheinfelden, recueil de copies de 1516, f. 55 (copie, XVIe s.).

Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini M CC XXII, indictione X.

### 1744. — 4 février 1222, Latran.

« *Bulla [Honorii III] ne vicarii alios vicarios instituant in ecclesiis fratrum contra eorum voluntatem.* »

Analyse : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1119 (bull. C.), f. 5 *b* (xvi[e] s.); Paris, Bibl. nat., lat. 13824, f. 11 *b* (xvi[e] s.).

Dat. Laterani, ii nonas februarii, pontificatus [nostri] anno vi.

### 1745. — 10 mars 1222, Prague.

*Premysl Ottokar I, roi de Bohême, à la requête du cardinal Grégoire Crescentio, légat apostolique, exempte le clergé de la juridiction laïque, lui défend d'exercer envers les séculiers et les nobles le droit de refuge, et défend que les clercs soient dans une position inférieure à celle des Juifs en matière d'impôts*[1].

Source : Prague, Arch. du gr.-pr. de Bohême, A. XXI, n° 15 (orig. scellé, 2 exemplaires); Arch. du chap. (2 orig.). — Analyse : *Appendix synoptica*..., n° xv (s. l. n. d., xviii[e] s.); Erben, *Reg. dipl. Boh. et Moraviæ*, I, 302, n° 651.

Dat. Prage, per manus fidelis cancellarii nostri Benedicti et prepositi Lutomericensis, anno dominice incarnationis millesimo cc xxii, indictione x, mense marcii, die x, anno vero regni nostri xxv.

### 1746. — 13 mars 1222.

*Ferdinand III, roi de Castille, assisté de son fils Alphonse (plus tard Alphonse X), donne à l'Hôpital le château de Trevejo, situé in* « *Mosarto*[2] *Alcantara* ».

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue de Castille, invent. de S. Martin de Trevejo, liasse unique, n° 15.

### 1747. — 30 avril 1222, Veroli.

*Le pape Honorius III ordonne à l'abbé et au prieur de Sikador (diocèse de Fünfkirchen) de terminer le procès pendant entre les Hospitaliers de Hongrie et l'abbé de Sexard, relatif à des dîmes.*

Source : Budapest, Bibl. de l'Université, coll. Hevenessi, XIII, 97 (copie, xviii[e] s., d'après les arch. de Pressbourg). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 6818. — Texte : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, III, i, 383; Farlati, *Illyria sacra*, III, 253; Horoy, *Medii ævi bibl. patristica*, IV, coll. 140.

Honorius, etc., dilectis filiis abbati et priori de Sikador, Quinqueecclesiensis

1. Cet acte ne concerne pas spécialement les Hospitaliers, mais ceux-ci profitèrent des avantages qu'il concédait au clergé.

2. En arabe : lieu de pèlerinage, cimetière.

dieceseos, salutem, etc. Dilecti filii prior et fratres Hospitalis Hierosolymitani de Hungaria nobis conquerendo monstrarunt quod abbas de Sasarda, Quinqueecclesiensis diecesis, quasdam decimas ipsorum contra justiciam detinet, et reddere contradicit. Idcirco discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, partibus convocatis, audiatis causam, et, appellatione remota, fine debito terminetis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, etc. Dat. Verulis, II kalendas maii, pontificatus nostri anno VI.

**1748.** — 14 mai 1222, Alatri.

*Le même confirme aux Hospitaliers la donation de l'église de la Croix en Brie. V. plus haut, n°* 1737.)

Source : Paris, Arch. nat., S. 5161, n° 6 (orig. bullé).

Honorius, etc., dilectis filiis... magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Justis petentium desideriis, etc. Cum igitur venerabilis frater noster [Petrus], Senonensis archiepiscopus, ecclesiam de Cruce in Bria, ad nostras et carissime in Christo filie nostre [Ingeburgis], illustris regine Francorum, preces, vobis duxerit concedendam, nos, vestris justis precibus inclinati, concessionem ipsam, sicut pie ac provide facta est, et in litteris ipsius archiepiscopi super hoc factis plenius continetur, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Alatri, II idus maii, pontificatus nostri anno VI.

*Au repli* : Aston.

**1749.** — 13 juillet 1222, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 26 *août* 1180 : « *Si discrimina que* ». (*V. plus haut*, I, *n°* 590.)

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 22, bullaire, f. 10 (copie, XV° s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 99 (copie, XVI° s.).

Dat. Laterani, III idus julii, pontificatus nostri anno VI.

**1750.** — 18 juillet 1222, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 15 *mai* 1166, 1167, 1178 *ou* 1179 : « *Pervenit ad nos ex conquestione* ». (*V. plus haut*, I, *n°* 357.)

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 22, bullaire, f. 13 *b* (copie, XV° s.); Lyon, Arch. du Rhône, H. 22, f. 191 (copie d'A. de Naberat, XVII° s.); Paris, Arch. nat., M. 2, n° 5 *bis* (vidimus de l'évêque de Lucera, du 8 avril 1514); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 73 (copie de Smitmer, XVIII° s., d'après les archives du grand-prieuré de Venise).

Dat. Laterani, XV kalendas augusti, pontificatus nostri anno VI.

**1751.** — 19 juillet 1222, Tour de Londres.

*Henri III, roi d'Angleterre, accorde aux Hospitaliers d'Angleterre des lettres de protection, valables jusqu'à sa majorité.*

SOURCE : Londres, Record office, rot. litt. pat., 6 Henri III, pars I, membr. 2, et pars II, membr. 2 (copies contemp.).

Teste H[enrico], etc., apud Turrim Londinie, XIX die julii, anno VI.

**1752.** — 21 juillet 1222, Latran.

*Le pape Honorius III défend aux prélats de frapper d'interdit, contrairement aux privilèges apostoliques, les clercs et les églises des Hospitaliers, et leur ordonne de défendre l'ordre contre la violence et les agressions de ses ennemis.*

SOURCES : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 186 *b* (copie de S. Pauli, XVIII$^e$ s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 97 (copie, XVI$^e$ s.), et bull. E., f. 190 (auj. perdu). — ANALYSE : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1119 (bull. C.), f. 5 (XVI$^e$ s.) ; Paris, Bibl. nat., lat. 13834, f. 10 *b* (XVI$^e$ s.).

Honorius, etc., venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis, ad quos littere iste pervenerint, salutem, etc. Ad injurias et molestias propulsandas, que religiosis hominibus inferuntur, nullos magis quam ecclesiarum prelatos convenit congruam sollicitudinem adhibere. Sicut autem dilecti filii fratres Hierosolymitani Hospitalis transmissa nobis conquestione monstrarunt, vos, de novo confratrias quasdam in vestris ecclesiis statuentes, eorumdem fratrum confratrias fieri exhibetis, et, contra tenorem privilegiorum eis a sede apostolica indultorum, tam ecclesias quam clericos eorumdem, occasione qualibet emergente, supponitis interdicto ; illos quoque, qui manus suas in dictos injecerint violentas, domos eorum diruunt vel invadunt, eis res alias aboferentes (*sic*) vel ipsos quomodolibet aggravantes, corrigere non curatis ; officio vestro multum detrahitur si viris religiosis aliquid contra justitiam inferatis, nec eos ab eorum molestiis defensetis. Universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus quatenus opera pietatis, que fiunt in illo Hierosolimitano Xenodochio venerando, diligentius attendentes, super confratrias eorum nullum damnum eisdem fratribus per quaslibet confratrias, seu prejudicium inferatis, nec ab aliis permittatis inferri, nec eorum alias ecclesias vel clericos, contra privilegia que ipsis apostolica sedes indulsit, aliquatenus aggravetis ; illos autem, quos vobis constiterit eisdem fratribus detrimenta vel injurias irrogasse, satisfacere, vel plenam justitiam exhibere, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellatis. Dat. Laterani, XII kalendas augusti, pontificatus nostri anno VI.

**1753.** — 22 juillet 1222, Latran.

*Le même renouvelle la bulle du 28 janvier 1217 : « Graviter oculos divine ». (V. plus haut, n° 1539.)*

SOURCES : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 22,

bullaire, f. 18 (copie, xv[e] s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 98 (copie, xvi s.).

Dat. Laterani, xi kalendas augusti, pontificatus nostri anno vi.

## 1754. — Août 1222.

« *Sentence rendue par Pélage [Galvano], évêque d'Albano, légat du S. Siège, entre le chapitre de l'église du S. Sépulchre et la maison de l'Hôpital, par laquelle il adjuge à chacune des parties la moitié de la terre qui faisoit la matière du procès, située au terroir de Tyr, en présence de Raoul, patriarche de Jérusalem, Simon, archevêque de Tyr, Durand, évêque de Tortose, et de frères Pierre de Montagu, grand-maître du Temple, et Guérin de Montagu, grand-maître de l'Hôpital, du mois d'août* 1222. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 226 (xviii[e] s.).

## 1755. — Septembre 1222, S. Germain en Laye.

*Extraits du testament de Philippe-Auguste, roi de France, relatifs à Jean de Brienne, roi de Jérusalem, aux Hospitaliers et aux Templiers* [1].

Source : Paris, Arch. nat., J. 403, n[os] 1 (orig.), et 2 (trad. franç., xiv[e] s.). — Analyse : L. Delisle, *Cat. des actes de Phil.-Aug.*, 478, n° 2172.— Texte : Duchesne, *Historiæ Francorum scriptores* (Paris, 1636-49), V, 261 ; *Historiens de France*, XVII, 114 ; Teulet, *Layettes du trésor des chartes*, I (Paris, 1863), 549 et 550 (trad. franç.).

In nomine sancte et individue trinitatis, Philippus, Dei gratia Francorum rex, omnibus presentibus et futuris, salutem. Noveritis quod nos, anno Domini mccxx secundo, mense septembri, de rebus nostris, si aliquid humanitus nobis contigerit, in hac presenti egritudine ordinavimus in hunc modum..... Item donamus et legamus regi Jerosolimitano tria milia marcharum argenti, et duo milia marcharum argenti domui Hospitalis Jerosolimitane, et totidem marchas argenti Templariis transmarinis, quas volumus quod habeant in presenti passagio martii. Item donamus et legamus eisdem, videlicet regi Jerosolimitano et Hospitalariis et Templariis, ad succursum Terre Sancte transmarine, centum et quinquaginta milia marcharum argenti, et quingentas marchas argenti, ita tamen quod rex transmarinus et domus Hospitalis et Templi teneant trecentos milites, preter conventus earumdem domorum, per tres annos, postquam treuga rupta fuerit inter ipsos et Sarracenos. De predicta pecunia tenebit rex transmarinus centum milites, scilicet de tercia parte pecunie predicte, et domus Hospitalis totidem pro alia tercia parte, et domus Templi totidem pro alia tercia.

1. Un premier testament avait été fait par Philippe-Auguste en 1190, au moment où il s'embarquait pour la Terre Sainte (*Hist. de France*, XVII, 30); c'était plutôt un testament politique.

### 1756. — Septembre 1222.

*Eustache, maître de l'Hôpital en Lorraine, reconnaît, à l'occasion d'une vigne donnée aux Hospitaliers, sur laquelle l'abbé de S. Urbain avait mis opposition, que l'ordre ne peut rien acquérir dans l'étendue du territoire de S. Urbain sans l'assentiment de l'abbé, et doit payer les dîmes et redevances.*

SOURCE : Chaumont, Arch. de la Haute-Marne, H. fonds de S. Urbain, liasse 1, 5e partie (orig.) ; Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 131, f. 50 (copie de D. Bourgeois, XVIIIe s., d'après l'orig. des arch. de l'abbaye).

Ego frater Eustacius, magister Hospitalium in Lotoringia, notum facio universis presentes litteras inspecturis quod, cum questio verteretur inter nos, ex una parte, et abbatem S. Urbani, ex altera, de quadam vinea, quam Hancherus defunctus Hospitali de Visergeio in elemosinam contulerat, et quam dictus abbas in sasinam posuerat, tandem in hunc modum terminata est quod fratres Hospitalis non possunt accipere in terra S. Urbani sine assensu abbatis S. Urbani; et abbas S. Urbani quitavit Hospitalium vineam supradictam, salva custumia et decima. In cujus rei testimonium, presentes litteras sigillo meo dignum duxi roborare. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo secundo, mense septembri.

### 1757. — 10 septembre 1222, Latran.

*Le pape Honorius III renouvelle la bulle de Lucius III, du* 7 *mars* 1185 : « *Dilecti filii nostri fratres* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 752.)

SOURCE : Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles (collectanea) n° 247 (vidimus de l'écolâtre de Périgueux, du 14 octobre 1318).

Dat. Laterani, IV idus septembris, pontificatus nostri anno VII.

### 1758. — Octobre 1222.

*Isembard, grand-précepteur de l'Hôpital, déclare qu'une transaction est intervenue entre l'ordre et Raoul II, abbé de S. Maur les Fossés, au sujet des dîmes des vignes de Montauger et de Boucornu, que le couvent de la Charité sur Loire avait vendues aux Hospitaliers*[1].

SOURCES : Paris, Arch. nat., LL. 48, f. 265 (copie, XIVe s.) ; Bibl. nat., lat. 5416, p. 462 (copie, XVIIe s.) ; coll. Moreau, vol. 131, f. 60 (copie, XVIIIe s.). — ANALYSE : Paris, Arch. nat., S. 5749, f. 91 *b* (invent. du prieuré de S. Jean en l'Isle, 1738); Mannier, *Command. du gr.-prieuré de France*, 58.

Omnibus[2] presentes litteras inspecturis frater Ysembardus, domus Hospitalis in cismarinis partibus preceptor humilis, salutem in Domino. Notum facimus quod, cum abbas et conventus Fossatenses contra nos haberent querelam super decimis omnium vinearum, que ad nos et fratres nostros devenerunt de manu

1. Cette vente avait eu lieu en août 1209. (V. plus haut, n° 1330.)
2. L'acte porte comme titre : « Carta Ysembardi, preceptoris sancte domus Hospitalis Jerusalem, de lite que fuit inter monachos Fossatenses et fratres Hospitalis super decimis de Monte Ogeri, de Boucornu, et cetera. »

monachorum de Caritate in territoriis de Monte Ogerii et de Bocurnu, peterentque a nobis jamdicti abbas et conventus predictas decimas cum fructibus medii temporis, quos estimabant xv doblarum vini, insuper de expensis, sibi satisfieri, quas estimabant xx librarum, tandem, mediantibus bonis viris, amicabiliter composuimus in hunc modum quod ipsi predictas querelas nobis quittaverunt et eis renunciaverunt omnino ; nosque predictas decimas de cetero libere possidebimus et quiete, et singulis annis tenebimur eis reddere medietatem vini unius duplarii in territorio de Monte Ogerii, tempore vendemiarum, de primo pressoragio nostrarum vinearum ejusdem territorii. In cujus rei testimonium, de consensu fratrum nostrorum, presentes litteras eis concessimus, sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M CC XXII, mense octobri.

## 1759. — 2 octobre 1222, Vabres.

*Raymond VII, comte de Toulouse, renouvelle les privilèges accordés aux Hospitaliers par Raymond V en* 1177. (*V. plus haut,* I, *n°* 525.)

Sources : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 54, n° 1 (copie notariée, mil. XIII<sup>e</sup> s.), et n° 2 (vidimus scellé de Bertrand, évêque d'Avignon, du 16 avril 1265); Nîmes, Arch. comm., FF. 31, f. 222 (copie, XV<sup>e</sup> s., d'après un vidimus de 1409) ; Arch. du Gard, H. 632 (copie, XVIII<sup>e</sup> s.) ; Paris, Arch. nat., J. 309, n° 17, (copie auth. scellée, XIII<sup>e</sup> s.) ; MM. 3, f. 20 (copie, XVIII<sup>e</sup> s.) ; Bibl. nat., lat. 9001, f. 82 (copie d'A. de Naberat, XVII<sup>e</sup> s.); Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, layettes Toulouse, liasse 6, n° 55 (orig.). — Analyse : Teulet, *Layettes du trésor des chartes,* I, 551, n° 1549. — Texte : Du Bourg, *Hist. du gr.-prieuré de Toulouse* (2<sup>e</sup> éd., 1883), pièces just., n° XI ; Des Clozeaulx, *Privilleges des papes, empereurs...,* 2<sup>e</sup> éd. (Paris, 1649), 163, et 3<sup>e</sup> éd. (Paris, 1700), 31 ; Menard, *Hist. de Nismes,* I, preuves, p. 68. — Extraits : D. Vaissette, *Hist. de Languedoc* (éd. Privat), VIII, col. 330.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Pateat universis, tam presentibus quam futuris, presentem paginam legentibus vel audientibus, quod nos Raimundus, Dei gratia dux Narbone, comes Tolose, marchio Provincie, filius regine Johanne, pietatis intuitu et misericordie, visa et cognita utilitate anime mee et parentum nostrorum, concedimus mera liberalitate sancte ac religiose domui Hospitalis Hierusalem[1], et pauperibus ibidem degentibus, et tibi fratri Emanueli, ejusdem Hospitalis in S. Egidio priori, et vestris fratribus, tam presentibus quam futuris, et irrevocabiliter donamus, per totam terram nostre juridictioni et dominio subditam, plenissimam potestatem et liberum jus pascendi peccora sua et armenta, et peccora et armenta [parctaria, et etiam peccora et armenta][2] pastorum et armentorum suorum, ita tamen quod pastores et armentarii sint cauti et pervigiles, ne talas faciant, id est ne sagetes nostras vel alienas depascant. Item, eadem ratione, ut lucidius provideamus anime nostre et parentum nostrorum, concedimus et donamus irrevocabiliter prefato Hospitali ut liceat fratribus ibidem morantibus, per omnes partes nostro dominio et juridictioni subditas, sive per terrram, sive per acquam, remota omni inquietatione et sine alico contradictu, et sine aliqua petitione aut exactione, utpote pedatici, telonei, portonagii, leude vel usatici, expulsa penitus omni vexatione et molestia, res suas libere ubique deffere, reportare et exportare. Concedimus etiam et donamus jamdicto Hospitali et fratribus ejusdem ut, in nundinis nostris et mercatis, res suas vendere et alienas emere et permutare, vel alio quolibet modo alienare liceat, et ab omnimoda prestatione penitus sint exclusi. Ad ultimum liceat fratribus sepedicti Hospitalis possessiones suas ubique ampliare, dalatare (*sic*) et augmentare, et de novo adquirere; liceat etiam memorato

1. Du Bourg imprime : Tholose.

2. Les mots entre crochets manquent dans D. Vaissette.

Hospitali et fratribus ejusdem destinata vel collata, vel alias devoluta donationis titulo vel emptionis, et quolibet relicti titulo, petere et exigere sine mora, et adepta eis efficaciter cuncta detinere et pacifice possidere, exceptis solummodo capitibus castrorum, que nobis reservamus, et feudis rusticorum, salvis etiam nobis justiciis, et salva gratia expeditionis, et salvo nobis exercitus mandamento. Datum Vauro, VI nonas octobris, anno dominice incarnationis M CC XXII. Ego Johannes scripsi, vice Ramundi de Lacu, cancellarii domini comitis [Tolose][1].

**1760.** — [16-31 octobre] 1222[2], Acre.

*Extraits du Testament d'Henri I, comte de Rodez, relatifs au Temple et à l'Hôpital.* (*V. plus haut, n*° 1740.)

Source : Paris, Bibl. nat., coll. Doat, vol. 169, f. 233 (copie, XVII^e^ s.). — Texte : Martène, *Amplissima collectio,* I, col. 1168.

Anno Domini M CC XXII, indictione IX,..... calendas novembris, manifestum sit cunctis quod ego Henricus, comes Ruthenensis, gravi detentus infirmitate, compos tamen bone mentis et ordinator, volo et mando quod testamentum, quod feci in partibus meis, firmum sit et validum, et omnia, que in ipso continentur, recto jure testamenti valere volo. Addo tamen, et volo, et lego corpus meum Hospitali sancti Johannis pro fratre ejusdem domus; et lego et dono eidem Hospitali, pro Dei amore, et peccatorum meorum et antecessorum et successorum meorum redemtione, villam meam de Caneto cum omnibus pertinentiis suis, sicut mihi et meis pertinet et pertinuit; et lego eidem Hospitali omnes mansos meos de Fontignano; et lego etiam eidem Hospitali quicquid habeo et habere debeo in Bastida de Larnonea [*lisez* : Sarnonenca], ita quod de cetero habeat eam Hospitale libere et quiete, sine omni contradictione; et lego etiam eidem Hospitali homines, quos ibidem habeo, et mansos, quos ibidem juxta eamdem et circa Bastidam habeo; et lego eidem Hospitali mansos meos omnes, qui sunt juxta et circa Canobaras [*lisez* : Canabeiras], et mansos omnes meos, qui sunt circa et juxta Bonum Locum, et circa et juxta Bastidam. Lego preterea eidem Hospitali medietatem totius terre, quam comparavi ab Hugone de Launhaco, et vineam totam quam ab eodem comparavi. Lego preterea domui Templi unum de equis meis, illum videlicet qui fuit Guillelmo de Rochalora, et frumentum quod mihi debebat; et volo quod, de contentione, quam habebam cum Templo de facto de Badaleco, quod frater Johannes de Fontanis credatur de toto, et Mir. de Rupe faciat aptari contentionem illam ad voluntatem Templi. Lego et eidem domui Templi allodium et herbagium, quod habeo circa et juxta Limosam. Preterea volo quod comitissa, et filius meus, et successores mei omnes sciant quod ego multum me laudo de domo Templi, eo quod multum servivit mihi in partibus istis; unde rogo dominam comitissam, et puerum, et omnes successores meos et posteros, quod dictam domum Templi dirigant, defendant, protegant et custodiant, prout poterunt....... Dimitto preterea in domo Hospitalis omnes res meas et equos, et omnia alia que

1. Ce mot n'est pas dans Du Bourg, quoiqu'il figure dans l'original et dans toutes les copies.

2. La date est difficile à déterminer ; la copie de Doat porte : vigesimo kalendas novembris, ce qui est inadmissible ; le texte de l'*Amplissima Collectio* portant des points avant le mot calendas, il y a lieu de les interpréter par XII-II des calendes, c'est-à-dire 16-31 octobre 1222. Si nous remarquons que l'acte, par lequel le comte de Rodez donne à l'Hôpital les localités mentionnées ici dans des termes presque identiques, est du 18 octobre 1221, il serait possible qu'il y eût une erreur de transcription dans la date d'année, et que le testament fût, comme la donation précitée, du 18 octobre 1221.

hic habeo, et magister Hospitalis satisfaciat hic toti mee familie in legatis, sicut predictum est; et si res mee non sufficerent, volo et rogo magistrum Hospitalis quod bonis domus Hospitalis satisfaciat hic dicte mee familie, sicut predictum est; et volo quod de omnibus missionibus et expensis, quas domus Hospitalis in me et in solvenda mea familia fecerit, integre et plenarie ei satisfiat de terra mea, et reditibus meis omnibus, et de facto de Alverasa; et rogo et mando domine comitisse, et filio meo, quod domui Hospitalis, pro magnis servitiis et honoribus, quos mihi in partibus Surie contulit, in omnibus predictis plenarie satisfaciant, in legatis videlicet et in expensis omnibus et missionibus, quas in me et in familia mea fecerit. Istam presentem scripturam laudo et volo firmam esse, et perpetuo valere jure codicillorum; et, si non valet jure codicillorum, volo quod valeat quocumque alio jure valere potest. Actum apud Accon, in domo Hospitalis. Hujus rei sunt testes vocati et rogati: magister Bertrandus, magister Petrus, Maurinus, phisici; frater Pontius, draperius domus Hospitalis, frater Marsilius, et frater Stephanus de Malavilla, et Bertrandus de Mareolis, et Gilbertus de Boi, et magister de Rupe, milites; et Bernardonus, et Berardus, et Petrus Cornutus, et Gerardus, servientes domini comitis; et venerabilis Guillelmus, Burdegalensis archiepiscopus, qui propria persona interfuit. Ego Bernardus de Villa Francha, imperialis aule publicus notarius, interfui, et rogatus scripsi, et suis sigillis ambobus, dicti comitis precepto, firmiter roborari.

## 1761. — 19 octobre 1222.

*Hugues II Béroard, archevêque d'Arles, Bertrand de Durfort, évêque de Cavaillon, et B., sacristain de Nîmes, délégués par le pape Honorius III, arrangent un différend, survenu entre l'abbaye de S. Gilles et Emmanuel, grand-prieur de S. Gilles* [1].

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., H. 102 (orig. scellé).

Anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo vigesimo secundo, quarto decimo kalendas novembris.

## 1762. — 1223.

*Ratibor, prince de Schlawe, donne aux Hospitaliers le bourg de Bantow.*

Source : Berlin, Arch. secr. d'Etat, ordre de S. Jean (orig. scellé). — Texte : Klempin, *Pommersches Urkundenbuch*, I, 162 ; Perlbach, *Pommerellisches Urkundenbuch*, 20 [2].

In nomine sancte et individue trinitatis. Notum sit tam presentibus quam futuris, quibus hec littera claruerit, quod ego Ratiborius, Dei gracia princeps

1. Ce dernier se plaignait de saisies de bétail, faites par l'abbaye, et de la prétention de celle-ci de prélever un tiers des legs faits à l'Hôpital par les habitants de S. Gilles ; de son côté, l'abbaye soutenait que le grand-prieur, sans tenir compte d'accords précédemment intervenus, avait fait enterrer ses paroissiens dans le cimetière de l'ordre, perçu des legs et offrandes dus à l'abbaye, et devait payer les droits de péage et autres. L'arbitrage condamne l'abbé à restituer cent livres de Raymondins, injustement perçus sur les Hospitaliers, exempte l'Hôpital du paiement des droits de péage et du tiers des legs faits par les paroissiens de l'abbé inhumés dans le cimetière de l'ordre.

2. Cette donation fut interpolée, au milieu du XIII[e] siècle, par les Hospitaliers, pour appuyer leurs revendications au sujet de leurs possessions ecclésiastiques à Schlawe. Nous avons imprimé entre crochets les passages ajoutés ultérieurement.

dictus terre Slaunensis, future habitationis gloriam contemplans interminabilem, et civium supernorum letitiam intuens inexplicabilem, amplioris dilectionis effectum extendi in fratres domus Hospitalis sancti Johannis Baptiste, qui, quadam prerogativa caritatis ferventes intrinsecus, Christi pauperibus et infirmis multimodum impendunt corporis et anime solatium, et se ipsos, contra Sarracenorum dimicantes injurias, multotiens trudunt mortis in precipitium, pro amore Christi prospera et adversa sufferre promptissimi; quorum devotionem et sanctam conversationem multi antecessorum nostrorum aprobantes, domum eorum variis decoraverunt donariis. Ego etiam, futuram magis quam presentem appetens habitationem, rerum temporalium commertio vite aditum invenire desiderans, fratribus domus prenotate villam nomine Bantov[3] cum suis attinentiis, videlicet terris, pratis et silvis atque lacubus, pace tranquuila [cum ecclesia beati Adelberti et duabus filiis ejus possidendas. Et quia] manu caritatis domino Deo liberaliter contuli, vires bone voluntatis Deo mihi amministrante, hilariter confirmo. Verum quia hujusmodi factum processu temporis in irritum solet deduci, presentem paginam sigillo meo duxi roborandam. Si quis autem hoc confirmationis mee privilegium infringere attemptaverit, cum diabolo et angelis ejus jehenna perpetualiter condemnetur. Testes autem, in quorum presentia factum est, sunt isti : Lisco, castellanus tunc, et filii sui Swatos, Wlih ; Tesislaus, frater domine; Wsemir Petricovic; Cralovic ; Radeac ; Stefanus cum fratribus Radoslo et Premisla ; Stefanus, posterior, camerarius tunc temporis, et alii quam plurimi nobiles et innobiles. Hec autem acta sunt anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo XX III. Amen.

## 1763. — 1223.

*Baudouin, comte de Bentheim, donne aux Hospitaliers les biens qu'il possédait à Esterwege (Hesterwede).*

SOURCES : Rheine, coll. Weddige, cartul. de Steinfurt (copie, XIII[e]-XIV[e] s.) ; Steinfurt, Arch. du prince de Bentheim-Steinfurt (orig.). — ANALYSE : *Jahresbericht über das Gymnasium Dionysianum zu Rheine*, XX (1881-2), 9. — TEXTE : J. Niesert, *Codex diplomaticus Steinfordiensis* (Coesfeld, 1834, 5[e] vol. de *Münstersche Urkundensammlung*), 14 ; *Westfälisches Urkundenbuch*, III (Munster, 1859), 107.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M CC XXIII, presidente apostolice sedi domino papa Honorio, regnante Friderico, Romanorum imperatore gloriosissimo.

## 1764. — 1223.

*Jean, commandeur de l'Hôpital du saint roi Etienne à Gran, vend à Hogel, archidiacre de Komárom, une terre à Hetény, dont le prix était destiné à être envoyé outre-mer.*

SOURCE : Budapest, Bibl. de l'Université, coll. Hevenessi, tome B. (ou R.), n° 61, p. 368. — TEXTE : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, III, I, 428.

Joannes, magister, et totum capitulum Hospitalis sancti Stephani, regis Hungarie, ad quos littere iste pervenerint, orationes in Domino. Cum sola negocia stili officio assignata subsistant, nec a ruinatione mortalium possint evanescere,

ratio persuadet ut, quod in presenti geritur, vivatim scripturarum testimonio confirmetur. Universitatem igitur tam presentium quam succedentium nosse volumus quod terram nostram, quam in villa Heten ad duo aratra cum pratis et fenetis habuimus, Hogel, archidiacono de Kamarun, pro tribus marcis argenti, quia instabat nobis causa mittendi pecuniam ultra mare, vendidimus cum consensu omnium convillanorum ejus. Pro quibus consentaneis isti fuerunt procuratores : Mathias et Andreas, sacerdotes, Hela, et Pentek, clericus, de quorum progenitoris donatione in jus domus nostre cesserat, ita quod dictus archidiaconus cuicumque vellet hereditario jure conferret. Et si ejus heres penitus sopiretur, predicti villani, si terram sepedictam vellent redimere, ecclesie S. Adalberti [1] tres marcas argenti persolvant; alioquin ipsam terram dicta ecclesia jure perpetuo possideat. Quod ut ratum ac stabile perseveret, nec processu temporum super hoc possit exoriri calumnia, presentium auctoritate et nostri sigilli munimine fecimus roborari, anno dominice incarnacionis M CC XXIII. Datum per manum Floriani, scholastici dicte diecesis.

## 1765. — 1223.

« *Littera fratris Bartholomei, rerum Hospitalium in Turonia et Cenomania provisoris, de* 13 *solidis et* 9 *galinis annui redditus, quos concessit domine Mathildi, comitisse quondam Marchie* [2], *nepti domini Ambazie, que, post ejus decessum, Hospitali Insule Ambazie revertentur.* »

ANALYSE : Paris, Bibl. nat., coll. Clairambault, vol. 1313, f. 7 (copie, XVIII[e] s., d'après le cartulaire de Villeloin) [3].

Anno M CC XXIII.

## 1766. — [Avant 5 décembre] [4] 1223.

*Burchard, procureur de l'Hôpital S. Oswald à Sand, acense à Berthe et à ses enfants un terrain (area) avec des constructions à Haug.*

SOURCE : Munich, Arch. roy. de Bavière, ordre de S. Jean, command. de Wurzbourg, liasse 2 (orig. scellé). — ANALYSE : *Regesta Boica*, I, 137.

Acta sunt hec anno incarnationis Domini M CC XXIII, indictione XIII, imperante gloriosissimo Romanorum imperatore Friderico, domino Ottone existente Wirceburgense, Poppone in urbe prefecto.

1. Il s'agit de l'église cathédrale de Gran.
2. Mathilde, comtesse de la Marche, mourut en 1208. Elle était fille d'Isabelle d'Amboise et de Wulgrin Taillefer III, comte d'Angoulême, et par suite nièce de Sulpice III d'Amboise.
3. Un croquis du sceau de Barthélemy accompagne cette analyse. Le sceau est circulaire, et porte au centre une croix à double croisillon, accostée des lettres A. Ω. La légende, entre deux cercles concentriques, est : GRATIA DEI SVM ID QVOD SVM.
4. Nous savons qu'Othon de Lobdenbourg, évêque de Wurzbourg, mentionné dans cet acte, mourut le 5 décembre 1223; le présent acensement est, par conséquent, antérieur au 5 décembre.

### 1767. — 4 janvier 1223.

*L'empereur Frédéric II prend sous sa protection frère Albert et les Hospitaliers d'Allemagne.*

Source : Aarau, Arch. du canton d'Argovie, comm. de Rheinfelden, n° 1 (orig.).

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie, universis imperii fidelibus, presens scriptum inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Notum facimus universitati vestre quod nos fratrem Albertum ceterosque fratres Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, in Alamania constitutos, cum omnibus ecclesiis, possessionibus aliisque rationibus eidem Ospitali in Alamania pertinentibus, de gratia benivolentie nostre, sub nostra et imperii speciali recepimus protectione. Quare fidelitati vestre, sub obtentu gratie nostre, precipiendo mandamus quatinus nullus vestrum memoratis fratribus super omnibus predictis, contra hanc protectionis nostre paginam, inferre presumat injuriam vel gravamen, immo quoslibet occupatores rationum, quas idem Hospitalis ibidem habere dignoscitur, ab ipsius illatione injurie auctoritate imperiali... eminentie constringatis, mandatum nostrum super hiis taliter impleturi ut devotionem vestram possimus merito commendare. Si quis autem huic protectioni et mandato nostro temerario ausu obviare presumserit, indignationem nostri culminis se noverit graviter incursurum. Datam II nonas januarii, XI indictione.

### 1768. — Mai 1223.

*Jeanne, comtesse de Flandre et de Hainaut, donne aux Hospitaliers des terres à Escuelin, que lui avait données Baudouin de S. Rémi.*

Source : Mons, Arch. de l'ordre, cartul. de Hainaut-Cambrésis, f. 28, n° 39 (copie, XIII[e] s.). — Analyse : *Annales du cercle archéologique de Mons*, VI, 44. — Texte : *Ibidem*. VI, 56.

Ego Johanna, Flandrie et Hainoie comitissa, omnibus presentes litteras inspecturis notum facio quod Balduinus de S. Remigio, miles, homo meus, in presentia mea constitutus, duodecim modiatas et dimidiam terre, ad mensuram Montinensem, sitas juxta nemus domus Hospitalis Jherosolimitani de Eskulin, quam a me jure feodali tenebat, laudante et consentiente filio suo Anselmo, ad opus dicti Hospitalis, in manum nostram libere in perpetuum resignavit. Quam terram, laudantibus hominibus meis, intuitu divine pietatis, in liberam elemosinam assignavi et contuli Hospitali memorato, jure hereditario possidendam. Quod ut hoc ratum et stabile permaneat, presentem cartulam sigilli mei munimine roboravi. Actum anno Domini M CC vicesimo tercio, mense maio.

### 1769. — Mai 1223.

*Thibaut de Beaumont, seigneur de Luzarches, donne aux Hospitaliers de Senlis,*

*pour le salut de son âme et de celle de Jean, comte de Beaumont*[1], *une rente annuelle de douze livres parisis à Pressy (Prissiacum).*

SOURCE : Paris, Arch. nat., S. 5175, n° 49 (orig. scellé).

Actum anno Domini M CC XXIII, mense maii.

**1770.** — 12 mai 1223, Latran.

*Le pape Honorius III ordonne aux prélats, aux maîtres des trois ordres militaires, et aux fidèles du patriarchat de Jérusalem d'obéir à Raoul, patriarche de Jérusalem, légat apostolique. — « Si Deus inscircumscriptibilis ».*

SOURCE : Rome, Arch. du Vatican, reg. 12, f. 42 *b* (copie contemp.). — TEXTE : Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. III,* I, 157, n° 228.

Dat. Laterani, IIII idus maii, pontificatus nostri anno VII.

**1771.** — 29 mai 1223, Latran.

*Le même prend sous sa protection le monastère de Sigena et toutes les possessions de celui-ci, spécialement la ville de Lanaia, qui avait été donnée audit monastère par Pierre II, roi d'Aragon.* (*V. plus haut, n°* 1380.)

SOURCE : Sigena, Arch. du monastère (orig.).

Honorius, etc., dilectis in Christo filiabus abbatisse ac conventui de Sixena, salutem, etc. Justis petentium desideriis, etc. Eapropter, dilecte in Domino filie, vestris justis precibus inclinati, personas vestras et locum, in quo divino estis obsequio mancipate, cum omnibus bonis, que inpresentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum justis modis, prestante Domino, poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem villam de Lanaia, a clare memorie P[etro], rege Aragonum, monasterio vestro pia, sicut dicitur, liberalitate concessam, possessiones et alia bona vestra, sicut ea omnia monasterium vestrum juste canonice possidet et quiete, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Dat. Laterani, IIII kalendas junii, pontificatus nostri anno VII.

**1772.** — 7 juillet 1223, Latran.

*Le même renouvelle la bulle du* 3 *février* 1217 : « *Non sine gravi* ». (*V. plus haut, n°* 1543.)

SOURCE : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, ms. 393 G., f. 93 *b* (copie, XV^e s.).

Dat. Laterani, nonis julii, pontificatus nostri anno VII.

1. Il était oncle à la mode de Bretagne de Thibaut de Beaumont.

**1773.** — Septembre 1223.

*Onofrio, précepteur de l'Hôpital dans le Principat, remet à Robert, fils de feu Ormano Jugani, à cause des services qu'il a rendus à l'ordre, une partie d'une terre labourable, appelée Agatitus, que Geoffroy, frère dudit Robert, avait donnée à l'Hôpital.*

Source : Naples, Arch. d'Etat, parch. des monastères supprimés, vol. 8, n° 684 *bis* (orig.).

Anno ab incarnatione ejus [Jhesu Christi] millesimo ducentesimo vicesimo tercio, et tercio anno imperii domini nostri Frederici, gloriosissimi Romanorum imperatoris semper augusti et regis Sicilie, et undecimo anno regni domini nostri [Henrici], ejus karissimi filii, mense septembris, indictionis undecime.

**1774.** — 27 novembre 1223, Latran.

*Le pape Honorius III, à la demande des Hospitaliers d'Espagne, interdit les tentatives des Cisterciens et autres pour s'emparer des biens de l'Hôpital.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 19 (orig.).

Honorius, etc., dilectis filiis priori et fratribus Hospitalis Jerosolimitani de Yspania, salutem, etc. Cum, sicut vestra nobis devotio intimavit, quidam abbates, priores et monachi Cisterciensis ordinis, et alii religiosi et seculares terras, possessiones et redditus, ad vestrum dominium pertinentes, a vestri[s] hominibus comparare et appropriare sibi vobis presumunt invitis, in vestrum prejudicium et gravamen, nos, cupientes vestris et domus vestre indempnitatibus, quantum cum Deo et honestate possumus, precavere, ne talia de cetero ab aliquibus attemptentur, auctoritate presentium, vestris inclinati supplicationibus, districtius inhibemus. Nulli ergo, etc. Dat. Laterani, v kalendas decembris, pontificatus nostri anno VIII.

**1775.** — 5 décembre 1223, Latran.

*Le même réitère à Hugues de Montréal, évêque de Langres, l'ordre de bénir le cimetière des Hospitaliers à Champlitte.*

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 12, f. 126 *b* (copie contemp.) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 96 (copie de Smitmer, XVIII^e^ s.).

Honorius, etc., venerabili fratri [Hugoni], Lingoniensi episcopo, salutem, etc. Significantibus dilectis filiis..... magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani in Burgundia, nos noveris accepisse quod, cum olim tibi direxerimus scripta nostra ut eis, juxta capellam domus eorum de Canlmita, tue diocesis, cimiterium benediceres, tantummodo pro eisdem sine juris prejudicio alieni, tu, mandatum nostrum pertransiens, aure surda id hactenus efficere non curasti, licet in eisdem litteris contineretur expresse quod, te in executione mandati nostri cessante, id impleri per alium faceremus; quare a nobis humiliter postulabant ut eis super hoc providere de benignitate sedis apostolice dignaremur. Nos igitur, an aliqua

in te obediente scintilla remanserit adhuc experiri volentes, fraternitati tue per apostolica scripta precipiendo mandamus quatenus jam dictis fratribus, juxta capellam prefatam, secundum priorum continentiam litterarum, cimiterium benedicas, preceptum nostrum taliter impleturus, quod iidem assecutos se gaudeant quod intendunt, et nos devotionem tuam possimus in Domino merito commendare. Alioquin noveris nos venerabili fratri nostro Cabilonensi episcopo nostris dedisse litteris in mandatis ut te, quod mandavimus efficere, negligente, idem, inquisita super premissis diligentius veritate, quod super hiis invenerit per suas nobis litteras intimare procuret, ut, per ejus relationem instructi, securius in ipso negotio procedamus. Dat. Laterani, nonis decembris, pontificatus nostri anno VIII[1].

## 1776. — 17 décembre 1223, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du 12 décembre 1184 : « Si diligenter attenditis ». (V. plus haut, I, n° 706.)*

SOURCES : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 100 (copie, XVI<sup>e</sup> s.), et vol. 1121 (bull. Rub.), f. 77 *b* (copie, XVI<sup>e</sup> s.) ; Paris, Arch. nat., L. 240, n° 107 (orig.).

Dat. Laterani, XVI kalendas januarii, pontificatus nostri anno VIII.

## 1777. — 18 décembre 1223, Latran.

*Le même renouvelle la bulle du 11 février 1217 : « Etsi apostolice servitutis ». (V. plus haut, n° 1551.)*

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, n° 11 (orig., mauvais état).

Dat. Laterani, XV kalendas januarii, pontificatus nostri anno VIII.

## 1778. — 20 décembre 1223, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du 6 décembre 1184 : « Non absque dolore ». (V. plus haut, I, n° 702.)*

SOURCE : Paris, Arch. nat., L. 240, n° 108 (orig.).

Dat. Laterani, XIII kalendas januarii, pontificatus nostri anno VIII.

## 1779. — 1224, Brunswick.

*Henri I le Long, duc de Saxe et comte palatin du Rhin, prend sous sa protection l'Hôpital S. Jean de Brunswick.*

SOURCE : Wolfenbüttel, Arch. gén. de Brunswick, ordre de S. Jean, n° 1 (orig. scellé).

1. Une bulle analogue fut adressée, à la même date, à Durand, évêque de Châlon-sur-Saône, pour assurer l'exécution de cet ordre. — « Significantibus dilectis filiis ». (Rome, Arch. du Vatican, reg. 12, f. 126 *b*.)

— Analyse : Hempel, *Inv. dipl. hist. Saxoniæ inferioris*, I, col. 186. — Texte : *Gelehrte Beytr. zu den Braunschw. Anz.*, année 1774, 357 et 417 ; L. von Heinemann, *Heinrich von Braunschweig, Pfalzgraf bei Rhein* (Gotha, 1882), 336.

In nomine sancte et individue trinitatis, H[enricus], Dei gratia dux Saxonie, comes palatinus et Rehni, universis presentem paginam inspecturis, salutem in Domino. Si sacra loca, divino cultui mancipata, non solum elemosinis dotare, verum eciam nostre potestatis munimine defensare studuerimus, certum ex sanctorum patrum testimonio certum habemus quod, ipso largiente qui bonorum omnium largitor est fidelissimus, pro terrenis celestia et pro temporalibus recipiemus eterna. Hac igitur certitudine inducti, vestigia nostrorum antecessorum fideliter prosequentes, notum esse volumus universis Cristi fidelibus, presentibus et futuris, quod, ad laudem et gloriam conditoris omnium ac ejus benignissime genitricis perpetue virginis sanctique Johannis Baptiste, ob spem quoque peccatorum nostrorum, domum Hospitalis, que in civitate nostra Bruneswick ab elemosinis fidelium ad honorem Dei et in subsidium pauperum fundata est et constructa, in nostram suscepimus protectionem ac firmam defensionem, eadem libertate eam munientes qua universe domus ejusdem ordinis ex donacione regum ac principum munite subsistunt, firmiter ac districte prohibentes ne quisquam, in nostra potestate constitutus, eam gravare aut quoquo modo molestare presumat, immo quicumque, aliqua temeritate seductus, id attemptare presumpserit, penam debitam incurrat. Hoc eciam adicere decrevimus ut, si quisquam, sub nostra juridictione manens, se aut sua rite prefate domui conferre voluerit, liberam habeat facultatem id faciendi, et ex tunc semper maneat ab omni vexacione securus, nec ab aliquo hoc factum quacumque occasione impediatur. Ne igitur hec ulla mutacione temporum oblivioni tradantur, hanc cartam inde conscriptam sigilli nostri munimine corroborari fecimus, ac consignari nomina testium, qui huic facto nostro interfuerunt adicientes : Bernardus de Dorstat ; Luthardus de Menerseime ; Jusarius, pincerna ; Jordanis, dapifer ; Baldewinus, advocatus ; Bertrammus de Veltheim ; Baldewinus, frater dapiferi ; Wilkinus, marscalcus ; Godefridus, advocatus ; insuper universi cives nostri Bruneswichsenses. Acta sunt hec anno dominice incarnacionis milesimo ducentesimo vigesimo quarto, indicione undecima, in civitate nostra Bruneswick.

## 1780. — Janvier 1224, Covellinhas.

*Sanche II, roi de Portugal, confirme la donation faite aux Hospitaliers de Portugal par Alphonse I, son bisaïeul.* (*V. plus haut*, I, *n*° 134.)

Source : Paris, collection J. Delaville Le Roulx (fragment de cartulaire, xiv° s.).

Ego S[ancius], Dei gratia Portugalie rex, cartam istam testamenti seu caupti, quam basavus meus rex donnus A[lfonsus] inclite memorie fecit donno Reimondo, sepedicte civitatis Iherusalem sanctorum pauperum procuratori, et donno Arie, Portugalie et Gallacianorum fratrum priori, cunctisque eorum successoribus, concedo, et eam propriis manibus roboro et confirmo. Et ut mea concessio magis robur obtineat, precepi fieri istam meam cartam, et meo sigillo sigillari. Que fuit facta apud Covellianam, mensse januario, sub era m cc lxii. Qui affuerunt : donnus Johannes Fernandi confirmavit ; donnus Gunsalvus Menendiz confirmavit ; donnus Rodericus Menendiz confirmavit ; donnus Garcia Menendiz confirmavit ; donnus Gil Vaasquez confirmavit ; donnus Fernandus Fernandiz confirmavit ; donnus Martinus Johannis, signifer regis, confirmavit ; donnus Anricus Menendiz

confirmavit; Gunsalvus Menendiz, chancellarius curie; donnus Stephanus, Brarensis (*sic*) archiepiscopus, confirmavit; donnus M[artinus], Portuensis [episcopus], confirmavit; donnus P[etrus], Colimbrensis episcopus, confirmavit; donnus S[uerius], Ulixbonensis episcopus, confirmavit; donnus S[uerius], Elborensis episcopus, confirmavit; donnus P[elagius], Lamecensis episcopus, confirmavit; donnus G. [*lisez*: Egidius], Visensis electus, confirmavit; donnus M[artinus], Egitanensis episcopus, confirmavit; Fernandus Gunsalvi, testis; Alfonsus Martini, testis; Dominicus Scribanus, testis; Johanis (*sic*) Dominici scripsit, testis.

## 1781. — 17 février 1224, Oloron.

*Guillaume-Raymond de Moncade, vicomte de Béarn, donne, par testament, le château de Mancied aux Templiers et aux Hospitaliers*[1].

Source : Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, lay. S. Christie, liasse 1 (orig.). — Analyse : *Gallia Christiana*, I, col. 990. — Texte : Du Bourg, *Hist. du gr.-pr. de Toulouse*, p. just., n° LVIII; P. de Marca, *Hist. du Béarn* (Paris, 1640), 561.

Antiquorum prudentia consuevit rite gesta scripture testimonio commendare, ne, fragilitatis humane memoria subcumbente, illa valeant in dubium revocari, sed in suo pocius robore perseverint. Ea propter ego W[illelmus] R[aimundi] de Monte Katano, vice comes Bearnensis, facio manifestum universis, presentibus et futuris, quod, cum, assumpto karactere vere crucis de manu domini pape, pro gravibus et pluribus excessibus meis tenerer in partibus transmarinis cum certo numero armatorum per quinquennium Domino famulari, peregrinatione nondum incoata in egritudine constitutus, compos tamen mentis existens, pro meorum et pro genitorum meorum remedio peccatorum, in recompensationem peregrinationis, ad quam tenebar, de consilio venerabilium patrum et carissimorum amicorum meorum G[arçie], Dei gratia archiepiscopi Auxitanensis, et A[rnaldi], episcopi Bigorre[2], et P[etri], abbatis Clariacensis, contuli atque dedi, pro me et successoribus meis, domino Deo et beate Marie, et Hospitalis Iherosolimitani et milicie Templi fratribus et domibus, locum de Mancied, ubi quondam egregium castrum fuit, et quicquid in territorio vel honore ejusdem habebam, vel habere debebam, ubi centum et amplius rusticorum esse casalia asseruntur, totum, sive cultum, sive incultum sit, cum omni jure ad me in ipso territorio et dominio pertinente, ab eisdem fratribus perpetuo libere possidenda, exceptis decimis et aliis juribus ecclesiasticis, ad ecclesiam Dei pertinentibus; que omnia concessi, restitui et donavi, pro me et successoribus meis, in perpetuum ecclesie Auxitanensi, excepto tamen pedagio viatorum. Hanc siquidem donacionem in puram helemosinam libere et absolute feci Deo et beate Marie, et predictis Hospitalis et Templi fratribus et domibus, et absque omni retentione, illum hereditatis jamdicte successorem perhennem constituens et heredem, cujus gratia michi concessa fuerant que habebam; unde volens, sive moriar, sive vivam, prefatam donationem robur perpetuum obtinere, de predicta donationis hereditate nominatos patres, loco Templi et Hospitalis, investivi liberaliter et devote. Preterea hoc

1. Comme suite à cette donation, Guillaume-Raymond prescrivit à son baile de Gavarret d'investir le Temple et l'Hôpital du château de Mancied, et à ses sujets résidant sur le territoire de Mancied d'obéir à l'avenir à leurs nouveaux seigneurs. Ces deux actes, sans date, se placent entre le 17 février 1224 et le 26 février 1224, jour de la mort du vicomte de Béarn. (Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, lay. S. Christie, liasse 1, nos 7 et 8, orig.)

2. Arnaud-Guilhem II occupa le siège de Tarbes depuis 1200 environ jusqu'en 1224. Il était encore en fonctions en février 1224.

etiam declarari cupio universis quod, de patrum consilio predictorum, pro salute anime mee et parentum meorum cupiens transeuntium gravamina removere, pedagium supradictum vel guidagium, seu quicquid a mercatoribus vel viatoribus, nomine castri de Mancied vel honoris jamdicti, a me seu antecessoribus meis exigi consuevit, remitto plenarie atque quitto, volens et statuens, firmiter prohibendo, ne de cetero aliquid a viatoribus exigatur, sed universi libere transeant viatores, ab omni exactione liberi atque tuti. Ad hec adjeci, nomine testamenti, quod, si contingat me de hac vita transire, omnes proventus terre mee, exceptis Else et Demul, que tradidi et obligavi domino archiepiscopo memorato in solutionem debiti, quo ei tenebar, videlicet XVII milium Morlanensium solidorum, ab ipso tenenda pacifice et quiete quousque de redditibus et proventibus eorumdem totum debitum sit solutum, cedant in solutionem aliorum debitorum meorum, usque ad adventum W[illelmi], filii mei, et, ex quo venerit, omnibus terre mee redditibus computatis, medietas eorumdem cedat in solutionem debitorum meorum, quousque omnia sint soluta ; quibus solutis eadem medietas, per biennium, in helemosimam, pro mee remedio anime, expendatur. Predictas autem solutionem debitorum et helemosinam volo et statuo fieri ad arbitrium sepedictorum patrum, archiepiscopi Auxitanensis et episcopi Bigorre ; et si ipsi, citra predicte ordinacionis consommationem, viam ingrederentur universe carnis, fiat ad arbitrium Lascurrensis et Olorensis episcoporum. Volo etiam et statuo quod heres meus et alii, qui sunt pro tempore successuri, prestent juramentum pacis archiepiscopo Auxitanensi, prout in rescripto apostolico continetur, quod ego me recognosco et profiteor prestitisse. Adicio etiam atque mando quod W[illelmus], filius meus, villam S. Martialis, quam ego contuli ecclesie Terragonensi, eidem ecclesie restituat, et faciat eam pacifice possidere, et satisfaciat eidem de redditibus, quos ipsi ecclesie abstulit violenter. Et quia habere non possum memoriam singulorum, precipio atque mando quod, si qui de me fuerint querelantes, heres meus ipsis bona fide exibeat justicie complementum, et ad hoc volo heredem meum esse, prout justum fuerit, obligatum. Paci quoque et tranquilitati terrarum intendere cupiens diligenter, firma inii pacta et federa treugarum, pro me et heredibus meis, usque ad quinquennium firmiter observanda inter me et terram meam et comitem Bigorre et terram suam, et inter me et terram meam et comitem Armaniacensem et terram suam, easdem treugas domino archiepiscopo Auxitanensi pro comite Armaniacensi, et domino episcopo Bigorre firmantibus bona fide, et promittentibus inviolabiliter observandas aut emendandas, prout emendari solent treuge violate. Adjeci etiam et mandavi quod testamentum bone memorie fratris mei Gastonis, quondam vice comitis Bearni[1], plene et integre observetur, et libertates et alia dona, que ecclesiis et domibus religiosis contulit et concessit, perpetuam obtineant firmitatem. Et ad predicta omnia observanda heredem meum omnesque successores meos, quousque completa sint universa, volo et statuo teneri et plenius obligari. Denique patribus antedictis, archiepiscopo Auxitanensi et episcopo Bigorre, et nobilibus viris et fidelibus meis, R. Gassie de Navalles, W. Otom d'Andons, W. A. de la Guinga et R. A. de Caudarasa, meum committo per omnia testamentum, quod etiam protectioni et deffensioni ecclesie Dei subjicio, suplicans et deposcens quod, si forte heres meus vel aliquis successorum meorum huic testamento meo in aliquo presumserit obviare, prelati per censuram ecclesiasticam, et predicti nobiles, prout fidelius et melius potuerint, ad observationem testamenti plenariam ipsum cogant. Fidelitati etiam predictorum nobilium totam meam terram comitto, quousque veniat heres meus ; ita tamen quod, qui nunc tenent, teneant et custodiant castra mea. Hec omnia feci,

1. Gaston VI, vicomte de Béarn, mourut en 1215.

dedi, statui et legavi, prout est superius comprehensum, anno ab incarnatione Domini M CC XXIII, XIII kalendas marcii, apud Oloren[ium?], presentibus testibus et ad hoc vocatis patribus prelibatis: P. Bertrandi de Saltu, canonico Lascurensi; Augerio de Caudarasa et magistro Terreno, monachis Gerencie; magistro Rogerio, canonico Aquensi; et magistro B. et magistro Anersancio, fisicis; et G. A. de Nalle[1], et B. de Ousa, et Berardo de Arbus, et A. W. d'Araus, militibus; B. de Montekatano; B., scriptore meo; et W. A. Aldegerii, clerico; quos omnes diligentius exoravi ut super premissis omnibus testimonium perhibeant veritati. Et, ut hec omnia robur obtineant perpetue firmitatis, presens instrumentum super predictis, de mandato meo confectum, sigilli mei et sigillorum patrum sepius predictorum feci munimine roborari.

### 1782. — 6 mars 1224, Milan.

*Hubert, prêtre et commandeur de S. Croix à Milan (extra Portam Romanam), sur l'ordre d'Hugues d'Arlengo, précepteur de toutes les maisons de l'Hôpital en Lombardie, donne à bail divers biens appartenant à la commanderie de S. Croix, situés à Stradella, près de Milan.*

Source : Milan, Arch. d'Etat, F. R., command. S. Marie du Temple et S. Croix, carton 192 (orig. notarié).

Anno dominice nativitatis milleximo ducenteximo vigeximo quarto, die mercurii, sexto die martii, indictione duodecima. Actum Mediolani, extra portam Romanam, ad predictam domum.

### 1783. — 26 mars 1224, Latran.

*Le pape Honorius III défend aux Hospitaliers et aux Templiers du diocèse d'Arras de laisser célébrer le service divin dans leurs chapelles par des prêtres excommuniés.*

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1182, f. 471 (copie de la Porte du Theil, XVIII[e] s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 12, f. 176 *b* (copie contemp.). — Texte : Horoy, *Medii ævi bibl. patr.*, IV, col. 577.

Honorius, etc., dilectis filiis militie Templi et Hierosolymitani Hospitalis fratribus, in Atrebatensi diocesi constitutis, salutem, etc. Insinuante venerabili fratre nostro [Pontio], Atrebatensi episcopo, intelleximus quod vos, nimis de indultis vobis a sede apostolica privilegiis presumentes, cum privilegium mereatur amittere qui permissa sibi abutitur potestate, quosdam, tam de sua quam de alienis diocesibus presbyteros, pro suis excessibus vinculo excommunicationis adstrictos, scienter permittitis in vestris capellis sue diocesis divina officia celebrare, propter quod iidem presbyteri excommunicationem despiciunt, et absolutionis beneficium non implorant. Unde providere super hoc idem episcopus postulavit. Ne autem, si est ita, ex hoc et vobis contingat detrahi, et episcopalis auctoritas contemnatur, nos, super hoc providere volentes, vobis, ne id faciatis de cetero, auctoritate presentium districte inhibemus. Dat. Laterani, VII kalendas aprilis, [pontificatus nostri] anno VIII.

1. P. de Marca donne: Navales.

**1784.** — 1 avril 1224, Lisbonne.

*Sanche II, roi de Portugal, donne à Rodrigue Pelago, prieur de Portugal, le château d'Algoso.*

Source : Paris, coll. J. Delaville Le Roulx (fragm. de cartul., xiv[e] s.).

In Dei nomine. Hec est carta donationis et perpetue firmitudinis. Quoniam et consuetudine, que pro lege suscipitur, et legis auctoritate didiscimus quod acta regum et principum scripto commendari debeant, ut commendata ab hominum memoria non decidunt (*sic*) et omnibus preterita presencialiter consistant, iccirco ego Sancius, Dei gratia Portugalie rex, facio cartam donationis et perpetue firmitudinis vobis donno Roderico Pelagii, priori Hospitalis Iherusalem in regno nostro, et fratribus vestris in regno nostro commorantibus, tam presentibus quam futuris, de illo meo castello quod Ilgosum vocatur. Hoc castrum de (*sic*) vobis cum omnibus suis terminis et pertinenciis, ad jus meum spectantibus, et concedo ut illud habeatis atque possideatis vos et cuncti successores vestri jure hereditario in perpetuum. Hoc autem facto (*sic*) pro amore Dei et beate virginis Marie et beati Johannis Babtiste, et in remissionem peccatorum meorum et remedio animarum parentum meorum, et pro servicio quod a domo Hospitalis recepi et de cetero sum recepturus. Quicumque igitur hoc factum meum vobis et cunctis successoribus vestris integrum observaverit, sit benedictus a Deo, amen. Qui vero contra illud venire presumpserit, iram Dei omnipotentis incurrat, et, quicquid inde fecerit, successor ejus totum in irritum deducat. Facta fuit hec carta apud Ulixbonam, prima die aprilis, era M CC LX II. Ego vero rex supra nominatus, qui hanc cartam fieri precepi, coram subscriptis eam roboravi, et in ea hoc signum (*Seing manuel*) aponi feci. Qui affuerunt : donnus Enricus Menendi, sinifer domini regis ; donnus G[unsalvus] Menendi ; donnus J[ohannes] Fernandi ; donnus Egidius Velasquez ; donnus Garsia Menendi ; donnus Fernandus Fernandi ; donnus Poncius Alfonsi ; Dominicus Scribani ; Fernandus Gunsalvi ; G[unsalvus] Menendi, chancellarius ; donnus Stephanus, Bracarensis archiepiscopus ; donnus M[artinus], Portuensis episcopus ; donnus P[etrus], Colimbriensis [episcopus] ; donnus Pelagius, Lamecensis episcopus ; donnus Egidius, Visencis electus ; donnus Suerius, Ulixbolensis episcopus ; donnus Suerius, Elborensis episcopus ; donnus Martinus, Egitanensis episcopus ; Fernandus Petri ; Egidius Johannis ; Alfonsus Martini ; Dominicus Petri scripsit[1].

**1785.** — [14 avril—juin] 1224[2], Fontainebleau.

*Louis VIII, roi de France, à la requête d'Ingeburge, veuve de Philippe-Auguste, roi de France, donne aux Hospitaliers de Corbeil une rente annuelle de 50 mesures de blé, destinée à entretenir dans leur maison treize prêtres chargés du service divin.*

Sources : Paris, Arch. nat., K. 29, n° 2 (dans un acte orig. d'octobre 1224)[3] ; Bibl. nat.,

1. La rubrique, en tête de cet acte, porte : Este o privilegio del rey don S. segundo d'Ulgoso.

2. L'année 1224 commençant le 14 avril, et un acte d'Ingeburge, relatif à la même affaire (V. plus bas, p. 323, n° 1788), étant de juin 1224, cette pièce se trouve circonscrite entre ces deux dates.

3. Dans cet acte, Barthélemy, évêque de Paris, et les abbés de S. Victor et de S. Geneviève de Paris transmettent au pape Honorius III la copie de l'acte de Louis VIII, transcrit ici, et celle de l'acte de la reine Ingeburge, de juin 1224, relatif au même objet. (V. plus bas, p. 323, n° 1788.)

lat. 5491, pièce unique (vidimus du prévôt de Paris, du 6 mars 1352). — Texte : *Historiens de France*, XIX, 324 ; *Rerum Danicarum scriptores*, VI, 127. — Indiqué : dans Davidsohn, *Philipp II August von Frankreich und Ingeborg* (Stuttgart, 1888), 325 ; J. Tardif, *Monum. hist., cartons des rois*, 345, n° 789.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Ludovicus, Dei gratia Francorum rex. Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod nos, ad petitionem carissime domine nostre Ing[eburgis], Francorum regine illustris, pro remedio et salute anime inclyte recordationis Philippi, quondam Francorum regis, carissimi genitoris nostri, et antecessorum nostrorum, dedimus et concessimus in perpetuam eleemosynam Deo et fratribus Hospitalis Corboliensis quinquaginta modios bladi ad mensuram Corboliensem, medietatem videlicet frumenti et mediatatem avene, in minagio nostro Corbolii annuatim percipiendos et reddendos eisdem fratribus per manus illorum qui minagium nostrum colligent, his terminis, videlicet tertia parte in octavis omnium sanctorum, et tertia parte in octavis purificationis beate Marie, et tertia parte in octavis ascensionis Domini. Hanc autem donationem fecimus fratribus supradictis ad statuendum tredecim presbyteros in domo Hospitalis Corboliensis, in perpetuum permansuros et divina ibidem celebraturos, tali siquidem modo quod, si aliquando predicti fratres Hospitalis de hoc deficerunt faciendo, possemus assignare ad dictum bladum, et illud in manu nostra tenere, donec id esset sufficienter emendatum. Si vero illi, qui nostrum minagium colligent apud Corbolium, in aliquo predictorum terminorum de predicta bladi solutione deficerint, quamdiu bladum tenebunt ultra terminum, singulis diebus quinque solidos pro pena persolvent fratribus memoratis. Quod ut perpetue firmitatis robur obtineat, sigilli nostri auctoritate et regii nominis charactere inferius annotato presentem paginam roboramus. Actum apud Fontem Blaudi, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo quarto, regni vero nostri anno primo, astantibus in palatio nostro quorum nomina subtitulata sunt et signa, dapifero nullo. S. Roberti, buticularii. S. Bartholomei, camerarii. S. Mathei, constabularii. Data per manum Garini, Silvanectensis episcopi, cancellarii.

## 1786. — 15 avril 1224, Bordeaux.

*Accord entre le chapitre de S. André de Bordeaux et les Hospitaliers de cette ville au sujet de la chapelle du Bout-du-Pont, ratifié par le grand-maître Garin de Montaigu.*

Source : Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. ordre de Malte, lay. Bordeaux, liasse 2, n° 5 (orig., fragm. de sceaux)[1]. — Texte : Du Bourg, *Hist. du gr.-pr. de Toulouse*, p. just., n° LXXIX.

R[amnulphus], Dei gratia Petragoricensis episcopus, abbas Petrose, et A. Samathie, archidiaconus Petragoricensis, omnibus presentibus et futuris, presentem cartulam inspecturis, salutem et veritati testimonium peribere. Antiquorum sollers sagacitas sapienter molevit scriptis apponere quod, primi parentis vicio, a relabenti mente hominis consuevit faciliter resilire. Proinde, cum questio verteretur coram nobis auctoritate apostolica inter decanum et capitulum Burdigalense, ex una parte, et Hospitale Jerosolimitanum, ex altera, super quodam oratorio, quod fratres dicti Hospitalis erexerant ad Pontem Novum, apud Burdi-

1. La charte était munie de cinq sceaux. Il ne reste aujourd'hui que des fragments absolument frustes de deux d'entre eux, en cire verte, qui pendent sur double queue de parchemin.

galam, in predictorum decani et capituli prejudicium et gravamen, viris bonis precantibus, et de voluntate et assensu nostro, sic res fuit deducta ad pacem et concordiam : quod, propter hujusmodi prejudicium et gravamen, quod ex constructione illius oratorii ecclesie supradicte fieri videbatur, prefatum Hospitale teneatur dampnum canonicorum compensare in LX solidis, annuatim persolvendis, XXX in festo sancti Michaelis vel infra diem octavii, et XXX in festo pasce vel infra diem octavii, postposita omni mora. Si vero prefatis terminis predictos denarios dictum Hospitale differret persolvere, nuncio dicti decani et capituli clavem et ornamenta dicti oratorii sine reclamatione et molestatione aliqua accipere et secum defferre et observare liceret. Et si forte placeret dictis decano et capitulo quod ibidem facerent celebrari, quicquid exinde perceperent, quousque dictam peccuniam, prout prefatum est, persolvissent, esset totum Burdigalensi ecclesie supradicte, nec propter hoc summa dicta in aliquo minueretur. Si vero Hospitalarii oratorium illud omnino dimitterent, essent liberi a prefati census solutione, quamdiu locum illum pro derelicto haberent. Si vero alibi apud Burdegalense oratorium vel ecclesiam, vel cimiterium, eosdem aliquando habere contigerit, medietatem omnium oblationum et reddituum, ratione altaris et cimiterii proveniencium, percipiant dicti decanus et capitulum, et aliam Hospitalarii ; hoc tamen excepto quod, si equi, vel panni, vel armature, vel terre, vel domus, vel vinee, vel peccunia in subvencionem Terre Sancte eisdem dimittantur, totum erit dictorum Hospitalariorum, ita tamen quod omnis fraus et dolus amoveatur, et ne maliciosa procuratio fiat ex parte Hospitalariorum, ut redditus et proventus altaris et cimiterii exinde minuantur, sed bona fides ecclesie Burdigalensis in omnibus observetur. Ad servicium autem oratorii vel ecclesie, vel cimiterii, si eos aliquid habere contigerit, dicti decanus et capitulum nichil debent facere. Si vero alicui seculari, sive vir seu femina fuerit, extra Hospitale egrotanti, habitum religionis dictum Hospitale contulerit, et ex illa egritudine non convaluerit, similiter medietatem percipient dicti decanus et capitulum Burdigalense, nisi pedibus suis et sine alicujus adjutorio, vel super equum sine adjutorio in assensu et descensu et sine adjutorio in equitando, ad Hospitale se contulerit memoratum, bona fide, prout superius, ecclesie Burdigalensi in omnibus observata. De fratribus autem et pauperibus et servientibus eorum, propriis commensalibus, similiter nichil percipient dicti decanus et capitulum. Sententias autem, latas a dicto decano et capitulo, salvis privilegiis suis denunciare et observare dicti Hospitalarii tenerentur. Diebus autem dominicis et festivis parrochianos canonicorum ullatenus recipient. Ad majorem autem hujus rei certitudinem, et ut omnis tergiversatio in posterum tolleretur, presentes cartule, per alphabetum divise, sigillorum nostrorum et Warin de Monteacuto, magistri Hospitalis Jerosolimitani, et decani et capituli Burdigalensis, et P. de Lopa, preceptoris Hospitalis Jerosolimitani Burdigalensis, fuerunt munimine roborate. Nos autem, auctoritate domini pape nobis concessa, cum assensu et voluntate parcium, omnem personam, que contra prescriptam formam pacis obviare in aliquo vel contra attemptare presumeret, excommunicationis vinculo innodavimus. Datum apud Burdigalam, anno Domini M CC XXIIII, feria secunda post pascha Domini, F. litera currente, epacta XXVIII, pontificatus Honorii pape anno octavo, domino Willelmo Burdigalense archiepiscopo, domino Lodovico rege Francorum in primo anno regnante.

**1787.** — 15 mai 1224, Rheinfelden.

*Conrad, évêque de Porto et de S. Ruffina, légat apostolique, certifie la donation*

*d'un bien à Meinspracho, faite par Henri de Ceinigin, chevalier, aux Hospitaliers de Rheinfelden.*

Source : Aarau, Arch. d'État, command. de Rheinfelden, n° 2 (orig.).

Actum apud Rinvelden, anno Domini MCC vicesimo IIII, idibus maii.

## 1788. — Juin 1224, Paris.

*Ingeburge, reine de France, établit dans l'église de l'Hôpital de Corbeil treize prêtres pour assurer le service divin.* (*V. plus haut, n°* 1785.)

Source : Paris, Arch. nat., K. 29, n° 2[2] (dans un acte orig. d'octobre 1224)[1]. — Texte : Davidsohn, *Philipp II August von Frankreich und Ingeborg,* 325. — Indiqué : J. Tardif, *Monum. hist., cartons des rois,* 345, n° 789.

Ingeburgis, Dei gratia Francorum regina, universis presentibus pariter et futuris, presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noverint universi quod nos, divina gratia inspirante, de voluntate et assensu magni magistri Hospitalis Jerosolimitani et tocius capituli Francie generalis, statuimus pro anima inclite recordationis viri nostri Ph[ilippi], gloriosi Francorum regis, et antecessorum et successorum suorum, necnon pro anima nostra et antecessorum et successorum nostrorum omnium, tredecim presbyteros in ecclesia Hospitalis de Corbolio, ibidem in perpetuum permansuros et divina celebraturos, ita quod nos unicuique illorum duodecim libratas reddituum Parisiensis monete ad eorum sustentationem assignare debemus, de quibus jam eis assignavimus quinquaginta modios bladi in minagio domini regis de Corbolio ad mensuram ejusdem ville, medietatem scilicet frumenti et medietatem avene, quos dominus rex nobis contulit et concessit ubicumque vellemus in perpetuam elemosinam conferendos. Quod si minagium domini regis de Corbolio non sufficeret ad predictos quinquaginta modios persolvendos, dominus rex residuum dicte domui Hospitalis in loco competenti assignare et reddere teneretur. Nos vero residuum predictorum reddituum, de consilio et voluntate prioris Francie, memorate domui tenemur assignare, et assignabimus Deo dante. Actum Parisius, anno Domini M ducentesimo vicesimo quarto, mense junio.

## 1789. — Juin 1224, Paris.

*Garin de Montaigu, grand-maître de l'Hôpital, promulgue l'accord intervenu entre lui et l'abbaye de S. Germain des Prés, relativement à des maisons à Mantes, dont il reconnaît la paisible possession à l'abbaye à charge de cens annuel envers l'Hôpital.*

Source : Paris, Arch. nat., L. 780 (anc. L. 1199, n° 38) (orig. scellé)[2].

Frater Guarinus de Monte Acuto, Dei gratia sancte domus Hospitalis Jerusalem magister humilis et pauperum Cristi custos, universis sancte matris ecclesie filiis, presentes litteras inspecturis, in Domino salutem. Universitati vestre notum facimus quod discordia, que vertebatur inter domum nostram, ex una parte, et

1. V. plus haut, page 320, note 3.

2. Le sceau de Garin de Montaigu, de forme ronde, en cire noire, représente un personnage de face, vu à mi-corps, avec une croix brodée sur la poitrine à gauche. Légende : ✠ GVARINUS CVSTOS (Douet d'Arc, *Inv. des sceaux des Arch.*, III, 244, n° 9881).

venerabiles viros abbatem et conventum S. Germani de Pratis Parisiensis, ex altera, coram venerabilibus decano Guillelmo, dicto Capellano, et Johanne de Petraforteis, canonicis Carnotensibus, judicibus a domino papa delegatis, super duabus domibus in censiva nostra apud Medontam sitis, que quondam fuerunt Alberti de Pruvino, et quadam domo, que fuit Guillelmi Bigot, et platea, que fuit Hugonis Camoth, de bonorum virorum consilio in hunc modum terminata est et sopita, videlicet quod nos, de consilio et assensu ac voluntate fratrum nostrorum, concessimus predictas domos cum platea jam dictis abbati et conventui S. Germani de Pratis Parisiensis, inperpetuum quiete et pacifice possidendas. Tali scilicet conditione apposita quod hiidem abbas et conventus viginti solidos Parisiensium, pro censu et pro omnibus consuetudinibus, preceptori nostro Carnotensi vel ejus locum tenenti singulis annis in festo S. Remigii persolvent, salva tamen nobis justicia nostra in domibus supradictis. Ad majorem autem rei geste certitudinem et perpetuam firmitatem, presentes litteras eisdem in testimonium concessimus, sigilli nostri munimine roboratas. Actum Parisius, anno Domini M CC XXIIII, mense junio.

### 1790. — 10 août 1224.

*Le même et Guillaume II de Baux, co-prince d'Orange, confirment, par un nouvel accord, les anciennes conventions, conclues entre l'Hôpital et Guillaume I de Baux, et entre ce dernier et les habitants d'Orange.*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., B. 314 (orig.). — Analyse : Barthélemy, *Inv. des ch. de la maison de Baux*, 58, n° 211.

Innotescat presentibus et posteris quod, anno dominice incarnationis M CC XXIIII, IIII idus augusti, regnante Frederico, Romanorum imperatore, cum dominus Garinus de Monte Acuto, magister Hospitalis Iherosolimitani, conquereretur de domino Wuillelmo de Baucio ex eo quod pacta, olim inita inter Hospitale et dominum W[uillelmum], patrem quondam dicti W[uillelmi] de Baucio, et in cartis publicis redacta, ipse dominus W[uillelmus] non observaverat, imo ea fregerat et contra ea venerat; ex eo etiam quod pacem, factam inter ipsum dominum W[uillelmum] de Baucio et homines civitatis Aurasice per fratrem Hemanuelem, tunc priorem domus Hospitalis S. Egidii, similiter ruperat et contra eam venerat, homines videlicet dicte civitatis capiendo, et bona tam illorum quam aliorum accipiendo et barreiando, et quistam sive quistas et gravissimas exactiones in eis faciendo; in quibus omnibus, tam contra prima pacta, inter Hospitale et patrem ipsius inita, et pacem factam per fratrem Hemanuelem, venerat talis compositio: inter ipsum dominum magistrum nomine Hospitalis, et dominum W[uillelmum] de Baucio et fratres ejus Raimundum et Bertrandum fuit amicabiliter tractata et facta, videlicet quod pacem et fidelem paritatem omnium, ad jus et dominationem civitatis Aurasice pertinentium, sibi invicem observarent secundum pacta prenominata, olim, ut predictum est, facta inter dominum W[uillelmum] de Baucio bone memorie et domum Hospitalis, sicut ea in cartis inde factis publicis continentur. Et hoc promisit et juravit se observaturum et liberos suos pro posse suo domina Esmeniartz, mater dicti domini W[uillelmi] et fratrum suorum; et hoc idem promiserunt et juraverunt dictus dominus W[uillelmus] de Baucio et fratres sui, scilicet Raimundus et Bertrandus. Similiter promiserunt et juraverunt omnes predicti se bona fide tenere et observare pacem factam per fratrem Hemanuelem inter predictos et homines civitatis Aurasice. Cujus pacis tenor talis fuit quod,

propter aliquas injurias, in dictis vel factis illatas a domino W[uillelmo] de Baucio vel parte ipsius hominibus predicte civitatis, vel ab ipsis hominibus domino W[uillelmo] vel parti ipsius, nullum rancorem inter se haberent, nullam querimoniam de se invicem facerent pro eis, immo eas omnes, quecumque et quibuscumque et aquibuscumque facte essent vel dicte usque in diem pacis istius, sibi invicem remiserunt. Similiter promiserunt et juraverunt omnes predicti quod hominibus civitatis Aurasice, qui dictam civitatem post dictam pacem exierant, possessiones suas, quas ipsi vel alii mandato eorum invaserant seu acceperant, restituerent volentibus tamen in dictam civitatem venire et redire et fidelitatem jurare dominis, ita quod, post predictam restitutionem, si dominus W[uillelmus] vel fratres ejus conquerantur de aliquo predictorum hominum, possint de eo conqueri et justiciam suam consequi in curia communi Hospitalis et ipsorum, similiter et predicti possint de quolibet habere justiciam, salva ea quod predicti homines non possint conveniri a dicto domino W[uillelmo] de Baucio vel aliquo, vel aliqua de parte ipsius, super injuriis de quibus fuerit facta pax per fratrem Hemanuelem. Illam enim pacem promiserunt et juraverunt dictus dominus W[uillelmus] de Baucio et fratres ejus et mater se fideliter et inviolabiliter observare omnibus, qui tunc erant vel sunt vel erunt habita[to]res civitatis predicte. Preterea sciendum est quod dominus Ugo de Bautio et Lambertus de Montilio, et Draconetus, et W. Arnaudus de Montedracone, et Giraudus Amicus promiserunt se facturos et curaturos quod hec pax et compositio, et omnia et singula que in ea continentur, firme et fideliter observentur a predictis omnibus, videlicet a dicto domino W[uillelmo] de Bautio et fratribus ejus et matre eorum et suis; quod si non fieret, et infra annum, a tempore ammonitionis computandum, pax vel compositio non esset reformata, ipsi omnes ad mandatum et commonitionem Hospitalis cogent illum vel illos de predictis, quibuscumque modis possent, qui contra predictam pacem vel compositionem venissent, quicquid contra eam fecissent integre reformare, et consilium et auxilium et omne juvamen quocumque possent super dictis reformandis fideliter impertirentur domui Hospitalis contra dictum dominum W[uillelmum] de Baucio et fratres ejus, si ipsi vel alicui de suis aliquod contra pacem seu compositionem facerent. Item sciendum est quod tam dictus dominus W[uillelmus] de Baucio et fratres ejus et mater quam dominus U[go] de Baucio et ceteri supradicti concesserunt et potestatem gratis dederunt, preces etiam adiciendo domino U[goni][1], Arelatensi archiepiscopo, et A[mico][2], Aurasicenci episcopo, qui presentes intererant omnibus supra scriptis, quod, si ipsi vel aliquis eorum predicta omnia et singula, que juraverunt et promiserunt, non observarent sicut supra scripta sunt, ipse dominus archiepiscopus et dominus episcopus eos excommunicationi supponerent, eosdem non absoluturi donec ad voluntatem Hospitalis essent omnia plenissime reformata. Hanc pacem et compositionem laudaverunt et expressim abprobaverunt dictus dominus magister et dominus W[uillelmus] de Baucio, et fratres ejus, et mater ipsorum, et dominus U[go] de Baucio, et ceteri nobiles supra scripti; eandem, postquam dicta et recitata fuit, tactis sacrosanctis euvangeliis, confirmaverunt. Similiter et populus Aurasicencis, per vocem preconis ad concionem publice convocatus, predictam pacem et compositionem expressim laudavit et approbavit, et eam tenere et fidelitatem dominis servare promisit, et hoc per se jurare fecit. Raimbaunus de Anseduna, Durantus Johanni, R. Marinus, W. Miquel, W. de Deo, W. Bermundus, Bn. Cuente, R. Acorsatus, R. Guinan, qui omnes promiserunt et juraverunt se et omnes habitatores civitatis Aurasice predictam pacem pro posse suo et fidelitatem dominis servaturos. Hacta sunt hec

1. Hugues II Beroard, archevêque d'Arles (1217-32). 2. Il fut évêque d'Orange de 1223 environ à 1247.

omnia in curia domus Hospitalis, in presentia domini G[arini] de Monte Acuto, magistri Hospitalis, et domini Ugonis, archiepiscopi Arelatensis, et domini A[mici], episcopi Aurasicencis, et domini U., prioris Hospitalis Iherosolimitani S. Egidii, et R. Gaia, preceptoris domus Hospitalis S. Egidii, et fratris Bermundi de Veson, et fratris Gisberni, et fratris Rai[mundi] de Capraria, et Pe[tri] Duranti, causidici, et Bt. Ravan, causidici, et Rost[agni] de Codaltero, causidici, et B. d'Aurasica, causidici, et P., Aurasicencis prepositi, et R., sacriste, et Bt. Giroardi, et Pe[tri] de Ponte, et R. de S. Quintino, et Berengarii de Berdignano, et P. Pistolerte, et R. Gaufridi, et aliorum multorum. Et ego Bn., publicus notarius Aurasice, qui mandato utriusque partis his omnibus interfui, et hanc cartam scribi feci, et bulla dominorum Aurasice sigillavi, et hoc meum signum apposui.

## **1791.** — 9 septembre 1224, Londres.

*Henri III, roi d'Angleterre, autorise le navire du grand-prieur de l'Hôpital en Angleterre à aller librement outre-mer.*

Source : Londres, Record office, rot. litt. pat., 8 Henri III, pars 3, membr. 3 (copie contemp.).

Teste ut supra [rege apud Londoniam], IX die septembris, anno, etc., VIII, coram justiciario et Bathoniensi episcopo.

## **1792.** — 22 novembre 1224, Latran.

*Le pape Honorius III autorise les Hospitaliers à célébrer les divins mystères dans l'Hôpital de S. Gilles, quand même l'abbaye et la ville seraient interdites, pendant le chapitre général de leur ordre.*

Sources : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 15, n° 86 (ancienne cote) (orig.) ; Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1183, f. 75 (copie de la Porte du Theil, XVIII° s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 13, f. 36 (copie contemp.).

Honorius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Obsequia, que pauperibus Christi et toti christianitati devote jugiter exhibetis, plenius nos ammonent et inducunt ut, habundantiori vos diligentes in Domino caritate, petitionibus vestris, etsi gratiam contineant specialem, benignum prebeamus auditum, easque favore congruo et benivolo prosequamur. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris supplicationibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus ut in domo, quam habetis juxta villam S. Egidii, etsi mandato apostolico vel abbatis loci ejusdem villa eadem fuerit interdicta, vel ipsius ville homines excommunicationi subjecti, possitis, cum ibi conveneritis ad capitulum generale, interdictis et excommunicatis exclusis, nisi prestitissetis vos ipsi causam excommunicationi et interdicto hujusmodi, per triduum audire divina, non obstante compositione, quam inter Hospitale ac monasterium S. Egidii factam proponitis, ut videlicet, cum monasterium a divinis cessaverit, ab eis debeat Hospitale cessare. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, x kalendas decembris, pontificatus nostri anno IX.

### 1793. — 2 décembre 1224, Latran.

*Le même ordonne à Bernard Chabert, archevêque d'Embrun, à l'abbé de Boscodon et au prieur de Chorges (diocèse d'Embrun), sur la plainte des Hospitaliers de Gap, de relever les hommes de l'Hôpital de Talard de l'excommunication lancée contre eux par Guillaume IV d'Esclapon, évêque de Gap.*

SOURCE : Paris, Arch. nat., L. 240, n° 113 (orig.).

Honorius, etc., [Bernardo], archiepiscopo Ebredunensi, et dilectis filiis abbati de Boscha Udon, et priori de Caturicis Ebredunensis diocesis, salutem, etc. Dilecti filii preceptor et fratres Hospitalis Jerosolimitani Vapicensis nobis conquerendo monstrarunt quod venerabilis noster Vapicensis episcopus sine causa rationabili, auctoritate propria, nulla competenti monitione premissa, post appellationem ad nos legitime interpositam, in homines ville ipsorum de Talarn excommunicationis sententiam promulgavit contra statuta concilii generalis; unde eidem episcopo nostris damus litteris in mandatis ut, si est ita, sententiam ipsam, infra octo dies post susceptionem litterarum ipsarum, sine qualibet difficultate relaxet. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, si dictus episcopus mandatum nostrum infra prescriptum tempus neglexerit adimplere, vos ex tunc, recepta sufficienti ab eis pro quibus excommunicati existunt juxta formam ecclesie cautione, sententiam relaxetis eandem, et injuncto eis quod de jure fuerit injungendum, audiatis si quid fuerit questionis, et appellatione remota fine debito terminetis, facientes quod decreveritis auctoritate nostra firmiter observari. Testes autem, etc. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, tu, frater archiepiscope, cum eorum altero ea nichilominus exequaris. Dat. Laterani, IIII nonas decembris, pontificatus nostri anno IX.

### 1794. — 4 décembre 1224, Latran.

*Le même exempte les Hospitaliers de payer la dîme sur les novales* [1].

SOURCES : Lisbonne, Arch. roy. de Portugal, Malta 28, f. 48 (copie certifiée par le grand-maître Lascaris, du 22 janvier 1656, d'après les arch. de Malte); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 108 (copie, XVI<sup></sup>e s.), et vol. 1121 (bull. Rub.), f. 107 *b* (copie, XVIe s.) ; Paris, Arch. nat., L. 240, n° 114 (orig. bullé) ; Bibl. nat., lat. 9001, f. 82 *b* (copie d'A. de Naberat, XVIIe s.).

Honorius, etc., priori et fratribus domus Hospitalis Jerosolimitani in Francia, salutem, etc. Sic est Deo acceptum et gratum vestre devotionis obsequium, sicque necessarium toti populo christiano ut petitiones vestras et audiamus libenter, et favorabiliter etiam prosequamur. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis precibus inclinati, auctoritate presentium inhibemus ut nullus a vobis de novalibus vestris, a tempore concilii excultis vel imposterum propriis manibus vel sumptibus excolendis, sive ortis, virgultis, piscationibus et vestrorum animalium nutrimentis, decimas exigere vel extorquere presumat. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, II nonas decembris, pontificatus nostri anno IX.

1. V. plus haut, n° 1553, la bulle d'Honorius III, du 11 février 1217 : « Cum dilecti filii fratres ».

## 1795. — 14 décembre 1224, Salamanque.

*Alphonse IX, roi de Léon et de Galice, donne à l'Hôpital, représenté par Jean Sanchez, prieur de Castille et Léon, la moitié du tribut des villes de Fresno, Paradinas, de tout le val de Garona et de toute l'Estramadure.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue de Castille, liasse 1 (orig.).

In nomine Domini, amen. Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, hanc paginam inspecturis, quod ego Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et Gallecie, ob remedium anime mee et parentum meorum, mando et concedo priori domno J[ohanni] Sancii, et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, et successoribus suis quod habeant in perpetuum ab integro medietatem petiti de villis suis, videlicet de Fresno, de Paradinas, et de tota valle Garonie, et de tota Strematura, ita quod nullus ricus homo, vel aliquis alius, possit prefatos fratres Hospitalis super ipsa medietate petiti de cetero inquietare, nec aliquod eis malum aut contrarium demandare. Si quis igitur [ip]sam nostram concessionis cartam temere infringere tem[pta]verit, iram Dei omnipotentis et regiam indignationem incurrat, et, quantum invaserit, duplet, et regie parti mille morabotinos in penam per[sol]vat, carta nichilominus suo robore permanente. Facta carta apud Salamancam, XIIII die decembris, era M CC LXII. Bernardo, archiepiscopo Compostellano; Johanne, episcopo Oveten[si] ; Roderico, episcopo Legion[ensi] ; Martino, IIº episcopo Zamoren[si] ; Gunsalvo, episcopo Salaman[tino]. Infanti donno Petro tenente Legionem, Zamoram et Strematuram ; donno Martino Sancii tenente Limiam, Coronium, et [M]ontemrosum, et Sarriam, [majo]rdom[o] domini regis ; donno Fernando Mun[ioz, de] manu infantis donni Petri ; donno Petro Fernandi de Cendra(?), signifero, de manu donni Martini Sancii; donno Petro Petri, magistro scolarum Aurien[sium], cancellario domini regis. Sancius Fernandi, domini regis notarius, scripsit de mandato magistri Macahelis, ejusdem regis notarii et conf. (*Paraphe.*)

## 1796. — 18 décembre 1224, Latran.

*Le pape Honorius III accorde aux Hospitaliers, par extension de ce qui a lieu pour les moines et les chanoines réguliers, de se faire absoudre par leur prieur des voies de fait auxquelles ils se sont mutuellement livrés.*

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, II, 6 (copie, fin XIVe s.); Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 187 (copie de S. Pauli, XVIIIe s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 102 (copie, XVIe s.), et bull. E., f. 197 (auj. perdu) ; Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 15, nº 87 (orig.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, nº 7854. — Texte : Boehmer, *Corpus juris canonici*, II, 862, ad ann. 1224 ; Cironius, *Quinta compil. epistol. decret. Hon. III* (Vienne, 1761), 305 ; Richter, *Corpus juris canonici* (Leipzig, 1839), II, 874 (sans date).

Honorius, etc., dilectis filiis, magistro et fratribus Hospitalis Hierosolymitani, salutem, etc. Canonica constitutione cavetur quod monachi et canonici regulares, quocumque modo se in claustro percusserint, non sunt ad apostolicam sedem mittendi, sed secundum discretionem et providentiam sui abbatis discipline subdantur. Quod si abbatis discretio ad eorum correctionem non sufficit, providentia est diocesani episcopi adhibenda, nisi excessus fuerit difficilis et enormis, propter quem merito sit ad ecclesiam Romanam recursus habendus. Nos ergo, vestris

supplicationibus inclinati, statutum ad vos hujusmodi duximus extendendum, auctoritate presentium statuentes ut in tali casu, nisi majoris sit providentia requirenda, per priorem vestrum, qui, sicut audivimus, presbyter esse debet, fratribus vestris absolutionis beneficium impendatur. Dat. Laterani, xv kalendas januarii, pontificatus nostri anno IX.

**1797.** — 20 décembre 1224, Latran.

*Le même renouvelle la bulle du* 18 *décembre* 1224 : « *Canonica constitutione cavetur* ». (*V. plus haut, n°* 1796.)

SOURCE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 15, n° 86 (2 orig.).

Dat. Laterani, XIII kalendas januarii, pontificatus nostri anno IX.

**1798.** — 25 décembre 1224, Palerme.

*L'empereur Frédéric II, roi de Sicile, à la prière du grand-maître de l'Hôpital, ordonne à ses officiers de ne pas molester les Hospitaliers, et de permettre l'exportation outre-mer des marchandises nécessaires à leurs besoins.*

SOURCE : Palerme, Bibl. comm., ms. H. 12, p. 25 (copie d'Amico, XVII^e s.). — TEXTE : Winkelmann, *Acta imperii ined. sæc. XIII*, I, 244.

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie, justiciariis, camerariis, bajulis et universis officialibus suis, per regnum Sicilie constitutis, ad quos littere iste pervenerint, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem. Venerabilis magister magni Hospitalis Hierosolymitanus (*sic*), devotus noster, ad presentiam nostram nuper accedens, nobis humiliter supplicavit ut domos ipsius Hospitalis, in regno nostro existentes, super justiciis et rationibus suis et hiis, que juste ac pacifice possident, non permitteremus indebite molestari, et quod res ipsius Hospitalis, que ultra mare deferuntur, deportari sine contrarietate aliqua permitteremus. Nos igitur, prefati magistri supplicationibus inclinati, universitati vestre mandamus, firmiter precipientes, quatinus domibus prefati Hospitalis super justiciis et rationibus suis et hiis, que juste et pacifice tenere noscuntur, nullam indebitam molestiam inferatis, aut ab aliis permittatis inferri, salva tamen constitutione felicium regum predecessorum nostrorum et nostra, quam precipimus et volumus observari; nihilominus etiam res ipsius Hospitalis, que ultra mare ad opus ipsius Hospitalis et fratrum ejus mittuntur, sine contradictione et molestia deportari de cetero permittentes. Dat. Panormi, xxv decembris, tertiedecime indictionis.

**1799.** — 11 janvier 1225, Latran.

*Le même renouvelle, avec quelques variantes, la bulle d'Alexandre III, du* 15 *mai* 1166, 1167, 1178 *ou* 1179 : « *Pervenit ad nos ex conquestione* ». (*V. plus haut*, I, *n°* 357.)

SOURCE : Paris, Arch. nat., L. 240, n° 117 (orig.).

Dat. Laterani, III idus januarii, pontificatus nostri anno IX.

### 1800. — [Vers 1225-1229][1].

*Robert de Dina, grand-prieur d'Angleterre, confirme à maître Etienne de Kadeclive la possession, moyennant une rente annuelle de quatorze deniers sterling, d'une bove de terre sise à Caquenay.*

Source : Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 76, f. 162 (copie de Smitmer, xviii[e] s., d'après l'original).

Universis sancte matris ecclesie filiis, ad quos presens scriptum pervenerit, frater Robertus de Dina, fratrum Hospitalis Jerusalem humilis prior in Anglia, scilicet (*sic*) in Domino. Noverit universitas vestra nos, de communi consilio fratrum tocius capituli nostri, concessisse, et presenti carta confirmasse magistro Stephano de Kadeclive unam bovatam terre cum pertinenciis in villa de Cakenay, quam Will[elm]us de Karletun aliquando de domo nostra tenuit, tenendam et habendam de domo nostra sibi et cuicunque illam assignare voluerit, exceptis viris religiosis et Judeis, libere et quiete et hereditarie, reddendo inde annuatim domui nostre, pro omni servicio ad nos inde spectante, quatuordecim denarios Sterlingorum duobus anni terminis, medietatem scilicet ad festum sancti Michaelis et medietatem ad Pasche; et in obitu suo et omnium assignatorum suorum tota tercia pars catallorum suorum, super terram ipsam existencium, domui nostre quieta remanebit. Hiis testibus : fratre Ricardo de Lundlus; fratre Clerico de Eston; fratre Eustachio, capellano; fratre Henrico Arundell.; fratre Ottone de Builly; fratre Willelmo de Bulhurs; fratre Willelmo de Rading; fratre Ricardo de Berdetfeld, et aliis.

### 1801. — 1225, Prague.

*Premysl-Ottakar I, roi de Bohême, confirme aux Hospitaliers la donation de la ville et de la forêt de Chlum et des villes de Lazec, Korita, Lštěni, Luka et Březina, que la comtesse Bolemila, femme de Bavarus de Strakonitz, leur avait faite, et que ses enfants voulaient empêcher.*

Source : Prague, Arch. du gr.-pr. de Bohême, F. L, command. de Strakonitz, n° 13 (orig. bullé) ; Musée de Bohême (orig.). — Analyse : Erben, *Reg. Boh. et Mor.*, I, 622, n° 8.

In nomine sancte et individue trinitatis, Otthakarus qui et Premilh, Dei gracia Boemorum rex. Ne ea, que a nobis et a quibusdam nostre terre publice atque sollempniter disponuntur, possint, labente diurno tempore, per aliquem hominum inmutari, vel a memoria eorum forsitan procul labi, sed perpetuo stabilia permaneant atque firma, notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, ad quos presens pagina pervenerit, quod, cum comitissa Bolemila, uxor Bavari, villam suam Hlum, cum tota silva et aliis villis, scilicet Lahec, Corita, Ilscene, Lucha, Brehina, ad predictam villam pertinentibus, domui hospitalarie Cruciferorum ultra mare Deo militantium, nobis consencientibus, pro remedio sue anime

1. Nous ignorons d'après quelles autorités Smitmer avait placé l'existence de Robert de Dina aux dernières années du xiii[e] siècle. Nous avons démontré (*Des sceaux des prieurs anglais de l'ordre de l'Hôpital,* dans *Mél. d'arch. et d'hist. publ. par l'Ecole franç. de Rome,* I, 375) qu'il occupait le priorat entre 1225 et 1229 environ ; la présente pièce doit donc trouver sa place dans ce laps de temps.

contulisset hereditario jure possidendam, et filii sui hanc donationem voluissent inpedire, eadem uxor Bavari in ecclesia S. Wencezlai[1] coram nobis super hoc justo judicio publice requisito et jure suo plenarie obtento, nostre gratie supplicavit quatinus, donationes ejus ratas atque firmas habentes, auctoritate regia confirmaremus. Nos itaque, ejus precibus inclinati, legitimum donationis ejus beneficium auctoritate regia confirmamus, statuentes ne cuiquam hominum liceat hanc confirmacionis nostre paginam infringere, aut ei ausu temerario contraire. Ad hujus autem nostre confirmacionis perpetuam memoriam et inviolabile firmamentum, presentem paginam per Hermannum, nostrum notarium, scribi fecimus et sigilli nostri caractere consignari. Hii sunt testes donationis jam supradicti : Vencezlaus, dux[2]; Peregrinus, episcopus Pragensis ; Eppo, prepositus Pragensis ; Arnoldus, decanus Pragensis ; Johannes, scolasticus Pragensis ; Martinus, prepositus Zacensis ; Petrus, custos Ztragoviensis ; Silvester, abbas de Kladozub ; Johannes, abbas de Tepla ; Budivoy, filius Cec ; Martinus, pincerna regis ; Boguzlaus, filius Zlaukonis ; Zavisse, judex ; Zvezt, filius Boguzlay ; Mzudruch, castellanus ; Koiata, filius Grabise ; Milgost, et filii ejus Petrus et Ahna ; Wisemyr, et frater ejus Iwan ; Lanek, filius Yuech ; Thaz de His ; Vbizlav de Vgerd ; Podiva de Kokorov. Actum Prage, anno dominice incarnationis millesimo CC XXV, indictione XIII.

## 1802. — 1225.

*Vladislas[3], duc de Pologne, fils de feu Mesco III le Grand[4], confirme la donation de plusieurs villages, faite par son père aux Hospitaliers de Posen, et donne des libertés étendues aux hommes desdits villages.*

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême (copie, XVIII[e] s.). — Texte : *Codex diplomaticus majoris Poloniæ*, I, 106.

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis, amen. Ut ea, que nostris aguntur temporibus, posterorum noticie presententur, predecessorum nostrorum vestigiis inherentes, rem presentem memoria dignam apicibus denotamus, et sic lites, ambigua, et que possent ex litibus oriri scandala, suffocamus; multis enim incommodis prudenter occurrimus, cum etatis nostre negocia litterarum memorie commendamus. Quodquod a nostris prioribus institutum asseritur, ad nostram noticiam non venisset, si celassent illam obsequia litterarum ; approbanda est igitur antiquorum circumspecta sedulitas, qui contra novercalas insidias res gestas literis denotarunt, ut eas aspectibus posterorum presentarent. Ad horum itaque imitacionem, ego Wladislaus, dux Polonie, quondam Mesconis Magni filius, donacionem, quam pie recordacionis ipse jam dictus pater meus, ob remissionem peccatorum suorum, in villis Zuchiles, Oberzer, et Lipnica cum ascripticiis, Drosin cum foro et thaberna, Czeresin, Milostovo, Wigonovo, Andreovo, ad domum Hospitalis in Poznan contulit, ut ibi divinum officium celebretur et peregrinis atque pauperibus secundum facultatem domus subveniatur, si quid vero superfluum fuerit, ad subsidium Terre Sancte domui Hierosolimitane transmittatur, cupiens eciam esse eleemosynarum particeps, dignum duxi confirmandam ; ab omni ser-

1. Il s'agit de l'église bâtie sur l'emplacement du tombeau de S. Venceslas, qui devint plus tard la cathédrale de Prague.
2. Fils du roi de Bohême, et roi lui-même après son père sous le nom de Venceslas I.
3. Vladislas Laskonvgi (1202-1232).
4. Surnommé aussi le Vieux (*Stary*); il fut duc de Pologne de 1173 à 1202.

vitute povos, vel prevod, et stroze homines predictarum villarum immunes constituens, et quod non citentur nisi meo sigillo, et quod a nullo castellanorum judicentur, et, ementes et vendentes que ad necessaria domestice cure pertinent ipsius domus, ab exactione theloney et cujuslibet alterius solucionis sint liberi. Et ne quis hoc factum in posterum valeat immutare, presentis scripti patrocinio et sigilli mei munimine hanc paginam decrevi insigniri. Acta sunt hec testimonio domini Pauli, episcopi Poznaniensis, decani Vitoslai, archidiaconi Petri, et coram quam pluribus aliis canonicis ejusdem capituli et multis militibus meis, anno ab incarnatione Domini M CC XXV.

### 1803. — 1225.

« *Seconde donation d'André II, roi de Hongrie, faite à l'ordre entre les mains de Guérin de Montagu, grand-maître, de* 1000 *marks d'argent, à prendre sur les salines de Saloc; ordonant à ceux qui étoient préposés à la régie desdites salines qu'en quelle qualité qu'ils vendent du sel, les Hospitaliers retirent toujours pour le moins les* 1000 *marcs d'argent; et s'ils veulent retirer la part du sel qui leur revient en espèce, ce prince ordonne aux préposés de leur fournir des voitures pour le transporter, et exempte l'ordre de toute sorte de tribut pour ledit transport, tout de même que si ce sel luy appartenoit, de l'an* 1225. » (*V. plus haut, n*os 1591, 1602 *et* 1603.)

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 227 (XVIIIe s.).

### 1804. — 1225.

*Henri, chevalier de Mergentheim et de Hottingen, donne aux Hospitaliers de Mergentheim dix livres d'argent pour acheter une terre, dont les revenus seront affectés à l'entretien perpétuel d'une lampe, la nuit, dans l'église de Mergentheim.*

Source : Stuttgart, Arch. du roy. de Wurtemberg (orig. scellé) [1]. — Texte : *Wirtembergisches Urkundenbuch,* III, 163.

Acta sunt hec anno M ducentesimo XXV, regnante gloriosissimo imperatore Friderico et filio suo rege Henrico.

### 1805. — 1225.

*Henri III, seigneur de Limbourg et de Montjoie* [2], *et sa femme Ermengarde confirment une donation de biens, sis à Lo et relevant du château de Berg, faite par Engelbert, archevêque de Cologne, à l'Hôpital S. Jean.*

Source : Dusseldorf, Arch. roy. d'Etat, command. de Herrenstrunden, n° 7 (orig. scellé). — Texte : Ernst, *Hist. du Limbourg,* VI, 206.

Actum anno Domini M CC XXV.

1. Le sceau appendu à cet acte est celui d'Albert, maître des Hospitaliers d'Allemagne, et non celui d'Henri de Mergentheim, auteur de cette donation.
2. Il était fils de Waleran III, duc de Limbourg.

**1806.** — 7 janvier 1225, Westminster.

*Henri III, roi d'Angleterre, autorise Gautier Maucler, évêque de Carlisle, le maître du Temple en Angleterre et le grand-prieur d'Angleterre, envoyés en mission par lui*[1], *à emprunter, en cas de dépenses imprévues, soit par suite d'un séjour plus long que celui qui avait été prévu, soit parce qu'il sera nécessaire d'envoyer des messagers à la cour pontificale.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 9 Henri III, membr. 16 (copie contemp.).
Texte : *Rot. litt. claus.*, II (Londres, 1844), 11.

Teste ut supra [apud Westmonasterium, vii die januarii, anno ix].

**1807.** — 17 janvier 1225, Latran.

*Le pape Honorius III confirme aux Hospitaliers de France la donation d'une rente annuelle de cinquante muids de blé, faite par Louis VIII, roi de France, à l'Hôpital de Corbeil.* (*V. plus haut, n°* 1785.)

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 105 (copie, xvi[e] s.) ; Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1183, f. 108 (copie de la Porte du Theil, xviii[e] s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 13, f. 27 *b*(copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 100 (copie de Smitmer, xviii[e] s.). — Texte : Horoy, *Medii ævi bibl. patr.*, IV, col. 765.

Honorius, etc., dilectis filiis..... priori et fratribus Hospitalis Hierosolimitani de Francia, salutem, etc. Justis petentium, etc. Ex tenore siquidem litterarum carissimi in Christo filii nostri Ludovici, regis Francorum illustris, nobis innotuit quod ipse, pro salute anime inclyte recordationis Philippi, regis Francorum, genitoris sui, aliorumque progenitorum suorum, Hospitali vestro de Corbolio quinquaginta modios bladi ad mensuram Corboliensem, medietatem videlicet frumenti et medietatem avene, in perpetuam contulit eleemosynam, annuatim percipiendos in minagio de Corbolio, et fratribus ipsius Hospitalis reddendos per manus illorum, qui dictum minagium colligent, ita quod tertia pars in octavis omnium sanctorum, et tertia in octavis purificationis beate Marie, alia vero tercia in octavis ascensionis Domini singulis annis solvatur fratribus supradictis, ipsique fratres tredecim presbyteros perpetuo teneantur habere in Hospitali predicto, divina celebraturos ibidem ; ea conditione apposita ut, si predicti fratres aliquando id omiserint, ipse rex possit in manu sua, quousque id emendatum sit, bladum tenere predictum, et si illi, qui dictum minagium colligent, in predicti bladi solutione cessarent, tamdiu diebus singulis solvant quinque solidos fratribus supradictis, quamdiu bladum ipsum ultra prefixum solutioni terminum retinebunt. Nos igitur, vestris justis precibus inclinati, donationem ipsam, sicut pie ac provide facta est, et in litteris dicti regis super hoc factis plenius continetur, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc. Dat. Lateranii, xvi kalendas februarii, [pontificatus nostri] anno ix.

1. Leurs lettres de créance, datées du 3 janvier 1225, à Westminster, mentionnent l'objet de leur mission ; ils étaient envoyés auprès du duc d'Autriche, et chargés de négocier le mariage d'Henri III, roi d'Angleterre (Londres, Record office, Rot. litt. pat., 9 Henri III, membr. 9 dorso).

### 1808. — 13 février 1225, Latran.

*Le même renouvelle la bulle du* 23 *janvier* 1217 : « *Inter cetera que* ». (*V. plus haut, n°* 1536.)

Sources : Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, ms. Y. 72, p. 9 (copie, xv<sup>e</sup> s.)[1] ; Wurzbourg, Arch. roy., reg. 141, f. 137 (copie, xvi<sup>e</sup> s., d'après un vidimus du 9 février 1354).

Dat. Laterani, idibus februarii, pontificatus nostri anno ix.

### 1809. — 2 mars 1225, New-Temple.

*Henri III, roi d'Angleterre, autorise le maître du Temple et le grand-prieur de l'Hôpital en Angleterre, envoyés par lui en mission diplomatique en Allemagne, à revenir en Angleterre à Pâques, et les remplace par Gautier Mauclerc, évêque de Carlisle, par Henri, chancelier de Londres, par Nicolas de Molis et par Gautier de Kircham*[2]. (*V. plus haut, n°* 1806.)

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 9 Henri III, membr. 9 dorso (copie contemp.). — Texte : *Rot. litter. claus.*, II, 71.

Teste ut supra [apud Novum Templum Londonie, ii die marcii].

### 1810. — 16 mars 1225, Winchester.

*Le même ordonne au justicier du quinzième à lever dans les comtés de Warwick et de Leicester de ne pas percevoir cet impôt sur les meubles des Templiers et des Hospitaliers d'Angleterre et de leurs vassaux, jusqu'à ce qu'une décision définitive intervienne.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 9 Henri III, membr. 7 dorso (copie contemp.). — Texte : *Rot. litter. claus.*, II, 71.

Teste me ipso apud Wintoniam, xvi die marcii.

### 1811. — 5 avril 1225, Latran.

*Le pape Honorius III renouvelle la bulle du* 4 *décembre* 1224 : « *Sic est Deo* ». (*V. plus haut, n°* 1794.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 106 (copie, xvi<sup>e</sup> s.).

Dat. Laterani, nonis aprilis, pontificatus nostri anno ix.

1. La rubrique de la table des matières du manuscrit indique, comme suit, les sources auxquelles cette bulle a été empruntée : « Require in Wissensee, Colonie, Trajecti et in Hainbach. Transumptum in Veldkirch. »

2. Le roi donna, le même jour, sur la même affaire, deux mandements, adressés, l'un à l'évêque de Carlisle, l'autre au chancelier de Londres et à Nicolas de Molis (*Rot. litter. claus.*, II, 70).

## 1812. — [Mai][1] 1225.

*Guérin, grand-prieur de France, certifie que les Hospitaliers n'ont rien donné, promis ou prêté à Hugues de Montréal, évêque de Langres, pour s'assurer la possession de l'Hôpital de Mormant.*

SOURCE : Paris, Bibl. nat., lat. 5993 B. (cartul. de l'évêché de Langres), f. 184 et f. 188 (2 copies mauvaises, xv$^{e}$ s.).

Ego[2] frater Gerinus, sancte domus Hospitalis Iherosolmitani humilis prior in Francia, universis presentes litteras inspecturis notum fecimus, et in veritate protestamus quod nec ego nec domus Hospitalis aliquid dedimus vel promissimus, vel mutuum fecimus venerabili patri H[ugoni], Dei gratia episcopo Lingonensi, pro habendo Hospitali de Mormento ; immo duo milia librarum Parisiensium, quas ei mutuo tradidimus, voluit aliter recipere nisi cum protestacione quod illam intencionem in mutuo non habebamus, immo hanc solam quod nobis et domui Hospitalis in multis esse poterit fructuosum. In cujus rei testimonium, presentes litteras sigillo nostro fecimus sigillari. Actum anno Domini M CC XX quinto.

## 1813. — Mai 1225, Langres.

*Le même certifie qu'en acceptant la donation de l'Hôpital de Mormant, que lui a faite Hugues de Montréal, évêque de Langres, il entend maintenir les droits de celui-ci.*

SOURCE : Paris, Bibl. nat., lat. 5993 B. (cartul. de l'évêché de Langres), f. 184 et f. 188 (2 copies mauvaises, xv$^{e}$ s.).

Ego[3] frater Gerinus, Hospitalis Jherosolimitani humilis prior in Francia, omnibus presentes litteras inspecturis notum facio quod ego et fratres dicti Hospitalis donacionem Hospitalis domus Mormenti, nobis factam a venerabili patre H[ugone], episcopo Lingonensi, taliter recepimus quod episcopus Lingonensis, qui pro tempore fuerit, et ecclesia Lingonensis eandem subjectionem et juridicionem habeat in capite Mormenti et in menbris et in personis ibidem commorantibus, quam habebat ante factam collacionem, et quod debitam et consuetam hospitalitatem ibidem servabimus. Quod quidem concedimus et promittimus quod contra predicta non possumus aliquas indulgencias vel previlegia impetrare, vel uti aliquatenus impetracis, et tenemur erga dominum papam et erga regem Francie et priorem nostrum Jerosolimitanum procurare quod ea, que premissa sunt, episcopo et ecclesie Lingonensi sigillorum suorum appensione corroborent et confirment; alioquin protestamur et concedimus concessionem domus Mormenti nobis factam non valere. In hujus rei testimonium, presentes litteras sigilli mei feci munimine roborari. Datum Lingone, anno Domini M CC XXV, mense maio.

1. La pièce suivante, sur le même objet, permet de fixer la date de celle-ci au mois de mai 1225.
2. On lit, en tête de l'acte, le titre suivant : « De eodem [convenciones de Mormento cum Hospitali] ».
3. Cet acte porte le titre suivant : « Conventiones de Mormanto cum Hospitali ».

### 1814. — 9 mai 1225, Tibur.

*Le pape Honorius III charge l'abbé de Zircz, le prévôt et le chantre de Stuhl-Weissemburg de terminer la contestation, pendante entre les Hospitaliers et l'abbaye du S. Esprit, au diocèse de Fünfkirchen, relativement à l'église du S. Esprit*[1], *les arbitres précédemment chargés de cette mission étant morts sans l'avoir remplie.*

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 13, f. 58 (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 7404. — Texte : Fejer, *Codex diplom. Hung.*, III, ii, 30 ; Horoy, *Medii ævi bibl. patrist.*, IV, col. 848 ; J. Koller, *Hist. episc. Quinqueecclesiarum*, II, 60 ; Theiner, *Vet. monum. hist. Hungar. sacr. illustr.*, I, 55.

Honorius, etc., abbati de Bocon[2], preposito et cantori Albensibus, Vespriminensis diocesis, salutem, etc. In litteris felicis memorie I[nnocentii] pape, predecessoris nostri, perspeximus contineri quod, cum ipse in causa, que inter dilectos filios fratres Hospitalis Jerosolymitani, ex parte una, et abbatem et monachos S. Spiritus, diocesis Quinqueecclesiensis ex altera, super ecclesia S. Spiritus et ejus pertinentiis vertitur, auditorem dedisset bone memorie C[ynthium][3], tituli S. Laurentii in Lucina presbiterum cardinalem, nullusque coram ipso appareret pro dicto monasterio procurator, magister Bonifacius et I. et O., procuratores bone memorie Quinquecclesiensis episcopi[4], se pro jam dictis abbate et monachis opponentes, asseruerunt dictum monasterium fuisse per ipsos Hospitalarios spoliatum, ac tandem ipsi procuratores, una cum procuratore Hospitalis jamdicti, ut, tam super principali quam super expensis, bone memorie..... Strigoniensi archiepiscopo[5] et A. Ultrasylvano ac P. Orodiensi[6] prepositis committeretur causa hujusmodi, pena centum marcarum utrinque adjecta, in ipsius cardinalis presentia convenerunt ; idemque predecessor noster mandavit archiepiscopo et prepositis antedictis ut, juxta formam in qua ipsi procuratores convenerant, in ipso negocio procedentes, illud fine debito terminarent. Nuper autem iidem fratres nobis humiliter supplicarunt ut, cum sepedicti archiepiscopus et prepositi sint negocio indeciso ab hac luce subtracti, causam ipsam, que a tempore jamdicti predecessoris nostri remissa fuit ad apostolicam sedem, instructam decidi per alios faceremus. Ideoque discretioni vestre mandamus quatenus, inspicientes acta judicii diligenter, causam ipsam, si partes consenserint, fine debito decidatis, alioquin ad nos eamdem remittatis instructam, prefigentes partibus terminum competentem, quo se nostro conspectui presentent sententiam relaturi[7]. Testes, etc. Quod si non omnes, etc. Dat. Tibure, vii idus maii, pontificatus nostri anno ix.

### 1815. — 12 mai 1225, Tibur.

*Le même déclare aux Hospitaliers d'Espagne que, en considération des services qu'ils rendent à la cause de la religion, le droit de gîte des prélats dans leurs maisons ne saurait être étendu.*

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul.

1. Située à Monostra, d'après Fejer. On sait que les Hospitaliers y avaient un établissement.
2. Theiner donne : Becon.
3. Cynthio Cenci (1191-1212).
4. Calan, évêque de Fünfkirchen, mort en 1218.
5. L'affaire en litige était antérieure à 1204 ; nous savons que Job, évêque de Gran, mourut en 1204, et qu'il eut pour successeur Ugrinus, qui quitta le siège de Gran avant 1205. Qu'il s'agisse ici de l'un ou de l'autre de ces prélats, le litige ne peut être postérieur à 1204.
6. Theiner : Oradiensi. C'est le prévôt d'Arad.
7. Theiner : recepture.

Magno, II, 6 (copie, XIV$^e$ s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 13, f. 65 *b* (copie contemp.) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 102 (copie de Smitmer, XVIII$^e$ s.).

Honorius, etc., dilectis filiis universis prioribus et fratribus Hospitalis Jerosolimitani per Yspaniam constitutis, salutem, etc. Ante oculos cordis nostri habemus cotidie necessitatem maximam Terre Sancte ; non enim possumus nec debemus casus ipsius miserabilis oblivisci, et ideo ad devotionis vestre fervorem, cum pro subventione terre predicte nec personis vestris parcatis nec rebus, sicut est hoc tempore oportunum, valde gratanter aspicimus, et dignis vos laudibus exinde commendamus. Quia vero, sicut ejusdem terre negotium majus subsidium exigit, et vos ea magis habundantius subvenitis, sic ampliorem promeremini dilectionem, gratiam et favorem, cum ita viscera pietatis et compassionis expanditis ad dictum negocium, ut a nobis et aliis vos oporteat ad tante caritatis opus liberaliter adjuvari, jura vestra, quantum vobis divina gratia concedit, integra ac inconcussa servare proponimus, et vobis benignitatis nostre habundantiam in benedictionibus dulcedinis exhibere. Quapropter, dilecti in Domino filii, quieti et tranquillitati vestre providere volentes, auctoritate vobis presentium, vestris inclinati supplicationibus, indulgemus ut archiepiscopi, episcopi et alii ecclesiarum prelati in vestris, quas habetis et tenetis, ecclesiis, salva procuratione, si qua debetur eisdem, eo tantum modo sint jure contenti quod ipsi et predecessores eorum a vobis et predecessoribus vestris noscuntur hactenus recepisse. Quod si amplius ex dictis ecclesiis petere vel extorquere contenderent, vobis id liceat auctoritate sedis apostolice denegare. Nulli ergo, etc. Dat. Tibure, IIII idus maii, pontificatus nostri anno IX.

## 1816. — 28 mai 1225, Tibur.

*Le même charge les prévôts de Györ (Raab) et de Weissembourg et l'abbé de Pilis de terminer le différend, qui s'était élevé entre les Hospitaliers de Hongrie et Urias, abbé de S. Martin de Pannonie, à cause de certaines dîmes.* (*V. plus haut, n*$^{os}$ 1472 *et* 1583.)

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 13, f. 63 (copie contemp.) ; Vienne, Arch. imp. et roy., ms. 100, vol. 2, 28, n° 13 (copie de Smitmer, XVIII$^e$ s.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 7414. — Texte : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, III, II, 33; Theiner, *Vetera monum. hist. Hung. sacr. illustr.*, I, 57.

Honorius, etc., dilectis filiis..... Geuriensi et..... Albensi prepositis, et..... abbati de Pelis, Vesprimiensis diocesis, salutem, etc. Olim dilecti filii fratres Hospitalis Jerosolimitani de Ungaria sua nobis petitione monstrarunt quod, cum causam, inter ipsos ex parte una, et abbatem S. Martini de Pannonia Geuriensis diocesis ex altera, super quibusdam decimis coram diversis judicibus a sede apostolica delegatis diutius agitatam, demum, de procuratorum utriusque partis assensu, venerabili fratri nostro... archiepiscopo Colocensi et conjudicibus suis commisissemus infra certum terminum decidendam, et ipsi, receptis ac publicatis partium testibus, tantum processissent in ea quod non restabat nisi sententiam promulgare, quia per negligentiam partis alterius ipsam terminare infra expressum in litteris nostris terminum nequiverunt, eandem ad nos remiserunt sufficienter instructam, prefixo partibus termino competenti, quo se propter hoc nostro conspectui presentarent ; ad quem cum dictus abbas nec venire curasset, nec mittere responsalem, procuratore ipsorum, qui propter hoc apud apostolicam sedem traxerat longam moram, petente sibi ut refundi faceremus expensas, quas inutiles reddiderat abbatis negligentia supradicti, nos, acta judicii ejusdem judicibus sub bulla nostra remittentes inclusa, eis per nostras dedimus litteras in mandatis ut, eisdem actis

diligenter inspectis, tam principalem quam expensarum causam infra sex menses post prime citationis edictum fine debito terminarent. Ceterum fratribus ipsis, propter magistri sui absentiam et alia impedimenta, uti hujusmodi litteris differentibus, dictus abbas eisdem judicibus a nobis per litteras nostras dari optinuit in preceptis ut in causa ipsa procederent juxta priorum continentiam litterarum, de eo quod causa fuerat ad nos instructa, transmissa et remissa per negligentiam ejus ad judices supradictos, ac de litteris super hoc ab ipsis fratribus impetratis non habita mentione. Cumque ipsi fratres, hujusmodi litterarum auctoritate citati, proponerent coram prefatis judicibus quod earum auctoritate procedere non debebant, pro eo quod in eis mentio de predictis aliqua non fiebat, ipsi judices nichilominus, post appellationem ad nos legitime interpositam, in negotio perperam procedentes, diffinitivam contra eos super principali sententiam protulerunt, et auctoritate litterarum pro parte Hospitalis impetratarum in negotio procedere denegarunt, super jam dictis expensis nil penitus decernendo. Cum autem venerabili fratri nostro... episcopo Agriensi et suis conjudicibus in communi forma commisissemus hujusmodi questionem, prefatus abbas, ad apostolicam sedem accedens, coram venerabili fratre nostro [Pelagio], Albanensi episcopo[1], sibi a nobis auditore concesso, proposuit quod, olim ipso pro se ac conventu suo litigante contra fratres eosdem coram felicis recordationis Innocentio papa predecessore nostro super decimis de omnibus villis et possessionibus, quas in comitatu Simigiensi habet Hospitale predictum, et lite coram eo legitime contestata, demum, post diversas hinc inde commissiones obtentas, fuit super hoc a nobis dicto archiepiscopo et suis conjudicibus causa commissa; qui cum ad nos remisissent eandem, nec de ipsius nobis constare meritis potuisset ad plenum, nos eis, postquam fuit coram nobis aliquamdiu disputatum, dedimus iterum in mandatis ut ipsam, juxta formam in prioribus sibi traditam litteris, terminarent. Cumque ab eis predicti fratres frustratorie provocassent, iidem judices, appellationi non deferentes eorum, quam frivolam reputabant, diffinitivam pro eodem abbate ac conventu sententiam exigente justitia promulgarunt. Verum prefati fratres predicto Agriensi episcopo et ejus collegis super appellatione sua litteras obtinuerunt apostolicas destinari, qui ultra duas dietas a predictorum abbatis et conventus distabant diocesi, propter quod eos de jure non poterant ad suum vocare judicium, cum id ex litterarum ipsarum beneficio non haberent. Verum cum pro parte adversa quidam comparuisset ad impetrandum et contradicendum, proponendas excusationes ad recipiendum terminum, per prioris et fratrum ipsius Hospitalis litteras procurator, cui festum resurrectionis dominice proximo preteritum terminus fuit, quo priorem Hospitalis venturum asseruit, assignatus, et nec in predicto termino, nec post ipsum, expectatus aliquamdiu comparuerit aliquis pro predicto Hospitali legitimus responsalis, petebat idem abbas ut predictam confirmaremus sententiam, et executioni mandari faceremus eandem, mandantes partem adversam ad restitutionem fructuum medio tempore perceptorum, et ad satisfactionem expensarum, quas propter hoc idem monasterium sustinuit, condempnari. Quia vero memoratus Albanensis, propter defectum procuratoris Hospitalis, mandatum ad agendum sufficiens non habentis, in dicto negocio non potuerit habere processum, discretioni vestre, de abbatis et procuratoris eorumdem assensu, per apostolica scripta mandamus quatenus, de appellatione legitime cognoscentes et sententiam confirmantes vel infirmantes eandem, sicut de jure fuerit faciendum, super aliis quod justum fuerit, appellatione postposita, statuentes, faciatis quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, etc.

1 Pélage Galvano, légat apostolique.

Quod si non omnes, etc., duo vestrum ea nihilominus exequantur. Dat. Tibure, v kalendas junii, pontificatus nostri anno IX.

## 1817. — Juin 1225, Tarse.

*Garin de Montaigu, grand-maître de l'Hôpital, confirme l'établissement fait par Ingeburge, reine de France, de treize prêtres dans l'église de Corbeil, règle le fonctionnement de cette fondation, et rattache la maison de Tigery à celle de Corbeil.* (*V. plus haut, n°* 1785.)

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 13, f. 113 *b* (dans un vidimus d'Honorius III, du 16 février 1226,copie contemp.) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 108 (copie de Smitmer, XVIII<sup>e</sup> s., d'après le même vidimus). — Texte : *Hist. de France,* XIX, 325 ; *Rerum Danicarum scriptores,* VI, 128. — Analyse : Mannier, *Command. du gr.-pr. de France,* 50.

Noverint universi quod nos frater Garinus de Monteacuto, Dei gratia sancte domus Hospitalis Hierosolymitani magister humilis et pauperum Christi custos, ad petitionem nobilissime domine I[ngeburgis], quondam Francorum regine, uxoris Philippi, illustris Francie regis, de communi assensu et consilio fratrum nostrorum et capituli nostri generalis, concessimus eidem in ecclesia nostra de Corbolio tredecim fratres presbyteros, secundum ordinem et consuetudines Hospitalis Hierosolymitani ibidem in perpetuum permansuros, pro anima pie recordationis Philippi, regis Francie memorati, et ipsius regine, et antecessorum ac successorum omnium, divina obsequia celebrantes. De quibus tredecim tres singulis diebus pro defunctis tres missas celebrare perpetuo tenebuntur ; ex quorum tredecim unus, si inventus fuerit idoneus, aliis tamquam prior preerit universis. Si autem aliquis ex illis tredecim non inveniatur idoneus, secundum dispositionem prioris Francie, uno de illis tredecim amoto, ibidem apponetur alius prior idoneus, sufficiens et honestus, qui curam ejusdem domus in spiritualibus ac temporalibus semper habebit, si ipsi priori Francie et capitulo generali ad hoc sufficiens videatur. Prefata vero regina, amore Dei et nomine eleemosyne perpetue, cuilibet tredecim fratrum sacerdotum ad eorum sustentationem duodecim libratas redditus annui perpetuo assignavit. Si vero processu temporis, quod absit, contigeret quod predicta domus nostra de Corbolio jamdictorum fratrum presbyterorum numerum non teneret, nisi infra quadraginta dies illum numerum eadem domus complevisset, domino regi Francie et successoribus suis regibus liceret redditus omnes, quos memorata regina, de consensu Ludovici, Francorum regis, eidem domui ad usus et sustentationem dictorum presbyterorum contulit, saisire, et tamdiu in manu sua tenere quousque pretaxatus presbyterorum numerus compleretur. Concedimus etiam et volumus bona fide quod domus nostra de Tigeriaco[1], cum omnibus bonis ad eamdem domum pertinentibus, quam dilectus noster Durannus, civis Lugdunensis, ad vitam suam tantum tenet, post ipsius obitum libere revertatur ad usus proprios et expensas domus nostre de Corbolio superius annotate, ita tamen quod quicquid ultra sufficientes et honestas ejusdem domus expensas residuum fuerit, totum illud transmittetur ad subsidium Terre Sancte. Ut autem omnia predicta semper de cetero melius et firmius observentur, precipimus in virtute sancte obedientie in pleno capitulo generali ut quicumque hoc statutum predictum infringere temeritate aliqua presumpserit, inobediens sit et tanquam inobediens punia-

1. Variantes : Ligeriaco, Digeriaco.

tur. Actum apud Cerasas, anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo quinto, mense junii.

### 1818. — Juin 1225, Mayet d'Ecole.

*Archambaud VI, sire de Bourbon, reconnaît que Garin de Montaigu, grand-maître de l'Hôpital, lui a abandonné la jouissance viagère de la maison du Buys, située dans la forêt de Tronçais, sous diverses conditions.*

Source : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. comm. de la Racherie, membre de la Bruyère, ch. 1, n° 1 (dans une confirm. de Louis VIII, roi de France, de septembre 1225).

Ego Archembaudus, dominus de Borbonio, notum facio universis, tam presentibus quam futuris, quod venerabilis vir frater Guarinus de Monte Acuto, Dei gratia sancte domus Hospitalis Jerosolimitani magister humilis et pauperum Christi custos, de consilio, assensu et voluntate fratrum suorum, dedit et concessit michi domum suam de Buxo, sitam in nemore meo de Trunceya, cum terris et pratis infra sepes et clausuras ejusdem domus contentis, ad habendam, tenendam et quamdiu vivero pacifice possidendam. Post decessum vero meum, dicta domus de Buxo cum omnibus ad eamdem domum pertinentibus, et cum omni mobili et immobili, et cum melioratione quam ibidem fecero, ad domum Hospitalis sine dilatione et occasione qualibet in integrum revertatur. Preterea sciendum est quod, si ego construxero ibidem forteriçiam aliquam, heredes mei post decessum meum poterunt diruere forteriçiam illam, si voluerint, aliis tamen edificiis sanis remanentibus et illesis. Sciendum quoque est quod ego dedi post mortem meam in perpetuam elemosinam dicte domui de Buxo pascua et pasnagium sexaginta porcis et quadraginta aliis grossis animalibus suis in predicto nemore de Trunceya, et usagium de eodem nemore, scilicet de mortuo, diebus singulis ad unam quadrigam, et pro reedificandis domibus de Buxo usagium, quantum necesse fuerit, in nemore pretaxato. Et ut hoc firmius habeatur, presentem paginam fieri feci, et sigilli mei munimine roborari. Actum apud Maest d'Escole, anno Domini M CC vicesimo quinto, mense junii.

### 1819. — 15 juillet 1225, Rieti.

*Le pape Honorius III ordonne aux Hospitaliers d'Espagne de secourir le château d'Alborache, quand il sera attaqué par les Sarrasins.*

Sources: Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 107 (copie, xvi^e^ s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 13, f. 69 (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 101 (copie de Smitmer, xviii^e^ s.).

Honorius, etc., dilectis filiis prioribus et fratribus Jerosolimitani Hospitalis in Ispania, salutem, etc. Cum, secundum apostolum, alter teneatur alterius onera supportare[1], si ad exequendum mandatum hujusmodi aliquando vos apostolicis litteris invitamus, non credimus vos difficiles invenire quotiens necessitas exigit et utilitas id exposcit. Ex parte siquidem nobilis viri A. Sellii nobis fuit humiliter supplicatum ut, cum castrum suum de Alborguec, quod Sarracenorum est fre-

1. Le texte de S. Paul (Galat., 6, ỷ 2) est le suivant: « Alter alterius onera portate ».

quentia circumseptum, propter guerram eorum continuam et obsidionem, etiam deficiente pane, in carnibus et aqua dumtaxat sub periculo capitis ab eorumdem incursibus ad honorem fidei christiane diutius defensarit, et jam per septem annos eis continue guerram de castro fecerit supradicto, et ipsos exinde, quoad vixerit, infestare proponat, ne, quod absit, propter eorum Agarenorum incursus, ipsum in confusionem nostre fidei et exaltationem ipsorum deserere compellatur, providere misericorditer dignaremur. Inde est quod universitatem vestram rogandam duximus attente et monendam, per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus, si quando castrum prefatum fuerit a Sarracenis obsessum, dicto nobili ad defendendum ipsum, cum ab eodem vel ab ipsis, qui ad ejusdem castri custodiam fuerint deputati, fueritis requisiti, non obstante si forte tunc temporis reges Ispanie cum Sarracenis treugas habuerint sepefatis, assistatis viriliter et potenter. Dat. Reate, idibus julii, pontificatus nostri anno IX.

**1820.** — Septembre 1225, Fontainebleau.

*Louis VIII, roi de France, à la requête de Garin de Montaigu, grand-maître de l'Hôpital, et d'Archambaud VI, sire de Bourbon, vidime un acte de ce dernier, de juin 1225, relatif à la maison du Buys.* (*V. plus haut, n°* 1818.)

Source : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. command. de la Racherie, membre de la Bruyère, ch. 1, n° 1 (orig.)

Ludovicus, Dei gratia Francorum rex. Noverint universi, presentes pariter et futuri, nos vidisse litteras dilecti et fidelis nostri Archembaudi de Borbonio, sub hac forma : « Ego Archembaudus, dominus de Borbonio, etc. (V. plus haut le texte de cet acte, n° 1818). » Nos igitur que premissa sunt, ad petitionem Guarini, magistri Hospitalis Jerosolimitani, et dicti Archembaudi, testamur, et presentes litteras sigilli nostri auctoritate communimus. Actum apud Fontem Bliaudi, anno dominice incarnationis M CC vicesimo quinto, mense septembris.

**1821.** — 16 septembre 1225, Rieti.

*Le pape Honorius III ordonne à l'abbé de S. Gothard (diocèse de Györ), au prévôt de Weissembourg (diocèse de Veszprim) et à maître Enoch, archidiacre de Neutra, d'instruire la cause pendante entre les Hospitaliers de S. Etienne de Weissembourg et Robert, évêque de Veszprim, et de transmettre les documents au Saint Siège.* (*V. plus haut, n°* 1438.)

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 13, f. 85 (copie contemp.) ; Vienne, Arch. imp. et roy., ms. 100, vol. 2, 32, n° 14 (copie de Smitmer, XVIII^e s.) — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 7477. — Texte : Horoy, *Medii ævi bibl. patr.*, IV, col. 927 ; *Monumenta Hungariæ historica*, diplom. VI, 211 ; Theiner, *Vetera monum. hist. Hung. sacr. illustr.*, I, 61.

Honorius, etc., dilectis filiis..... abbati S. Godardi,.... preposito Albensi, Geuriensis et Vesprimiensis diocesum, et magistro Enoc, archidiacono Nitriensi, salutem, etc. Venerabili fratri nostro R[oberto], Vesprimiensi episcopo, et dilecto filio fratri R[aimbaldo][1], procuratori Hospitalis Jerosolimitani in Ungaria, in nostra

1. Quelques années plus tard Raimbault occupait la charge de prieur de Hongrie.

presentia constituti[s], venerabilem fratrem nostrum P[elagium], Albanensem episcopum, dedimus auditorem; coram quo dictus petiit procurator quamdam sententiam, a felicis memorie Innocentio papa, predecessore nostro, pro ipso episcopo contra fratres Jerosolimitani Hospitalis S. Stephani Albensis, Vesprimiensis diocesis, super quibusdam decimis promulgatam, in melius commutari, tum quia causa super prefatis decimis coram ipso predecessore nostro per falsum procuratorem agitata fuerat, ut dicebat, tum quia ex parte Hospitalis necessarie narrationes et probationes fuerant, sicut asserebat, omisse, que, si omisse non essent, lata non esset contra ipsum Hospitale sententia supradicta. Quare petebat, si forsan de falso procuratore allegatio non prodesset, Hospitale ipsum ad predictas narrationes et probationes per in integrum restitutionem admitti, presertim cum ex earum omissione sit enormiter lesum, vel saltem unum de fratribus suis statui ejusdem Hospitalis sindicum, nomine Romane ecclesie ad quam spectat et cui est in una marca auri annis singulis censuale. Prefatus vero episcopus excipiendo respondit quod super hiis respondere non tenebatur procuratori predicto, quia, cum per..... de Ticon [1] et de Bochan abbates, quos ipse predecessor noster deputavit executores sententie supradicte, fuisset in predictarum decimarum possessionem inductus, fratres dicti Hospitalis, licet ad tempus ipsi sententie paruissent, postmodum tamen ipsum spoliaverant decimis antedictis; quare dicebat quod stare non debebat in judicio spoliatus. Hiis igitur per relationem ipsius auditoris plenius intellectis, quia neutra pars eorum que coram ipso auditore proposuit potuit facere plenam fidem, de fratrum nostrorum consilio, discretioni vestre, de utriusque partis assensu, per apostolica scripta mandamus quatenus, dicto episcopo prius integre restituto, si se probaverit spoliatum, et possessionem pacificam assecuto, audiatis ea que pars Hospitalis super falso procuratore et probationibus omissis, nec non ea que dictus episcopus pro se duxerit proponenda, causamque super prenotatis articulis sufficienter instructam ad nostrum remittatis examen, prefigentes partibus terminum competentem, quo nostro se conspectui representent, quod justum fuerit recepture. Quod si non omnes, etc., duo vestrum ea nihilominus exequantur. Dat. Reate, XVI kalendas octobris, pontificatus nostri anno X.

### 1822. — Octobre 1225.

*Renaud de Forez, archevêque de Lyon, termine par une sentence arbitrale le débat soulevé entre Seignoret, précepteur des Hospitaliers [en Bourgogne] [2], et Guichard, seigneur d'Anthon, au sujet de la garde et de la justice de Charvieux.*

Source : Lyon, Arch. du Rhône, H. fonds de Malte, command. de S. Georges de Lyon (orig. scellé du sceau de Guichard d'Anthon). — Texte : M.-C. Guigue, *Cartul. Lyonnais,* I, 279.

Actum anno Domini M CC XXV, mense octobris. Datum per manum P. de Boteon, officialis nostri.

### 1823. — Décembre 1225, Paris.

*Louis VIII, roi de France, confirme les biens et franchises que Richard Cœur-de-*

1. Tihany, abbaye bénédictine, fondée en 1054 sur la rive occidentale du lac Balaton (Plattensee).

2. Nous trouvons, en 1298, Seignoret avec le titre de « magnus preceptor domorum Hospitalis in Burgondia », et en 1229 : « S. preceptor Burgondie ». Il est fort probable qu'il s'agit ici du même personnage.

*Lion, roi d'Angleterre, avait concédés aux Hospitaliers, dans les mêmes termes que Philippe-Auguste.* (*V. plus haut, n°* 1657.)

Sources : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 41, n° 3 des priv. des rois de France (vidimus du 13 janvier 1575); Montpellier, Arch. du Gard, H. 633, f. 6 (copie, xvii^e s.); Paris, Arch. nat., K. 29, n° 5 (orig.); M. 15, n° 7 (vidimus du 5 juillet 1423), MM. 3, f. 27 (copie, xviii^e s.); Bibl. nat., lat. 9001, f. 83 (copie d'A. de Naberat, xvii^e s.). — Analyse : J. Tardif, *Monum. hist., Cartons des rois,* 345, n° 793. — Texte : Des Clozeaulx, *Privileges concedez par les rois très chrestiens.....* (Paris, 1619), 9 ; même ouvrage, sous le titre : *Privi-léges des papes, empereurs, roys* (Paris, 1649), 7 et (Paris, 1700), 4.

Actum Parisiis, anno Domini M CC vicesimo quinto, mense decembris.

## 1824. — 18 décembre 1225, Rieti.

*Le pape Honorius III autorise le grand-maître de l'Hôpital à repousser par la force les attaques de Bohémond IV, comte de Tripoli.*

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 103 (copie, xvi^e s., à la date erronée du 18 décembre 1224); Rome, Arch. du Vatican, reg. 13, f. 103 (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 103 (copie de Smitmer, xviii^e s.).

Honorius, etc., dilecto filio... magistro Jerosolimitani Hospitalis, salutem, etc. Ad aures nostras, te referente, pervenit quod comes Tripolitanus, Christum persequens in pauperibus et ministris ipsius, pro eo quod fratres Jerosolimitani Hospitalis se ab ejus infestationibus temporali potentia non defendunt, crudelius et audacius ipsos in personis non cessat affligere, diripere pauperum elemosinas, et alia bona Hospitalis ejusdem per violentiam occupare. Unde apostolicum super hoc implorans remedium, devote ac humiliter postulasti ut tibi et fratribus tuis defendendi vos, vel verius Christum in ejus pauperibus et ministris, a tanta tyrampnide comitis supradicti, cum vim vi repellere leges et jura permittant, licentiam preberemus. Nos igitur, attendentes quod nullius causa propria hic agitur, sed que communis est pauperum atque Christi, devotionis tue precibus inclinati, licentiam tibi concedimus ut, per Hospitalis amicos et Christi fideles, fratres ac bona ipsorum a prenominato comite defendere valeas, vim vi legitime compellendo. Dat. Reate, xv kalendas januarii, pontificatus nostri anno x.

## 1825. — 20 décembre 1225, Rieti.

*Le même autorise le grand-maître de l'Hôpital à communiquer avec les excommuniés.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, n° 12 (orig.); div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 101 (copie, xvi^e s., à la date erronée du 20 décembre 1224).

Honorius, etc., dilecto filio magistro Jerosolimitani Hospitalis, salutem, etc. Quia necessitas facit licitum quod alias penitus non liceret, nos, Terre Sancte necessitatem, que imminet, attendentes, devotionis tue precibus inclinati, auctoritate tibi presentium indulgemus ut, pro utilitate ipsius terre ac Jerosolimitani Hospitalis, cujus persone ac bona terre predicte sunt obsequiis deputata, excommunicatis, cum videris expedire, cum dolore ac amaritudine cordis et sub spe venie, dum tamen tecum non participes in mensa vel orationibus, loqui possis, non tamen excedendo modum ne inde scandalum oriatur. Dat. Reate, xiii kalendas januarii, pontificatus nostri anno x.

### 1826. — 20 décembre 1225, Rieti.

*Le même autorise le grand-maître de l'Hôpital à faire célébrer, malgré l'interdit, l'office divin dans les églises et chapelles de l'ordre.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 104 (copie, xvi[e] s., à la date erronée du 20 décembre 1224).

Honorius, etc., magistro et fratribus Hospitalis, salutem, etc. Devocionis vestre precibus inclinati, auctoritate vobis presencium indulgemus ut, cum generale terre fuerit interdictum, liceat vobis, clausis januis, non pulsatis campanis, excommunicatis et interdictis exclusis, submissa voce, in ecclesiis et capellis vestris facere celebrari et audire divina officia, dummodo causam non dederitis interdicto, nec]id contingat vobis specialiter interdici. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Reate, xiii kalendas januarii, pontificatus nostri anno ix (*lisez* x).

### 1827. — 22 décembre 1225, Rieti.

*Le même confirme un accord, intervenu par l'arbitrage de Pélage Galvano, évêque d'Albano, légat du S. Siège, entre l'Hôpital, d'une part, et l'évêque et le chapitre d'Acre, d'autre part, relativement à la dîme de deux vignes.* (*V. plus haut, n°* 1718.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, n° 13 (orig.).

Honorius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Jerosolimitani Hospitalis, salutem, etc. Justis petentium desideriis, etc. Insinuantibus sane vobis didicimus quod, cum olim, inter vos ex parte una et venerabilem fratrem nostrum episcopum ac capitulum Acconenses ex altera, super duarum vinearum vicesima et rebus aliis coram venerabili fratri nostro Albanensi episcopo, tunc in partibus illis apostolice sedis legato, questio ageretur, ipso tandem legato et quibusdam aliis episcopis mediantibus, ad compositionem cum illis amicabilem devenistis. Nos ergo, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, compositionem eandem, sicut sine pravitate provide facta est et ab utraque parte sponte recepta et hactenus pacifice observata, et in confectis exinde litteris dicitur plenius contineri, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Reate, xi kalendas januarii, pontificatus nostri anno x.

### 1828. — 24 décembre 1225.

*Marie, abbesse du monastère cistercien de S. Marie-Madeleine d'Acre, reçoit à cens annuel de Garin de Montaigu, grand-maître de l'Hôpital, et des Hospitaliers des maisons et une place à Acre.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 47 (orig. auj. perdu)[1]. — Texte :

1. De trois sceaux qui authentiquaient cette charte, deux seulement subsistaient au temps de Pauli, qui les a reproduits (*Cod. dipl.*, I, pl. 5, n° 53, et pl. 7, n° 69); ce sont ceux de Pierre, prieur du S. Sépulcre, et du monastère de S. Marie-Madeleine d'Acre ; tous deux étaient en cire.

Pauli, *Cod. dipl.*, I, 254. — Extraits : Taaffe, *The history of the... order of S. John of Jerusalem*, IV, app. n° lxxxix.

In nomine sancte et individue trinitatis. Nos Maria, monasterii S. Marie Magdelene in Accon, ordinis Cisterciensis, abbatissa, habito communi sororum nostrarum consilio, scimus et in veritate cognoscimus nos habuisse et recepisse a vobis fratre Guarino de Monte Acuto, Dei gratia sancte domus Hospitalis Iherusalem magistro venerabili et Christi pauperum custode, et a fratribus vestre domus sub annuo censu in festo natalis Domini domos vestras cum platea juxta posita, sicut in carta inde nobis facta, vestri sigilli munimine roborata, plenius continetur. Hac igitur de causa ego Maria, predicti monasterii abbatissa, per me et per omnes mihi succedentes, cum consilio sororum nostrarum omnium, promittimus per stipulationem vobis fratri Guarino de Monte Acuto predicto, et successoribus vestris sancte domui Hospitalis, et fratribus ibi presentibus et futuris nos soluturas annuatim in festo natalis Domini imperpetuum, pro censu domorum et platee, viginti quinque bisantios Saracenatos, sive domus steterint in eodem statu, sive dirute fuerint aut a nobis, aut vetustate sui, aut aquarum inundatione, aut terre motu, aut aliquo facto, aut aliquo alio casu, sive edificia sint mutata sive refecta, sive destructa vel emendata, sine omni vestra expensa, quam ibi nullo casu, nullo modo unquam facere teneamini, set libere et absolute solvemus vobis et successoribus vestris, et sancte domui Hospitalis annuatim pro censu, ut dictum est, viginti quinque bisantiorum in tempore memorato, quicquid de domibus actum erit; pro quo censu obligamus vobis bona nostra. Sunt autem predicte domus cum platea in suburbio civitatis Acconensis, s[cilicet] in loco qui vulgariter dicitur Mons Musardus, et affrontant ab oriente in via publica que descendit a S. Egidio et vadit ad Magdalenam, a meridie in terram Guidonis de Glia, Pisani, ab occidente in alia via publica, ab aquilone contigue sunt nostro predicto monasterio S. Marie Magdalene. Ad cujus rei noticiam et testimonium, presenti carte sigillum nostre domus apposuimus. Insuper ad majorem firmitatem et munimen, ad preces nostras prior dominici Sepulchri magister Petrus, tunc vicarius domini patriarche, suum sigillum, et capitulum Acconensis ecclesie similiter et suum eidem carte apposuerunt. Hujus rei testes sunt : Petrus Bricius; Michael de Joppen; Marcus de Joppen ; Benevenutus de Joppen ; Jordanus de Iherusalem ; Martinus Cordarius ; Petrus de Soueni; Fulco de Tiberiade; Pandulfus, gener domini Valini ; Johannes Ursus. Actum est hoc anno ab incarnatione Domini m cc xxv, vigilia natalis Domini.

## 1829. — 1226.

« *Convention passée entre le commandeur* [*de l'Hôpital*] *d'Antioche et Philipe, archevêque de Mamistra, dans laquelle il est dit que le commandeur payera la dixme des terres de cette commanderie, qu'il faisoit cultiver par ses paysans, et que ce payement ne pourra porter aucun préjudice à l'ordre, en cas qu'il fasse à paroir de quelque privilège qui l'en exempte, de l'an* 1226. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 228 (xviii<sup>e</sup> s.).

## 1830. — 1226.

*Guy de Tremelay, partant pour la croisade contre les Albigeois, donne aux Hospi-*

*taliers sa maison de Semon, avec ses droits et dépendances, sous réserve des droits d'usage des habitants de Cuiseaux.*

Source : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. command. de l'Aumusse, membre de Semon, n° 1 (chirogr. orig.).

Quoniam juxta sequelam seculorum generatio preterit, veneratio advenit et hec mutabilitas delet [facta priorum de memoria sequentium, posterorum noticie memori scripto volumus commendare quod ego Guido de Tremelai, profecturus contra Aubigenses, donavi Deo et fratribus Hospitalis de Jherusalem, pro remedio anime mee et meorum, domum meam de Somont, con adpendiciis suis et hominibus, canpis, pratis et nemoribus, et quidquid ibi juris habebam, habitatoribus Cuiselli salvis bonis usibus quos habuerant in pratis, pascuis et nemoribus de Somont, ita etiam quod predicti fratres non possint ibi aliquem guarderum vel secularis potentie patronum instituere, nisi dominum Cuiselli, de cujus chasamento est, vel aliquo modo alienare. Investivi etiam tunc temporis dictos fratres de quinque asinatas (*sic*) vindemie, quas mihi debebat annuatim dominus Cuiselli de chasamento, ut etiam eas in vita mea possideant; aliarum rerum predicta donacio post mortem meam firmitatem teneat, et, si con predictis asinatis redditus eis adquisiero unde aliquis sacerdos ibi posset habere residenciam et competens vite subsidium, predicti fratres tenentur ibi sacerdotem instituere, qui celebret divina pro salute vivorum et mortuorum. Factum est hoc con laude et consensu domini Cuiselli, et L., uxoris ejus, et Hugonis et Poncii, filiorum suorum. In testimonium veritatis roborari feci hanc cartam sigillo abbatis..... et sigillo abbatis Miratorii, et sigillo domini Cuiselli, anno gratie M CC XXVI.

## 1831. — 19 janvier 1226, Rieti.

*Le pape Honorius III annexe à l'ordre de l'Hôpital l'hôpital de Mormant. (V. plus haut, n*os *1812 et 1813.)*

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 13, f. 107 *b* (copie contemp.) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 104 (copie de Smitmer, XVIII^e s.).

Honorius, etc., dilectis filiis [Herberto], abbati S. Jenofeve, et magistris Gaufrido, et Johanni de Monte Mirabili, archidiaconis Parisiensibus, salutem, etc. Exposuit nobis olim per litteras suas venerabilis frater noster [Hugo], episcopus Lingonensis [1], quod, cum Hospitale Mormenti sue diocesis in spiritualibus esset et temporalibus sic collapsum quod per degentes ibi personas reformari nequiret, disposuit ipse dictum Hospitale cum pertinentiis suis fratribus Jerosolimitani Hospitalis convertendum in eorum ordinem, et per ipsum in statum debitum reformandum concedere, si de nostro procederet voluntate. Quo nobis humiliter supplicante ut dispositioni sue super hoc benevolum preberemus assensum, nos, plenam de discretione sua gerentes fiduciam, sibi per litteras nostras mandavimus ut ad id auctoritate nostra procederet sine alieni juris prejudicio et suo, ac Lingonensis ecclesie jure salvo. Nuper autem dilectus filius W., archidiaconus Barri, suo et procuratorio nomine quorundam aliorum de capitulo Lingoniensi, ac magister domus Mormenti, comparentes in nostra presentia, proponere curaverunt quod, eisdem litteris in capitulo Lingoniensi perlectis, presente quoque [Gerino], magistro Jerosolimitani Hospitalis in Francia, totius capituli Lingonensis concors voluntas extitit et

1. Hugues de Montréal occupa le siège épiscopal de Langres de 1219 à 1232.

unanimis quod nullo modo converteretur in alium ordinem domus ipsa, quamdiu reperiri via posset, per quam in statum valeret debitum reformari; pluribus tunc ex parte domus ejusdem et Lingonensis ecclesie allegatis et propositis rationibus, ex quibus id nec fieri poterat nec debebat, et ob hoc, tam ex parte domus et ecclesie quam quorumdam archidiaconorum Lingonensium, videlicet ipsius W. et [Pagani][1] de Bassigneio, quorum dicitur specialiter interesse, appellatione ad sedem apostolicam interposita, ne memoratus episcopus occasione mandati nostri super hoc aliquid immutaret. Unde intelligens idem episcopus ea, que coram ipso fuerunt proposita, tam ratione quam veritate suffulta, noluit ultra procedere in negotio, sed illud ad nos duxit integrum remittendum, prout in relatione continebatur nobis exhibita, que ipsius episcopi existere dicebatur. Idem itaque archidiaconus Barri et dictus magister, appellationem prosequentes eandem, cum multa precum instantia postularunt ut tali domus ipsius mutatione, que propter multiplices rationes dextere Excelsi[2] non esset penitus interdicta, eidem inhiberemus episcopo ne amplius debeat ad eam faciendam intendere, sed ad reformationem domus potius, sibi utique non difficilem, paternam sollicitudinem adhibere. E contra vero ex parte fratrum Jerosolimitani Hospitalis fuit propositum coram nobis quod, de concessione prenominati episcopi, decani Lingonensis et fratrum domus Mormenti extitit et assensu, quod in ordinem Jerosolimitani Hospitalis converteretur domus predicta, super quo etiam confecte dicuntur littere ab episcopo memorato; qui cum plenam in domo ipsa jurisdictionem habeat, ita quod, irrequisito Lingonensi capitulo et aliis, potest ibi reformare et corrigere, prout correctionis et reformationis est officium opportunum, ejus concessio, non obstante contradictione cujuslibet, firma debet haberi, maxime cum iidem fratres Hospitalis Jerosolimitani sint cavere parati quod nulli ex hoc aliquid prejudicium generetur. Quia vero super iis nobis non potuit fieri plena fides, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, si nondum eisdem fratribus facta est de domo ipsa concessio, sed res existit adhuc integra, sicut dicitur ex adverso, et dicti episcopus et capitulum, et magister possunt domum eandem in suo ordine reformare, vos id ab eis fieri auctoritate apostolica concedatis. Quod si non possunt, ad reformationem hujusmodi eadem auctoritate procedere procuretis. Si vero res integra non existit, vocatis qui fuerint evocandi, quod canonicum, etc. Testes autem, etc. Quod si non omnes, etc. Dat. Reate, XIV kalendas februarii, pontificatus nostri anno X.

### **1832.** — 19 janvier 1226, Weissembourg.

*L'abbé de Pilis et le prévôt de Weissembourg, arbitres désignés par le S. Siège dans la cause pendante entre l'abbaye de S. Martin de Pannonie et les Hospitaliers de Weissembourg et de Csurgó, sont acceptés par l'abbé de S. Martin et par Jean, prieur de l'Hôpital, procureur de l'ordre; ceux-ci adjoignent à ces arbitres deux autres arbitres, maître Casimir et maître Manassès, et déclarent que l'arbitrage sera prononcé le* 7 *avril* 1226, *à Weissembourg.* (*V. plus haut, n°* 1816.)

SOURCE : S. Martin de Pannonie, Arch. de l'abbaye (orig.). — TEXTE : *Monumenta Hung. hist.*, diplom., VI, 132.

.....Anno dominice incarnacionis M CC XXVI, secunda feria post cathedram sancti Petri, Albe, in claustro Albensi.

1. Payen était archidiacre du Bassigny en 1225. Il est donc fort probable que c'est de ce personnage qu'il est ici question.

2. Cette expression est empruntée à l'Ecriture Sainte (Ps. 76, ℣ 11); d'ailleurs toute la phrase est librement inspirée du texte de la Bible.

### 1833. — 25 janvier 1226.

*Après la mort d'Ozende de Lizana, prieure de Sigena, Foulques de Tornell, châtelain d'Amposte, et Sancia Ximenès d'Urrea, prieure de Sigena, règlent leurs attributions respectives.*

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, II, 236 (copie, fin xiv^e s.) ; Sigena, Arch. du monastère (copie auth. du 9 novembre 1277) [1].

Sit notum cunctis, presentibus atque futuris, quod, deffuncta olim domina Ozenda, venerabili priorissa Secxene bone memorie, dixit asserendo conventus dominarum Secxene quod secundum normam et regulam beati Agustini priorissa debebat eligi et promoveri. Ex alia parte frater F[ulcho] de Cornello, castellanus Emposte, dixit quod non, set secundum regulam et ordinem et constitutionem Hospitalis eligenda erat priorissa Secxene. Ubi (?) ad hoc instrumentis et cartis, que domui Secxene magister Jherosolimitanus tradidit, consideratis sollicite et diligenter auditis ac plenarie circumspectis, manifestum et probabile visum fuit quod domus et conventus dominarum Secxene, et tam fratres quam omnes alii ibidem constituti, debent conversari omnino et vivere sub regula et constitutionibus Hospitalis, verum etiam priorissa, quecumque sit, debet esse in omnibus castellano Emposte obediens, salva tamen honestate sua; quod quiddem (?) tunc acceptum fuit ab omni conventu dominarum et fratrum imperpetuum servaturum. Nos igitur frater F[ulcho] de Tornello, Dei gratia castellanus Emposte, cum consilio et assensu generalis capituli dominarum et fratrum Secxene, statuimus et statuendum decrevimus quod priorissa Secxene semper cum conventu dominarum in omnibus claustraliter conversetur, nisi tamen causa infirmitatis vel hospitum occupetur, pro quibus etiam hospitibus fieri sit honestum. Preterea volumus quod priorissa ducat novem equitaturas, et habeat tantum sibi duas feminas servientes, et non equitet nisi ex licentia castellani Emposte, ita si in illis partibus sit propinquus; quod si procul fuerit castellanus, potest equitare cum consilio conventus dominarum et fratrum pro negociis sue domus. Adjungimus etiam quod priorissa nequeat dare alicui perpetualiter panem et aquam, nec alicui abitum imponere ordinis, sine voluntate et consilio castellani. Et si priorissa aliquid, quod Deus avertat, contra regulam Hospitalis fecerit, Hospitalis justitiam patiatur et dignitatem amittat, sicut castellanus Emposte vel alius magnus bajulus amitterent tali causa. Item volumus quod preceptor Secxene cum aliis in generali capitulo eligatur, tamen cum consilio priorisse, et ipsa priorissa accedat ad capitulum Aragonie annuatim, et, de bonis domus sue, quod sibi videbitur mittat quoque anno subsidium Terre Sancte. Et ad decessum suum testamentum nequeat facere, vel aliquod dimittere alicui sive dare, vel suis precibus propter mortem ejus statuere illi dandum plus alio fratre Hospitalis ; set omnes res sue, quecumque fuerint, castellano reddende fideliter conserventur, ut de alio quolibet preceptore. Set etiam priorissa aliqua dare vel excambiare neq[ueat] sine consilio conventus sororum et fratrum vel castellani. Et si castellanus Emposte ipsam priorissam noverit bonam, utilem et honestam, liceat ei partem de predictis constitutionibus vel omnes ipsi remitere priorisse. Et nos dictus castellanus Emposte statuendo firmiter precipimus et mandamus supradicta omnia semper inviolabiliter observari. Et nos Sancia de Orreya, Dei gratia priorissa Secxene, per promissionem, quam Deo et Hospitali fecimus, convenimus promitentes supradicta omnia semper observare fideliter toto posse, et facere totis viribus

1. Cette copie est transcrite sur le même parchemin qu'un acte d'octobre 1187. (V. plus haut, I, n° 835.)

fideliter observari, apponentes nostrum sig(*Seing manuel*)num. Actum est hoc VIIII kalendas februarii, anno Domini M CC XX quinto. Sig(*Seing manuel*)num fratris F[ulchonis] de Tornello, Dei gratia castellani Emposte, qui suprascripta omnia confirmamus. S. dompne Willelme, cantoris Secxene. S. dompne Milie, sacristane. S. Urrache de Lusa. S. dompne Orie de Valterra. S. dompne Marie de Alcalano. S. fratris P[etri], preceptoris Secxene. S. fratris P[etri] Garone. S. fratris P[etri] Sanccii, capellani. S. fratris S. Petriz, preceptoris Cesarauguste. S. fratris A., capellani domini castellani. S. fratris B. (*ou* R.?) de Cervera. S. fratris Marescon. Ego G. de Albo, notharius domini castellani, qui, ejusdem et aliorum predictorum mandato, hoc scripsi, et sig(*Seing manuel*)num meum apposui.

## 1834. — 30 janvier 1226, Rieti.

*Le pape Honorius III fait connaître aux archevêques de Nicosie et de Césarée, et à l'abbé du Mont des Oliviers les excès commis par Bohémond IV, comte de Tripoli, contre le château d'Antioche, occupé par les Hospitaliers, et contre la maison de l'Hôpital à Tripoli.*

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 13, f. 108 (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 7524 *a.* — Texte : Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. III e reg. pont. Roman.*, I, 213, n° 291 ; Raynaldi, *Ann. eccl.*, XX, 581.

Honorius, etc., Nicosiensi et Cesariensi archiepiscopis, et abbati Montis Oliveti, salutem, etc. Comes Tripolitanus, qui pro diversis et variis excessibus suis ad illum deberet intuitum erigere, quo respiciente Petrus legitur in amaras lacrimas effluxisse[1], gravi demersus oblivionis somno, et totus per voraginem desperationis absorptus, nullam recipit, cum percussus non doleat, disciplinam. Idem enim, inter alios ejus divulgatos excessus, Antiochiam et castrum Antiochenum, quod fratribus Hospitalis Jerosolimitani custodiendum dimisit venerabilis frater noster Albanensis episcopus[2], tunc apostolice sedis legatus, et domum quandam, quam ipsi habent apud Tripolim, capiens violenter, rabie concitatus diabolica, unum ex ipsis excoriari, et alium, ut dicitur, occidi fecit, preter id quod, quibusdam eorum crudeliter et inhoneste tractatis, damna eis gravia et injurias irrogavit. Unde dictus episcopus his aliisque de causis pluribus manifestis in eum, fautores, complices et participantes eidem protulit excommunicationis sententiam, que auctoritate apostolica extitit postmodum approbata. Sed ipse tanquam peccator, qui contemnit, postquam in profundum labitur vitiorum, eandem sententiam penitus vilipendens, de redeundo ad mandatum ecclesie, cum ablata detineat et de damnis et injuriis nullam satisfactionem impenderit, non videtur etiam cogitare. Ut autem de salute sua idem excitatus a nobis recogitet, qui per septennium despexit sententiam supradictam, discretioni vestre, etc. Dat. Reate, III kalendas februarii, [pontificatus nostri] anno X.

## 1835. — 15 février 1226, Latran.

*Le même invite les Hospitaliers à porter secours à Henri de Lusignan, roi de Chypre, qu'il protège spécialement.*

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 109 (copie, XVI^e s.) ;

1. S. Matth., 26, ỷ 75.

2. Pélage Galvano, évêque d'Albano.

Rome, Arch. du Vatican, reg. 13, f. 114, n° 208 (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 107 (copie de Smitmer, XVIII^e s.).

Honorius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Nuper carissimus in Christo filius noster illustris rex Cipri per nuntios suos nobis exposuit quod consilium et auxilium vestrum sibi et regno suo est plurimum opportunum. Unde, cum nos sincero ipsum diligamus affectu, et honoris et exaltationis sue cupiamus augmentum, devotionem vestram rogamus et hortamur attente, per apostolica scripta mandantes quatenus, ob reverentiam apostolice sedis et nostram, eidem regi, quem sub nostra et apostolice sedis protectione recepimus, et bajulo regni sui plene ac efficaciter assistatis, contra indebitos molestatores ipsius opportunum eis consilium et auxilium impendendo, ita quod mandati nostri sentiatur effectus, ex quo rex ipse in nostra et ecclesie Romane devotione crescere debeat, nosque vobis ad gratias exinde teneamur. Dat. Laterani, XV kalendas martii, pontificatus nostri anno X.

## **1836.** — 16 février 1226, Latran.

*Le même ratifie l'accord, intervenu entre Ingeburge, reine de France, et Garin de Montaigu, grand-maître de l'Hôpital, pour la fondation à Corbeil d'une maison de l'ordre.* (*V. plus haut, n°* 1817.)

SOURCES : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1183, f. 360 (copie de la Porte du Theil, XVIII^e s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 13, f. 113 *b* (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 108 (copie de Smitmer, XVIII^e s.). — ANALYSE : Mannier, *Command. du gr.-prieuré de France,* 50; Paris, Arch. nat., S. 5749, f. 481 (invent. du prieuré de S. Jean en l'Isle, 1738); Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 7528. — TEXTE : *Historiens de France,* XIX, 770; *Scriptores rerum Danicarum,* VI, 128.

Honorius, etc., carissime in Christo filie I[ngeburgi], quondam regine Francorum illustri, relicte inclite recordationis Philippi, regis Francie, salutem, etc. Solet annuere sedes apostolica piis votis, et honestis petentium precibus favorem benivolum impertiri. Ex parte siquidem tua fuit nobis humiliter supplicatum ut, cum dilectus filius G[arinus] de Monte Acuto, magister Hospitalis Jerosolimitani, de communi consilio et assensu fratrum suorum et capituli generalis, tibi concesserit quod, in ecclesia Hospitalis eorum de Corbolio, tredecim fratres presbiteri, secundum ordinem et consuetudinem Hospitalis ejusdem, in perpetuum, pro anima dicti regis et tua, ac antecessorum et successorum vestrorum, officia divina celebrent, ac tu eidem domui pro sustentatione dictorum fratrum, ita quod pro quolibet eorundem, annuum duodecim librarum redditum contuleris intuitu pietatis, concessionem ipsam apostolico dignaremur munimine roborare. Nos igitur, tuis devotis precibus gratum impertientes assensum, concessionem prefatam, sicut pie ac provide facta est, et in litteris exinde confectis, quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus precepimus annotari, plenius continetur, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Tenor autem litterarum ipsarum est talis : « Noverint universi quod nos frater Garinus de Monte Acuto, etc. » (V. plus haut le texte de cet accord, n° 1817.) Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, XIV kalendas martii, pontificatus nostri anno X.

## **1837.** — 27 février 1226, Latran.

*Le même autorise les Hospitaliers à récupérer à main armée les biens que leur avait enlevés Bohémond IV, comte de Tripoli.* (*V. plus haut, n°* 1834.)

SOURCES : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 110 (copie, XVI^e s.);

Rome, Arch. du Vatican, reg. 13, f. 117 (copie contemp.) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 110 (copie de Smitmer, XVIII^e s.).

Honorius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Ad tantam comes Tripolitanus jam videtur perfidiam devenisse ut Deum non timeat, religionem despiciat, et fidei christiane perversis operibus contradicat. Ad nostram sane audientiam vobis insinuantibus est delatum quod idem comes, ad Hospitalis bona, que sunt pauperum, oculis cupiditatis erectis, castrum Antiochie, quod nomine Romane ecclesie de mandato tenebatis venerabilis fratris nostri Albanensis episcopi, tunc apostolice sedis legati, domum quamdam Tripoli ac quedam alia Hospitalis ipsius violenter detinet occupata, et vos, quibus pro Dei reverentia deberet contra vestros molestatores assistere, multipliciter inquietat. Cum igitur non nisi Christi et egenorum bona predicta existant, et dictus comes in eorum detentione illos persequi videatur quorum sunt usibus deputata, nec ad ipsorum restitutionem adhuc ipse comes induci potuerit, licet sit ad hoc multo tempore ac multipliciter laboratum, vobis, cum causa Christi et pauperum ejus agatur, permittimus ut bona ipsa repetere ac ad usus recuperare predictos potenti et armata manu, si nec adhuc ea dictus comes restituerit, valeatis. Dat. Laterani, III kalendas martii, pontificatus nostri anno X.

### **1838.** — Mars 1226, Pont de l'Arche.

*Philippe, comte de Boulogne et de Clermont, donne aux Hospitaliers le droit de défricher quarante huit arpents de friches à S. Soupplets.*

SOURCE : Paris, Arch. nat., S. 5189, n° 10 (orig. scellé).

Ego Philippus, comes Bolonie et Clarimontis, notum facio universis, presentibus pariter et futuris, me concessisse fratribus Hospitalis Jerosolimitani quod ipsi possint essartare quadraginta octo arpenta frichiorum illorum, que sunt super S. Supletum, et quod ipsi teneant dicta quadraginta octo arpenta quiete et libere in perpetuum absque solutione avene seu cujuslibet alterius griarie. Predicti vero fratres Hospitalis tenentur tradere et deliberare nobis et heredibus nostris, propter quittacionem quam eis fecimus de griaria nostra, duodecim arpenta in illis frischiis, de quibus nos et heredes nostri nostram poterimus facere voluntatem. Sciendum autem quod sepedicti fratres in terra illa non poterunt facere villam nec statuere hospites, nisi de assensu et voluntate nostra vel heredum nostrorum. Sed poterunt ibi edificare domum et granchiam ad opus suum, et de predictis conventionibus tenentur predicti fratres tradere nobis litteras venerabilis patris Garini, episcopi Silvanectensis, Francie cancellarii, et magistri Hospitalis in Francia. Quod ut perpetue stabilitatis obtineat firmitatem, presentes litteras ipsi concessimus, sigilli nostri munimine roboratas. Actum apud Pontem Arche, anno dominice incarnationis M CC vicesimo quinto, mense marcii.

### **1839.** — 5 mars 1226, Latran.

*Le pape Honorius III autorise l'archevêque de Césarée à régulariser les entrées*

*dans l'ordre de l'Hôpital faites irrégulièrement, pourvu que les récipiendaires et les membres reçus soient en Terre Sainte.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, nos 34 et 35 (orig.)[1].

Honorius, etc., venerabili fratri archiepiscopo Cesariensi, salutem, etc. Cum dilecti filii fratres Jerosolimitani Hospitalis corpora deputarunt et animas servitio Jhesu Christi, de salute animarum suarum eo magis nos oportet esse sollicitos quo amplius antiqui hostis calliditas electos supplantare nititur, manus ad desiderabilia Domini mittere satagendo. Predictorum ergo fratrum precibus inclinati, presentium tibi auctoritate simplicem veniam tribuendo concedimus ut, tam cum illis, qui per simplicitatem simoniace in eorum collegio sunt recepti, quam cum eis, qui sic receperunt eosdem, dum tamen recipientes taliter et recepti sint in partibus transmarinis, dispensare valeas, ac animarum suarum super hoc saluti consulere, prout videris expedire. Dat. Laterani, III nonas martii, pontificatus nostri anno X.

## 1840. — 15 mars 1226, Ariza.

*Jacques I, roi d'Aragon, comte de Barcelone et seigneur de Montpellier, confirme à Sancia Ximenès d'Urrea, prieure de Sigena, toutes les donations faites au monastère par Alphonse II, Sancia et Pierre II, rois et reine d'Aragon, à Cambor, Alcolea, Farlete, Candasnos, Juberre, Sariñena, Lanaja, Monnegro.*

Source : Sigena, Arch. du monastère (orig. scellé).

In Christi nomine, notum sit cunctis quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone et dominus Montispessulani, considerantes quod bonum et utilitatem monasterii de Sexena tenemur multis rationibus conservare, et bonum ipsius monasterii nostrum proprium reputare, iccirco, cum hac presenti carta perpetuo valitura, confirmamus omnes donationes, quas illustres antecessores nostri Ildeffonsus felicis recordationis, rex Aragonum, avus noster, et dompna Sancia, regina Aragonum, uxor ejusdem, et Petrus postea bone memorie, pater noster, fecerunt domino Deo et monasterio supradicto, videlicet de tertia parte Camboris et de villa de Alcala cum terminis suis, et de vetato de Farleto, et de Campo Asinorum cum suis terminis, et de medietate de Juberre, et de hereditate de Sarannena, et de Naja cum suis terminis, et de vetato Montis Nigri quod dicitur Cunillorum, et de omnibus aliis, que dicti antecessores nostri vel quilibet alii dederunt et concesserunt ullo modo priorisse et conventui ac monasterio supradictis, ita quod vos dompna Sancia de Urreya, nunc temporis priorissa, totusque conventus ejusdem monasterii, presentes et future, omnes donationes predictas habeatis, teneatis et possideatis pacifice et quiete, et sine ulla contradictione nostri vel alterius persone viventis, sicut unquam melius et plenius huc usque eas habuistis, tenuistis et possedistis, et sicut in cartis vestris plenarie dinoscitur contineri. Preterea recipimus et constituimus sub nostra speciali protectione, firma custodia, emparantia atque securo ducatu nostro vos dictam priorissam, totumque conventum monasterii de Sixena, et omnes fratres et alios quoslibet homines vestros, ac omnes hereditates et possessiones vestras, et omnia alia bona vestra mobilia et immobilia ac se moventia, habita et habenda, ita quod vos et omnes fratres et quilibet homines vestri cum omnibus bonis vestris, ubique per regnum et dominationem nostram, sitis salvi et securi eundo, stando et redeundo, et ab omni dampno et

1. Le n° 35 est adressé à l'évêque de Valence.

gravamine penitus alieni. Nullus ergo, confidens de nostri gratia vel amore, audeat vos dictam priorissam aut conventum sive monasterium vestrum, vel quoslibet fratres aut homines vestros, sive res vestras aliquas aggravare, impedire, molestare, marchare aut pignorare, sive in loco aliquo indebite detinere. Volumus igitur et statuentes firmiter precipiendo mandamus majoridomus, repositario, merinis, çavalmedinis, juratis, justiciis, vicariis, bajulis et aliis quibuslibet hominibus nostris, presentibus et futuris, quod hanc confirmationem et protectionem, a nobis liberaliter concessam, ratam ac firmam habeant et observent, et ab omnibus ubique faciant inviolabiliter observari, et quod vos memoratam priorissam et conventum ac monasterium vestrum, cum omnibus et singulis supradictis, tanquam nostra propria manuteneant ubique fideliter et deffendant, et a nullo vos permitant indebite molestari, si de nostri confidunt gratia vel amore. Quicumque autem contra hujus confirmationis et protectionis nostre cartam ausu temerario venire in aliquo attemptaverit, iram et indignationem nostram se noverit procul dubio incursurum, et, dampno dato prius in duplum plenarie restituto, pena mille morabotinorum a nobis sine remedio punietur, carta ista nichilominus in suo robore duratura. Data Faricie, idus marcii, era M CC LX quarta, anno Domini M CC XX quinto. S.(*Seing manuel*) Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, comitis Barchinone et domini Montispessulani. Hujus rei testes sunt: Blaschus de Alagone; Lupus Ferrenqui de Luna; Artaldus de Luna; Ato de Focibus, majordomus Aragonie; Eximinus de Urreya; Rodericus de Lizana; P. Garsie de Aquilari; G. Petri de Aquilari; Palazinus de Scavos (?); P. Sancii, repositarius Aragonie; P[etrus] Petri, justitia Aragonie. Ego Guillelmus Rabaza, notarius domini regis, feci (*Seing manuel*). S. Bertrandi de Villa Nova, qui, mandato domini regis et Gomitii de Almoguera, notarii sui, hoc scripsit, loco, die, era et anno prefixis.

## 1841. — [Avril 1226][1].

*Robert de Diva* [*lisez*: *Dina*], *grand-prieur d'Angleterre, donne procuration pour le représenter*: *à frère Payen Malherbe contre Guillaume de Miliariis, au sujet d'un pâturage à Paling, devant les justiciers itinérants du comté de Sussex; à frère Guillaume de Buillers contre Mathilde et Raoul Mauluvel, en garantie d'un acte, devant les justiciers itinérants du comté de Nottingham; à frère Guillaume de Kynebauton contre Eudes, fils de Guillaume, et Mathilde, sa femme, au sujet de deux charruées de terre à Upton, devant les justiciers itinérants du comté de Berks; à frère Guillaume de Buillers contre Henri Hoese, au sujet du manoir de Winkeburn, et contre Roland de Sutton, au sujet d'un pâturage à Sutton devant les justiciers itinérants du comte de Nottingham; à frère Guillaume de Cerne contre Robert de Nonancourt, au sujet d'un pâturage à Gildebourg, devant les justiciers itinérants du comté de Northumberland.*

SOURCE: Londres, Record office, Rot. litt. claus., 10 Henri III, membr. 19 dorso (copie contemp.). — TEXTE: *Rot. litt. claus.*, II, 150.

1. Il est difficile de dater exactement ces procurations; dans le rôle où elles figurent, elles sont placées entre des actes du 15 avril et du 8 mai 1226; mais on sait que l'inscription au rôle ne se faisait pas toujours d'une façon absolument chronologique; les procurations, déposées à la chancellerie royale, étaient enregistrées par les employés à leur loisir. D'autre part, la session des justiciers itinérants était légalement fixée à Pâques (qui tombait le 19 avril en 1226). Ces procurations ont donc dû être remises quelque temps avant la session pour être valables au moment où celle-ci devait s'ouvrir. Il est donc vraisemblable de les dater d'avril 1226; malheureusement, le rôle d'assises de 1226 pour les comtés de Berks, Nottingham, Southampton et Sussex est perdu; lui seul aurait pu donner une date précise.

### 1842. — Avril 1226.

*B. Raymond de Montaren, châtelain d'Amposte, concède à Aznar de l'Almunia divers biens de l'Hôpital, sis à Añon et autres lieux.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 178-179 (charte-partie orig.).

Facta carta in mense aprilis, era M CC LX IIII.

### 1843. — 3 avril 1226, Lérida.

*Jacques I, roi d'Aragon, comte de Barcelone et seigneur de Montpellier, choisit sa sépulture à Sigena.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 131-132 (copie de J.-A. Fernandez, de 1796).

In Christi nomine, manifestum sit omnibus quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone et dominus Montispessulani, antecessorum nostrorum sequi vestigia cupientes, qui sibi sepulturam in monasteriis ab ipsis edifficatis et conditis elegerunt, dum in perspicua sumus memoria constituti, eligimus nobis sepulturam in monasterio de Sexena, promittentes domino Deo et beate Virgini Marie, et vobis venerabilibus dompne Sanctie de Urreya, priorisse, ac tibi conventui monasterii de Sexena, bona fide et tactis sacrosanctis Dei evangeliis, quod in obitu nostro corpus nostrum faciamus in vestro monasterio sepeliri, promittentes firmiter alibi nunquam nobis eligere sepulturam, et hoc propositum habere irrevocabile atque firmum. Imo si quid hucusque super hujusmodi promissum fecimus, sano ducti consilio, mente compoti et sano corpore revocamus, et vires aliquas decernimus non habere. Addentes quod, si quam cartam amodo de hoc forte mutando alicujus electione vel instantia vel prece fecerimus, nullas vires habere debeat, et per istam sic in perpetuum valituram posteriori ex toto debeat denegari. Data Ilerde, tertio nonas aprilis, era M CC LX IIII, anno Domini M CC XXVI. S. (*Seing manuel*) Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, comitis Barchinone et domini Montispessulani. Hujus rei testes sunt : P. Ferrandi de Albarracino ; Rodericus de Lizana ; Bernardus Guillelmi ; Lupus Ferrench de Luna ; frater Johannes, prior ; frater Petrus, preceptor ; frater Petrus Garona, subpreceptor ; Petrus Sancii, capellanus priorisse, et multi alii. Dompna Sanza de Urreya, priorissa Sexene ; Marquisia de Maza, subtus-priorissa; Milia, sachristana; Guillerma, cantor[a]; Urraca, cameraria. S. Bernardi de Villanova, qui, mandato domini regis et Gomicii de Almegueri, notarii sui, hoc scripsit, loco, die, era et anno prefixis.

### 1844. — 11 avril 1226, Latran.

*Le pape Honorius III, interprétant la clause « Si e vicino », déclare aux Hospitaliers de Messine qu'ils n'ont besoin ni de l'approbation pontificale, ni de l'approbation*

*diocésaine pour attacher à leurs maisons des clercs et des prêtres, recevoir des aumônes et enterrer dans leurs cimetières les fidèles qui y ont choisi leur sépulture.*

TEXTE : Minutolo, *Memorie del gran priorato di Messina* (Messine, 1699), 16.

Honorius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Hierosolymitani Messanensis, salutem, etc. Convenit qui verum, etc.[1] Unde sepe contigit quod nonnulli, volentes detrahere privilegiis et indulgentiis, quibus estis a sede apostolica specialis gratie prerogativa muniti, quando de suo voto non habent legitimum sensum privilegiorum et indulgentiarum, super hujusmodi inducunt intellectum extraneum, nova interpretatione a sacra intelligentia recedentes. Significastis sane nobis in vestro habere privilegio ut liceat vobis honestos clericos et sacerdotes, undecumque ad vos venientes, suscipere, ac, tam in principali domo vestra quam in obedientiis et in locis vobis subditis, habere vobiscum, dummodo, si e vicino fieret (*lisez* : fuerint), eos a prefatis episcopis expetiri (*lisez* : expetatis), et quod iidem clerici extra vestrum capitulum nulli nisi Romano pontifici sint subjecti; et predicti, proprio inherentes ingenio et suis affectibus incumbentes, verba illa « si e vicino » intelligendo pro velle, videlicet quod clerici undecumque adveniant a propriis petendi sunt episcopis, tanquam intelligantur e vicino existere dummodo eos contingat in vicinis partibus inveniri, et, per hoc quod dicitur dictos clericos solo Romano pontifici esse subditos, sibi reputant interdictum quod in eos valeant censuram ecclesiasticam exercere; at (*lisez* : ac) proponentes quod ipsi, sub quadam omnium, que vobis quandocumque et qualitercumque obveniunt, occasione corporum, parochianos suos, qui sepelliri apud vos eligunt, excommunicare presumunt. Cum autem malignam esse credatis interpretationem talem et intellectum hujusmodi pellegrinum, cum multa procuratorum instantia postulastis a nobis ut vobis dignaremur in hac parte congruo remedio subvenire; quia vero devotio vestra non exigit ut indulgentiis et privilegiis vestris ex malitia seu perversa intelligentia cujuspiam detrahatur, nos, volentes que (a) vobis a sede apostolica fuere concessa, inconcusse servare, ac vobis gratiam facere cupientes, volumus quod non teneamini venientes aliunde ad vos clericos petere approbationem a prelato in cujus universis permanetis, nec etiam ab episcopis propriis, si sibi sint ipsi episcopi vicini, et quod exerceant potestatem, ac de iis que a sene (*lisez* : sane) et bene valentibus eleemosynari duntaxat intuitu vobis obveniunt, aliquam non exigant portionem, nex excommunicent aliquos, ex eo quod apud vos eligunt sepeliri. Dat. Lateran(ens)i, III idus aprilis, pontificatus nostri anno X.

## 1845. — 15 avril 1226, Latran.

*Le même, à la requête des Hospitaliers de France, autorise les prieurs de l'ordre à absoudre les frères qui se seront livrés à des voies de fait mutuelles.*

SOURCES : Mons, Arch. de l'Etat, ordre de S. Jean, invent. des command. belges, n° 9 (vidimus de 1349 d'un vidimus de 1318 émané de l'évêque de Tusculum) ; Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles (collectanea) n° 247 (vidimus de l'écolâtre de Périgueux, du 14 octobre 1318). — ANALYSE : L. Devillers, *Inv. anal. des arch. des command. belges de l'ordre de S. Jean* (Mons, 1876), 3.

Honorius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus domus Hospitalis Jeroso-

1. La formule qui suit, et qui n'ajoute rien au sens de la bulle, ayant été transcrite par Minutolo d'une façon presque inintelligible, il a paru superflu de l'imprimer. Le lecteur remarquera, par les corrections qu'il a fallu restituer dans cet acte, combien la transcription de Minutolo est fautive.

limitani in Francia, salutem, etc. Ex parte vestra nobis extitit supplicatum ut, cum sepe contingat aliquos ex vobis, propter mutuam injectionem manuum violentam in fratres, incidere in canonem sententie promulgate, ne hujusmodi delinquentes vagari cogantur si eos apostolicam sedem adire oporteat pro absolutionis beneficio impetrando, providere vobis de solita benignitate sedis apostolice dignaremur. Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus ut magister domus, in qua delictum fuerit perpetratum, dummodo sit clericus, absolvere possit hujusmodi delinquentes ; alioquin major magister per alterius domus religionis vestre magistrum clericum absolutionis faciat beneficium exhiberi, nisi tam gravis fuerit et enormis excessus quod merito sint ad sedem apostolicam remictendi. Nulli ergo, etc. Dat. Laterani, XVII kalendas maii, pontificatus nostri anno X.

### 1846. — 17 avril 1226, Ely.

*Henri III, roi d'Angleterre, ordonne au vicomte de Cantorbery de laisser les Hospitaliers d'Angleterre tenir à Chipeham, le lundi de chaque semaine, un marché dont il leur avait concédé l'établissement.*

SOURCE : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 10 Henri III, membr. 20 (copie contemp.). — TEXTE : *Rot. litter. claus.*, II, 106.

Teste rege apud Ely, XVII die aprilis, per justiciarium.

### 1847. — 2 mai 1226, Westminster.

*Le même mande à Gilbert, trésorier de l'Hôpital en Angleterre, de payer à maître Othon, ambassadeur du pape, mille marcs, sur le cens qui était dû au S. Siège ; cette somme avait été versée, par ordre du roi, à Gilbert par Thomas de Blonville, clerc du roi, le* 19 *mars* 1226.

SOURCE : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 10 Henri III, membr. 6 (copie contemp.).

Teste me ipso apud Westmonasterium, secundo die maii, anno eodem, coram justiciario et Bathonensi episcopo.

### 1848. — 26 novembre 1226, Foggia.

*L'empereur Frédéric II désigne Pierre, comte d'Eboli, pour faire exécuter le traité intervenu, aux instances du pape, entre lui et le grand-maître de l'Hôpital.*

TEXTE : Huillard-Bréholles, *Hist. dipl. Frid. II*, II, 694 ; Lünig, *Cod. Ital. dipl.*, II, col. 1650 ; Marulli, *Vite de' gran maestri* (Naples, 1636), 150 (d'après le reg. original de J.-Fr. d'Aponte).

Fridericus[1] [Romanorum] imperator, etc., Petro, comiti de Ebulo, dilecto fideli nostro, etc. Presentibus litteris fidelitati tue volumus esse notum qualiter sanctissimus in Christo pater et dominus summus pontifex pro recuperatione Terre

1. Cette pièce ne nous est connue que par une traduction italienne ; Huillard-Bréholles a tenté de la rétablir en latin, et c'est cette restitution, très voisine de l'original perdu, que nous publions ici.

Sancte quedam ordinavit capitula inter serenitatem nostram et magistrum domus Hospitalis in Hierusalem, que per fratrem Cubaldum Rodianum fuerunt publicata. Unde, de tua industria et diligentia confisi, te in omnibus et per omnia destinandum duximus super predictorum capitulorum expeditionem et observantiam. Quapropter devotioni tue mandamus, sicut amorem habes erga personam nostram, quatinus consideratione nostra quidquid predictus frater Cubaldus nomine predicti magistri domus Hospitalis rogaverit, in quantum ad te spectat, ei concedas et omnino observes, faciasque a quolibet officiali curie nostre, tam secretis quam vicesecretis, castellanis, etc., inviolabiliter observari. Sin autem per te vel per alios fieret in contrarium, contra transgressores hujusmodi ad executionem pene debite veniremus. Datum Fogie, XXVI novembris, [anno] M CC XXVI.

## 1849. — 13 décembre 1226, Latran.

*Le pape Honorius III accorde vingt jours d'indulgence aux fidèles qui visiteront, le jour de la saint Jean-Baptiste, l'église et l'hôpital de S. Jean de Jérusalem.*

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 9, n° 36 (orig.).

Honorius, etc., universis Christi fidelibus in transmarinis partibus constitutis, ad quos littere iste pervenerint, salutem, etc. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi [1], recepturi prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit sive malum [2], oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire, ac eternorum intuitu seminare in terris quod, reddente Domino, cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui [3] parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam. Inde est quod universitatem vestram monemus et hortamur attente quatinus, cum pium sit pro devotione sanctorum revereri ecclesias et meritorium pauperes visitare, ad ecclesiam sancti Johannis Jerosolimitani cum devotione, die quo ipsius sancti festum, accedatis, visitaturi consistentes in Hospitali ipsius infirmos et eis humanitatis solacium impensuri, ut, per hec et alia bona, que, Domino inspirante, feceritis, ad eterne possistis felicitatis gaudia pervenire. Nos ergo, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, auctoritate confisi, omnibus cum devotione accedentibus predicto die ad eandem ecclesiam et memoratis infirmis manum porrigentibus caritatis, viginti dies de injuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Dat. Laterani, idibus decembris, pontificatus nostri anno XI.

## 1850. — 1227.

*Guy IV, comte de Nevers et de Forez, certifie la vente de divers biens et rentes, faite, moyennant quinze livres fortes de Lyon, à Arnoul, commandeur de Montbrison, et aux Hospitaliers de cette maison par Pons del Marchal.*

SOURCE : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H., Montbrison, chap. 2, n° 4 (orig.).

Actum anno Domini M CC XXVII.

1. S. Paul, ép. aux Romains, 14, ℣ 10.
2. S. Paul, 2e ép. aux Corinthiens, 5, ℣ 10.
3. Ce texte, jusqu'à la fin de la phrase, est emprunté à la 2e épître aux Corinthiens, 9, ℣ 6.

### 1851. — Janvier 1227.

*Erard de Brienne et Philippe, sa femme, fille de feu Henri II, comte de Champagne, vendent aux Hospitaliers tout ce qu'ils possédaient à Fleurigny.*

Source : Paris, Arch. nat., S. 5245, nº 22 (orig. scellé), nºs 20 et 21 (copies, xviᵉ s.), nº 24 (vidimus du prévôt de Provins, du 28 mars 1460). — Analyse : Mannier, *Command. du grand-prieuré de France,* 336.

Ego Erardus de Brena, et ego Philippa, Henrici quondam comitis Trecensis filia, uxor ejus, notum facimus universis presentibus et futuris quod nos vendidimus domui Hospitalis Jerosolimitani quicquid habebamus apud Florigniacum, et in finagio et in pertinenciis ejusdem ville, in feodis, in dominiis, in justiciis, in terris, in pratis, in aquis, in nemoribus, in pasturis et in omnibus modis quibus ibidem aliquid habebamus vel habere expetabamus, precio mille et quadringentarum librarum Pruviniensium. Hanc autem venditionem libere fecimus, exceptis duobus modiis avene, quos A[alis], quondam domina Venisiaci, mater mei Erardi, assignavit in dicta villa pro remedio anime sue distribuendos annuatim. Insuper sciendum est quod venditionem memoratam tenemur facere laudari sine contradictione aliqua a karissima domina nostra Blancha, comitissa Trecensi palatina, et a karissimo domino nostro Th[eobaldo], Campanie et Brie comite palatino[1], de quorum feodo res predicte movent. Ceterum venditionem jam dictam tenemur dicte domui Hospitalis Jerosolimitani garantire per jus contra omnes qui per jus in venditione ista aliquid vellent de cetero reclamare. Et ego Erardus predictus teneor sacramento meo dicte domui hoc garantire per jus, et ipsam domum indempnem servare bona fide. Et ego Ph[ilipa] jamdicta fiduciavi spontanea, non coacta, me hoc tenere et garantire modo superius nominato. Nos autem Erardus et Ph[ilipa] jamdicti concessimus et concedimus karissimis domiais et reverendis in Christo patribus nostris Senonensi archiepiscopo et Trecensi episcopo, et successoribus suis, quod, si de garantia portanda et de venditione jam dicta nos vel heredes nostri vellemus resilire et in aliquo contraire, nos et terram nostram valeant excommunicare; et eorum juridictioni nos supposuimus quantum ad hoc, donec de injuriis et dampnis dicte domui factis ad plenum fuerit satisfactum. Insuper eisdem fratribus Hospitalis quitamus Richerum de Thorigniaco et uxorem suam, et heredes corporum suorum, cum rebus eorumdem, quamdiu ipse Richerus et uxor sua manserint apud Thorigniacum vel alibi sub fratribus dictis, et recognoverint se esse homines dicti Hospitalis. In cujus rei testimonium, litteras istas sigillorum nostrorum fecimus munimine roborari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo sexto, mense januario[2].

### 1852. — 10 février 1227, Westminster.

*Henri III, roi d'Angleterre, confirme les possessions des Hospitaliers dans ses états, et les libertés dont ils jouissent*[3].

Source : Londres, Record office, Rot. chart., 11 Henri III, pars i, membr. 28 (copie contemp.).

H[enricus] rex, etc., salutem. Sciatis nos, pro Dei amore et pro salute anime

1. Thibaut IV, comte de Champagne, était sous la tutelle de Blanche de Navarre, sa mère.

2. En juin 1226, Erard de Brienne certifia que la vente de Florigny, faite aux Hospitaliers, était absolue et sans les réserves qu'il eût été en droit de faire, notamment sur 140 arpents de bois (Paris, Arch. nat., S. 5245, nº 23 (orig. scellé), nº 24 (vid. du prévôt de Provins, du 28 mars 1460), et nº 19 (copie, xviᵉ s.).

3. On lit dans les Fine Rolls (11 Henri III, membr. 10) la mention suivante, relative à cette confirmation :

regis J[ohannis], patris nostri, et nostra, et omnium antecessorum et successorum nostrorum, concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse fratribus Hospitalis Jerusalem omnes donationes, que eis rationabiliter facte sunt in tota terra nostra. Concessimus etiam eis quod ipsi et omnia tenementa sua, et elemosine et homines sui, liberi sint et quieti de omnibus loquelis et placitis, et de theloneo quod ad nos pertineat, et passagio et pontagio, vinegio et vectagio, et de omni cariagio et summagio, de omnibus operationibus castellorum, parcorum, pontium, vivariorum, et de exercituum summonitionibus et equitatuum, de auxiliis et tallagiis. Volumus etiam quod ipsi fratres et homines sui quieti sint de vastis et regardis foreste et essartis. Concessimus etiam etisdem fratribus imperpetuum quod liberi sint et quieti de omnibus misericordiis et merciamentis, et quod, si aliquis hominum suorum pro delicto suo vitam vel membrum debeat amittere, vel fugerit et judicio stare noluerit, vel aliud delictum fecerit pro quo debeat catalla sua perdere, et unde justitia fieri debeat in curia nostra, ipsa catalla sint predictorum fratrum. Similiter si aliquis hominum suorum sit immerciatus erga nos pro quacumque causa vel delicto vel forisfacto, mercie et merciamenta pecunie predictis fratribus reddantur. Prohibemus etiam ne de aliquo ponantur in placitum, nisi coram nobis vel capitali justiciario nostro. Hec omnia predicta et omnes exitus, qui inde poterint provenire, concessimus et confirmavimus eisdem fratribus in perpetuam elemosinam, et omnes libertates et liberas consuetudines, quas regia potestas liberiores alicui domui religionis conferre potest, salva tamen regie potestati justitia mortis et membrorum. Hiis testibus : E[ustachio] Londinensi, J[oscelino] Bathoniensi, R[icardo] Sarresberiensi, P[etro], Wintoniensi episcopis; H[uberto] de Burgo, justiciario nostro; R[adulfo], comite Cestrie et Lincolnie; R[icardo] de Argentein, Willelmo de Eyneford., senescalcis nostris; H[enrico] de Capella, et aliis. Datum per manum, etc., [apud Westmonasterium], x die februarii, anno, etc., XI.

### 1853. — 10 février 1227, Westminster.

*Le même prend sous sa protection la personne et les biens des Hospitaliers*[1].

SOURCE : Londres, Record office, Rot. chart., 11 Henri III, pars I, membr. 28 (copie contemp.).

H[enricus] rex, etc., archiepiscopis, episcopis, etc., salutem. Mandamus vobis quod manuteatis, protegatis et custodiatis homines, terras, res, redditus et omnes possessiones et tenementa fratrum Hospitalis Jerusalem, sicut res nostras proprias, nullam injuriam vel molestiam aut gravamen eis facientes, nec ab aliquo fieri permittentes, quia ipsi et homines sui et omnes res et possessiones eorum sunt in custodia et proteccione nostra. Et prohibemus ne de aliquo ponantur in placitum, nisi coram nobis vel capitali justiciario nostro. Et si quis eis in aliquo

« Prior Hospitalis Jerusalem in Anglia finem fecit cum domino rege per quingentas marcas, pro habenda confirmatione cartarum domini regis et antecessorum et aliorum donatorum suorum, cum additionibus libertatum in carta confirmationis contentarum. Reddet autem finem predictum ad pascha, anno regis XI [1227], terminis ut supra. »

1. Une autre lettre royale (Londres, Record office, Rot. litt. pat., 37 Henri III, membr. 7, copie contemp.), d'une teneur analogue, adressée également aux archevêques, etc., doit être signalée ici. Elle débute par les mots : « Sciatis nos suscepisse in manum et custodiam, etc. », et est conçue en termes presque identiques; mais elle ne parle pas de la comparution des Hospitaliers en justice ; en revanche, ce que ne fait pas l'acte publié ici, elle confirme les libertés que l'ordre tenait d'Henri III et de ses prédécesseurs. Elle n'est pas datée, et n'est connue que par un renouvellement de 1253, dans lequel elle est reproduite et mentionnée comme ayant été promulguée la onzième année du règne d'Henri III (28 octobre 1226-27 octobre 1227). Il ne semble pas téméraire de la dater du 10 février 1227, comme l'acte avec lequel elle a de frappantes analogies.

forisfecerit, id eis sine dilacione faciatis emendari. Testibus ut supra. Datum ut supra [apud Westmonasterium, x die februarii, anno, etc. xi].

### 1854. — 10 février 1227, Westminster.

*Le même exempte de tout impôt un des hommes de l'Hôpital dans chaque ville, bourg ou village de ses états.*

Source : Londres, Record office, Rot. chart., 11 Henri III, pars i, membr. 28 (copie contemp.).

H[enricus] rex, etc., salutem. Sciatis nos, pro salute anime nostre et pro anima domini J[ohannis] regis, patris nostri, et pro animabus omnium antecessorum et successorum nostrorum, concessisse, et hac carta nostra confirmasse Deo et beate Marie, et sancto Johanni Baptiste, et fratribus Hospitalis Jerusalem quod habeant, in unaquaque civitate et burgo sive villa per totam terram nostram, unum hominem liberum et quietum de omnibus consuetudinibus et auxiliis et omnibus exactionibus, que a civibus vel burgensibus exiguntur. Quare volumus et firmiter precipimus quod predicti fratres Hospitalis Jerusalem habeant unum hominem suum liberum de omnibus consuetudinibus et exactionibus, ut predictum est, in singulis civitatibus et burgis et villis per totam terram nostram in quibus homines habent. Testibus ut supra. Datum ut supra [apud Westmonasterium, x die februarii, anno, etc. xi].

### 1855. — 20 février 1227, Westminster.

*Le même mande aux vicomtes de Lancastre, de Cumberland, de Kent, d'York, de Northumberland, de Westmoreland, de Berks, etc., qu'il a confirmé aux Hospitaliers d'Angleterre les libertés et exemptions que leur avaient accordées ses prédécesseurs et lui-même, et leur ordonne de les faire respecter.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 11 Henri III, membr. 15 (copie contemp.). — Texte : *Rot. litter. claus.,* II, 172.

Teste rege apud Westmonasterium, xx die februarii, anno regni nostri xi.

### 1856. — Mars 1227, Loudun.

*Louis IX, roi de France, vidime et confirme un acte de Louis VIII, son père, relatif aux biens et franchises des Hospitaliers.* (*V. plus haut, n°* 1823.)

Sources : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 41, n° 3 des priv. des rois de France (vidimus du 13 janvier 1575); Montpellier, Arch. du Gard, H. 633, f. 6 (copie, xvii^e^ s.); Paris, M. 15, n° 7 (vidimus du 5 juillet 1423); Bibl. nat., lat. 9001, f. 83 (copie d'A. de Naberat, xvii^e^ s.); lat. 9035, n° 11 (copie auth. de 1783). — Texte : Des Clozeaulx, *Privileges concedez par les rois tres chrestiens* (Paris, 1619), 9; même ouvrage, sous le titre: *Privileges des papes, empereurs, rois...* (Paris, 1649), 7; et (Paris, 1700), 4.

Ludovicus, Dei gratia Francorum rex, universis senescallis, baillivis, castellanis, prepositis, justiciariis et aliis fidelibus suis Normanis, Andegavensibus, Cenomanis, Turonensibus, Pictavensibus, Biturigibus, ad quos littere presentes pervenerint, salutem. Noveritis nos litteras inclyte memorie Ludovici, patris nostri, quondam regis Francorum illustris, vidisse in hec verba : « Ludovicus, Dei gratia

Francorum rex, etc. (V. plus haut, n° 1823). » Nos igitur, piis genitoris nostri vestigiis inherentes, vobis mandamus, precipimus et volumus quatenus omnia jura et libertates predictorum fratrum et hominum et sancte domus Hospitalis, sicut in litteris ipsius genitoris nostri superius expressis continetur plenius, conservetis et fideliter observari et habere faciatis. Actum apud Losdunum, anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo sexto, mense martio.

## 1857. — 1 mars 1227, Pertusa.

*Jacques I, roi d'Aragon, comte de Barcelone et seigneur de Montpellier, ordonne que les personnes et les biens de l'hôpital de Boxerols, fondé par le roi Alphonse II, passeront à l'Hôpital de Sigena.*

Source : Sigena, Arch. du monastère (orig.). — Texte : Varon, *Hist... de Sixena*, II, LXV.

Manifestum sit omnibus quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone et dominus Montispessulani, attendentes quod, cum, ex debito regie honestatis et divine retribucionis intuitu, nos jura et loca religiosa et ecclesiastica, tanquam nostra specialia, teneamur deffendere et servare, maxime loca que a nostris predecessoribus fundata fuerint et constructa, cum presenti scriptura constituimus et recipimus domum sive hospitale de Boxerols, quod dominus Ildefonsus rex, recordationis inclite, avus noster, edificavit et construxit in regno nostro, et vos Johannem priorem, ac fratres, et conversos et conversas, et omnes donatos et donatas ejusdem hospitalis, presentes scilicet et futuros, et omnes domos et res vestras, mobiles et immobiles et se moventes, habitas et habendas, sub securo ducatu nostro et firma protectione nostra ac custodia speciali, dantes vobis et concedentes auctoritatem nostram et licentiam ac plenam potestatem predictum hospitale cum domibus suis suff[rag]aniis, et vosmedipsos cum omnibus bonis vestris et domus vestre, habitis et habendis, dandi et offerendi et applicandi domui et ordini Hospitalis Sexene in perpetuum, ubi habitum religionis ejusdem assumatis et assumere valeatis, sub juridictione et obediencia priorisse domus predicte, secundum ordinis illius consuetudinem existentes, tanquam participes in temporalibus et spiritualibus sicut et alii fratres et sorores ejusdem ordinis effecti. Statuimus itaque firmiter et mandamus universis militibus, bajulis, vicariis, merinis, zavalmedinis, justiciis, juratis, alcaldis, scutariis et aliis nostris hominibus, substitutis et substituendis, quod domum de Boxerols, et fratres ac sorores, et conversos ac conversas ejusdem, et omnia eorum bona, tanquam nostra specialia, ad [comod]um et salvamentum [domus] Sexene, [cu]jus predicta omnia sunt et concedimus [etiam et] confirmamus esse [propria] monasterii de Sexena, manuteneant, custodiant et deffendant, nec permittant ab aliquo indebite molestari. Quicumque autem huic nostro ducatui et confirmacioni nostre presumpserit contrahire, iram et indignationem nostram se prorsus noverit incursurum, et, dampno ac gravamine ab eo domui Sexene et ejus hospitali de Boxerols predicto prius plenarie restitutis, in mille aureis a nobis sine remedio aliquo puniretur. Datum Pertuse, kalendis marcii, era M CC LX quinta. Sig(*Seing manuel*)num Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, comitis Barchinone et domini Montispessulani. Hujus rei testes sunt: Rodericus de Lizana; Ato de Focibus, majoridomus Aragonie; Vallesius de Bergua; dompnus Latronus; Lup[us] Ferrenqui de Luna; Sancius de Orta; P[etrus] Pomar; P[etrus] Petri, justicia Aragonie. Ego Arnaldus Gramaticus, scriptor domini regis, mandato ipsius pro G. Rabacio notario suo, hoc scribi feci, et meum sig(*Seing manuel*)num apposui, loco, die et era prefixis.

### 1858. — 22 mars 1227, Westminster.

*Henri III, roi d'Angleterre, donne au grand-prieur d'Angleterre et aux Hospitaliers le droit d'avoir des chiens de garde et de berger dans leur maison de Hampton, située dans la garenne royale de Staines et habitée par des sœurs Hospitalières.*

SOURCE : Londres, Record office, Chancery, cartæ antiquæ, PP. 54 (rouleau, copie vers 1296).

Idem rex [Henricus III] concessit priori et fratribus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, pro se et heredibus suis, quod iidem prior et fratres habeant canes suos proprios in domo sua in Hamtonet, que est in warenna regis de Stanes, et in qua manent sorores ordinis ejusdem Hospitalis, ad custodiam ejusdem domus ; et similiter canes suos proprios ad ovilia sua custodienda non expeditatos, sine omni contradictione vel impedimento forestarii vel warennarii regis de Stanes, et quietos ab omni visu forestariorum et warennariorum regis, ita quod nullum amerciamentum de cetero exigi possit a predictis priore et fratribus pro predictis canibus non expeditatis imperpetuum. Quare regis vult, etc. Datum apud Westmonasterium, XXII die marcii, anno, etc., XI.

### 1859. — 30 mars 1227, Westminster.

*Le même informe Eustache de Fauconberg, évêque de Londres, qu'il a autorisé les Hospitaliers d'Angleterre à lever eux-mêmes l'impôt du seizième, impôt dû à la couronne sur les bénéfices ecclésiastiques.*

SOURCE : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 11 Henri III, membr. 14 (copie contemp.). — TEXTE : *Rot. litter. claus.*, II, 180.

Rex venerabili patri in Christo E[ustachio], Londonensi episcopo, salutem. Sciatis quod concessimus priori et fratribus Hospitalis Jerusalem in Anglia quod ipsi per manum suam nobis respondeant de sextadecima beneficiorum suorum ecclesiasticorum. Et ideo vos rogamus quod de beneficiis, que habent in episcopatu vestro, ita fieri permittatis, dum tamen singulorum beneficiorum suorum taxationem nobis scire faciatis. Et, si quid inde receptum fuerit, id eis reddi faciatis ad respondendum inde nobis, sicut predictum est. Teste ut supra [apud Westmonasterium, XXX die marcii][1].

*En marge* : De sextadecima prioris Jerusalem.

### 1860. — 7 avril 1227, Latran.

*Le pape Grégoire IX confirme les libertés et immunités accordées aux Hospitaliers par les souverains pontifes et par les rois, les princes et les fidèles.*

SOURCES : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 162 (copie de S. Pauli, XVIII$^e$ s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, bull. A, f. 202 (auj. perdu).

Gregorius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis sancti Johannis

1. Des mandements identiques furent adressés, le même jour, aux évêques de Lincoln, Hereford, Norwich, Ely, Bath, Salisbury et Worcester, à l'official de Coventry, aux archevêques de Cantorbery et d'York.

Jerosolimitani, salutem, etc. Cum a nobis petitur, etc. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates, a Romanis pontificibus predecessoribus nostris per privilegia seu alias indulgentias vobis et Hospitali vestro concessas, nec non libertates et exemptiones secularium exactionum, a regibus et principibus aliisque Christi fidelibus rationabiliter vobis et Hospitali predicto indultas, sicut eas juste ac pacifice obtinetis, vobis et per vos eidem Hospitali auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, VII idus aprilis, pontificatus nostri anno I.

## **1861.** — 8 mai 1227, Acre.

*Guillaume de Queivillers*[1] *confirme à Garin de Montaigu, grand-maître de l'Hôpital, la donation d'une rente de dix mesures de blé, à prendre sur la dîme de Cléry sur Somme, qu'il avait faite à Guérin, grand-prieur de France, pour obtenir les bons offices de l'ordre afin de délivrer Pierre de Queivillers, son père, captif des Sarrasins à Saone, et que la mort du prisonnier avait rendue caduque.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 50 (orig. auj. perdu). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 219. — Extraits : Taaffe, *The history of the... order of S. John of Jerusalem*, IV, app. n° LXII.

Ego Guillelmus de Keviller, domini Petri de Keviller filius, notum facio universis, tam presentibus quam futuris, quod, cum predictum patrem meum, qui in quodam castro Sarracenorum, quod vulgo Saona vocatur, ab inimicis crucis Christi in carcere detinebatur, affectans per omnia liberare, contuli me ad fratrem Girinum, priorem Hospitalis Iherosolimitani in Francia, et concessi in manu ipsius prioris quod omni tempore domus Hospitalis perciperet in terra mea decem modia bladi super decima de Clari, si dominus magister Hospitalis mihi daret auxilium quo pater meus liberaretur. Pergens itaque ad partes Syrie pro negocio memorato, dominum fratrem Guarinum de Monte Acuto, magistrum venerabilem Hospitalis, adivi, qui, pocius pietatis intuitu quam alia causa inductus, promisit ad patris mei liberationem auxilium impertiri. At ubi de liberacione tractaremus, contigit patrem meum carni debitum solvere ; qui, si paulo plus vixisset, procul dubio ipsius magistri foret auxilio liberatus. Attendens igitur immensam charitatem, quam domus Hospitalis exercere..... non desistit, et quod in domino magistro non remansit quominus liberaretur pater meus, pro honore etiam mihi a venerabili magistro Hospitalis....., nominata decem modia bladi, que in manu prioris Francie super decima dederamus, conditione suprascripta posita, in [manu] domini Guarini de Monte Acuto, magistri Hospitalis Hierosolimitani, pro animabus patris mei meorumque successorum et mea, libere et quiete sine aliqua conditione concessi, coram domino Galtero, castellano de Rassa, domino Johanne de Aubeigny, et Lamfrido, clerico et nuncio domini regis Francie, et Gerardo, clerico, filio domini Durandi de Fuer, ita quod amodo domus Hospitalis omni tempore decem modia bladi super decima de Clari percipiat sine mea meorumque successorum contradicione vel molestia. Ut autem hec mea concessio omni tempore

1. Nous trouvons, en avril 1221, sous le nom de V. de Queivillers, dans un acte transcrit, au XVIII^e siècle, d'après le cartulaire de l'Hôtel-Dieu de Péronne (Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 129, f. 65), un personnage de cette famille, qui avait marié cette même année sa fille Marguerite à Raoul de Nesle. Queivillers (France, Somme, arr. Péronne, cant. Chaulnes, comm. Belloy en Santerre) dépendait, au moyen âge, de la terre de Nesle.

firmior perseveret, quia proprium sigillum non habebam, de quo possem presentes literas roborare, rogavi venerabilem priorem Dominici Sepulchri, vicem patriarche tenentem, ut suo sigillo istas literas roboraret; qui, sui gracia meis precibus condescendens, sigillo suo voluit roborare. Super hoc autem promisi prenominato magistro ut, cum ad propria remeabo, hanc meam concessionem in manus prioris Francie confirmabo, prout securius videbitur expedire. Actum Accon, anno gratie millesimo CC vicesimo VII, octavo idus maii.

### 1862. — 12 mai 1227, Neustadt.

*Léopold VI, duc d'Autriche et de Styrie, confirme aux Hospitaliers le droit de patronage des églises de Walkenstein et d'Erdberg (Hrádek), que leur avait cédé Othon de Traberg.*

SOURCE : Prague, Arch. du gr.-pr. de Bohême, G. XXXIV, command. de Mailberg, n° 15 (orig. scellé) ; Brunn, Musée Moravique (copie). — TEXTE : A. Boczek, *Cod. diplom. et epistol. Moraviæ,* II, 181. — ANALYSE : Erben, *Reg. Morav. et Bohem.*, I, 332, n° 716.

Leopoldus, Dei gracia dux Austrie et Stirie, universis presentibus et futuris cupimus esse notum quod Otto de Traberch, ministerialis noster, de nostre voluntatis assensu, per manum et assensum Heinrici, filii sui, pro remedio anime sue et dominorum suorum omniumque parentum suorum salute, jura patronatus et quicquid juris habuit in ecclesiis Walgerstein Pataviensis, et Erdpurga Olomucensis diocesum, libere et absolute tradidit Hospitali et fratribus sancti Johannis, jure perpetuo possidenda, una cum universis decimis campestribus et domesticis frugum, siliginis, tritici, ordei, avene, canapi, papaveri, croci, raparum, lini, lentis, caulium et omnium ex terra germinantium, insuper porcellorum, aucarum, anetarum, gallinarum, ovorum, mellis, agnellorum, vitulorum et omnium domesticorum brutorum. Que omnia, sicut nos de facto a nostris ibidem colonis recepimus, ita de jure divino et canonico, tanquam dominus temporalis, qui decimas Dei de jure possidere nequit, dictis fratribus plebanis in Walgerstein et Erdpurga tradidimus possidenda, recipienda, et in suum usum convertenda. Ut igitur hec donatio, coram nobis in conspectu procerum nostrorum racionabiliter facta, rata permaneat, presentem litteram, sigillo nostro appendenti roboratam, memoratis fratribus plebanis tradidimus. Actum Nove Civitatis, IIII idus maii, anno incarnationis dominice M CC XXVII, indictione XV.

### 1863. — Juin 1227.

*Jean de Braine, comte de Vienne et de Mâcon, et Alice, sa femme, font avec les Hospitaliers un échange de terres à Marcoussis et à Longjumeau.*

SOURCE : Paris, Arch. nat., S. 5125 B, n° 6 (orig. scellé).

Ego Johannes, Vienne et Matisconensis comes, et Aalis, uxor mea, notum facimus universis, ad quos presentes littere pervenerint, quod nos duo arpenta pratorum, que habebamus in Macocia juxta Longemellum, dedimus in escanbiatione fratribus Hospitalis Jerosolimitani Parisiensis, pro terra, quam ipsi fratres habebant juxta mercatum nostrum de Longuojumello; que terra fuit Imperatoris Longemelli. Postea vero duo alia arpenta, supradictis contigua, predictis fratribus vendi-

dimus pro quinquaginta libris Parisiensium, et quitavimus imperpetuum pacifice possidenda, et tenemur eisdem fratribus predicta quatuor arpenta contra omnes homines guarentire. In cujus rei testimonium, presentes litteras eisdem fratribus tradidimus, sigillorum nostrorum munimine roboratas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo septimo, mense junio.

*Au dos*: De duobus arpentis prati exscambitis et duobus venditis a Jo[hanne], comite Masticonensi, juxta Longmilum sita.

### 1864. — 12 juin 1227, Anagni.

*Le pape Grégoire IX délègue à Sanche d'Ahones, évêque de Saragosse, à Garcias, évêque d'Huesca, et au sacristain d'Huesca le soin de juger une affaire entre Sancia Ximenès d'Urrea, prieure de Sigena, et Guillaume de Cervera.*

Source : Sigena, Arch. du monastère (orig.).

Gregorius, etc., venerabilibus fratribus Cesaragustano et Oscensi episcopis, et dilecto filio sacriste Oscensi, salutem, etc. Ex parte dilecte in Christo filie priorisse Hospitalis Jherosolimitani de Sexena fuit propositum coram nobis quod nobilis vir Willelmus de Cerveria, Ilerdensis diocesis, super quadam quantitate olei et rebus aliis injuriantur (*sic*) eidem. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, partibus convocatis, audiatis causam, et quod justum fuerit, appellatione postposita, statuatis, facientes quod statueritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, etc. Quod si non omnes, etc. Dat. Anagnie, II idus junii, pontificatus nostri anno I.

### 1865. — 20 juin 1227, Barbastro.

*Jacques I, roi d'Aragon, comte de Barcelone et seigneur de Montpellier, confirme les privilèges, donations et concessions, faites par ses ancêtres et par lui à l'ordre de l'Hôpital.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 38-41 (orig. mauvais état)[1], et Cartulaire d'Uldecona, p. 219 (copie, xv^e s.).

Manifestum sit omnibus quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone et dominus Montispessulani, attendentes opera misericordie et pietatis, quibus debet locis religiosis [et monasteriis proveniri], maxime domui Hospitalis, que nobis specialiter est comissa, ideo cum presenti carta perpetuo valitura, ex regia liberalitate et gratia speciali, confirmamus atque concedimus et laudamus d[omui Hospitalis Jherosolimitani], et fratribus ejusdem presentibus et futuris, omnes cartas et privilegia sua, donationes et concessiones, franquitates et immunitates universas, a nobis vel nostris progenitoribus eis datas et concessa[s, sicut in eorum cartis, instru]mentis et privilegiis melius ac plenius continetur ; que dicte domui et fratribus ejusdem tenere et observare promittimus imperpetuum, ac

1. L'original a été complété par le Cartulaire d'Uldecona ; ces compléments sont indiqués entre crochets.

volumus, constituimus et precipimus a majoridomo, [senioribus, merinis, vicariis], bajulis, justiciis, zavalmedinis ac juratis, et quibuslibet officialibus nostris, substitutis et substituendis, ac nobilibus et aliis hominibus nostris, presentibus et futuris, ubique inviolabiliter observari, nec aliquis huic nostre confirmationi presumat in aliquo contraire. Quoniam qui faceret, iram et indignationem nostram ac penam mille aureorum se procul dubio nosceret incursurum. Datum Barbas[tri], XII kalendas julii, era M CC LX quinta. Sig (*Seing manuel*) num Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, comitis Barchinone et domini Montispessulani. Hujus rei testes sunt: Peregrinus de Castellazolo ; Petrus de Pomar ; Garsia Pardi ; Martinus Rotlandi ; Sancius Petri de Pomar ; Garsia de [Castellazolo] ; Sancius d[e Valle] ; Petrus Pet[ri, justicia Aragonie]. Ego Arnaldus Gramaticus, scriptor domini regis, mandato ipsius pro G[omicio] de Almogera notario suo, hoc scribi feci, meumque sig(*Seing manuel*)num aposui, loco, die et era prefixis.

## 1866. — 23 juin 1227, Schwerin.

*Henri I, comte de Schwerin, donne et vend, moyennant trente marcs d'argent, aux Hospitaliers de Werben la ville de Moraz en Mecklembourg.*

Source : Berlin, Arch. secr. d'Etat, ordre de S. Jean (vidimus d'Henri le Lion, du 23 mars 1311). — Texte : Buchholtz, *Versuch einer Gesch. der Churmark Brandenburg*, (Berlin, 1765-75), IV, app. 57 ; *Jahrbuch des Vereins für Meklenburg. Gesch.*, I (1836), 202 ; *Meklenburgisches Urkundenbuch*, I, 332 ; Riedel, *Cod. dipl. Brandeb.*, I, VI, 11.

Acta fuerunt hec anno dominice incarnationis M CC XXVII, in capella Zwerin, in vigilia sancti Johannis Baptiste. Datum per manum Geselberti, (et) canonici in Zwerin, curie capellani, feliciter, amen.

## 1867. — 25 juin 1227, Anagni.

*Le pape Grégoire IX autorise les Hospitaliers à bâtir, dans les lieux pris sur les Sarrasins, des églises relevant directement du S. Siège.*

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 192 *b* (copie de S. Pauli, XVIII^e s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 12, n° 6 (orig.).

Gregorius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Quanto majora pro defensione christianitatis discrimina sustinetis, tanto benigniori vos debemus oculo intueri, et libencius, ubi cum justicia possumus, vestris et vestrorum commodis providere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulacionibus annuentes, ad instar felicis recordacionis Alexandri, Lucii et Urbani, nostrorum predecessorum, Romanorum pontificum, presentibus vobis litteris indulgemus ut in locis, que de Sarracenorum poteritis manibus cum auxilio celestis gracie liberare, in quibus nondum cultus christiane fidei fuerit introductus, ecclesias construatis, que soli Romane ecclesie debeant subjacere, ita ut a nullo prelatorum ecclesie post Romanum pontificem aliquid juris in eis valeat vendicari. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc. Dat. Anagnie, VII kalendas julii, pontificatus nostri anno I.

### 1868. — 1 juillet 1227, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du 12 décembre 1184 : « Si diligenter attenditis ». (V. plus haut, I, n° 706.)*

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 20 (copie notariée, d'août 1278) ; S. Gervasio de Cassolas, Arch. du gr.-prieuré de Catalogne, 23 arm., Comuns 1, sac A, n° 80 (copie auth. de 1278).

Dat. Anagnie, kalendis julii, pontificatus nostri anno I.

### 1869. — 13 juillet 1227, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle d'Honorius III, du 25 février 1217 : « Gravem dilectorum filiorum ». (V. plus haut, n° 1572.)*

Sources : Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, ms. Y. 72, p. 28[1] et 59[2], (copies, XV<sup></sup>e s.); Munich, Bibl. roy., ms. lat. 4620, f. 122 *b* (copie, XIV<sup></sup>e s.).

Dat. Anagnie, III ydus julii, pontificatus nostri anno I.

### 1870. — 23 juillet 1227, Lérida.

*Jacques I, roi d'Aragon, comte de Barcelone et seigneur de Montpellier, confirme au commandeur Bertrand de Linerola et aux Hospitaliers de Lérida les libertés, franchises et donations, que ceux-ci tenaient du roi Pierre II, son père, et de ses prédécesseurs, et spécialement la possession d'un jardin et d'un four à Villanova, près du marché de Lérida.*

Source : S. Gervasio de Cassolas, Arch. du gr.-prieuré de Catalogne, 12 arm., Casas Antiguas, sac. O, n° 288 (orig.).

Manifestum sit omnibus quod nos Jachobus, Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone et dominus Montispessulani, ex regia liberalitate et de gratia speciali, cum presenti scriptura confirmamus, concedimus ac laudamus vobis dilectis et fidelibus nostris fratri Bernardo de Linerola, comendatori, et fratribus Hospitalis Jherosolimitani domus Ylerde, presentibus et futuris, et eidem domui in perpetuum omnes donationes, libertates et franquitates, a domino Petro rege recordationis inclite, patre nostro, sive ab aliis antecessoribus nostris vobis factas, sicut plenius in vestris privilegiis continetur et sicut melius et plenius dici vel excogitari potest, ad comodum et utilitatem vestram et vestrorum inperpetuum. Item specialiter confirmamus vobis et vestris ortum illum, in quo nunc facta est Villa Nova, contigua mercatallo Ylerde, ac furnum illum, qui constructus est ibi et affrottat in predicto mercatallo ; quem furnum vobis et domui vestre concedimus et laudamus francum, liberum et quietum, et ab omni servitute ac servicio, sive censu et usu nostro ac nostrorum, penitus expeditum, sicut melius ac plenius dici vel exco-

1. Rubrique de la table des matières : « Require Basilee ». 2. Id. : « Require Basilee, Colonie, Argentine ».

gitari potest vestro comodo ac salvamento et domus vestre et successorum vestrorum in perpetuum, diffinientes et concedentes vobis et vestris perpetuo totum jus nostrum et dominium, et plenam potestatem, que in predicto furno habemus et habere debemus aliquo modo vel aliqua ratione, ad voluntatem vestram et domus vestre ac successorum vestrorum libere faciendam. Et convenimus vobis et vestris facere, tenere et habere in pace omni tempore. Datum Ylerde, x kalendas augusti, anno Domini M CC XX septimo. Sig(*Seing manuel*)num Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, comitis Barchinone et domini Montispessulani. Testes hujus rei sunt: S[parago], archiepiscopus Terraconensis; B[erengarius], episcopus Ylerde; P. de Cervaria; G. de Cervaria; G. de Angularia; G. de Cardona; Garcia d'Orta; Ato de Focibus, majoridomus Aragonie; Rodoricus de Lizana; Rotlandus Laini; P[etrus] de Pomar. Ergo Arnaldus Gramaticus, scriptor domini regis, mandato ipsius pro Petro Sanccii, notario suo, hoc scribi feci, meumque sig(*Seing manuel*)num aposui, loco, die et anno prefixis.

### 1871. — 28 juillet 1227, Anagni.

*Le pape Grégoire IX renouvelle la bulle de Lucius III, du* 6 *décembre* 1184 : « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 702.)

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 126 (copie, XVI<sup>e</sup> s,).

Dat. Anagnie, v kalendas augusti, pontificatus nostri anno I.

### 1872. — 28 juillet 1227, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 20 *avril* 1200 : « *Cum dilecti filii* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 1115.)

SOURCE : Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles n° 49 (orig.).

Dat. Anagnie, v kalendas augusti, pontificatus nostri anno I.

### 1873. — 28 juillet 1227, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 19 *juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Paci et quieti* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 429.)

SOURCE : Paris, Arch. nat., L. 241, n° 7 (orig.).

Dat. Anagnie, v kalendas augusti, pontificatus nostri anno I.

### 1874. — *5 août 1227, Werben.

*Jean I et Othon III, margraves de Brandenburg, ratifient la donation de Mirow*

*et de ses dépendances, faite par les fils de Borwin II, seigneur de Roztock, aux Hospitaliers de S. Jean d'Acre*[1].

Source : Berlin, Arch. secr. d'Etat, ordre de S. Jean (orig.). — Texte : Buchholtz, *Versuch einer Gesch. der Churmark Brandenburg*, IV, app. 61 ; Lentz, *Marg-Gräflich Brandenburgische Urkunden* (1752), p. 869 ; S. Lentz, *Becmanus enucleatus* (Cöthen et Dessau, 1757), 60 ; *Jahrbücher und Jahresbericht des Ver. für Meklenb. Gesch.*, II (1837), 215 ; *Meklenburgisches Urkundenbuch*, I, 333 ; Riedel, *Cod. dipl. Brandeb.*, I, II, 363 ; II, I, 11.

In nomine sancte et individue trinitatis, Johannes et Otto, Dei gratia marchiones Brandeburgenses, omnibus in perpetuum. Christianitatis sue cultum memoriter ostendunt, qui ecclesiam Dei benigno affectu fovent, edificant et tuentur. Unde noverint universi, tam futuri quam presentis homines temporis, quod nos bonorum illorum donationem, quam dilecti fideles nostri, filii nobiles viri domini Burwini, circa fratres et ecclesiam Hospitalis sancti Johannis Baptiste in Accon pro suorum remedio peccatorum fecerunt, villam videlicet Mirowe cum stagno ipsius ville, stagnum Dammene et rivum, qui fluit per stagnum Mirowe, desuper et inferius, perpetualiter confirmamus, et si qua alia bona etiam secundum temporum cursum et ut divinitus ipsis fuerit inspiratum, eroganda duxerint eisdem. Ut autem hec nostra donatio racionabiliter facta nullatenus valeat immutari, presentem paginam inde conscribi, et sigilli nostri appensione jussimus insigniri. Hujus rei testes sunt : Henricus, pincerna ; Albertus de Niendorp ; Thegenardus, advocatus de Saltwedele ; Johannes, Albertus, Fridericus, Hartmannus, Brunniggus, fratres de Redekeftorp ; Albertus de Lypzeke ; Olricus, advocatus de Arneburch, et alii quam plures. Actum apud oppidum nostrum Werben, anno gracie M CC XXVII, nonas augusti, indictione secunda.

## 1875. — 6 août 1227, Anagni.

« *Bulla* [*Gregorii IX*][2] *de decimis et aliis subsidiis, quibuscumque nominibus nuncupentur, per quoscumque impositis, a fratribus Hospitalis non dandis.* »

Analyse : Paris, Bibl. nat., lat. 13824, f. 19 (copie, XVIe s.).

Dat. Anagnie, VIII idus augusti, pontificatus [nostri] anno I.

## 1876. — 13 août 1227, Anagni.

*Le pape Grégoire IX renouvelle la bulle de Lucius III, du* 12 *décembre* 1184 : « *Si diligenter attenditis* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 706.)

Source : Paris, Arch. nat., L. 241, n° 8 (orig.).

Dat. Anagnie, idibus augusti, pontificatus nostri anno I.

1. Il s'agit de l'acte du 3 décembre 1227. (V. plus bas, n° 1901.) Lisch, auteur de la publication de ce texte dans le *Jahrbuch*, etc., pense que cette confirmation ne fut pas expédiée, les trous préparés pour recevoir les lacs des sceaux ne semblant pas avoir été utilisés, et en discute l'authenticité (*loc. cit.*, 54-56).

2. Cette bulle est attribuée à tort, dans ce manuscrit, au pape Grégoire XII.

**1877.** — 13 août 1227, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 20 *avril* 1200 : « *Cum dilecti filii* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 1115.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 193 (copie de S. Pauli, xviii[e] s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 41 (copie, xvi[e] s.), vol. 1121 (bull. Rub.), f. 134 (copie, xvi[e] s.), et bull. E, f. 209 (auj. perdu).

Dat. Anagnie, idibus augusti, pontificatus nostri anno i.

**1878.** — 17 août 1227, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 12 *décembre* 1184 : « *Si diligenter attenditis* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 706.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 193 *b* (copie de S. Pauli, xviii[e] s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 12, n° 7 (orig.).

Dat. Anagnie, xvi kalendas septembris, pontificatus nostri anno i.

**1879.** — 19 août 1227, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 12 *décembre* 1184 : « *Si diligenter attenditis* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 706.)

Sources : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, ms. 393 F, p. 42 (d'après un vidimus de 1266, copie du xvii[e] s.); Dusseldorf, Arch. roy. d'Etat, command. des SS. Jean et Cordule de Cologne, n° 7 (dans un vidimus du doyen de Spire, du 18 novembre 1266); Fribourg, Arch. cant., command. de S. Jean de Fribourg, n° 46 *a* (dans un vidimus scellé du gardien des Frères Mineurs de Fribourg, de juillet 1313); Munich, Bibl. roy., ms. latin 4620, f. 121 *b* (copie, xiv[e] s.); Paris, Bibl. nat., lat. 8998, n° 11 (orig. bullé).

Dat. Anagnie, xiiii kalendas septembris, pontificatus nostri anno i.

**1880.** — 20 août 1227, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle d'Honorius III, du* 26 *novembre* 1220 : « *Justis petentium desideriis* ». (*V. plus haut,* n° 1691).

Source : Paris, Arch. nat., L. 241, n° 9 (orig.).

Dat. Anagnie, xiii kalendas septembris, pontificatus nostri anno i.

**1881.** — 21 août 1227, Anagni.

*Le même autorise le grand-maître et les frères de l'Hôpital à ne pas répondre aux lettres apostoliques qui ne font pas mention expresse de leur ordre.*

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 42 (copie, xvi[e] s.), et

vol. 1121 (bull. Rub.), f. 171 (copie, xvi^e s.); Paris, Arch. nat., L. 241, n° 10 (orig.); Bibl. nat., lat. 9001, f. 85 *b* (copie d'A. de Naberat, xvii^e s.).

Gregorius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Quieti vestre providere volentes, auctoritate vobis presentium indulgemus ut, si contra vos, super hiis que ordini vestro a sede apostolica sunt indulta, contra tenorem privilegiorum vestrorum apostolicas litteras impetrari contigerit, que de ordine vestro non faciant mentionem, per eas non teneamini respondere. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Anagnie, xii kalendas septembris, pontificatus nostri anno i.

## 1882. — 25 août 1227, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle du* 21 *août* 1227 : « *Quieti vestre providere* ». (*V. plus haut, n°* 1881).

Source : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, bulles pontif., n° 53 (orig.).

Dat. Anagnie, viii kalendas septembris, pontificatus nostri anno i.

## 1883. — 26 août 1227, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 6 *décembre* 1184 : « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 702.)

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXVI, n° 14 (orig. bullé).

Dat. Anagnie, vii kalendas septembris, pontificatus nostri anno i.

## 1884. — 1 septembre 1227, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 18 *février* 1199 : « *Religiosos viros fratres* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1071.)

Source : Paris, Arch. nat., MM. 11, f. 18 *b* et 19 *b* (bullaire, xv^e s.).

Dat. Anagnie, kalendis septembris, pontificatus nostri anno i.

## 1885. — 1 septembre 1227, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle d'Honorius III, du* 11 *février* 1217 : « *Etsi apostolice servitutis* ». (*V. plus haut, n°* 1551.)

Source : Paris, Arch. nat., L. 241, n° 11 (vid. de l'évêque de Châlons, de janvier 1230)[1].

Dat. Anagnie, kalendis septembris, pontificatus nostri anno i.

1. Ce vidimus contient aussi la formule d'excommunication lancée par l'évêque, pour se conformer aux termes de la bulle, contre quiconque contreviendrait aux prescriptions de celle-ci.

## 1886. — 11 septembre 1227, Anagni.

*Le même confirme aux Hospitaliers de Rheinfelden la donation du domaine de Wilere, que leur avaient faite Berthold et quelques autres avec l'assentiment de Berthold V, duc de Zäringen.*

SOURCE : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, bulles pontif., n° 54 (orig. bullé).

Gregorius, etc., dilectis filiis..... magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani de Rinvelden, salutem, etc. Justis petentium desideriis, etc. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, curtem de Wilere cum pertinentiis suis, allodia et res alias, quas vobis bone memorie Bertoldus et quidam alii, de assensu clare memorie [Bertholdi][1], ducis Çaringie, domini sui, pia liberalitate donarunt, sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos Hospitali vestro auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc. Dat. Anagnie, III idus septembris, pontificatus nostri anno I.

## 1887. — 16 septembre 1227, Anagni.

*Le même informe l'archidiacre de Barrois, les procureurs de l'archidiacre et du chapitre de Langres et ceux de l'Hôpital de Mormant qu'il annule la cession de l'hôpital de Mormant, faite aux Hospitaliers par l'évêque de Langres et confirmée par le pape Honorius III, le* 19 *janvier* 1226. (*V. plus haut, n°* 1831.)

SOURCES : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau vol. 1185, f. 168 (copie de la Porte du Theil, XVIII^e s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 14, f. 45 (copie contemp.). — TEXTE : Auvray, *Registres de Grégoire IX,* col. 87, n° 161.

Gregorius, etc.,... archidiacono Barrensi, procuratori archidiaconi et quorundam aliorum de capitulo Lingonensi et hospitalis Mormenti, salutem, etc. Exponente olim venerabili fratre nostro [Hugone], Lingonensi episcopo, bone memorie H[onorio] pape, predecessori nostro, quod hospitale Mormenti, sue diocesis, adeo in spiritualibus et temporalibus lapsum erat, quod per inhabitantes in eo non poterat reformari, cum de die in diem bona dissiparentur ipsius, nec ibi hospitalitas servaretur, illud cum pertinentiis suis fratribus Hospitalis Jerosolimitani convertendum in eorum ordinem, et per ipsos in statum debitum reformandum, concedere disponebat, si de ipsius predecessoris nostri procederet beneplacito voluntatis. Unde idem predecessor noster per suas litteras sibi, suum super hoc assensum postulanti, mandavit ut ad id auctoritate sua procederet, sine juris prejudicio alieni, suo tamen et Lingonensis ecclesie jure salvo. Sed cum eedem littere lecte fuissent coram capitulo Lingonensi, dictum capitulum, multis assignatis rationibus propter quas id fieri non poterat nec debebat, unanimiter contradixit, et tam ex parte ipsius capituli et quorundam archid[iaconorum], quorum specialiter intereat, quam hospitalis Mormenti, ne quid immutaretur circa statum hospitalis ipsius, ad sedem apostolicam extitit appellatum. Remittente igitur predicto episcopo ad eundem predecessorem nostrum negotium, ipse, post multas altercationes hinc inde habitas

1. Berthold V, duc de Zäringen, mourut en 1218.

coram eo, de assensu predictarum partium, [Herberto], abbati S. Genovefe, et conjudicibus suis injunxit ut, si nondum esset facta eisdem fratribus de hospitali predicto concessio, sed res adhuc existeret integra, prout ex parte proponebatur adversa, et dicti episcopus et capitulum et magister Mormenti possent ipsum hospitale in suo ordine reformare, iidem id auctoritate apostolica fieri concederent ab eisdem ; quod si hoc illi facere non possent, ipsi ad reformationem hujusmodi eadem auctoritate procedere procurarent. Si vero res integra non existeret, vocatis qui vocandi forent, causam audirent, eam fine debito terminantes. Pronuntiantibus ergo duobus ex predictis judicibus rem non esse integram et concessionem ab episcopo factam esse, tertio contrarium decernente, tu pro te archidiacono ac quibusdam de capitulo Lingonensi, quorum procurator eras, a predictorum duorum sententia ad sedem apostolicam appellasti. Procuratoribus itaque partium, te videlicet et dilecto filio A. Salvatico, cive Cremonensi, in nostra presentia constitutis, cum nobis per ea que ex parte fratrum Hospitalis Jerosolimitani proposita extiterunt, apparuerit evidenter nullam de jure fuisse concessionem, episcopi memorati concessionem ipsam, communicato fratrum nostrorum consilio, ex providentia decernimus irritam et penitus nullam esse, te nomine hospitalis Mormenti et partis sue super hoc ab impetitione partis contrarie absolventes. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc. Dat. Anagnie, XVI kalendas octobris, [pontificatus nostri] anno I.

### **1888.** — 17 octobre 1227.

*Henri VII, roi des Romains, confirme aux Hospitaliers toutes leurs possessions dans l'empire, dans le duché de Souabe et dans ses domaines personnels.*

SOURCES : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, dipl. impériaux, n° 48 (orig. scellé); Frauenfeld, Arch. du cant. de Thurgovie, div. Tobel, tiroir 2, liasse 2 (vidimus du notaire impérial de Fribourg, du 23 novembre 1374); Harlem, Arch. comm., L. 42, f. 38 *b* (bullaire, fin XV° s.) ; Lucerne, Arch. cant., command. de Hohenrein (vidimus de 1519, avec la date erronée du 1 novembre 1227); Munich, Arch. roy. de Bavière, command. de Rotenbourg, liasse 1 (vidimus de l'évêque de Wurzbourg, du 25 janvier 1275), et Kaiserselekt, suppl. 132, 1-2 (vidimus de 1330). — ANALYSE : Boehmer (éd. J. Ficker), *Reg. imperii,* V, 741, n° 4085; K(rapf) v. R(eding), *Regest. der Frauen Klöster Feldbach und Tänikon... und der Johanniter Comthurei Tobel* (Coire, 1852), 34, n° 3, dans Th. v. Mohr, *Die Regesten der Arch. in der Schweizer. Eidgenossenschaft,* II (Coire, 1854); *Zeitschrift für Geschichte des Oberrheins,* nouv. série, I, 69, n° 48. — TEXTE : *Fontes rerum Bernensium,* II, 81, n° 70 ; Huillard-Bréholles, *Hist. dipl. Fred. II,* III, 354 ; J. Meyer, *Thurgauisches Urkundenbuch,* II, 414 ; *Monumenta Boïca,* XXXI, I, 530 ; Neugart, *Episcopatus Constantiensis,* II, 524.

Henricus septimus, divina favente clementia Romanorum rex semper augustus, imperpetuum. Si loca, divino cultui mancipata, ex innate nobis pietatis subsidio curaverimus ampliare, prodesse nobis ad utriusque vite presentis ac future non ambigimus felicitatem. Hujus itaque rei gratia, ad noticiam universorum, ex insinuatione presentium volumus pervenire quod omnes proprietates, in imperio, in ducatu Swevie ac in proprietate nostra sitas, quas ministeriales nostri per totum regnum nostrum dilectis fidelibus nostris fratribus Hospitalis Jerosolimitani divine remunerationis intuitu conferre voluerint, vendiderint sive quocunque modo dictis fratribus communicaverint, ratum habere volumus et firmum. Proinde est quod auctoritate regia firmiter inhibemus ne quis, ausu ductus temerario, memoratos fratres in bonis suis, velut prelibatum esse dinoscitur, collatis ipsis, vel quocunque modo legitime sibi conquisierint, gravare vel injuriam irrogare presumat. Quod qui attenptaverit, gravem offensam nostre celsitudinis se noverit incurrisse. Ad hujus itaque facti nostri perennem memoriam, presentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri patrocinio communiri. Testes autem, qui premissis inter-

fuerunt, hii sunt: Ludevicus, illustris dux Bawarie; Rudolphus, palatinus de Thuwingen[1]; comes Hartmannus de Wirtinberc[2]; comes Hartmannus de Dilingen[3]; Conradus, pincerna de Winterstete; Dieto de Ravensburc, et alii quam plures. Datum anno dominice incarnationis M CC XXVII, XVI kalendas novembris, indictione prima.

### 1889. — Novembre 1227.

*Guérin, grand-prieur de France, ratifie la vente faite à l'abbaye de N.-D. de la Victoire par Simon, procureur de l'Hôpital de Senlis, de vingt arpents de bois, que les Hospitaliers tenaient de Pierre Choisel, chevalier de Sennevières, de dix arpents, que leur avait donnés Raoul de la Fontaine (de Fonte), chevalier, et de huit sous de cens situés devant la porte de l'abbaye*[4].

SOURCE : Paris, Arch. nat., J. 238, Boulogne, I, n° 12, 6 (vidimus de Philippe le Bel, d'août 1293). — ANALYSE : Teulet, *Layettes du trésor des chartes*, II, 136, n° 1950.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo septimo, mense novembri.

### 1890. — Novembre 1227, Paris.

*Le même approuve l'accord conclu entre Raoul II, abbé de S. Maur des Fossés*[5], *et les Hospitaliers d'Orléans relatif à la dîme de Wiestrain et à l'établissement d'un vicaire de l'abbé.*

SOURCE : Paris, Arch. nat., S. 5024, n° 10 (orig.).

Actum Parisius, anno gratie millesimo ducentesimo vicesimo septimo, mense novembris.

### 1891. — 3 novembre 1227, Saragosse.

*Jacques I, roi d'Aragon, comte de Barcelone et seigneur de Montpellier, donne au monastère de Sigena le château de Sariñena et ses dépendances.*

SOURCE : Sigena, Arch. du monastère (copie notariée, XIII° s.).

Manifestum sit omnibus quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone et dominus Montispessulani, volentes sequi vestigia antecessorum nostrorum, qui monasterium de Sexena fundaverunt et illud crebris beneficiis ampliarunt, itcirco, ob remedium anime nostre nostrorumque omnium successorum, cum presenti carta perpetuo valitura, donamus Deo et gloriose virgini Marie, ac vobis dilectis nostris priorisse totique conventui monasterii de Sixena, presentibus et

1. Le duc Louis de Bavière, conseiller d'Henri VII dès 1225, fut assassiné en septembre 1231, sur le pont de Kelheim.
2. Rodolphe II, comte palatin de Tubingue (1224-1247).
3. Hartmann, comte de Wurtemberg.
4. V. plus bas un acte de décembre 1227, complétant cette vente. (V. plus bas, n° 1900.)
5. Il fut abbé de 1208 à 1233 environ. Nous connaissons, à la date de 1226, une pièce du même relative au même lieu de Wiestrain (Viestra), rendue en faveur des Templiers (*Gallia Christiana*, VII, 296).

futuris, castrum nostrum de Saranyena integre cum suis pertinenciis universis, ita ut ex mera et libera donacione nostra castrum illud perpetuo habeatis, possideatis et expletetis pacifice et potenter, et sine aliqua diminucione vel obstaculo alicujus persone viventis, et ibidem construatis ac construi faciatis domos et alia quelibet hedificia seu habitacula pro vestre arbitrio voluntatis. Quas domos queve hedificia vel habitacula habeatis, possideatis et expletetis jure hereditario, sine omni penitus regali servicio et vicinali, et absque omni exactione seu consuetudine, vel fazendera nova et veteri, nec non statuta et statuenda; quorum omnium et singulorum nunquam vos vel aliqui in eisdem morantes nobis ac successoribus nostris aliquid teneamini solvere aliqua ratione vel causa. Statuimus itaque et firmiter precipiendo mandamus majoridomus, repositario, senioribus, merinis et aliis quibuslibet officialibus nostris, substitutis et substituendis, et specialiter justicie totique concilio de Seranyana, nec non cunctis aliis submissis nostris presentibus et futuris, quod hanc donationem, a nobis liberaliter et misericorditer factam, observent fideliter et faciant inviolabiliter observari. Quicunque autem huic donationi nostre in aliquo presumserit contrayre, iram et indignacionem nostram et penam mille morabotinorum a nobis se noverit procul dubio incursurum, carta ista nichilominus in suo robore duratura. Datum Cesarauguste, III nonas novembris, era M CC LX quinta. S. Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, comitis Barchinone et domini Montispessulani. Hujus rei testes sunt : Rodericus de Lizana ; Matalonus de Frescano ; P. . . . . . . ; Peregrinus [de] Acrossillo ; Egidius de Acrossillo ; G. Petri de Medietate ; Lupus Eximini de Lufia ; P[etrus] Petri, justicia Aragonensis. S. Bertrandi de Villanova, qui, mandato domini regis, pro Comitio de Almogan, notario suo, hoc scripsit loco, die et era prefixis.

### 1892. — 4 novembre 1227, Bâle.

*Henri VII, roi des Romains, renouvelle l'acte du* 17 *octobre* 1227, *dans des termes à peu près identiques.* (*V. plus haut, n°* 1888.)

Sources : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, dipl. impériaux, n° 49 (orig. scellé); Frauenfeld, Arch. du cant. de Thurgovie (vidimus du notaire impérial de Fribourg, du 23 novembre 1374); Harlem, Arch. comm., L. 42, f. 38 *b* (bullaire, fin xv<sup>e</sup> s.) ; Lucerne, Arch. cant., command. de Hohenrein (vidimus de 1519) ; Munich, Arch. roy. de Bavière, command. de Rotenbourg, liasse 1 (vidimus de l'évêque de Wurzbourg, du 25 janvier 1275), et Kaiserselekt, suppl. 132, 1-2 (vidimus de 1330); Bibl. roy., lat. 4620, f. 130 (copie, xiv<sup>e</sup> s.). — Analyse : Boehmer (éd. J. Ficker), *Reg. imperii*, V, 741, n° 4088 ; K(rapf) v. R(eding), *Die Reg....... der Johanniter Comthurei Tobel*, (Coire 1852), 34, n° 4, dans Th. v. Mohr, *Die Reg. der Arch. in der Schweizer. Eidegnossenschaft*, II (Coire, 1854) ; *Zeitschrift für Gesch. der Oberrheins*, nouv. série, I, 69. — Texte : Huillard-Bréholles, *Hist. dipl. Frid. II*, III, 358 ; J. Meyer, *Thurgauisches Urkundenbuch*, II, 416 ; *Monum. Boïca*, XXXI, I, 531.

Datum apud Basileam, anno Domini M CC XXVII, pridie nonas novembris, indictione prima.

### 1893. — 9 novembre 1227, Latran.

*Le pape Grégoire IX renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 20 *avril* 1200 : « *Cum dilecti filii.* ». (*V. plus haut*, I, *n°* 1115.)

Source : Paris, Arch. nat., L. 241, n° 16 (orig.).

Dat. Laterani, V idus novembris, pontificatus nostri anno I.

### 1894. — 10 novembre 1227, Latran.

*Le même défend aux prélats de tourner la défense d'excommunier et d'interdire les Hospitaliers en excommuniant ou interdisant, comme ils le font souvent, ceux qui font moudre aux moulins ou cuire aux fours de l'ordre.*

SOURCES : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 194 *b* (copie de S. Pauli, XVIII<sup>e</sup> s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 122 *b* (copie, XVI<sup>e</sup> s.), et bull. E, f. 211 (auj. perdu) ; Paris, Arch. nat., L. 241, n° 17 (orig.). — ANALYSE : Prutz, *Malteser Urkunden...*, 53, n° 171 (avec attribution erronée aux Templiers).

Gregorius, etc., venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, in quorum diocesibus ecclesie ac domus fratrum Hospitalis Jerosolimitani consistunt, salutem, etc. Quanto amplius esse debetis justitie zelatores, tanto magis vos dedecet facere fraudem legi, et presertim in apostolice sedis injuriam et contemptum. Sane dilecti fili magister et fratres Hospitalis Jerosolimitani gravem nobis querimoniam obtulerunt quod quidam vestrum et eorum officiales, cum in eos non possint excommunicationis et interdicti proferre sententias, eo quod apostolice sedis privilegiis sunt muniti, in eos, qui molunt in molendinis vel coquunt in furnis eorum, quique vendendo seu emendo vel alias eis communicant, sententias proferunt memoratas, et sic, apostolicorum privilegiorum non vim et potestatem sed sola verba servantes, ordinis dicti fratres quodammodo excommunicant, et cum eis alios communicare non sinunt; ex quo illud etiam evenit inconveniens ut ipsi fratres, quantum ad hoc, judicentur judicio Judeorum, et qui eis communicant in predictis majorem excommunicationem incurrunt quam etiam excommunicatis communicando fuerant incursuri. Nolentes igitur hec, crebis ad nos clamoribus jam perlata, ulterius sub dissimulatione transire, vobis universis et singulis per apostolica scripta mandamus quatinus hujusmodi sententias in fraude privilegiorum nostrorum de cetero non feratis, quia, si super hoc ad nos denuo clamor ascenderit, non poterimus conniventibus oculis pertransire quin promulgatores talium sententiarum severitate debita castigemus. Dat. Laterani, IIII idus novembris, pontificatus nostri anno I.

### 1895. — 12 novembre 1227, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Honorius III, du* 26 *novembre* 1220 : « *Justis petentium desideriis* ». (*V. plus haut, n°* 1691.)

SOURCE : Paris, Arch. nat., MM. 11, f. 21 *b* (bullaire, copie, XV<sup>e</sup> s.).

Dat. Laterani, II idus novembris, pontificatus nostri anno I.

### 1896. — 13 novembre 1227, Latran.

*Le même renouvelle la bulle du* 21 *août* 1227 : « *Quieti vestre providere* ». (*V. plus haut, n°* 1881.)

SOURCE : Paris, Arch. nat., MM. 11, f. 25 (bullaire, copie, XV<sup>e</sup> s.).

Dat. Laterani, idibus novembris, pontificatus nostri anno I.

**1897.** — 15 novembre 1227, Barnwell.

*Henri III, roi d'Angleterre, mande à ses baillis et à ses sujets qu'il a pris sous sa protection les Hospitaliers, leurs vassaux et leurs biens et revenus.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 12 Henri III, membr. 7 (copie contemp).

Teste rege ut supra [apud Bernewell., xv die novembris.

**1898.** — 19 novembre 1227, Latran.

*Le pape Grégoire IX renouvelle la bulle de Lucius III, du* 6 *décembre* 1184 : « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut*, I, *n°* 702.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 126 (copie, xvi<sup>e</sup> s.).

Dat. Laterani, xiii kalendas decembris, pontificatus nostri anno i.

**1899.** — 24 novembre 1227, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 15 *mai* 1166, 1167, 1178 *ou* 1179 : « *Pervenit ad nos* ». (*V. plus haut*, I, *n°* 357.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 15, n° 4 (copie contemp.).

Dat. Laterani, viii kalendas decembris, pontificatus nostri anno i.

**1900.** — Décembre 1227.

*Simon, commandeur de Senlis, sur l'ordre de Guérin, grand-prieur de France, garantit pendant cinq ans à l'abbaye de N.-D. de la Victoire la possession de trente arpents de bois, sis à Coye, près des viviers de l'abbaye, et huit sous de cens devant la porte de l'abbaye*[1] *; ces bois et cens avaient été vendus à l'abbaye par les Hospitaliers, moyennant* 68 *livres Parisis.* (*V. plus haut*, *n°* 1889.)

Sources : Beauvais, Arch. de l'Oise, H. 742 (cartul de la Victoire), f. 362 *b* (copie, xvii<sup>e</sup> s.) ; Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 139, f. 112 (copie d'Afforti, xviii<sup>e</sup> s.).

Actum anno Domini millesimo cc xx septimo, mense decembri.

**1901.** — 3 décembre 1227, Gustrow.

*Jean, Nicolas, Henri et Pribislaw, seigneurs de Mecklembourg, ratifient la donation faite aux Hospitaliers d'Acre par Henri Borwin II, seigneur de Rostock, leur père,*

1. Un acte de l'official de Senlis, de décembre 1227, certifie la vente de ces huit sous de cens par les Hospitaliers à l'abbaye de la Victoire (Paris, Bibl. nat., coll. de Picardie, vol. 337, n° 19, orig.).

*de 60 mesures de terre dans le pays de Turne, de la ville de Mirow, des étangs de Mirow et de Damm et du fleuve qui alimente le premier de ces étangs.*

Source : Berlin, Arch. secr. d'Etat, ordre de S. Jean (orig.). — Texte : Buchholtz, *Versuch einer Gesch. der Churmark Branden.*, IV, app. 60 (mal édité); *Jahrbücher und Jahresberich. des Ver. für Meklenb. Gesch.*, II (1837), 213; Lentz, *Marg-gräflich Brandenburg. Urk.*, 869; *Meklenburg. Urkundenbuch*, I, 334; Riedel, *Cod. dipl. Brandeb.*, I, II, 362.

In nomine sancte et individue trinitatis, ego Johannes, ego Nicolaus, ego Heinricus, ego Pribizlaws, fratres, domini Magnopolenses, omnibus in perpetuum. Quoniam hominis generatio preterit et alia subsequitur, plura priorum facta in tempore deperirent cum tempore, et oblivionis nubilo tegerentur; sed, ad cavendam hujusmodi negligentiam, ea que rationabiliter gesta sunt solent ad memoriam perpetuam inditio scripti notabilis eternari. Hinc inde volumus ad universorum, tam presentium quam futurorum, notitiam devenire quod bone memorie pater noster Heinricus, dominus de Roztoch[1], Deum, quantum humana fragilitas permittebat, pre oculis habens, pro suorum suorumque venia peccatorum progenitorum, fratribus Hospitalis sancti Johannis Baptiste in Accon, qui jugiter ibidem una cum reliquis fidelibus prelia Domini preliantur, ad ampliandam ipsorum sustentationem, ipsis, ad honorem Dei sanctique Johannis Baptiste, contulit in terra de Turne LX mansos, spontanee et libere renuntians juri suo, quod in eis habuit vel habere aliquatenus videbatur. Quia vero tota jurisdictio ac hereditas progenitorum nostrorum ad nos devenit, quicquid domino Jhesu Christo a patribus nostris ad gloriam ipsius laudabiliter est impensum, nos, pari voto factis eorum consentientes, ratum habemus et inconvulsum quicquid per eos dinoscetur esse factum. Unde supradictis fratribus Hospitalis sancti Johannis Baptiste in terra Turne villam Mirowe cum LX mansis, et stagnum Miro[we, et s]tagnum Dammene, et riwm qui fluit per stagnum Mirowe desuper et inferius, assignamus cum omni utilitate in agris et silvis, pratis et pascuis, aquis et aquarum decursibus, pet[itioni]bus et exactionibus, et servitiis que wlgo borchwerch et bruggewerch nominantur, quemadmodum pater noster omni juri nostro libere et irrefragabiliter renuntiantes. Ex hiis mansis XXX erunt in uno latere stagni, et ex altero XXX. Ut igitur hec omnia rata permaneant et in perpetuum illibata, et per omne seculum inconwlsa, dictos fratres presenti scripto cum appensione sigilli nostri et cum subscriptis testibus duximus communire. Nullus ergo hominum hanc nostre donationis paginam audeat violare, si divinam effugere voluerit ultionem. Testes hii sunt : Thedelinus, prepositus fratrum de Dobrotin; Godefridus, Theodericus, Bertoldus, Johannes, canonici de Guztrowe. Layci : Zlawotech de Malegowe ; Gotimerus et Johannes, frater suus, de Havelbach; Vnizlavus, castellanus de Robole ; Heinricus Gamba, dapifer ; Jordanus, Heinricus Grubo, Baroldus, milites, castellani de Guztrowe. Actum in Guztrowe, anno gratie M CC XXVII, III nonas decembris, indictione prima. Datum per manum Conradi, scriptoris.

## 1902. — 4 décembre 1227, Latran.

*Le pape Grégoire IX aux prélats. Il renouvelle la bulle de Lucius III, du 7 mars 1185 : « Dilecti filii fratres ». (V. plus haut, I, n° 752.)*

Source : Paris, Arch. nat., L. 241, n° 24 (orig.).

Dat. Laterani, II nonas decembris, pontificatus nostri anno I.

1. Il mourut en 1226.

## 1903. — 1228.

*Guérin, grand-prieur de France, concède aux habitants de Soucy et de S. Martin sur Oreuse le droit de pacage dans les bois de Fleurigny, sous certaines conditions.*

Source : Auxerre, Arch. de l'Yonne, E. 622 (vidimus du grand-maître Jean de Villiers, vers 1290). — Texte : Quantin, *Recueil de pièces pour faire suite au cart. gén. de l'Yonne* (Auxerre, 1873), 157, n° 353.

Omnibus presentes litteras inspecturis frater Guerinus, domus Hospitalis Jherosolimitani prior humilis in Francia, rei geste memoriam cum salute. Noverint universi quod, cum homines de Sociaco et de S. Martino super Orosam peterent a fratribus Hospitalis Jherosolimitani et Petro le Jay et Hugone de Brueriis, militibus, Helioco, Guioto Colino et Johanne ac Guillelmo, fratribus Helioci, Margareta et Maria, sororibus ejusdem Helioci, usuarium ad pasturam animalium in omnibus nemoribus de Florigniaco, ita eciam quod statim post abscinsa nemora possent immitere animalia ad pascendum, tandem amicabilis compositio intervenit in hunc modum quod predicti homines habebunt usuarium liberum ad pasturam animalium in nemoribus predictis, hoc modo quod predicti domini nemorum poterunt abscindere nemora, videlicet unam medietatem successive post aliam. Et, infra quinquennium post abscinsionem, animalia abstinebunt a pasturis nemoris incisi. Et medietas omnium nemorum ad minus semper remanebit non abscisa et libera ad pasturam animalium dictorum hominum. Et, post quinquennium ab abscinsione alterius medietatis nemoris computando, libere poterunt intromitti animalia ad pascendum. Et animalia habebunt adeo patentem et liberum ingressum et regressum ad medietatem non abscissam, ita quod sine dampno incisi nemoris egredi libere poterunt et secure. Et propter hujusmodi usuarium non amittent domini nemoris liberam facultatem extirpandi, vel colendi vel totum vel partem nemoris quandocumque voluerint. Quod ut ratum et firmum permaneat, presentes litteras scribi fecimus, et sigilli nostri munimine roborari. Actum anno gracie M CC vicesimo octavo.

## 1904. — 1228, Lütisbourg.

*Conrad de Tegerfeld, évêque de Constance, ratifie un accord intervenu entre les Hospitaliers de Tobel et les comtes de Tockenbourg*[1]. *Les comtes Diethelm II et III de Tockenbourg ayant donné aux Hospitaliers trente mesures de terre (mansi)*[2], *et les comtes Diethelm IV, Berthold, Kraft et Rodolphe, fils de Diethelm III, s'étant opposés à cette donation, Burchard, maître de l'Hôpital de Bubikon, restitue les biens qu'il avait reçus aux donateurs, et, en échange, reçoit d'eux, au prix de cent marcs d'argent, le domaine (curtis) et l'église de Tobel, avec tous leurs droits, etc.*

Source : Frauenfeld, Arch. du cant. de Thurgovie, div. Tobel, tiroir I, liasse 2, n° 1 (vidimus du comte W.-H. de Sulz, du 17 janvier 1503). — Analyse : K(rapf) v. R(eding), *Die Reg..... der Johanniter Comthurei Tobel* (Coire, 1852), 34, n° 3, dans Th. v. Mohr, *Die Reg. der Arch. in der schweizer. Eidgenossenschaft,* II (Coire, 1854) ; Ladewig, *Reg. episc. Constantiensium,* I, 161,

1. Pour la généalogie des comtes de Tockenbourg, le lecteur consultera l'ouvrage de J. Meyer, *Thurgauisches Urkundenbuch,* II, 397.
2. Le manse comprenait 12 arpents.

nº 1393. — Texte : J. Meyer, *Thurgauisches Urkundenbuch*, II, 421 ; Pupikofer, *Geschichte des Thurgaus*, partie I (Bischofzelle, 1828), app. p. 4.

Acta sunt hec in cimiterio Livtensburck, coram multis, quorum nomina sunt subscripta, anno dominice incarnacionis M CC XXVIII, indictione I.....

### 1905. — Février 1228.

*Guérin, grand-prieur de France, notifie un accord intervenu entre l'Hôpital et l'abbaye de S. Denis, en présence de Blanche, comtesse de Champagne, relatif à Fleurigny, par lequel l'abbé renonce à ses droits, en échange d'une rente annuelle de cinquante sous Parisis, que les Hospitaliers lui paieront*[1].

Source : Paris, Arch. nat., LL. 1158, p. 7 (cartul. de S. Denis, copie, XIIIe s.). — Analyse : Mannier, *Command. du gr.-pr. de France*, 336 ; Paris, Arch. nat., S. 6017, f. 14 *b* (invent. de Launay, 1745).

Actum anno Domini M CC vicesimo septimo, mense februario.

### 1906. — 15 février 1228, Latran.

*Le pape Grégoire IX autorise les Hospitaliers à se confesser aux prêtres de l'ordre.*

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 20, bullaire, f. 19 *b* (copie, XVIe s.) ; Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 161 *b* et 191 (copies de S. Pauli, XVIIIe s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 39 (copie, XVIe s.), vol. 1121 (bull. Rub.), f. 196 (copie, XVIe s.), et bull. E, f. 81 et 216 (auj. perdu) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 78 (copie de Smitmer, XVIIIe s., d'après les Arch. du grand-prieuré de Venise).

Gregorius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jherosolimitani, salutem, etc. Quia indecorum est, et omnino vestre religioni absurdum, vos sacerdotes extraneos pro privatis et occultis peccatis adire, nos, paci et honestati vestre volentes apostolica solicitudine providere, et, quod ad vestrum spectat decorem, studiosius prosequi cupientes, auctoritate vobis apostolica indulgemus ut de privatis et occultis delictis confessionem vestram faciatis religiosis et discretis sacerdotibus fratribus domus vestre. Si vero delicta ita gravia fuerint quod oporteat eos recurrere ad consilium aliorum, [tacito n]omine illius qui peccatum confessus est, idem sacerdotes eorum consilium diligenter [inquirant][2], et languenti salutifera medicina succurrant. Dat. Laterani, XV kalendas marcii, pontificatus nostri anno I.

### 1907. — 22 février 1228, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Honorius III, du 11 février 1217 : « Cum dilecti filii fratres ». (V. plus haut, nº 1553.)*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 16, nº 88 (orig.).

Dat. Laterani, VIII kalendas martii, pontificatus nostri anno I.

1. La notification du même accord par P., abbé de S. Denis, est conservée à Paris, aux Archives nationales (S. 5245, nº 18, orig. scellé).

2. Mot en blanc dans le texte d'Alcala. Nous avons emprunté cette restitution à une des copies de S. Pauli, conservées à Lucques (f. 161 *b*) ; l'autre copie du même (f. 191) porte la variante : « attendant aut scrutentur. »

**1908.** — 23 février 1228, Latran.

*Le même défend aux prélats d'exiger aucune dîme pour les novales des Hospitaliers, quand la culture est faite directement*[1].

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 16, n° 89 (orig. bullé).

Gregorius, etc., venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, etc., salutem, etc. Cum abbates Cisterciensis ordinis, tempore concilii generalis, ad commonitionem felicis memorie Innocentii pape, predecessoris nostri, statuerint ut de cetero fratres ipsius ordinis, ne occasione privilegiorum suorum ecclesie ulterius gravarentur, de alienis terris ab eo tempore acquirendis, si eas propriis manibus aut sumptibus colerent, decimas persolverent ecclesiis quibus ratione prediorum antea solvebantur, nisi cum eisdem ecclesiis aliter ducerent componendum, idem predecessor noster, quia sperabat ut ecclesiarum prelati proniores et efficcaciores existerent ad exhibendum eis de suis malefactoribus justicie complementum, et eorum privilegia diligentius et perfectius observarent, statutum hujusmodi gratum habens et ratum, hoc ipsum ad alios regulares, qui gaudent similibus privilegiis, extendi voluit et mandavit. Sed, quod dolentes referimus, in contrarium res est versa, quia, sicut ex inculcata querela dilectorum filiorum magistri et fratrum Hospitalis Jerosolimitani frequenter audivimus, nonnulli ecclesiarum prelati et alii clerici, eorum privilegia temere contempnentes, et contendentes malitiose ipsorum pervertere intellectum, eosdem multipliciter inquietant. Nam cum sit ipsis indultum ut de novalibus, que propriis manibus aut sumptibus excolunt, sive de ortis, virgultis et piscationibus suis, vel de suorum animalium nutrimentis nullus ab eis decimas exigere vel extorquere presumat, quidam, perverso intellectu conficte dicentes quod hec non possunt nec debent intelligi nisi de hiis que sunt ante generale concilium acquisita, ipsos super hiis multiplici exactione fatigant. Nos igitur eorum quieti paterna sollicitudine providere volentes, universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus dictos magistrum et fratres Jerosolimitani Hospitalis a prestatione decimarum, tam de possessionibus habitis ante concilium generale quam de novalibus sive ante sive post idem concilium acquisitis, que propriis manibus aut sumptibus excolunt, necnon de ortis, virgultis, piscationibus suis et de suorum animalium nutrimentis, singuli vestrum omnino servetis immunes, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Dat. Laterani, vii kalendas martii, pontificatus nostri anno i.

**1909.** — 29 février 1228, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 19 *juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Paci et quieti* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 429).

Sources : Lyon, Arch. du Rhône, H. 22, f. 97 (copie d'A. de Naberat, xvii^e s.) ; Paris, Arch. nat., L. 241, n° 39 (orig.).

Dat. Laterani, ii kalendas martii, pontificatus nostri anno ii.

1. V. plus haut, n^os 1553 et 1794, les bulles d'Honorius III relatives au même objet.

**1910.** — 3 mars 1228, Latran.

*Le même renouvelle la bulle du* 23 *février* 1228 : « *Cum abbates Cisterciensis* ». (*V. plus haut, n°* 1908.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 191 (copie de S. Pauli, xviii$^e$ s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 12, n° 5 (orig.).

Dat. Laterani, v nonas martii, pontificatus nostri anno i.

**1911.** — 4 mars 1228, Latran.

*Pélage Galvano, évêque d'Albano et légat apostolique, interprète les points qu'avait laissés sans solution précise l'accord de mai* 1221, *intervenu sous sa médiation entre l'évêque et le chapitre d'Acre et les Hospitaliers.* (*V. plus haut, n°* 1718.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 51 (orig. auj. perdu). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 116.

Pelagius, miseratione divina Albanensis episcopus, universis presentes literas inspecturis, salutem in Domino. Quoniam super quibusdam verbis, positis in compositione que, nobis mediantibus, facta est inter venerabilem fratrem episcopum Acconensem et ejus capitulum ex una parte, et magistrum et fratres Hospitalis Hierosolimitani ex altera, super decimis, mortuariis et aliis juribus parrochialibus, dubitatio fuit exorta, tandem idem episcopus pro se et ecclesia sua, et frater Rodericus, procurator Hospitalis, interveniente domini pape mandato, se nostro commiserunt arbitrio, interpretationem nostram super verbis compositionis ambiguis promittentes se inviolabiliter servaturos. Primus autem articulus dubitationis emersit super sacramentis conferendis parrochianis episcopi qui apud Hospitale sibi eligunt sepulturam ; nos autem articulum hujusmodi sic duximus declarandum, ut videlicet hii[s], qui in morte apud Hospitale sepulturam elegerint, prior et capellani Hospitalis penitentiam, viaticum et extremam conferant unctionem, et aliud exhibeant officium mortuis exhibendum. Si vero in vita sibi apud Hospitale sepulturam elegerint, non propter hoc eximantur a jurisdictione episcopi, sed ab eo omnia recipiant sacramenta, et parrochialia jura persolvant, excepto mortis articulo, in quo idem per omnia quod in superiori articulo observari mandamus. Caveant autem Hospitalarii ne parrochianos episcopi, quos in sua fraternitate recipiunt, ad eligendam apud se sepulturam promissionibus, precibus, et aliis modis inducant, sed eos sue libere voluntati relinquant, nec ad reconciliacionem per puerperium recipiant mulieres. Secundum vero articulum sic duximus declarandum, sicut composicio ipsa declarat, ne videlicet a priore vel cappellanis Hospitalis ad proponendum predicationis verbum populo certa dies specialiter vel generaliter prefigatur. In eo vero, quod tercio loco proponitur, quod, si controversia inter episcopum et Hospitalarios oritur aliqua, Hospitalarii auctoritate propria debitas episcopo subtrahunt decimas, hoc ne fiat ulterius prohibemus. Sed inchoata questione coram arbitris vel electis ab utraque parte judicibus sine subtractione juris alterutrius partis lis suo marte percurrat. De duobus vero casalibus Beroeth et Coketh, de quibus Hospitale episcopo decimas solvere contradicit, afferens remissionem decimarum in his ab Acconensi episcopo sibi factam, dicimus quod, nisi Hospitalarii remissionem, ab episcopo factam,

vel aliam causam, vel exceptionem legitimam quare persolvere minime teneantur, ostenderint, quare detineant non videmus. Quod vero quarto loco ponitur, quod cappellani Hospitalis mortuos de parrochiis episcopi ad suam sepulturam deportant, presbiteris parrochialium ecclesiarum prohibentibus, cum non probent quod apud eos elegerint sepulturam, mandamus quod, nisi manifestum fuerit vel per confessoris confessionem, vel per testamentum defuncti, vel alias per testes legitimos probatum fuerit quod apud Hospitale sepulturam elegerint, apud ecclesias, in quarum parrochiis defuncti fuerint, sepulture tradantur. Quia vero in quibusdam terris, quibus tempore compositionis inite seminabatur frumentum vel ordeum, nunc vero canamelle plantantur in eis, de quibus episcopus decimas sibi petiit persolvi, et e contrario Hospitale respondet quod de canamellis secundum compositionis tenorem et de consuetudine non solvitur, ne Hospitale insolitas decimas solvere compellatur et episcopus sibi debitis non privetur, sic duximus moderandum, ut videlicet de terris, in quibus tempore compositionis seminabatur frumentum vel ordeum et modo canamelle plantantur, tantum sive de frumento sive de ordeo pro decima solvatur episcopo, quantum de terris ipsis consuevit vel percipere debet episcopus, si frumentum vel ordeum seminaretur in eis. Hanc autem interpretationem, a nobis factam et ab utraque parte sponte receptam, inviolabiliter precipimus observari. Actum Laterani, anno dominice incarnationis M CC XXVIII, quarto nonas martii, pontificatus domini Gregorii pape noni anno primo.

### 1912. — 14 mars 1228, Latran.

*Le pape Grégoire IX renouvelle la bulle d'Honorius III, du 4 décembre 1224 : « Sic est Deo ». (V. plus haut, nº 1794.)*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 15, nº 4 (copie contemp.).

Dat. Laterani, II idus marcii, pontificatus nostri anno I.

### 1913. — Avril 1228.

*Alphonse IX, roi de Léon et de Galice, donne aux Hospitaliers l'église de S. Juan de Barrio de Tribes, en échange de l'église qu'il leur avait abandonnée en peuplant la Nouvelle Castille, et qu'ils lui restituent.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue de Castille, liasse 1 (orig.).

In Dei nomine, amen. Noscant presentes et posteri, presentem paginam inspecturi, quod ego A[defonsus], Dei gratia rex Legionis et Gallecie, do et in concanbium concedo Deo et Hospitali Jherusalem ecclesiam S. Johannis de Barrio de Trives, cum omnibus suis directuris et pertinenciis, jure hereditario in perpetuum possidendam. Recepi autem a priore et fratribus ipsius Hospitalis ecclesiam, quam eis dederam in populatione quam feci in Tria Castella Nova. Si quis igitur contra hanc mee concessionis et concambii cartam venire temptaverit, iram Dei omnipotentis et regiam indignationem incurrat, et, quantum invaserit, duplo conponat, et pro ausu temerario regie parti in penam mille morabotinos exsolvat, carta nichilominus in suo robore permanente. Facta carta mense aprilis, era M CC LXVI. Bernaldo existente Compostellano archiepiscopo; Johanne, Ove-

tense episcopo; Roderico, Legionensi episcopo; Nunone, Astoricensi episcopo; Laurentio, Auriensi episcopo; Michaele, Lucensi episcopo; Stephano, Tudensi episcopo; Martino, Mindonensi episcopo; Martino, II Zemorensi episcopo; Pelagio, Salamantino episcopo; Michaele, Civitatensi episcopo; Petro, Cauriensi episcopo. Infante donno Petro existente majordomo domini regis, tenente Legionem, Taurum, Zemoram, Strematuram, Trasserram et Limiam; donno Roderico Fernandiz, signifero domini regis, tenente Ovetum, Astoricam, Majoricam et Beneventum; donno Roderico Gomez tenente Montem Rosum, Montem Nigrum et Trastamar; donno Fernando Guterrez tenente Perticam S. Jacobi; donno Alvaro Roderici tenente infantaticum. Donno Petro Petri, [magistro scolarum] Auriensium, canonico Compostellano, existente cancellario domini regis. Alfonsus Petri, domini regis scriptor, scripsit.

## 1914. — 6 mai 1228, Rieti.

*Le pape Grégoire IX charge Conrad II de Tegerfeld, évêque de Constance, Vernher d'Arbon, doyen de Constance, et Conrad, abbé de Petershausen, de régler définitivement l'arbitrage intervenu, sous Innocent III, entre l'abbaye de S. Urbain de Lucerne et les Hospitaliers de Thunstetten.*

Source : Lucerne, Arch. cant., S. Urbain (2 originaux, dont un bullé). — Texte : *Fontes rerum Bernensium,* II (Berne, 1877), 84, n° 73.

Gregorius, etc., venerabili fratri [Conrado] episcopo, et dilectis filiis..... preposito Constantiensi, et..... abbati de Domo Petri, Constantiensis diocesis, salutem, etc. Ex parte dilectorum filiorum conventus monasterii S. Urbani, Cisterciensis ordinis, fuit propositum coram nobis quod, cum olim inter..... abbatem eorum et ipsos ex parte una, et fratres domus Hospitalis Jerosolimitani de Tuncstetin, Constantiensis diocesis, ex altera, super quibusdam decimis, coram....... abbate de Mure suisque cojudicibus, auctoritate felicis recordationis Innocentii pape, predecessoris nostri, questio fuerit diutius agitata, demum, causa ipsa ad dictum predecessorem nostrum per appellationem delata, idem bone memorie A[ngelum] S. Adriani et B[ertinum] S. Georgii ad Velum Aureum diaconos cardinales concessit utrique parti super eodem negotio auditores. Quibus, que coram eis proposita fuerant, eidem predecessori nostro fideliter referentibus, idem predecessor noster causam ipsam amicabili compositione sopivit, dans vobis suis litteris in mandatis ut compositionem ipsam faceretis per censuram ecclesiasticam firmiter observari, contradictores censura ecclesiastica compescendo. Verum cum, memoratis fratribus contra compositionem ipsam, quam per quindecim annos et amplius pacifice observarant, temere venientibus, dictus abbas a vobis mandatum super hoc exequi apostolicum postulasset, et, vobis asserentibus vos mandatore mortuo jurisdictionem aliquam non habere, prefatus abbas, ipsis inconsultis et minime requisitis, in..... abbatem de Vriensperc et quosdam alios laicos cum..... priore et..... cellario prefati monasterii sub certa pena tanquam in arbitros compromisit. Qui, perperam in arbitrio procedentes, sunt taliter in ipsius monasterii prejudicium arbitrati, videlicet quod predicti abbas et conventus compositioni per eundem predecessorem nostrum inite renuntiarent, et litteras apostolicas super ipsam confectas traderent cuidam laico cancellandas. Quorum arbitrio ex parte ipsius conventus statim extitit contradictum; quare ipsius monasterii indempnitati provideri a nobis humiliter postularunt. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, si est ita, dictum arbitrium denun-

tiantes penitus esse nullum, in executione mandati apostolici, super observatione compositionis ipsius ad vos directi, procedere procuretis juxta traditam vobis formam. Quod si non omnes, etc., tu ea, frater episcope, cum eorum altero nichilominus exequaris. Dat. Reate, II nonas maii, pontificatus nostri anno II.

**1915.** — 26 mai 1228.

*R. d'Alzamora, châtelain d'Amposte, écrit à Guillaume III de Tavartet, évêque de Vich, et à Raymond Dezbach*[1]*, abbé de Ripoll, en les priant de lui rendre le château de « Dua Castella ».*

Source : S. Gervasio de Cassolas, Arch. du gr.-prieuré de Catalogne, 1 arm. de Barcelone, sac Jésus, n° 90 (chirogr., mauvais état, les 2 exemplaires n'ont pas été séparés).

Hec dicta fuerunt in palacio domini episcopi Barchinonensis, VII kalendas junii, anno Domini M CC XXVIII.

**1916.** — 8 juin 1228, Windsor.

*Henri III, roi d'Angleterre, ordonne à Eustache, archidiacre de Lewes, de mettre les Hospitaliers en possession du manoir d'Hetherington, que Jean de Montagu leur avait donné avant sa mort.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 12 Henri III, membr. 7 (copie contemp.).

Teste rege apud Windlesorum, [VIII die junii.

**1917.** — 20 juin 1228, Westminster.

*Le même ordonne au même de mettre les Hospitaliers en possession de tous les cheptels existant sur les terres de Jean de Montagu.* (*V. plus haut, n°* 1916.)

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 12 Henri III, membr. 6 (copie contemp.).

Teste ut supra [apud Westmonasterium, XX die junii].

**1918.** — 18 juillet 1228, Huesca.

*Jacques I, roi d'Aragon, comte de Barcelone et seigneur de Montpellier, confirme les privilèges concédés aux Hospitaliers par ses ancêtres, et ordonne à ses officiers de les faire respecter.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 38-41 (copie du 7 septembre 1250).

Manifestum sit omnibus quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, comes

1. Raymond de Bacho figure comme abbé de N. D. de Ripoll depuis avril 1218 ; il mourut le 20 janvier 1234, et fut enterré à l'abbaye de Ripoll (Villanueva, *Viage leterario a las iglesias de España,* VIII, 14).

Barchinone et dominus Montispessulani, predecessorum nostrorum vestigia sequi volentes, habito consilio diligenti, attendentes quod ea, que a nostris pre[decessori]bus acta sunt et statuta, debeamus conservare illesa, visis et auditi (*sic*) privilegiis, que a predecessoribus nostris domino R[aymundo], comite Barchinone, proavo, et Ildefonso, avo, ac domino Petro, patre nostro, domui Hospitalis Jerosolimitani et fratribus et suis hominibus facta sunt et concessa, cum presenti carta perpetuo valitura, omnia illa privilegia et instrumenta, et singula et omnia capitula, sicut continentur in instrumentis eisdem, confirmamus, auctorizamus et liberaliter aprobamus. Statuimus igitur et precipientes mandamus firmiter et districte [uni]versis majoribusdomus, repositariis, merinis, çevalmedinis, justiciis, juratis, alcaldis et aliis nostris officialibus, substitutis et substituendis, et omnibus etiam nostris subditis, tam presentibus quam futuris, quod omnia privilegia et singula, a nostris predecessoribus vel a nobis predicte domui Hospitalis vel suis hominibus facta et concessa, rata ac firma semper habeant et observent, et faciant ab omnibus ubique firmiter et inviolabiliter observari, et quod nemo, confidens de nostri gratia vel amore, audeat vel presumat aliquem vel aliquos de hominibus Hospitalis vel res suas contra tenorem eorum privilegiorum in aliquo forciare, distringere vel gravare, nec ab eis aliquid exigere, petere aut accipere ullo modo, de hiis quibus concessione suorum privilegiorum sint ingenui sive franqui. Quicunque autem contra tenorem suorum privilegiorum homines Hospitalis jamdicti vel res suas atemptaret in aliquo forciare, ofendere vel gravare, iram et indignationem nostram et penam mille morabotinorum Alfossinorum se noverit absque aliquo remedio incursurum. Datum apud Oscam, xv kalendas augusti, era M CC LXVI. S. (*Seing manuel*) Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, comitis Barchinone et domini Montispessulani. Hujus rei testes sunt : dompnus F[erdinandus], infans Aragonie; Ato de Focibus, majordomus Aragonie ; Rodericus de Lizana ; Garcia Romei ; P[etrus] Cornelii ; Assalitus de Gua[da]l ; Garcia Periz de Mertat (?) ; P[etrus] Periz, justicia Aragonie. S. Guillelmi, scribe, qui, mandato domini regis, pro Gomicero (?), notario suo, hanc cartam scripsit, loco, die et era prefixis.

## **1919.** — 20 juillet 1228, Pérouse.

*Le pape Grégoire IX renouvelle la bulle de Lucius III, du* 6 *décembre* 1184 : « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 702.)

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 22, bullaire, f. 8 (copie, xv$^e$ s.); Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 195 (copie de S. Pauli, xviii$^e$ s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 114 (copie, xvi$^e$ s.), et bull. E, f. 218 (auj. perdu).

Dat. Perusii, xiii kalendas augusti, pontificatus nostri anno ii.

## **1920.** — 23 juillet 1228, Pérouse.

*Le même renouvelle la bulle d'Honorius III, du* 5 *mars* 1217 : « *Ex parte dilectorum* ». (*V. plus haut, n*° 1574.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 96 (copie de S. Pauli, xviii$^e$ s.) ; Lyon, Arch. du Rhône, H. 22, f. 183 (copie d'A. de Naberat, xvii$^e$ s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 113 (copie, xvi$^e$ s.), et bull. E, f. 219 (auj. perdu) ; Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 16, n° 91 (orig. bullé).

Dat. Perusii, x kalendas augusti, pontificatus nostri anno ii.

## 1921. — 13 août 1228, Rarebourg.

*Albert I, duc de Saxe, donne aux Hospitaliers le village de Pogar.*

Analyse : Hempel, *Invent. diplom. historiæ Saxoniæ inferioris* (Hanovre et Leipzig, 1785-1798), I, col. 186. — Texte : Riedel, *Cod. dipl. Brandeburg.*, I, vi, 12; Lünig, *Deutsches Reichsarchiv*, XVI, pars 2 (Spicil. eccl. II), app., p 85.

Albertus, Dei gratia dux Saxonie, multiplicia servitia dilecti nostri magistri Henrici, fratris Hospitalis sancti Johannis in Jerusalem, que grata nobis exhibuit, ac in antea, si supervixerit, exhibere poterit gratiora, libenti animo recolentes, ex innata nobis mansuetudine, qua consuevimus benemeritis respondere, dignum duximus labores ejus et multiplicitatem servitiorum ejusdem per recompensationis meritum clementius intueri. Ad instantiam igitur dicti fratris, in honorem omnipotentis Dei, gloriose semperque virginis Marie, ac sancti Johannis Baptiste, cujus ad honorem memoratum Hospitale erectum noscitur et constructum, de mera liberalitate nostra prenotato Hospitali, nostrorum in remedium peccatorum, cum omni integritate offerimus et donamus villam Pogatz, cum omnibus justiciis et judiciis, proventibus et pertinentiis suis, silvis videlicet, nemoribus, pratis, pascuis, aquis, piscationibus, venationibus, terris cultis et incultis, volentes eandem villam cum inhabitantibus ipsam ab omni exactione, angaria, expeditione esse liberam et immunem. Actu hoc bona singula, que dictum Hospitale infra terminos nostri ducatus jam possidet, aut in futurum poterit adipisci, nostre protectionis ac muniminis accepimus sub tutela. Testes hujus facti sunt : Henricus, comes de Vrildenhes, Olricus, bulgravius de Bechi, Henricus de Bujez, Bartoldus de Veltigre, Raveno, nobiles; Berteramus, pincerna; Conradus, camerarius; Olricus de Koyne, Eghard de Colpin, Otto de Rawal, Wernerus Metfere, milites ; Thider et Henricus, clerici, et quamplures alii viri providi et honesti. Actum Razeborch, anno Domini M CC XXVIII, idus augusti, indictione I.

## 1922. — Septembre 1228, Neuenberg.

*Henri IV, duc de Limbourg et comte de Berg, et Ermengarde sa femme font savoir qu'Herbord et son frère, Mathilde et ses enfants se reconnaissent censitaires de l'église S. Jean de Neuenberg.*

Source : Dusseldorf, Arch. d'Etat, command. de Herrenstrunden, n° 8 (orig. scellé). — Texte : J. Lacomblet, *Urkundenbuch für die Gesch. der Niederrheins,* II, 82.

Nos Heinricus, dux de Lymburg et comes de Monte, ac Ermengardis, uxor ejus, notum facimus omnibus presens scriptum inspecturis quod Herbordus et fratres ejus, et Mextildis et pueri ejus se contulerunt cerocensuales ecclesie beati Johannis in Castro Novo de Monte, tali modo quod in festo beati Servacii super altare dicte ecclesie persolvent annuatim duos denarios Coloniensis monete, et de mortua manu ibidem XII denarios similiter solvere tenebuntur. Acta sunt hec in Novo Castro, anno gracie M CC XXVIII, mense septembri. Hiis testibus : Wolberto, plebano ejusdem ecclesie; Adolpho de Stamem, dapifero; Godescalco, castellano. Ut autem hec rata permaneant et stabilitate gaudeant inconcussa, presentem cartulam sigillorum nostrorum karactere fecimus communiri.

**1923.** — 9 novembre 1228, Pérouse.

*Le pape Grégoire IX renouvelle la bulle d'Honorius III, du 1 mars* 1219 : « *Cum a religiosorum* ». (*V. plus haut, n°* 1648.)

Source : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. 26, n° 8 (orig.).

Dat. Perusii, v idus novembris, pontificatus nostri anno ii.

**1924.** — 9 novembre 1228, Pérouse.

*Le même renouvelle, la bulle du* 23 *février* 1228 : « *Cum abbates Cisterciensis* ». (*V. plus haut, n°* 1908.)

Source : Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles n° 143 (vidimus du lieutenant de l'official de Béziers, du 2 mars 1346).

Dat. Perusii, vii idus novembris, pontificatus nostri anno ii.

**1925.** — 10 novembre 1228, Lérida.

*Jacques I, roi d'Aragon, comte de Barcelone et seigneur de Montpellier, donne à Sancia Ximenès d'Urrea, prieure de Sigena, Pierre Gil, habitant de Fraga, et sa famille, après l'avoir affranchi.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 131-132, « Traslado o copia de dos libros manuscritos del archivo del real monasterio de Sixena » (2 vol. in-f.), I, 138 (copie, fin xvii^e s.).

Manifestum sit omnibus quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone et dominus Montispessulani, per nos et successores nostros, ob remedium anime nostre et parentum nostrorum, concedimus, donamus et laudamus Deo et gloriose virgini Marie, et beato Joanni, et domui de Sigena, et vobis venerabili Sanctie, priorisse, et fratribus ac sororibus ejusdem domus, tam presentibus quam futuris, Petrum Egidium, habitatorem de Fragua, cum uxore et domo sua, et cum omnibus possessionibus quas hodie tenet et possidet, ita quod ipsum Petrum Egidium et successorem suum, qui successive suum locum tenebit et capmasium, unum scilicet post alium usque in infinitum, cum omnibus illis possessionibus, quas hodie possidet, habeatis, possideatis cum omnibus juribus que super eum habemus vel habere debemus aliqua ratione, id cum omnibus illis, que nobis debet facere, ullo modo teneatur, et respondeat vobis et successoribus vestris, et non nobis vel alicui de nostris successoribus ullo modo. Enfranquimus etiam ipsum et successores ejus, unum post alium, ut dictum est, vobis et vestris successoribus in eternum ab omni oste et cavalcata et eorum redemptionibus, et ab omni peyta, tolta, questia, fortia, prestito, precaria, cena, pedido, monetatico et sucursu, et ab omni servitute et exactione, sive demanda regali et vicinali, et ab ar [*lisez* : omni] quoque lezda, pedagio, por[ta]tico, colecta, consuetudine, usatico, penco (?) et mensuratico, tam bla(n)di quam alicujus cause, ita quod, per omnia loca dominationis et nostri regni, franchi sint perpetuo et immunes ab omnibus supra-

dictis, per terram et mare et aqua dulce. Mandamus itaque senioribus, majoridomo, repositariis, merinis, zalmedinis, justiciis et juratis, judicibus et alcaldis, vicariis, bajulis et aliis nostris officialibus, tam substitutis quam substituendis, quod hanc nostram donationem et franquitatem rite [*lisez* : ratam] et firma[m] habeant et observent, et faciant perpetuo ab omni et ubique firmiter observari et inviolabiliter, et quod nemo, de nostri gratia confidens, audeat ipsum Petrum Egidium et successores suos gravare, pignorare aut impedire in aliquo supra dictis, nec audeant ipsum vel res suas pignorare pro aliquo debito vel delicto, nisi ipse per se principalior (*sic*) fuerit aut fidejussor per aliam (*sic*) forsitam constitutus. Quicumque autem tenorem hujus carte venire in aliquo attentaverit, ira[m] nostra[m] et pena[m] mille morabitinorum Alphonsinorum se noverit incursurum. Datum apud Illerdam, IV idus novembris, anno Domini 1228 (*sic*). S. Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, comitis Barchinone et domini Montispessulani. Hujus rei testes fuerunt : B[erengarius], episcopus Illerdensis ; G. de Cervaria ; R. Alamanus ; G. de Montecaterato (*sic*) ; Vic. Bani ; B. Guillermi ; Geraldus de Cervilion ; B. Berengarius de Ager ; Garcia Romei ; P[etrus] Cornelii ; Assalitus de Gual (*sic*) ; Garcia Petriz de Mirtad. S. Guillermi, scribe, qui, mandato domini regis, pro Petra (*sic*) Sanctii, notario suo, hanc cartam scripsit, loco, die et anno prefixis.

## **1926.** — 10 novembre 1228, Lérida.

*Le même donne à la même une rente annuelle et perpétuelle de cent morabotins Alphonsins, à prendre sur la rente de deux cents morabotins, que le roi Pierre II, son père, avait assignée au monastère d'Olger sur l'oratoire des Juifs à Calatayud.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 131-132, « Traslado o copia de dos libros manuscritos del archivo del real monasterio de Sixena », (2 vol. in-f.), I, 244 (copie, fin XVII[e] s.).

Manifestum sit omnibus quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone et dominus Montispessulani, cum presenti carta perpetuo valitura, per nos et omnes successores nostros, concedimus, laudamus et perpetuo assignamus vobis dilecte nostre dompne Santie, Dei gratia priorisse domus Sexene, et successoribus vestris, et domui supradicte habendos et percipiendos singulis annis centum morabitinos Alphonsinos, de illis videlicet ducentis morabitinis quos dominus Petrus, bone memorie pater noster, dedit et assignavit monasterio de Olger super Algemam Judeorum Calatajubii, ita quod de dictis ducentis morabitinis, quos dictum monasterium de Olger ibi super Algemam Judeorum Calatajubii percipi et percipere debet, percipiatis et lebitis (*sic*) vel colligatis, vos et successores vestri, primo et ante illos, centum morabitinos annuatim per secula cuncta, in termino quo sunt solvere consueti. Et volumus, mandamus toti Algeme Judeorum Calatajubii, tam presentibus quam futuris, quod de dictis centum morabitinis respondeant vobis et mandatario vestro perpetuo, et non monasterio de Olger, nec alicui alii persone viventi de cetero ullo modo. Nos vero faciemus dictos centum morabitinos vos et domus Sexene habere, tenere et percipere perpetuo et in pace. Statuimus ergo et precipimus firmiter et districte senioribus, majoribus domus, repositariis, merinis, zavalmedinis, justitiis et juratis, judicibus et alcaldis, substitutis et substituendis, quod hanc nostram donationem et concessionem ratam ac firmam habeant et observent, et faciant semper ab omnibus firmiter observari, et quod contra nostram predictam donationem non veniant ullo modo. Datum apud Illerdam, quarto idus novembris, era 1266 (*sic*), anno Domini

1228 (*sic*). S. Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, comitis Barchinone et domini Montispessulani. Hujus rei testes sunt : B[erengarius], episcopus Illerdensis ; G. de Montecatenato ; Vic. Bani ; G. de Cervaria ; P. Guillermi ; R. de Alaman ; A. de Peraltas ; D. Berengarius de Ager ; Garcia Romei ; Petrus Cornelii ; Assalitus de Gudal ; Garcia Perez de Mintad. S. Guillermi, scribe, qui, mandato domini regis, pro Petro Sancii, notario suo, hanc cartam scripsit, loco, die et anno prefixis.

**1927.** — 15 novembre 1228, Pérouse.

*Le pape Grégoire IX renouvelle la bulle d'Honorius III, du* 13 *décembre* 1216 : « *Ad eripiendam de* ». (*V. plus haut, n°* 1505.)

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 16, n° 92.

Dat. Perusii, xvii kalendas decembris, pontificatus nostri anno ii.

**1928.** — 17 novembre 1228, Pérouse.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 12 *décembre* 1184 : « *Si diligenter attenditis* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 706.)

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 30, n° 2 (orig. auquel on a appendu, à une époque ancienne, une bulle de Benoit XIII).

Dat. Perusii, xv kalendas decembris, pontificatus nostri anno ii.

**1929.** — 20 novembre 1228, Pérouse.

*Le même invite les prélats à ne pas exiger des Hospitaliers l'impôt du vingtième.*

Source : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, grand-prieuré de Champagne, H. 1146, n° 38 (orig.).

Gregorius, etc., venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, et aliis ecclesiarum prelatis, ad quos littere iste pervenerint, salutem, etc. Cum de viris ecclesiasticis, quibus plurimum expedire dinoscitur ut in cunctis actibus suis modum ordinemque conservent, nobis aliqua referuntur que illos reprehensibiles reddant, paterno dolemus affectu, et de ipsorum emendatione curam volumus gerere pastoralem. Significantibus sane dilectis filiis fratribus Hospitalis Jherosolimitani, accepimus quod de possessionibus, que ipsis a vivis sive defunctis rationabiliter conferuntur, pro vestris expeditionibus et excubiis faciendis vicesimum, questam et exactionem ab ipsis indebitas presumitis extorquere. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus et districte precipimus quatinus, ab hujusmodi exactionibus penitus desistentes, jura predictorum fratrum in aliquo ledere nullatenus presumatis, sed ita ipsos sua permittatis libertate gaudere quod nec ipsi de vobis justam habeant materiam conquerendi, nec nos ea requirere districtius compellamur. Dat. Perusii, xii kalendas decembris, pontificatus nostri anno ii.

**1930.** — 28 novembre, 2 ou 12 décembre 1228, Pérouse.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 6 *décembre* 1184 : « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 702.)

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 16, n° 93 (orig.).

Dat. Perusii, IIII..... decembris, pontificatus nostri anno II.

**1931.** — 1 décembre 1228, Pérouse.

*Le même défend aux prélats d'abuser du droit de gîte auprès des maisons de l'Hôpital et d'outrepasser les limites de leurs droits et privilèges.*

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, II, 8 (copie, XIV^e s.) ; Lyon, Arch. du Rhône, H. 22, f. 99 (copie d'A. de Naberat, XVII^e s.).

Gregorius, etc., venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, etc., salutem, etc. Evangelice doctrine, que prohibet alterum alteri facere quod fieri sibi nollet, et honestati ecclesiastice contradicit aliquam religiosam domum in immensam multitudinem visitare, et lautas eppulas querere illum qui in domo propria procurationes sobrias vix interdum sine scandalo aliis exhiberet. Accepimus autem quod quidam vestrum, domos dilectorum filiorum magistri et fratrum Hospitalis Jherosolimitani in magna multitudine equorum et hominum adeuntes, in eis fratribus contradicentibus hospitantur, et expensis gravissimis inquietant quos deberent ob reverenciam nostram, ad cujus defensionem totaliter pertinent, et consideracione obsequii quod defensioni christianitatis exhibent in partibus transmarinis, contra alios sollicite adjuvare; quia igitur tollerare in paciencia non debemus ut in diebus nostris onera predictis fratribus imponantur, que antea non portarunt, universitati vestre auctoritate apostolica districtius inhibemus ne in domibus eorum ipsis queratis renitentibus hospitari, nisi forte id in concessione ipsarum domorum vobis vestrisque successoribus manifeste apparuerit reservatum, sed ea pocius reverencia et obsequio sitis contenti quod per scriptum auctenticum declaratur. Dat. Perusii, kalendis decembris, pontificatus nostri anno II.

**1932.** — 13 décembre 1228, Pérouse.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent II, du* 7 *février* 1137 : « *Christiane fidei religio* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 122.)

Sources : Lyon, Arch. du Rhône, H. 22, f. 101 (copie d'A. de Naberat, XVII^e s.) ; Paris, Arch. nat., L. 242, n° 54 (vidimus scellé de l'archevêque d'Arles, du 17 avril 1258) ; Bibl. nat., latin 9001, f. 84 (copie d'A. de Naberat, XVII^e s.).

Dat. Perusii, per manum Martini, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, III idus decembris, indictione I, incarnationis dominice anno M CC XXVIII, pontificatus vero domini Gregorii pape VIIII anno II.

### 1933. — 21 décembre 1228, Barcelone.

*Jacques I, roi d'Aragon, comte de Barcelone et seigneur de Montpellier, en renouvelant l'établissement de la paix et de la trêve de Dieu en Catalogne, y comprend les Hospitaliers et les Templiers*[1].

Source : Paris, Bibl. nat., lat. 4670 *a*, f. 106 (copie, xiii^e^ s.), et 4671 *a*, f. 43 (copie, xiv^e^ s.). — Texte : D'Achery, *Spicilegium*, III (Paris, 1723), 598 ; Marca, *Marca Hispanica*, col. 1412.

Datum Barchinone, xii kalendas januarii, anno Domini m cc xxviii.

### 1934. — 1229.

*G. des Ormes, grand-prieur de S. Gilles, rattache à la commanderie de Chazelles les biens et revenus qu'Arnoul, commandeur de Montbrison, avait acquis de Guillaume Goudchaux à S. Genis Terre Noire et à S. Martin la Plaine, et assure par eux, dans l'église de Chazelles, la fondation faite par Guy, comte de Forez. Il rattache, par contre, les revenus affectés à cette fondation à la commanderie de Montbrison.*

Source : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. command. de Chazelles, membre de la Rousselière, n° 1 (orig.).

Nos frater G. de Ulmis, Dei gratia prior domus Hospitalis Jerosolimitani apud S. Egidium, notum facimus universis, presentes litteras inspecturis, quod frater Arnulfus, procurator domus nostre de Montebrusone, acquisivit a Villelmo Gothescalci, milite, vicariam et terras et redditus, quos in feudum tenebat a domo Hospitalis in villa et territorio S. Genesii de Terra Nigra et in territorio S. Martini de Plania. Unde nos, considerantes quod res ille acquisite magis poterant proficere domui de Chasaleto, quia propinquiores erant eidem domui et etiam contigue quibusdam terris ejusdem domus, consilio fratris S[egnoreti], preceptoris Burgundie, et fratris G., magistri de Chasaleto, et aliorum fratrum ejusdem domus, et predictorum procuratoris et fratrum domus nostre de Montebrusone, decrevimus, statuimus, ordinavimus quod domus de Chasaleto habeat et possideat in perpetuum predictas res, acquisitas a fratre Arnulfo supradicto, et ex proventibus earundem rerum fiat in perpetuum illud quod vir nobilis dominus G[uigo], quondam comes Forisii, statuit et voluit fieri in ecclesia de Chasaleto, scilicet quod lampas una cum oleo teneatur accensa die ac nocte, et quod cotidie in missis in eadem ecclesia celebratis offeratur incensum combustum in honore sancte Dei genitricis et virginis Marie. Pro quibus faciendis predictus vir nobilis assignavit domui de Chasaleto xv solidos fortes, capiendos in perpetuum singulis annis in annuis censibus suis de Montebrusone, sicut continetur in instrumento sigillo suo firmato. Et quia proventus acquisitionis, quam frater Arnulfus fecit, sicut superius dictum est, bene valet annuatim xv solidos fortes, sicut magister et fratres de Chasaleto coram nobis confessi sunt, decrevimus, statuimus, ordinavimus quod, in reconpensationem predicte acquisitionis, domus nostra de Montebrusone habeat, possideat et percipiat in perpetuum predictos xv solidos, assignatos in annuis censibus de Montebrusone. Et ne aliqua de cetero dubietas sive molestia suboriri

1. Le paragraphe relatif au Temple et à l'Hôpital est semblable à ceux qui figurent dans les actes d'Alphonse II (1173) et de Pierre II (juin 1200). (Voir plus haut, I, n^os^ 445 et 1123.)

valeat, litteras, sigillo nostro munitas, predicte domui de Montebrusone dedimus in testimonium veritatis. Actum anno Domini M CC XX nono.

### 1935. — 1229.

*Albert I, duc de Saxe, donne aux Hospitaliers la ville de Danik.*

Analyse : Hempel, *Invent. diplom. historiæ Saxoniæ inferioris*, I, col. 200. — Texte : Lünig, *Deutsches Reischarchiv*, XVI, pars 2 (Spicil. eccl. II), app., p. 85; Riedel, *Codex dipl. Brandeburgensis*, I, VI, 12.

Albertus, Dei gratia dux Saxonie, in honorem omnipotentis Dei et sue sanctissime genitricis, nec non et sancti Johannis, nostrorumque in remedium peccatorum, ad exhortationem et instantiam dilecti nostri magistri Henrici, fratris Hospitalis sancti Johannis in Hierusalem, viri providi et discreti, cujus multiplicitate servitiorum, que sepius grata nobis exhibuit et adhuc exhibere poterit gratiora, pro eo etiam quod profectui domus sue, cujus frater est, sensibiliter et laudabiliter sic intendit, volentes clementius intueri, ex innata nobis mansuetudine, qua consuevimus benemeritis respondere, Hospitali sancti Johannis in Jerusalem villam Dasnic cum omni utilitate ac integritate, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis, piscationibus, sylvis, nemoribus, venationibus, opportunitatibus, judiciariis, et cum omnibus ad prenotatam villam pertinentibus, de mera liberalitate nostra integraliter concedimus et donamus, volentes pariter et mandantes quod prenotatum Hospitale prenotatam villam libere possideat et quiete. Testes hujus facti sunt: Raveno de Razeburg, Eghardus de Culpin, Otto de Rowal, Wernerus Metseco, Hermannus de Magdeborch, Wedekinus, Thymo de Berco, milites ; Thidericus, Henricus et Johannes, clerici, et quamplures alii viri providi et honesti. Actum Ratzeborch, anno dominice incarnationis M CC XXIX, indictione II.

### 1936. — 1229.

*Barmin I, duc de Poméranie, confirme les donations de Stargard, Sallentin, Colow, Tychow, Zartzig, Wulkow, Köselitz, Cozlow, Zadelow, Klempin, Gumenz, Lecnicea et Jugelow faites aux Hospitaliers par son grand-père Bogeslas I et son père Bogeslas II.*

Source : Berlin, Arch. secr. d'Etat, ordre de S. Jean (copie du 18 octobre 1262). — Texte : Hasselbach, *Codex Pomeraniæ dipl.*, I, 406 ; Perlbach, *Pommerellisches Urkundenbuch.*, 36 ; Riedel, *Cod. dipl. Brandeb.*, I, VI, 13 ; Schöttgen et Kreysig, *Diplom. et script. historiæ Germ.* (Altenbourg, 1753-60), II, 2, n° 2. — Analyse : Klempin, *Pommersches Urkundenbuch*, I, 209.

In nomine sancte et individue trinitatis. Notum sit tam presentibus quam futuris, quibus hec littera claruerit, quod ego Barnim, divina providentia dux Pomeranie, cum matre mea[1], future habitationis gloriam contemplans interminabilem, et civium supernorum letitiam intuens inexplicabilem, amplioris dilectionis affectum extendi in fratres domus Hospitalis Sancti Johannis Baptiste, qui, quadam prerogativa caritatis ferventes intrinsecus, Christi pauperibus et infirmis multimodum impendunt corporis solatium, et se ipsos, contra Sarracenorum dimicantes injurias, multotiens tradunt mortis in precipitium, pro amore Christi prospera et adversa sufferre promtissimi. Quorum devotionem et sanctam conver-

1. Miroslawa, fille de Mestwin I, duc de Pomérélie, femme de Bogeslas II, duc de Poméranie.

sationem multi antecessorum nostrorum approbantes, domum eorum variis decoraverunt donariis. Ego etiam cum matre mea, futuram magis quam presentem appetens habitationem, rerum temporalium commertio vite auditum invenire desiderans, fratribus domus nominate Stargart, Zalotino, Colo, Tychow, Srachto, Wlicovo, Cocolicino, Cozlow, Sadlow, Clapino, Gumence, Lecnicea, Gogolow, hec omnia prenotata cum terris, silvis, aquis, lacubus, pratis et aliis omnibus pertinentiis, que a domino awo[1] et patre meo, beate memorie duce Buguslao[2], sunt pia libertate donata, ego vero, filius ejus, Deo auxiliante succedens, pro remedio anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum, ab omni exactione curie mee et benefitiariorum meorum, que in terra mea esse consueverunt, narez, ossep, edificatio castrorum et pontium, et si qua emerserit alia persolutio, per omnia funditus Deo et beato Johanni Baptiste remitto, et pace tranquilla confero, et confirmo in perpetuum fratribus pretaxatis possidenda. Et quod manu caritatis domino Deo liberaliter contuli, vires bone voluntatis Deo mihi administrante, hilariter et inviolabiliter cum matre mea confirmo. Verum quia hujusmodi factum processu temporis in irritum solet deduci, presentem paginam sigillo meo duxi roborandam. Si quis autem hoc confirmationis mee privilegium infringere attemtaverit, cum diabolo et angelis ejus in jehenna perpetualiter condemnetur. Testes autem, in quorum presentia hoc factum est, sunt isti : Sa[m]borius, dux, frater domine ; dominus Wratislaus, castellanus de Stetin ; Prisnobor cum filio Jaroslao ; Stephanus, filius Roswari, cum fratre Sulislao ; Moscot. Pribislaus cum filio Lutoborio ; Dalimirus, tribunus ; Ratmirus, Milovic, filii Pauli ; Wogslaus et Pribinea ; Jacobus ; Laurentius, et ceteri quam plurimi. Hoc autem factum est ut fratres domus Hospitalis libere possint hospites qualescunque jure teutonicali in omnibus villis suis collocare. Hec autem facta sunt anno dominice incarnationis MCCXX nono. Pax sit habentibus et legentibus omnibus, amen.

## 1937. — [Avant le 31 mars 1229][3].

*Hartmann IV et Hartmann V, son neveu, comtes de Kybourg, en reconnaissance des devoirs funèbres que les Hospitaliers ont rendus à leur fils et frère Wernher, mort à S. Jean d'Acre, accordent aux officiers de leur maison la faculté de laisser des biens à l'Hôpital.*

SOURCE : Berne, Arch. d'Etat, fasc. Autriche-Kyburg (vidimus scellé des abbés d'Erlach et de Frienisberg, du 5 janvier 1324). — TEXTE : *Fontes rerum Bernensium,* II, 98.

Hartmannus et Hartmannus, comites de Kiburg, universis presentem paginam inspecturis, in vero salutari salutem. Quum fratres de conventu Hospitalis sancti Johannis Baptiste in Acra[4] dignas Deo exequias in funere fratris mei celebraverunt, et postmodum, inter Christianos et gentiles pace facta, ossa ipsius, sicut devotionem ipsorum decuit, apud Jerusalem civitatem sanctam honorifice sepelierunt, universitati omnium tam presentium quam futurorum constare volumus quod nos, in remedium animarum nostrorum et parentum nostrorum, cunctis ministerialibus nostris talem libertatem concedimus, ut domibus jam dicte professionis, in quibuscumque provinciis site sint, de rebus suis et prediis, sicut ipsis divinitus inspiratum fuerit, libere pro remedio animarum suarum conferant, et testamentum cum ipsis condendi liberam habeant voluntatem. Ad conservatio-

1. Bogeslas I, duc de Poméranie (1136-1187).
2. Bogeslas II, duc de Poméranie (1187-1220).
3. La chronologie des comtes de Kybourg, combinée avec la date du débarquement des croisés à Acre, permet de placer cet acte dans les premiers mois de l'année 1229, avant le 31 mars.
4. Les croisés, dont Vernher de Kybourg faisait partie, débarquèrent à Acre le 7 septembre 1228.

nem autem hujus facti et robur in posterum valiturum, et ne successores nostri hec infringere possint, ego Hartmannus, comes, et filius fratris mei Wernheri, quondam comitis, presentem paginam sigilli nostri munimine roboravimus.

## 1938. — Février 1229.

*Guy IV, comte de Nevers et de Forez, exempte les hommes de l'ordre de l'Hôpital, habitant le comté de Forez, de toutes tailles, impôts et charges et du droit d'ost et de chevauchée.*

SOURCES : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. command. de Montbrison, chap. 7 (copie, XVIII^e s.), et command. de Chazelles, chap. 1, n° 1 (orig.) ; Paris, Arch. nat., Cartul. des Francs-Fiefs du Forez, P. 1401², cote 1076, n° 7 (copie, comm. XIV^e s.), P. 1402¹, cote 1202, n° 5 (roul. parch., comm. XIV^e s.). — TEXTE : Charpin-Feugerolles, *Cartul. des Francs-Fiefs du Forez*, 7 ; Huillard-Bréholles, *Titres de Bourbon*, I, 30, n° 132.

Ego[1] G[uigo], comes Nivernensis et Forensis, notum facimus universis, presentes litteras inspecturis, quod, cum nos ab hominibus Hospitalis Jherosolimitani inhabitantibus in toto comitatu Forensi, pertinentibus ad domum Hospitalis Jherosolimitani, tallias, exactiones indebitas et alia gravamina, tam nos etiam et predecessores nostri quam prepositi nostri, indebite et contra justiciam levassemus et levari et fieri fecissemus, tandem, penitentia ducti, pro remedio anime nostre et animarum predecessorum nostrorum, omnia supradicta quittavimus et gripivimus inperpetuum dicte domui et rectoribus ejusdem, promittentes fideliter quod nullam talliam vel exactionem vel gravamen de cetero a nobis vel nostris dictis hominibus vel rebus eorum fieri permittemus, nec aliud eis onus imponetur, nisi tale quale hominibus militum terre nostre comuniter hactenus imponi consuetum est, secundum approbatas consuetudines mandamentorum castrorum in quibus dicti homines morabuntur ; excipimus tamen quod in chavalgatis nostris vel exercitibus ire vel mittere nullatenus tenantur. Et si forte aliqui homines militum vel quorumlibet aliorum terras vel possessiones aliquas a predicta domo tenuerint, volumus ne a nobis vel heredibus nostris, vel prepositis nostris, qui pro tempore fuerint, occasione terrarum illarum vel possessionum, ab eis aliquid exigatur. Hoc tamen nobis retinuimus quod, si homines dicte domus possessiones a nobis tenuerint, secundum modum et qualitatem possessionum, si quando exigere voluerimus, nobis ad tallias teneantur. Preter hec sciendum quod fratres Hospitalis Jherosolimitani homines nostros proprios in terris eorum hospitari non debent, nisi nostra petita licencia et obtenta. Ad majorem autem firmitatem, presentes litteras, sigillo nostro munitas, dicte domui concessimus in testimonium veritatis. Actum anno Domini M CC XXVIII, mense februarii.

## 1939. — 5 avril 1229, Pérouse.

*Le pape Grégoire IX renouvelle la bulle du 23 février 1228 : « Cum abbates Cisterciensis ». (V. plus haut, n° 1908.)*

SOURCE : Naples, Arch. d'Etat, Hospitalières de Penne (orig. bullé).

Dat. Perusii, nonis aprilis, pontificatus nostri anno III.

1. Dans le cartulaire, l'acte porte la cote suivante : « Item littera amortizationis per libertatem concessam. »

**1940.** — 5 avril 1229, Caceres.

*Alphonse IX, roi de Léon et de Galice, donne à l'Hôpital la ville de Villariz, près de Fresno el Viejo.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue de Castille, liasse 1 (orig.).

In nomine Domini, amen. Notum sit omnibus presentibus et futuris per hoc scriptum perpetuo valiturum quod ego Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et Gallecie, do Deo et vobis donno Johanni Sancii, priori Hospitalis, et per vos eidem Hospitali quandam villam meam, que dicitur Villaruz, que est circa Fresnum Velli. Do, inquam, Deo et vobis, et per vos ordini Hospitalis vestrisque successoribus predictam villam, jure hereditario [imperpe]tuum possidendam, ita quod de ea disponatis et ordinetis, et ad voluntatem et utilitatem vestri ordinis faciatis, sicut de eo quod melius habetis et liberius possidetis. [Hoc autem] facio ob remedium anime mee et animarum parentum meorum, et pro multo bono servitio quod mihi fecistis, et quia de bonis et orationibus, que ab eodem ordine Jhesu Chr[isto lar]giter exhibentur, ipso largiente partem mihi desidero promereri. Nulli igitur omnino hominum liceat hoc meum spontanee donationis scriptum infringere, vel ei ausu temerario contraire ; quod qui presumpserit, iram Dei omnipotentis et regiam indignationem incurrat, et quantum invaserit in duplum restituat, et pro ausu temerario regie parti mille morabitinos in penam exsolvat, carta tamen suo robore permanente. Facta karta apud Caceres, v die aprilis, era M CC LXVII. Bernaldo existente Compostellano archiepiscopo ; Johanne, Ovetensi episcopo ; Ruderico, Legionensi episcopo; Nunone, Astoricensi episcopo ; Martino, II Zemorensi episcopo ; Laurentio, Auriensi episcopo ; Michaele, Lucensi episcopo; Martino, Migduniensi episcopo ; Stephano, Tudensi episcopo ; sede Salamantina vacante ; Michaele, Civitatensi episcopo ; Petro, Cauriensi episcopo. Infante donno Petro, majordomo domini regis, tenente Legionem, Taurum et Zamoram, Strematuram et Trasserram ; donno Ruderico Fernandi de Valdornia, signifero domini regis, tenente Astoricam, Majoricam, Ovetum et Beneventum ; donno Ruderico Gomez tenente Montem Nigrum et Montem Rosum et Trastamar ; donno Didaco Froyle et donno Ramiro Froyle tenentibus Somotiam et Sarriam ; donno Alvaro Ruderici tenente infantaticum ; [donno] Petro Fernandi de Tedra tenente Bueciam (?) et Tedram ; [donno] Petro Poncii tenente Omannam et ....... cum aliis Somotiis quibusdam ; donno Fernando Johannis tenente Toronium ; donno Martino Gil tenente Bayonam. Donno Petro Petri, magistro scolarum Auriensium, canonico Compostellano, existente domini regis cancellario. Martinus Martini, canonicus Salamantinus, domini regis scriptor, scripsit et confirmat.

**1941.** — Juin 1229, Corbeil.

*Guérin, grand-prieur de France, reçoit comme confrères de l'Hôpital Hugues Sergent et sa femme Julienne.*

Source : Paris, Arch. nat., S. 5144 A, n° 11 (vidimus contemp. du chapitre N. D. de Corbeil)[1]. — Analyse : Paris, Arch. nat., S. 5749, f. 76 (invent. de 1738).

Universis presentes litteras inspecturis frater G[erinus], domus Hospitalis

1. Le vidimus du chapitre de Corbeil fut dressé en présence de G., prieur de l'Hôpital de Corbeil, et d'Hugues et de Julienne, qui ratifièrent l'acte du grand-prieur de France.

Jerosolimitani prior humilis in Francia, salutem in Domino. Notum facimus quod nos, ad petitionem et consilium dilectorum fratrum nostrorum in domo nostra Corbolii commorantium, Ugonem, domus nostre servientem, et Julianam, ejus uxorem, in nostre domus fraternitatem recepimus, volentes et concedentes quod panem et aquam habeant tanquam fratres in dicta domo nostra, et quod eis nostre religionis habitus quandocumque, prout debent, expetierint, sive in vita sive, in morte, benignitus conferatur. Illi quidem quodcumque habebant et habituri erant in puram et perpetuam elemosinam nostre domui contulerunt, retento sibi ex eis, quamdiu ipsi ambo vel alter eorum vixerit, usufructu. Concessimus insuper eisdem et dedimus majoriam predicte domus nostre, videlicet custodiam hospitum, terrarum, pratorum, nemorum et vinearum, et pedagium et foragium vinorum ; pro quibus superius expressis nostre domui decem solidos Parisiensium annui redditus in festo sancti Remigii reddere tenebuntur. Preterea devotionem ipsorum, quam circa domum gerebant, attendentes, dimidium arpenti vinee, quod habuimus ab Odone Rufo, possidendum dedimus eisdem, cum illud per coactionem domini, de quo movebat, nos oporteret extra manum nostram necessario removere. Quod ut notum et ratum permaneat, presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum anno gratie M CC XX nono, mense junio.

*Au dos* : de elemosina Hugonis et Juliane, ejus uxoris.

## 1942. — 13 juin 1229, Pérouse.

*Le pape Grégoire IX informe Henri Septala, archevêque de Milan, et ses suffragants que l'empereur Frédéric II a conclu une convention avec le soudan de Babylone (le Caire), par laquelle la garde du Temple de Jérusalem sera confiée aux Sarrasins, et par laquelle, en échange, le couronnement de l'empereur à Jérusalem sera autorisé ; que le patriarche de Jérusalem et les grands-maîtres du Temple et de l'Hôpital ont refusé d'adhérer à cette transaction. Il les charge d'annoncer ces faits aux fidèles de leurs diocèses. — « Ea que Fredericus. »*

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1184, f. 241 (copie de la Porte du Theil, xviii^e s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 14, f. 121 *b* (copie contemp.) — Analyse : Auvray, *Reg. de Grég. IX*, I, col. 190 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 8418. — Texte : Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. XIII*, I, 390.

Dat. Perusii, idibus junii, pontificatus nostri anno III.

## 1943. — 29 juillet 1229, Pérouse.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 6 *décembre* 1184 : « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 702.)[1]

Sources : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, ms. 393 G, f. 121 *b* (copie, xv^e s.) ; Strasbourg, Arch. de l'anc. dép. du Bas-Rhin, H. 1349, n° 1 (vidimus de l'officialité de Strasbourg, du 5 novembre 1292).

Dat. Perusii, IV kalendas augusti, pontificatus nostri anno III.

1. Cette bulle, destinée spécialement aux Hospitaliers d'Allemagne, est adressée à Siegfried d'Eppstein, archevêque de Mayence, aux évêques suffragants et au clergé de cet archevêché.

### 1944. — 17 août 1229, Pérouse.

*Le même ordonne à Giraud de Lausanne, patriarche de Jérusalem, de maintenir la juridiction des Hospitaliers sur les Teutoniques, instituée par Célestin II.* (*V. plus haut*, I, *nos* 154 *et* 155.)

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 16, n° 94 (2 orig., dont 1 bullé). — Texte : Delaville Le Roulx, *Les anciens Teutoniques et l'ordre de S. Jean de Jérusalem*, dans *Comptes rendus des séances de l'Acad. des Inscr. et Belles-Lettres*, 2e série, XVI, 345.

Gregorius, etc., venerabili fratri patriarche Jerosolimitano, apostolice sedis legato, salutem, etc. Ex parte dilectorum filiorum magistri et fratrum domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani fuit propositum coram nobis quod, cum bone memorie Celestinus papa secundus, predecessor noster, statuerit ut Hospitale Theutonicorum cum pertinentiis suis sub obedientia et dispositione magistri Hospitalis sancti Johannis, qui esset pro tempore, permaneret, ita quod de gente Theutonicorum priorem et servientes constitueret in eodem, qui possint in lingua sua pauperibus respondere eorumque oportunitatibus necessaria ministrare, dudum magister et fratres Theutonicorum, erecto rebellionis calcaneo contra eos, sub obedientia et dispositione ipsorum manere contempserunt, contra statutum prenominati predecessoris nostri temere veniendo. Nos autem, de tue fraternitatis prudentia plene in Domino confidentes, per apostolica tibi scripta mandamus quatenus, partibus convocatis et auditis hinc inde propositis, si partes concesserint, quod canonicum fuerit, appellatione remota, decernas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, etc., alioquin causam ad nos remittas sufficienter instructam, prefigens partibus terminum competentem quo nostro se conspectui representent, justam dante Domino sententiam recepture. Dat. Perusii, XVI kalendas septembris, pontificatus nostri anno III.

### 1945. — Septembre 1229, Fribourg.

*Ulrich de Montcristin, maître de l'Hôpital de S. Jean en l'Auge (à Fribourg), achète, moyennant* 25 *sous, un cens annuel de deux sous de Guy (Vido) de Courtion, damoiseau* [1].

Source : Fribourg, Arch. cant., command. de S. Jean, n° 2 (orig. scellé du sceau de Fribourg). — Texte : *Solothurnisches Wochenblatt*, année 1828, 324.

Actum in loco Friburgi, ante domum illorum de Chissapento, anno ab incarnatione Domini M CC XXVIIII, mense septembris...

### 1946. — 3 septembre 1229.

« *Donation d'Adam d'Haute-Rive, faite aux pauvres de l'Hôpital, de tous les droits qu'il avoit sur le bourg de Tedisubelle et Ubestarins, du* 3 *septembre* 1229. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 232 (XVIIIe s.).

1. La commanderie de Fribourg se composait de deux maisons, celle du Petit S. Jean, dont la première trace est l'acte analysé ici, et celle de l'Hôpital de Magnedens, qui fut dotée, en 1229, par Guy de Sorens d'une rente annuelle de 62 deniers ; elle ne fut définitivement constituée que dans la seconde moitié du

**1947.** — 10 octobre 1229, Westminster.

*Henri III, roi d'Angleterre, donne aux Hospitaliers l'avouerie de Capell Isold à Kingstown*[1].

SOURCES : Londres, Record office, Rot. chart., 13 Henri III, pars I, membr. 2 (copie contemp.); Rot. litt. claus., 13 Henri III, membr. 2 (à la date du 11 octobre 1229, copie contemp.); Echiquier, Queen's Remembrancer, miscellanea, 900/4, membr. 4 (copie contemp.). — ANALYSE : *Cal. of doc. relating to Ireland,* I, 260, n^os^ 1744 et 1746.

Rex dedit, concessit et carta sua confirmavit priori et fratribus Hospitalis sancti Johannis Jerusalem, quantum ad patronum pertinet, advocacionem ecclesie Ville Regis, que nominatur Capella Isoldi, in Hybernia, cum pertinenciis suis, que ad regis spectat donum, habenda et tenenda de rege et heredibus suis eisdem priori et fratribus et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam. Et mandatum est istud Ricardo de Burgo, justiciario Hibernie. Datum per manum, etc., R[adulfi], Cicestriensis episcopi, cancellarii nostri, apud Westmonasterium, x die octobris, anno, etc., XIII.

**1948.** — Décembre 1229.

*Philippe, abbé de S. Denis, et le couvent de S. Denis échangent avec les Hospitaliers de Launay cinquante sous Parisis de rente, que ceux-ci leur devaient à cause de l'accord fait entre eux en* 1227[2] *pour la terre et seigneurie de Fleurigny et ses dépendances, que le comte de Champagne leur avait amortie sans leur consentement, quoiqu'il tînt ladite terre d'eux en fief, puisqu'il s'en était réservé la garde. L'abbaye abandonne aux Hospitaliers la rente de cinquante sous Parisis contre* 101 *arpents de terre, que ceux-ci avaient à Vadry, dépendance de Provins, et le droit de haute justice sur les bois de Courroy, nommés Terre Perdue.* (*V. plus haut, n°* 1905.)

SOURCE : Paris, Arch. nat., S. 5249, n° 2 (vidimus scellé du prévôt de Provins, de 1460). — ANALYSE : Paris, Arch. nat., S. 6017, f. 15 (invent. de Launay, de 1745).

Actum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo nono, mense decembri.

**1949.** — 5 décembre 1229, Pérouse.

*Le pape Grégoire IX renouvelle la bulle du* 25 *juin* 1227 : « *Quanto majora pro* ». (*V. plus haut, n°* 1867.)

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 19 (orig.).

Dat. Perusii, nonis decembris, pontificatus nostri anno III.

XIII^e^ siècle ; la première intervention connue du grand-prieur de la Haute-Allemagne en faveur de l'Hôpital de Fribourg est du 1 mai 1259, et la première vente faite « domui sancti Johannis Iherosolimitani de Friburgo » est du 25 janvier 1266 (Meyer, *Hist. de la command. et de la par. de S. Jean de Fribourg,* dans *Arch. de la Soc. d'hist. du canton de Fribourg,* I (Fribourg, 1845), 44-5 et 71 ; *Solothurnisches Wochenblatt,* année 1828 (Soleure, 1828), 323 et 367).

1. En 1308, Hugues et Roger Tirell donnèrent Capell Isold et Kilmehanock à l'Hôpital ; le 2 août 1317, Edouard II, roi d'Angleterre, lui donna le manoir royal de Capell Isold, à tenir en fief après la mort de Richard de Wodehous (Londres, Musée britann., ms. Egerton 1776, f. 203 et 207 *b*, notes de Mason pour compléter le *Monast. Hibern.* d'Archdall, XIX^e^ s. ; Record office, Rot. chart., 11 Edouard II, n° 80, membr. 15 (copie contemp.).

2. La vraie date de cet accord est : février 1228. (V. plus haut, n° 1905.)

**1950.** — 18 décembre 1229, Pérouse.

*Le même accorde aux Hospitaliers d'outre-mer, qui mourront pénitents en combattant les Sarrasins, la même absolution qu'aux croisés.*

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 14, f. 148 *b* (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 111 (copie de Smitmer, xviii^e s.). — Analyse : Auvray, *Reg. de Grég. IX*, col. 234, n° 384.

Gregorius, etc., magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Cum Terre Sancte obsequiis insistere dignoscantur qui se domus vestre servitio devoverunt, nos, vestris piis postulationibus annuentes, auctoritate presentium indulgemus ut tales, in ultramarinis partibus contra Sarracenos fideliter in vera penitentia existentes, illam consequantur suorum veniam peccatorum que crucesignatis a sede apostolica est indulta. Dat. Perusii, xv kalendas januarii, pontificatus nostri anno iii.

**1951.** — 1230.

*La prieure et les religieuses de Sigena donnent au châtelain d'Amposte le manse de Llobregat, situé à Barcelone, dans la paroisse de S. Juan de Piño, moyennant une rente annuelle de quatre cents marabotins d'or, payable au monastère sur les revenus de Fraga.*

Analyse : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., invent. de la châtellenie d'Amposte, f. 39 (copie de 1575).

**1952.** — 10 janvier 1230, Pérouse.

*Le pape Grégoire IX ordonne au prieur et au chantre de Pampelune d'empêcher que l'abbaye de Leyre ne moleste les Hospitaliers de Navarre.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 660 (orig. bullé).

Gregorius, etc., dilectis filiis... [p]riori et... cantori Pampilonensibus, salutem, etc. Dilectus filius... prior Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in Navarra nobis conquerendo monstravit quod.... abbas et conventus Legerensis et quidam alii Pampilonensis et Tyrasonensis diocesium super terris, redditibus et rebus aliis injuriantur eidem. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, partibus convocatis, audiatis causam, et, appellatione remota, fine debito terminetis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram eandem, appellatione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Dat. Perusii, iiii idus januarii, pontificatus nostri anno iii.

## 1953. — 28 janvier 1230.

*Extraits du testament d'Ermessinde, comtesse de Foix, relatifs aux Hospitaliers.*

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Doat, vol. 169, f. 306 (copie, xvii[e] s.); Pau, Arch. des Basses-Pyrénées, E. 396 (orig.). — Texte : D. Vaissette, *Hist. du Languedoc*, éd. Privat, VIII, col. 920.

Quoniam nullus qui in carne positus est periculum mortis evadere potest, idcircho in Christi nomine ego Ermessindis, Dei gratia comitissa Fuxensis ac vicecomitissa de Castrobono, sum detenta gravi infirmitate, tamen, sensu et integra loquela et memoria, et inspirante divina misericordia facio meum testamentum, et eligo manumissores mei, quos precor volo esse, videlicet Bernardum de Aragal, Dalmaz S. Martini, Ramundum de Caramenil, ut dividant omnia mea, sicut id hac pagina scriptum est, sine omni damno, quod eis non eveniat aliquo modo. Si me priori mori contingerit antequam aliud testamentum faciam, istud volo esse firmum et stabile omni tempore. In primis ego corpus meum et anima mea dimitto omnipotenti Deo et Ospitali de Iherusalem, et eligo sepulturam meam in ospicio beate Marie de Costoga. Dimitto Deo et beato Johanni et Ospitali de Iherusalem omnia hec, que dominus pater meus Arnaldus de Castrobono dimisit Deo et beate Marie et Ospitali de Iherusalem, sicut in testamento suo scriptum est, et ego dimito omnia quod inde habeo vel habere debeo aliquo jure vel aliqua racione, et omnes res meas, et pannos meos de talamo meo, et omnia de coquina mea mobilia, sine omni impedimento. . . . . . . . Actum est hoc in mense januarii, v kalendas februarii, anno Christi incarnatus M CC XXVIIII.....

## 1954. — 30 janvier 1230, Pérouse.

*Le pape Grégoire IX informe le maître et les frères de l'hôpital de Mormant qu'en présence des prétentions injustifiées des Hospitaliers, l'incorporation de celui-ci par ceux-là n'aura pas lieu, et ordonne de faire silence sur cette affaire.* (*V. plus haut, n*° 1887.)

Sources : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, gr.-prieuré de Champagne, H. 1148 (orig., mauv. état); Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1184, f. 477 (copie de la Porte du Theil, xviii[e] s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 14, f. 154 *b* (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 112 (copie de Smitmer, xviii[e] s.). — Texte : Auvray, *Reg. de Grég. IX*, col. 247, n° 402.

Gregorius, etc.,... magistro et fratribus domus Mormenti, ordinis Hospitalis, [salutem, etc.] Intimante bone memorie H[onorio] pape, predecessori nostro, venerabili fratre nostro [Hugone], episcopo Lingonensi, quod hospitale vestrum, sue diocesis, cum esset in spiritualibus et temporalibus sic collapsum ut per vos reformari nequiret, dum de die in diem bona dissiparentur ejusdem, nec ibi hospitalitas servaretur, fratribus Jerosolimitani Hospitalis in eorum ordinem convertendum concedere disposuerat, et per eos in statum debitum reformandum, si de beneplacito dicti predecessoris nostri existeret, cujus super hoc assensum benevolum imploravit, predictus predecessor noster mandavit eidem ut ad id auctoritate sua, sine juris prejudicio alieni, procederet, ejus et Lingonensis

ecclesie jure salvo. Cumque, audito mandato hujusmodi, fuerit contradictum, ne quid immutaretur circa statum hospitalis ipsius, appellatione demum ad sedem apostolicam interposita, de procuratorum utriusque partis assensu [Herberto], abbati S. Genovefe, et ejus collegis jamdictus predecessor noster injunxit ut domum vestram, si nondum esset facta Hospitalariis de ipsa concessio, sed res foret adhuc integra, in ordine suo, si posset ex parte vestra hoc fieri, reformarent; alioquin, vocatis qui vocandi essent, causam audirent, sibi finem debitum imponentes. Pronuntiantibus ergo duobus ex ipsis judicibus rem non esse integram, et concessionem ab episcopo forefactam, tertio contrarium decernente, a predictorum duorum sententia extitit appellatum. Procuratoribus itaque partium in nostra presentia constitutis, cum per ea, que ex parte Hospitalariorum proposita fuerant, apparuerit evidenter concessionem episcopi nullam esse, et ad officium nostrum, quod late patet, pertinere noscatur errata corrigere et in statum debitum reformare, nos ex hoc, et ne partes litibus et sumptibus inutiliter laborare ulterius cogerentur, concessionem ipsam, de consilio fratrum nostrorum, ex providentia irritam esse decrevimus, vobis ab impetitione partis alterius absolutis, et injuncto a nobis venerabili fratri nostro [Willelmo] episcopo, tunc canonico, Parisiensi [1], et collegis ejusdem, ut, revocato in irritum quicquid invenirent occasione concessionis ipsius in dicte domus prejudicium esse factum, si viderent reformari eam in ordine suo posse, et hoc infra sex menses post monitionem eorum non fieret, personaliter, si opus esset, accedentes ad locum, id exequi procurarent, ad nos statum domus et omnia, que reformationi cognoscerent expedire, si nequiret in suo ordine reformari, fideliter referendo ; de magistro vero, quo tunc domus ipsa vacabat, ne reformationi defectus ejus obstaret, ei, ante omnia ad reformationem spectantia, si ad mandatum eorum infra certum tempus illum prefici non contingeret, providerent. Eisdem quoque, super eo quod supradicti duo judices dicebantur contra formam sibi traditam, ad missionem in possessionem de domo et pertinentiis suis, post appellationem legitimam, contempto tertio, processisse, propter quod petebatur eorum processum irritum nuntiari, parte Hospitalariorum illum approbari contrario postulante, de assensu procuratorum utriusque partis, per alia scripta mandavimus ut, tam super tali processu quam super omnibus ex ipso secutis, nec non super vestris querelis jam exortis et emergentibus, pendente reformationis negotio, excepto quod super permissis a nobis fuerat ordinatum, audirent hinc inde proposita, quod canonicum existeret statuentes. Ad quos postmodum Hospitalarii, in pluribus suggesta falsitate ac veritate suppressa, litteras apostolicas reportarunt, ut, infra certum tempus super predictis omnibus negotium instruentes, illud ad nos instructum remitterent, si pars vestra jam monita omisisset vel post monitionem eorum omitteret domum ipsam infra sex mensium spatium reformare. Sane dictus Parisiensis episcopus et collegе ipsius, neglectis ex parte vestra eorum monitionibus, et cognito per inquisitionem summariam factam per..... venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum Bisuntinum, tunc decanum Lingonensem, ejusque collegas, quod domus in eodem ordine reformari valebat,.... abbati Clarevallensi, Cisterciensis ordinis, et collegis suis injunxerunt ut, proviso domui primitus de rectore, ac approbatis si qua ibi provide ordinata in temporalibus et spiritualibus reperirent, statuerent et supplerent que statuenda viderent sive supplenda, referentes eis quod invenirent vel ducerent faciendum ; qui, proviso domui de magistro, eam in ordine suo reformari curarunt, mandantes inter alia regulam domus ipsius, approbatam a Lingonensi episcopo et a vobis, ibi firmiter observari. Tandem

1. Guillaume d'Auvergne, chanoine de Paris en 1223, fut évêque de cette ville de 1228 à 1249.

relatione ipsorum, cum delegantibus processus eorum placuerit, ad sedem apostolicam destinata, Hospitalariorum procurator, in nostra presentia constitutus, contra ipsam objecit quod potestas dictorum delegantium quoad reformationis articulum revocata fuerat per ultimas litteras, continentes quod, ipsorum monitis super reformatione neglectis, causam instruerent et ad nos remitterent sufficienter instructam ; propter quod reformandi non habuerant facultatem, presertim cum ante receptionem litterarum ipsarum ad monitionem non processerint faciendam. Preterea, Hospitalariis ignorantibus et pendente die assignata quo (*sic*) dicerent quando ad inquirendum accederent, inquisitionem fecisse noscuntur, et, non facta eis copia de processu, ad nos relationem hujusmodi transmisisse, cum juxta legitimas sanctiones quotiens relaturum se judex quilibet pollicetur, il[l]ico litigatoribus apud acta consultationis exemplum edere teneatur ; adiciente procuratore predicto quod per ea que facta erant, nec domum reformatam nec reformari posse in suo ordine apparebat. Demum ex parte vestra proposito quod, cum ab Hospitalariorum impetitione fueritis per nostram providentiam absoluti, pronuntiata irrita concessione predicta, eorum non intererat facto hujusmodi se opponere ullo modo, responsum extitit ex adverso quod jus acquisitum eis erat, tam ex predecessoris nostri mandato facto episcopo Lingonensi, ut ad controversiam procederet, quam de domo vestra in ipsorum ordine facere intendebat, quam etiam ex juramento quod dicebamini prestitisse de stando dispositioni episcopi supradicti, cum videatur in simili casu, propter religionem jusjurandi, felicis recordationis I[nnocentius] papa, predecessor noster, adjudicasse hospitale S. Elucii, Lucane diocesis, Hospitalariis S. Sepulchri Pisanis[1] Verum mandato et juramento predictis opponebatur res judicata per provisionem predictam et predecessoris nostri mandatum directum, approbantibus Hospitalariis, [Herberto], abbati S. Genovefe, et collegis ipsius, de domo in ordine suo, si res esset integra, reformanda, nec non preceptum nostrum post provisionem destinatum Parisiensi episcopo et collegis ejusdem, ut, si fieri posset, in eodem ordine reformarent eandem. Proponebatur insuper quod, etsi fuisset prestitum juramentum, cum artioris quam illi ordinis existatis, generaliter illud, exhibitum de stando dispositioni episcopi Lingonensis, ad recipiendum illorum ordinem vos nullatenus obligaret ; et, si jurassetis expresse de convertendo vos ad ordinem eorumdem, illicitum et temerarium extitisset, et ideo non servandum, cum nulli ab artiori ad laxiorem ordinem descendere concedatur. Ex tali etiam conversione quedam absurditas sequeretur, dum per hoc contingeret Hospitalarios subici Lingonensi ecclesie, contra privilegia et indulgentias libertatis quibus ad nos nullo pertinent mediante ; propter quod eis, etiam sponte si vellent, renuntiare non possent. Mandatum quoque nostrum posterius non videbatur obesse, cum, sicut superius est expressum, per veritatis suppressionem et suggestionem falsitatis fuisset obtentum ; quod attendentes Parisiensis episcopus et ejus college interlocuti fuerunt, eo non obstante, per priores litteras procedere se debere. Nec necesse fuit copiam Hospitalariis facere de processu in relatione mittenda, cum post provisionem eandem et preceptum nostrum de reformanda in ordine suo domo predicta nichil penitus interfuerit eorundem. Cum ergo ex permissis et aliis coram nobis propositis liquido constaret aliquid juris eosdem Hospitalarios in eadem domo et ejus pertinentiis non habere, ac per hoc ut facto hujusmodi se opponerent sua minime interesse, de fratrum nostrorum consilio, perpetuum eis super hiis silentium duximus imponendum. Dat. Perusii, III kalendas februarii, pontificatus nostri anno III.

1. V. plus haut la bulle d'Innocent III, à laquelle il est ici fait allusion : (p. 101, n° 1323.)

### 1955. — 5 mars 1230, Latran.

*Le même, à la requête des Hospitaliers, excommunie Bohémond IV d'Antioche, comte de Tripoli.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 3, n° 69 (dans un acte de Giraud, patriarche de Jérusalem, légat apostolique, du 17 juillet 1230). — Texte : Delaville Le Roulx, *Arch. de l'ordre à Malte,* 168.

G[regorius], etc., venerabili fratri patriarche Jerosolimitano, apostolice sedis legato, salutem, etc. Dilecti filii et magister et fratres Hospitalis Iherusalem nobis humiliter supplicarunt ut excommunicacionis, suspensionis et interdicti litteras, quas pro eis bone memorie episcopus Albanensis[1], tunc apostolice sedis legatus, in nobilem virum comitem Tripolitanum[2], complices et fautores ejus, et quosdam alios clericos et laicos, et terram ipsius comitis, nec non alias terras ubi comes predictus personaliter fuerit, auctoritate sue legationis, exigente justicia promulgavit, robur faceremus firmitatis habere. Nos igitur, sentencias ipsas, sicut proinde late sunt, ratas habentes, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus eas facias auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam, appellacione remota, firmiter observari, nullis litteris veritati et justicie prejudicantibus a sede apostolica impetratis. Dat. Laterani, III nonas marcii, pontificatus nostri anno III.

### 1956. — 4 avril 1230.

*Compromis et sentence arbitrale entre Raymond I, Guillaume II et Bertrand II, ses frères, prince et co-princes d'Orange, Raymond des Monts, commandeur de S. Jean d'Orange, d'une part, et l'abbé de S. André d'Avignon, d'autre part, à propos de la seigneurie de Campredons*[3].

Source : Paris, Bibl. nat., lat. 13916, f. 49 (hist. du monastère de S. André par D. Chantelou, milieu XVII^e s.). — Analyse : L. Barthélemy, *Inv. des chartes de la maison de Baux,* 66, n° 237.

..... Anno incarnationis Domini M CC XXIX, secundo nonas aprilis, regnante Friderico, Romanorum imperatore, domino W[uillelmo] de Baucio, Aurasice principe, et domino Amico, ejusdem civitatis episcopo.....

### 1957. — 8 avril 1230, Reading.

*Henri III, roi d'Angleterre, autorise Robert de Dina, grand-prieur d'Angleterre, à enclore et à défricher le bois de Ging au comté d'Essex.*

Source : Londres, Record office, Rot. chart., 14 Henri III, pars I, membr. 8 (copie contemp.).

Rex archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus,

1. Pélage Galvano, créé évêque d'Albano en 1211, légat apostolique, mort au mont Cassin en 1240.

2. Il est inexact de dire que le comte de Tripoli fut, en 1226, absous des censures ecclésiastiques qu'il avait encourues. Nous voyons ici qu'en 1230 il fut excommunié (Ducange, *Familles d'outre-mer,* p. 203-4).

3. Les arbitres destinés à régler cette question furent désignés le 17 mars 1228; le compromis porte la date du 1 juin 1229; la sentence arbitrale fut prononcée le 4 avril 1229.

justiciariis, forestariis, vicecomitibus, prepositis, ministris et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem. Sciatis nos, intuitu Dei, et pro salute anime nostre et animarum antecessorum et heredum nostrorum, concessisse et hac carta nostra confirmasse pro nobis et heredibus nostris fratri Roberto de Dina, priori Hospitalis sancti Johannis Jerusalem in Anglia, et fratribus ejusdem Hospitalis quod ipsi et successores sui inperpetuum libere et sine inpedimento claudere possint boscum suum de Gynges in comitatu Essex, qui est infra forestam nostram, et essartare et excolere quantum, quando et ubi voluerint, et pro voluntate sua de bosco illo dare, vendere et capere et capi facere sine visu et omni contradicione forestariorum, viridariorum et regardatorum et omnium ministrorum suorum (*sic*), et quicquid inde ceperint vel capi fecerint, dederint vel vendiderint, attrahere possint et attrahi facere libere et pacifice, cum libertate chimini, absque reclamacione et contradicione et impedimento forestariorum, et quod boscus ille cum pertinenciis et essarta, inde facta vel facienda, sint quieta de vasto et regardo et visu forestariorum, viridariorum et regardatorum, salvo nobis venacione nostra. Quare volumus et firmiter precipimus pro nobis et heredibus nostris quod predicti prior et fratres et eorum successores inperpetuum libere et sine inpedimento claudere possint predictum boscum suum de Gynges, et essartare, et excolere, quantum, quando et ubi voluerint, et pro voluntate sua de bosco illo facere, salva nobis venacione nostra, sicut predictum est. Hiis testibus : W[altero], Karliolensi episcopo; H[uberto] de Burgo, comite Kancie, justiciario Anglie; W[illelmo] Marescallo, comite Pembrokie; S[tephano] de Segrave; Philippo de Albini; Alano Basset; G. Basset; Johanne, filio Philippi ; G[alfrido] Dispensario; Ricardo, filio Hugonis ; H[enrico] de Capella, et aliis. Datum per manum R[adulphi], Cicestrensis episcopi, cancellarii nostri, apud Radinge, VIII die aprilis, anno regni nostri XIIII.

## 1958. — 18 avril 1230, Baden.

*Hartmann IV, comte de Kybourg, et Burchard, commandeur de Bubikon, ratifient les donations que Gautier et Wernher de Liela, de la maison (ministeriales) du comte de Kybourg, avaient faites aux Hospitaliers de Hohenrein de biens sis à Wiggwil, Balwill, Ferren et Ibenmoos.*

Source : Lucerne, Arch. cant., command. de Hohenrein (orig.).— Texte : *Geschichtsfreund, Mittheilungen des hist. Vereins der 5 orte Lucern, Uri, Schwyz, Unterwalden und Zug.*, IV, 266 ; *Zürcher Urkundenbuch,* I (Zurich, 1888), 333.

Datum apud Badin, XIIII kalendas magi, anno ab incarnatione Domini MCCXXX.

## 1959. — 13 mai 1230.

« *Sentence arbitrale rendue par Géraud [de Lausanne], patriarche de Hierusalem, entre le grand-maître Bertrand de Thessy et T., évêque de Limisso, et son chapitre, par laquelle il ordonne que l'ordre payera toutes les années à l'église de Limisso cent vingt besans Sarrazinois, moyennant quoy il sera exempt de la dixme de tous les biens qu'il possédoit dans ce diocèse, du* 3 *des ides de may* 1230. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 235 (XVIII^e^ s.).

**1960.** — 22 mai 1230, Majorque.

*Jacques I, roi d'Aragon et de Majorque, comte de Barcelone et seigneur de Montpellier, confirme l'acquisition de Bursalaros*[1], *faite par Sancia Zimenès d'Urrea, prieure de Sigena, aux frères de S. Georges d'Alfambra.*

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 131-132 (copie, xviii^e s.) ; Sigena, Arch. du monastère (orig.).

Manifestum sit omnibus quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum et regni Majoricarum, comes Barchinone et dominus Montispessulani, attendentes quod monasterium venerabile de Sexena teneamur diligere et in suis juribus confovere, et etiam in bonis omnibus ampliare, cum presenti carta, per nos et successores ac heredes nostros, concedimus, laudamus ac ex certa scientia consulte et liberaliter confirmamus vobis dilecte nostre dompne Sancie, dicti monasterii priorisse, et toti conventui ejusdem, presenti scilicet et futuro, emptionem illam, quam fecistis de Burgelaroz, ita quod dictum locum cum terminis et pertinenciis ejusdem, sicut dominus Petrus, illustris quondam rex Aragonum, pater noster, concessit et assignavit fratribus S. Georgii cum suo publico instrumento, et sicut in carta empcionis vestre a dictis fratribus plenius continetur, habeatis perpetuo, teneatis et possideatis francum et liberum, pacifice et in pace. Mandantes senioribus, majoribus domus, repositariis, merinis, zavalmedinis, justiciis et juratis, et aliis nostris subditis universis, tam presentibus quam futuris, quod hanc nostram confirmationem firmam semper habeant et observent, et non contraveniant in aliquo, si confidant de nostri gratia vel amore, et quod dictum locum de Burgelaroz et homines et res ejusdem manuteneant contra omnes homines tanquam nostra propria, et defendant, et non permittant ibi fieri aliquod disturbium vel gravamen, dum vos et conventus parate fueritis sub vestro judice cuilibet facere justiciam conquerenti. Datum apud Majoricas, xi kalendas junii, anno Domini millesimo cc tricesimo. S(*Seing manuel*) Jacobi, Dei gratia regis Aragonum et regis Majoricarum, comitis Barchinone et domini Montispessulani. Hujus rei testes sunt: Eximinus de Urrea; dompnus Ladro; Ferrandus Periz de Pina; Assalitus de Gual ; Sancius de Vallibus ; F. de S. Marano ; Raimundus de Clusa ; Amatus de Garossa. Sig(*Seing manuel*)num Guillelmi, scribe, qui, mandato domini regis, pro Guillelmo de Sala, notario suo, hanc cartam scripsit, loco, die et anno prefixis.

**1961.** — 29 mai 1230, Latran.

*Le pape Grégoire IX renouvelle à maître Simon, son scribe, la défense d'exiger la dîme des Hospitaliers de Bohême, Moravie, Pologne et Poméranie.*

Source: Prague, Arch. du gr.-pr. de Bohême, diplomataire I, n° 51 (copie de Smitmer, xviii^e s.); Arch. du chap. (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 8859.

1. Cette vente fut faite par Guillaume F. de Cardona, prieur de S. Georges d'Alfambra, le 8 octobre 1229, à la prieure de Sigena (Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., langue d'Aragon, liasse 131-132). Bursalaros fut donné aux frères de S. Georges d'Alfambra par Pierre II, roi d'Aragon, en mai 1205, et cette donation fut confirmée et précisée par le même, le 13 février 1229 (Sigena, Arch. du monastère, orig.).

— Texte : Erben, *Regesta diplom. necnon epist. Bohemiæ et Moraviæ*, I, 356 ; Klempin, *Pommersches Urkundenbuch*, I, i (Stettin, 1868), 214.

Gregorius, etc., dilecto filio magistro Symoni, scriptori nostro, [salutem, etc.]. Mirari cogimur et moveri quod, cum tibi jam pluries nostris dederimus litteris in mandatis ut a domibus Hospitalis Jerosolimitani decimas non exigeres, nec alias gravares easdem, tu, sicut dilecti filii magister et fratres domus ejusdem, per Boemiam, Moraviam, Poloniam, Pomoraniam constituti, transmissa nobis conquestione monstrarunt, ab eis decimas extorquere contendens, in eos propter hoc excommunicationis sententiam protulisti. Ne igitur non que nostra sunt, sed que tua, querere videaris, presentium tibi auctoritate districte precipiendo mandamus quatenus, a decimarum domus ipsius exactione desistens, eandem sententiam sine qualibet difficultate relaxes, ita quod non cogamur eis super hoc aliter providere. Dat. Laterani, iv kalendas junii, pontificatus nostri anno iv.

## 1962. — 30 mai 1230, Nantes.

*Henri III, roi d'Angleterre, accorde à Raymond, commandeur de l'Hôpital de Périgueux, des lettres de protection, valables pour un an à partir du 24 juin* 1230.

Source : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 14 Henri III, pars i, membr. 7 (copie contemp.).

Teste rege apud Nannetas, xxx die maii, anno eodem.

## 1963. — 27 juin 1230.

*Aurembiax, comtesse d'Urgel, confirme, en présence de Pierre Ferrandez, grand-précepteur d'Espagne, et de Hugues de Forcalquier, châtelain d'Amposte, toutes les donations faites à l'ordre de l'Hôpital par les comtes et comtesses d'Urgel, ses ancêtres.*

Source : S. Gervasio de Cassolas, Arch. du gr.-prieuré de Catalogne, 12 arm. « Casas Antiguas », sac O, n° 276 (orig.).

In Dei nomine, notum sit cunctis hominibus quod nos Aur[ri] Enbiaz, Dei gratia Urgellensis comitissa, per nos et omnes nostros, cum presenti instrumento, pro salute anime nostre, et patris et matris nostre[1], et tocius generi nostri, et omnium fidelium defunctorum, damus, laudamus atque concedimus et confirmamus in perpetuum domino Deo et domui Hospitalis Jherusalem, in manu et in posse fratris Petri Ferrandiz, preceptoris quinque regnorum Inspanie, et fratris Ugonis de Fullalchario, magistri Enposte, et fratris Berengarii de Peraxes, et fratris Raimundi d'Alzamora, comendatoris domui Ylerdensis, et fratris P. de Zolivella, preceptoris domus Algaire, et aliis fratribus Hospitalis Ylerdensis, presentibus et futuris, omnes illas donaciones, quas antecessores nostri, scilicet Ermengaudum bone memorie comitem Urgellensem, avii nostri[2], et Dulcie bone memorie comitisse Urgellensis, avie nostre[3], et Ermengaudum bone memorie comitem Urgel-

1. Armengaud VIII, comte d'Urgel, et Elvire, comtesse de Subiras.

2. Armengaud VII, comte d'Urgel.

3. Fille de Raymond-Bérenger IV, comte de Barcelone.

lensem, patrem nostrum, et A[lviram] bone memorie comitissa Urgellensis, matrem nostram, dederunt Hospitalem Jherusalem, tam honoris quam aliorum rerum, ubicunque sint infra Urgellensi comitatu nostro, scilicet omnes honores et possessiones tam honorum quam hominum et aliarum rerum mobilium et immobilium, et nominatim castrum et villam de Zaportella, et castrum et villam de Pedrizio, et castrum et villam de Turres Rubeas, cum omnibus eorum terminis et pertinenciis suis, et omnes alias possessiones, quas infra toto comitato nostro Urgellensi habent et possident, tam ex donacione antecessorum nostrorum quam alterius, tali modo ut firmum et stabile habeant et possideant omni tempore in eorum proprium alodium, francum, liberum et quietum absque aliqua servitute. Et cum hoc presenti instrumento totam illam donacionem damus atque concedimus et confirmamus nuper Hospitali Jherusalem et omnibus fratribus, presentibus et futuris. Damus siquidem et tradimus yrrevocabiliter, et convenimus et promittimus omnipotenti Deo et beati Johanni Babtiste, et domui Hospitalis Jherusalem, et fratribus, per nos et omnes successores nostros, quod nos vel aliqua persona per nos vel nomine nostro de cetero ullo nunquam (?) in tempore in honores, neque in homines vel feminas, et in possessiones, que domus Hospitalis Yherusalem habet et possidet, et habere debet vel habiturus est infra toto comitatu nostro Urgellensi, et nominatim in Portella, et in Pedrizio, et in Terras Rubeas, neque in homines vel feminas, sive in possessiones et rebus eorum mobilium et immobilium, presencium et futurarum, per aliquam racionem, questiam, toltam, forciam, ademprivum, albergam vel quolibet alium servicium non faciamus neque accipiamus, nec facere faciamus vel consenciamus, vel sustineamus ab aliqua alia persona, set semper nos et nostri protegemus et custodiemus atque deffendebimus, et deffendere faciemus omnia et villas predictas, et omnes homines et feminas, sive rebus eorum et omnium honorum ubicunque sint ab omnibus personis, sine omni enganno Hospitalis. Insuper omnes alios homines et honores et res, quod in totam terram nostram damus Hospitali Yherusalem, habet et habere debet vel habiturus est, sub nostra speciali custodia et proteccione, defenssione et emparanza recipimus contra omnes et singulas personas, ad utilitatem et comodum domus Hospitalis et fratrum, ut in bonis et oracionibus et helemossinis, quas in domo Hospitalis faciunt vel fecerint, participes simus. Quod est actum v kalendas julii, anno Domini M CC XXX. Signum Aurri Enbiaz, Dei gratia Urgellensis comitisse, qui hoc firmamus et concedimus, firmarique rogamus. S. Poncii de Villamur, electi Urgellensis. Sig[*Seing manuel*]num Poncii, Urgellensis electi[1]. S. Petri de Zarocha, canonici Ylerdensis. S. Jachobi de Cervaria, militis. S. Arnaldi de Arcessia, militis. S. Petri Laini, militis, hujus rei testium. Sig(*Seing manuel*)num Guillelmi Raimundi, scribe, qui hoc scripsit, mandato domine comitisse.

## 1964. — 1 juillet 1230, Ciudad-Rodrigo.

*Alphonse IX, roi de Léon, de Galice et de Badajoz, cède à Jean Sanchez, prieur de Castille et Léon, le droit de manage qui lui appartenait sur les biens de Pelayo Juanez de Lavallos, chevalier, et sur ceux de Sancia Guttierez, femme de celui-ci.*

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue de Castille, liasse 1 (orig.).

In Dei nomine, amen. Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod

1. Cette signature est probablement autographe, tandis que la précédente émane du scribe.

ego A[defonsus], Dei gracia rex Legionis, Gallecie et Badallocii, remitto vobis donno Johanni Sancii, priori Hospitalis, et ejusdem ordinis fratribus atque omnibus successoribus vestris omne jus, quod ad me in hereditatibus Pelagii Johannis, militis de Lavallos, et uxoris sue Sancie Gutterrii racione man(in)atici pertinebat. Concedo igitur et confirmo vobis et omnibus successoribus vestris omnes hereditates, quas a predictis milite et uxore sua adquisivistis, ut eas in perpetuum jure hereditario habeatis, et de eis totum velle vestrum faciatis, sicut de illis que melius habetis et liberius possidetis. Hoc autem facio ob remedium anime mee et parentum meorum, et ut de bonis, que in ordine vestro Domino exibentur, partem mihi valeam promereri. Nulli igitur omnino hominum liceat hanc mee concessionis et confirmationis cartam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Quod qui atentare presumpserit, iram Dei omnipotentis et regiam indignationem incurrat, et, quantum invaserit, in duplum restituat, et in sue temeritatis penam regie voci mille morabotinos exolvat, carta nichilominus in suo robore permanente. Facta carta apud Castellum Roderici, sub era M CC LXVIII, prima die julii. Bernaldo, Compostellano archiepiscopo; Johanne, Ovetensi episcopo; Roderico, Legionensi episcopo; Nunone, Astoricensi episcopo; Martino, Zemorensi episcopo; Martino, Salamantino episcopo; Michaele, Civitatensi episcopo; Petro, Cauriensi episcopo. Infante donno Petro, majordomo domini regis, tenente Limiam, Legionem, Taurum, Zemoram, Strematuram et Transserram; donno Roderico Fernandi, signifero domini regis, tenente Ovetum, Astoricam, Majoricam et Beneventum; donno Roderico Gomecii tenente Montem Nigrum, Montem Rosum et Transtamar; donno Fernando Gutterrii tenente Perticam S. Jacobi; donno Ramiro et donna Didaco tenentibus Rodam et Almanciam. Donno Petro Petri, magistro scolarum Auriensium, canonico Compostellano, cancellario domini regis, Petrus Arie, domini regis notarius, scripsit.

### **1965.** — 17 juillet [1230], Acre.

*Giraud de Lausanne, patriarche de Jérusalem, en exécution de la bulle de Grégoire IX, du 5 mars 1230 : « Dilecti filii et magister » (V. plus haut, n° 1955), excommunie Bohémond IV d'Antioche, comte de Tripoli, détenteur des biens des Hospitaliers.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 3, n° 69 (orig.). — Texte : Delaville Le Roulx, *Arch. de l'ordre à Malte*, 167.

G[iraldus][1], miseratione divina patriarcha Jerosolimitanus, humilis et indignus apostolice sedis legatus, viris venerabilibus archiepiscopis, episcopis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis, in Antiocheno et nostro patriarchatibus constitutis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in Domino. Universitatem vestram volumus nos latere quod nos mandatum domini pape suscepimus sub hac forma : « Gregorius, etc. (V. le texte plus haut, n° 1955.) » Harum igitur auctoritate vobis mandamus, firmiter injungentes, quatenus excommunicationis, suspensionis et interdicti sentencias, prout fratribus Hospitalis et domo latas a domino episcopo Albanensi bone memorie, tunc apostolice sedis legato, in nobilem virum comitem Tripolitanum, complices et fautores ejus, et quosdam alios clericos et laicos, et terram ipsius comitis, necnon alias terras ubi comes predictus pera-

1. Giraud de Lausanne, abbé de Cluny, puis évêque de Valence en Dauphiné, patriarche et légat (1225-1239.)

liter interfuerit, denuntiari faciatis singulis diebus dominicis et festivis, et faciatis inviolabiliter observari usque ad satisfactionem condignam, precipue cum idem comes in sua malicia pertinaciter perseveret, et diuturnitas temporis non minuit peccatum sed auget. Datum Acon, XVI kalendas augusti.

*Au dos* (XIV^e s.) : Ce est d'une sentence qui fu donée contre le contée de Triple : « Dilecti filii ».

### 1966. — 30 juillet 1230, Châtillon sur Seine.

*Hugues IV, duc de Bourgogne, prend sous sa sauvegarde les Hospitaliers, leurs vassaux et leurs biens dans son duché.*

SOURCE : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, grand-prieuré de Champagne, H. 1206 (vidimus de l'official de Langres, du 25 septembre 1481), et cartul. n° 238, f. 86 (copie, XVII^e s.).

Hugo, dux Burgundie, omnibus prepositis et baillivis suis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem et dilectionem. Vobis notum facio quod domus Hospitalis Hierosolimitani et homines et res eorum, que sunt in ducatu et dominio meo, in custodia mea sunt ; et volo et precipio bona fide quod vos omnes, quilibet in baillia sua, res eorum et homines custodiatis et deffendatis taliter quod dictos fratres Hospitalis propter hoc ad me revenire non opporteat. Actum anno Domini millesimo ducentesimo XXX, mense julio, [die] martis post festum beati Jacobi apostoli, apud Castellionem.

### 1967. — [Août 1230.]

*L'empereur Frédéric II, roi de Sicile, ordonne à ses officiers de Sicile de restituer aux Hospitaliers et aux Templiers les biens qu'il leur avait enlevés pendant sa querelle avec l'Eglise.*

SOURCE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., B. 175, f. 29 (copie, comm. XIV^e s.). — TEXTE : Winkelmann, *Acta imperii ined. sæc. XIII*, I, 604. — ANALYSE : Boehmer, éd. Ficker, *Reg. imperii*, V, 367, n° 1819.

Fredericus, etc., magistro justiciario, justiciariis, comitibus, baronibus, secretis, castellanis, militibus et ceteris officialibus ac universis per Siciliam constitutis, etc. Cum omnes [res] stabiles, quibus domus Hospitalis sancti Johannis et Templi per nos, officiales seu quoscumque alios fideles nostros hactenus destitute fuere, velimus fratribus earundem domorum restitui per omnia, jure nobis competenti tam super possessione quam super proprietate [salvo], nec non et animalia sua, que in presenti discordia, inter nos et ecclesiam orta, ipsis ablata fuerunt, sive re[s] et animalia ipsa curia et officiales nostri seu quicunque alii teneant in presenti, preter illa que nobis aut aliis fidelibus nostris dederunt et vendiderunt seu permutarunt, et pro restituendis rebus et animalibus ipsis fratribus dictarum domorum Goffridum de Secretario, justiciarium, et Berardum de Suicino, fideles nostros, duxerimus specialiter statuendos, universitati vestre mandamus, sub obtentu gracie nostre firmiter injungentes, quatenus nullus vestrum tam (?) ausus sit qui predictis Gofrido et socio ejus, fidelibus nostris, quominus mandatum nostri culminis exequantur, in aliquo contrarium se opponat ; quin immo vos, magister justiciarius, justiciarii et alii officiales nostri

predicti, restituentes ad requisicionem ipsorum ea, que de rebus et animalibus, ut dictum est, memoratis ad opus curie nostre tenetis, consilium et auxilium vestrum eis efficaciter impendatis, qualiter mandatum nostrum de restituendis aliis, a quibuscumque detineantur, exequi valeant, sicut decet, et nos devocionem vestram possimus merito commendari (*sic*).

## 1968. — 14 octobre 1230, Anagni.

*Le pape Grégoire IX renouvelle, avec de nombreuses variantes*[1], *la bulle du* 23 *février* 1228 : « *Cum abbates Cisterciensis* ». (*V. plus haut, n°* 1908.)

Source : Poitiers, Arch. de la Vienne, grand-prieuré d'Aquitaine, H[3], liasse 2, cahier de copies de bulles, p. 33 (copie, fin xv[e] s.).

Dat. Anagnie, ii idus octobris, pontificatus nostri anno iv.

## 1969. — 15 octobre 1230.

*Thibaut IV, comte de Champagne et de Brie, donne aux Hospitaliers de Paris quarante arpents de bois à prendre dans la forêt de Nogent sur Seine, sous réserve du cens dû à l'abbaye de S. Denis et avec défense de construire sur les territoires cédés.*

Source : Paris, Arch. nat., S. 5128, n° 4 (orig.).

Ego Theobaldus, Campanie et Brie comes palatinus, notum facio universis, tam presentibus quam futuris, quod ego, intuitu pietatis et ob remedium anime mee et nobilium progenitorum meorum, donavi in perpetuam elemosinam fratribus Hospitalis Iherosolimitani de Parisius quadraginta arpenta nemoris in foresta de Nogento super Sequanam, in duobus locis capienda, ad essartandum et ad prata faciendum, salvo tamen quod dicti fratres reddent ecclesie S. Dyonisii pro singulis arpentis dictorum pratorum quatuor denarios annuatim[2]. Retinui etiam mihi quod dicti fratres Hospitalis non poterunt domum aliquam aut herbergagium facere in pratis superius nominatis. Quod [ut] ratum permaneat et stabile in perpetuum teneatur, litteris annotatum sigilli mei munimine roboravi. Actum anno gracie m cc tricesimo, die martis post festum sancti Dyonisii.

*Au dos* : Carta Theobaldi, Campanie et Brie comitis palatini, pro nemore de Nogento, quod dedit Hospitali.

1. Elles portent particulièrement sur le début, dont voici le texte : « Cum abbates Cisterciensis ordinis, tempore generalis concilii congregati, ut occasione privilegiorum suorum ecclesie ulterius minime gravarentur, ad commonitionem felicis recordationis Innocentii pape, predecessoris nostri, statuerint ut de cetero fratres ipsius ordinis, nisi pro monasteriis de novo fundandis emant possessiones, de quibus decime debentur ecclesiis, etsi pro monasteriis de novo fundandis tales possesiones pia fidelium devotione collate fuerint aut empte, commutantur aliis excollende a quibus ecclesiis decime persolvantur. Dictus predecessor noster, statutum hujusmodi gratum habens et ratum, decrevit ut dicti fratres de alienis terris et ab eo tempore acquirendis, etiam si eas propriis manibus, aut sumptibus, excolant, decimas persolvant ecclesiis quibus ratione prediorum antea solvebantur, nisi cum ipsis ecclesiis aliter ducerent componendum. Quod et ad alios regulares, qui similibus gaudent privilegiis, extendi voluit, et mandavit ut ecclesiarum prelati promptiores et efficaciores existerent ad exhibendum eis de suis malefactoribus justitie complementum, eorumque privilegia diligentius et perfectius observarent. » Ce préambule est ensuite entré dans les habitudes de la chancellerie pontificale, et a été reproduit dans les confirmations postérieures de cette bulle; on le retrouve dans les formulaires pontificaux. (Voir Dr. Michael Tangl, *Die päpstlichen Kanzlei-Ordnungen von* 1200-1500 (Inspruck, 1894), 261.)

2. Il faut rapprocher de cette donation un acte d'Eudes, abbé de S. Denis, du mois de novembre 1230, relatif au même objet (S. 5128, n° 3, orig.).

### 1970. — Novembre 1230.

*H., grand-prieur de France, reconnaît que la commanderie de Paris doit à l'abbaye de S. Denis un cens annuel de quarante sous Parisis pour quarante arpents de bois et de pâtures, cédés aux Hospitaliers à Nogent sur Seine, pour y faire des prés.* (*V. plus haut, n°* 1969.)

SOURCE : Paris, Arch. nat., LL. 1158, p. 8 (cartul. de S. Denis, copie, XIII^e s.).

Universis[1] presentes litteras inspecturis frater H., domus Hospitalis Jerusalem prior humilis in Francia, salutem in Domino. Notum facimus quod domus nostra Parisiensis abbati et conventui S. Dyonisii debet XL solidos Parisiensium annui census, reddendos apud S. Dyonisium in octavis sancti Dyonisii, ad usus et consuetudines aliarum censuarum suarum, pro XL anpennis, sitis in territorio de Nogento, in pascuis et nemoribus, videlicet XXVII sub calceata et XIII supra calceata, quos dicte domui nostre concesserunt ad prata facienda in perpetuum possidendos. In cujus rei testimonium, presentes litteras, de fratrum nostrorum consilio, fecimus sigilli nostri munimine roborari. Actum anno Domini M CC XXX, mense novembri.

### 1971. — 21 décembre [1230][2], Olmütz.

*Robert, évêque d'Olmütz, notifie à l'archevêque de Gnesen et aux prélats de Pologne que le S. Siège a exempté les maisons de l'Hôpital du paiement des dîmes.*

SOURCE : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, diplomat. de Smitmer, I, n° 48 (copie, XVIII^e s.). — TEXTE : *Codex diplomaticus majoris Poloniæ,* I, 102.

Universalibus in Christo patribus et amicis charissimis, Dei gracia Gneznensi archiepiscopo et universis suffraganeis suis, et omnibus ecclesiarum prelatis in Polonia constitutis, ad quos littere presentes pervenerint, Robertus, eadem gracia Olomucensis episcopus, salutem et sinceram in Domino charitatem. Noveritis nos nuper recepisse a sede apostolica in mandatis ut, racione collectionis decimarum, quam in episcopatu nostro faciendam dominus papa nobis commisit, a domibus Hospitalis sancti Johannis Hierosolymitani, quas in dyocesi nostre habent, nichil exigere deberemus, cum nec sit, nec fuerit intencionis ipsius domini pape ut aliquid a domibus Hospitalis prefati exigeretur vel exigatur racione vel nomine decimarum, sicut plenissime hoc eciam patet per quasdam litteras domini pape, directas ad magistrum Simon, collectorem decimarum in Polonia et in Bohemia constitutum, que ab inimicis Romane ecclesie in itinere sunt confracte ; in quarum parte, que adhuc superest, ejusdem domini nostri bulla dependet, per quam omnibus eam intuentibus domini pape intencio in hac parte poterit esse manifesta; quam partem litterarum bullatarum dicti fratres portant in testimonium ostendendam. Ut igitur super premissis fides plenior valeat adhiberi, ad preces hono-

1. La rubrique de cet acte, dans le cartulaire de S. Denis, est la suivante : « De XL solidis censualibus, quos debet nobis domus Hospitalis Parisiensis ».

2. Robert occupa le siège d'Olmütz de 1201 au 4 juillet 1240. Smitmer, dans le recueil de transcriptions conservé aux Archives du grand-prieuré de Bohême (*Diplomat.,* I, n° 48), date cette pièce de 1239 ; mais comme la bulle de Grégoire IX, à laquelle cet acte fait allusion, est du 29 mai 1230 (V. plus haut, n° 1961), il est fort probable qu'il faut adopter la date de 1230. Il se pourrait cependant que la pièce fût antérieure à 1230, puisque le pape, dans la bulle, dit qu'il renouvelle la prohibition, déjà plusieurs fois exprimée, de n'exiger aucune dîme des Hospitaliers.

rabilis preceptoris domus sancti Johannis in Polonia, presentes litteras exinde fieri fecimus, sigillo nostro et capituli nostri roboratas. Datum Olomucii, XII kalendas januarii.

## 1972. — 3 janvier 1231, Coïmbre.

*Accord entre les Templiers et les Hospitaliers de Portugal, relativement à leurs possessions et droits respectifs.*

SOURCE : Lisbonne, Arch. roy. de Portugal, layette 7, liasse 6, n° 14 ; livro dos Mestrados, f. 41 (copie, milieu du XV° s.).

Memoria de rebus que inter domum Templi et Hospitalis, ex tertio die januarii, sub era millessima CC LX VIIII, quando prior et comendator et fratres utriusque partis apud Colimbriam convenerunt, statim sunt penitus terminate. In primis positum fuit de Maladis, et judicatum quod, si fratres Templi non habueri[n]t qui eis Maladas auctorizet et deffendat de priore et fratribus Hospitalis sic quod non debent ibi habere dominium regalle, ipsi vendant seu baratent eam, et quitent se et exeant de illa. Item si fratres Hospitalis de Villa Plana levaverunt magis quam tertiam partem de fructu, debent emtegrare fratribus Templi ; et si fratres Templi magis inde levaverunt quam duas partes de ipso fructu, debent entegrare Hospitali. Item frater Fernandus Nuniz Pinaza et frater. P. Horiguiz debent, cum aliis viris sibi adjunctis, dividere Villam Planam et Atenor, et terminos de inter Ylgosum et Pennaroyas ; et si Paradela remanserit in termino de Ylgoso, fratres Templi debent emtegrare Hospitali fructum ab eis inde levatum. Item predicti duo fratres debent inquirere bona fide de duobus casalibus de Bagueissy, que fuerunt fratri Fernandi de......, cui parti Hospitalis et Templi primitus data fuerunt et in cujus possessione primum fuerunt. Item fratres Templi abrenuntiaverunt medietati ecclesie S. Jacobi de Alariz, pro parte domni P. Alfonsi, ad Hospitale ; et si dona Major Martini non auctorizaverit, et non defenderit per directum alteram suam partem ipsius ecclesie fratribus Templi, de priore et fratribus Hospitalis fratres Templi debent se quitare et exire de illa. Item de medietate casalis de Paivos donus Simeon Menendi et frater qui eam tenet debent bona fide querere veritatem, et, si invenerint quod sint Hospitalis et non habuerint qui eis eam deffendat, debent eam dimittere Hospitali. Item de casali Marine Ramiriz prior Hospitalis debet bona fide scrutare directum, et, si noluerit querere illud, fratres Templi debent ei de illo respondere et complere directum. Item super villam de Cira comendator Templi et prior Hospitalis debent ire ad dona Froyli Ermigiz, et, si dona Froyli defenderit ipsam hereditatem de priore et fratribus Hospitalis, Templum debet eam habere in pace ; et, si dona Froyli eam non defenderit, prior, si voluerit, debet inde tollere crucem Templi, et post hec pars, que habuerit possessionem hereditatis, debet facere et complere directum inde alteri parti. Item fratres Rodericus, comendator de Castello Blanco, et J. Menendi, comendator de Belveer, debent bona fide ponere..... dati et Anundolam et Rodanum, et inter Castellum Blancum et Sartaginem et Anundolam, quomodo de utraque parte laborent in pace et absque inpedimento, quousque mandatum super hoc veniat de ultramari. Item ipsi duo fratres debent indicare et diffinire totas intentiones, que sunt inter D. Calvii et M. Suariz. Item comendator de Belveer debet ducere ad capitulum Templi fratrem et homines qui fuerunt in morte hominis de Castello Blanco, et capitulum Templi de illis inde capiat emendam, et ipse comendator de Belveer debet emtegrare omnia spolia, que ad mortem dicti hominis facta fuerunt, sicut dixerit dictus comendator de Castello Blanco ; et si cognoverit quod magis debet emtegrare, magis emtegret. Statuerunt firmiter inter se quod omnia suprascripta

cito citius finem habeant, ita quod capitula utriusque mansionis, in presenti anno facienda, eadem sciant esse et sentiant terminata.......... fratris M. Egee remansit per judices terminandum.

### 1973. — 19 janvier 1231, Latran.

*Le pape Grégoire IX, après avoir félicité Frédéric II, empereur des Romains, de donner au royaume de Jérusalem un secours efficace, l'engage à restituer les biens qu'il avait enlevés aux Hospitaliers et aux Templiers en Sicile.* — « *Imperialis magnificentie littere.* »

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1186, f. 235 (copie de la Porte du Theil, XVIII[e] s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 15, f. 45 *b* (copie contemp.). — Analyse : Auvray, *Reg. de Grég. IX,* col. 345, n° 529; Höfler, *Kaiser Friedrich II* (Munich, 1844), append., 329, n° 3 (à la date fausse du 29 janvier 1231); Potthast, *Reg. pont. Roman.,* n° 8653. — Texte : Huillard-Bréholles, *Hist. dipl. Frid. II,* III, 255 ; Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. XIII e reg. pontif. Roman.,* I, 343, n° 425. — Extraits : Raynaldi, *Ann. eccl.,* XXI, 51.

Gregorius, etc., Friderico, illustri Romanorum imperatori semper augusto et regi Sicilie, salutem etc. Imperialis magnificentie littere, etc..... Ad hec cum, sicut nosti, dilecti filii magistri et fratres domorum Hospitalis et Templi Jerosolimitani reliquias terrarum illarum diu in sanguine suo defenderint viriliter et potenter, nunc, sicut flebiliter conqueruntur, in regno Sicilie suis facultatibus diminuti et solitis destituti suffragiis, non habent consuetam potentiam hostibus resistendi; quod siquidem in enorme universalis ecclesie detrimentum et tuam specialiter posset redundare jacturam. Quapropter affectuose deposcimus et consulimus bona fide quatinus, eis ablata restitui et de dampnis satisfieri faciens competenter, eos, divine retributionis obtentu, beneficientie gracia favorabiliter prosequaris, cum, etsi agant in partibus illis principaliter causam Christi, nichilominus tamen interesse tuum, videlicet gubernationem regni Jerosolimitani, utiliter prosecuntur, sic impendentes gratum Domino famulatum, ut te tibi opem afferant efficacem. Dat. Laterani, XIV kalendas februarii pontificatus nostri anno IV.

### 1974. — Février 1231.

*Guy IV, comte de Nevers et de Forez, certifie la vente faite au commandeur Arnoul et aux Hospitaliers de Montbrison par Tythores, veuve d'Artaud de Batailleu, chevalier, de tout ce qu'elle possédait à Contéol.*

Source : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. command. de Montbrison, chap. 2, n° 5 (orig.).

Actum anno Domini M CC XXX, mense februario.

### 1975. — 26 février 1231, Latran.

*Le pape Grégoire IX engage l'empereur Frédéric II à restituer aux Hospitaliers et aux Templiers, sans lesquels tout gouvernement est impossible en Terre Sainte, les biens qu'il leur a enlevés, et lui envoie à ce sujet l'abbé de Casamari.*

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1186, f. 109 (copie de la Porte du Theil,

xviii^e s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 15, f. 51 *b* (copie contemp.). — Analyse : Auvray, *Reg. de Grég. IX*, I, col. 355, n° 545; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 8663. — Texte : Baluze, *Miscellanea* (Lucques, 1761-4, éd. Mansi), III, 397; Huillard-Bréholles, *Hist. dipl. Frid. II*, III, 264; Lünig, *Cod. Ital. diplom.*, IV, 1461, n° 8; Manrique, *Ann. Cisterc.*, IV (Lyon, 1659), 415; Pauli, *Cod. dipl.*, I, 320; Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. XIII e reg. pontif. Roman.*, I, 346, n° 428.

Gregorius, etc., Friderico, Romanorum imperatori semper augusto et regi Sicilie, salutem, etc. Si vere desideras, sicut decet, ut Terre Sancte negotium non turbetur, set potius dirigatur, expedit ut Hospitalarios et Templarios, per quos terra illa est inter multas angustias hactenus gubernata, et sine quibus nequaquam posse creditur gubernari, nulla molestatione fatiges, set potius beneficientie gratia prosequaris, sic agens proprium interesse, ut apud Deum incomparabile tibi meritum compares, et apud homines nomen bonum. Sane ut taceamus quod nobis mordaciter exprobratur, quod quasi momentanea videtur fuisse possessio de illis, que per nos sibi restituta fuerunt, nunc illorum gravamen et amaritudine plenam non possumus obaudire querelam, lamentantium quod nuper sunt et aliis spoliati, cum nec vellent nec valerent juris ordinem declinare. Quare non est dubium quin exinde gravia possint Terre Sancte dispendia imminere, cum indigentia laborantes non habeant unde terram ipsam valeant more solito defensare. Ut igitur conscientie proprie nec, non fame, tam nostre quam tue, provide consulas, imperialem celsitudinem rogamus, monemus et hortamur in Domino quatinus, eligens potius vinci misericordie pietate, cui cetere virtutes cedere minime dedignantur, quam justitia exasperata notari, dictis Hospitalariis et Templariis ablata restitui facias universa, ita quod divinam evites offensam, et nos mansuetudinem tuam possimus merito commendare, cum alias patientiam nostram variis detractionibus exponere videreris. Ut autem super hoc plenius tibi nostrum insinuemus affectum, in ore dilecti filii.. abbatis Casemarii posuimus verba nostra, quibus te credere volumus incunctanter. Dat. Laterani, iv kalendas Martii, pontificatus nostri anno iv.

## 1976. — 26 février 1231, Latran.

*Le même ordonne à Lando, archevêque de Reggio, d'intervenir auprès de l'empereur Frédéric II pour faire restituer les biens enlevés par lui aux Hospitaliers et aux Templiers.* (*V. plus haut, n*^os 1973 *et* 1975.)

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1186, f. 112 (copie de la Porte du Theil, xviii^e s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 15, f. 52 (copie contemp.). — Analyse : Auvray, *Reg. de Grég. IX*, I, col. 356, n° 548; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 8666. — Texte : Baluze, *Miscellanea*, III (éd. Mansi), 398; Huillard-Bréholles, *Hist. dipl. Frid. II*, III, 266; Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. XIII e reg. pontif. Roman.*, I, 348, n° 431.

Gregorius, etc. [Landoni], Regino archiepiscopo, salutem, etc. Speravimus ut, sicut nobis presentialiter promisisti, Hospitalariis et Templariis restitui procurares ablata; set, adhuc ablatis primitus destituti, aliis sunt noviter spoliati, sicut nobis eorum lamentabilis conquestio patefecit. Cum igitur propter hoc dilectum filium.. abbatem Casemarii ad imperialem presentiam destinemus, fraternitatem tuam rogamus et monemus attente, per apostolica scripta mandantes, quatinus apud carissimum in Christo filium nostrum Fredericum, Romanorum imperatorem illustrem semper augustum et regem Sicilie, ut eis ablata restituat universa, interponas efficaciter partes tuas, ita quod diligentiam tuam possimus merito commendare. Dat. ut supra [Laterani, iv kalendas martii, pontificatus nostri anno iv][1].

1. Le même jour, une bulle de même teneur fut expédiée à Jacques, archevêque de Capoue. Ce prélat et maître Roffred, juge de la cour impériale, avaient transmis la lettre de l'empereur à Grégoire IX, qui

## 1977. — 12 mars 1231, Latran.

*Le même autorise son familier Gonsalve à finir ses jours comme sacristain de l'église d'Osma, faculté que lui avaient accordée, malgré les règlements contraires, le chapitre provincial des Hospitaliers de Castille et Isembard, lieutenant du grand-maître en Occident.*

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1186, f. 117 (copie de la Porte du Theil, xviii<sup>e</sup> s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 15, f. 57 (copie contemp.). — Analyse : Auvray, *Reg. de Grég. IX*, I, col. 361, n° 564.

Gregorius, etc., Gundisalvo, familiari nostro, salutem, etc. Fragilis vas tui corporis esse considerans, sciensque imbellicitatem tuam, qui confractus es multis laboribus, et, cum in etate processeris viribus non modicum destitutus, timore super te venientibus ac tremore, in amaritudine annos tuos recogitare cepisti, et pennas sicut columbe appetere, ut advoles in solitudinem et quiescas, vacando ibi Deo in spiritus libertate et tua nihilominus peccata deflendo. Hinc est quod anima tua, quietis dulcedine delectata, ne suscitatore debeat importuno turbari, in ecclesia Oxoniensi, ordinis sancti Augustini, in qua de licentia magistri Hospitalis Hierosolimitani et postmodum fratris Isembardi, qui vices ipsius citra mare gerebat, obtinens sacristiam, residuum vite tue desideras terminare, metuens mundanos tumultus et inquietudinis strepitus, ac odorem celestis patrie concupiscens, propter quod a generali capitulo fratrum Hospitalis, celebrato in regno Castelle, in eadem ecclesia sub observantia ordinis sancti Augustini videlicet humiliter postulasti licentiam remanendi, non ut eorum ordini aliquatenus derogares, sed ductus ex charitate potius pluraque consciencia et fide non ficta, ut aput eandem ecclesiam in congregacione canonicorum ipsius in officio tuo Deo quietius deservires. Attendens quoque quod leva erit sub capite si sit dextera in amplexu, possessiones fructuosas et non modicas, quas acquisisti labore tuo, et de permissione majoris magistri Hierosolimitani, nec non preceptoris vices ipsius citra mare gerentis, et capituli regni Castelle, vita tua poteras retinere, domui Hospitalis ipsius assignare curasti, qui tandem, denegata tibi propria licentia, personaliter ad presenciam nostram accedens, instanter et devote petisti ut, ad id habentes misericordie ac compassionis affectum, maxime cum in ordine diaconatus jamdudum fuisti promotus, servire Domino tenearis, tue consulendo saluti, in hac parte tuo desiderio dignaremur. Porro licet Hospitalariis et aliis nonnullis regularibus a sede apostolica sit indultum ne quis professus eorum ad alium locum possit, eis invitis, arctioris etiam religionis obtentu transire, ut, secundum Apostolum, unusquisque in ea vocacione permaneat in qua noscitur esse vocatum[1], hoc tamen concessum videtur ne aliquis ex temeritate vel levitate in jacturam et injuriam sui ordinis ad alium sub pretextu majoris religionis accedat, non quidem ut illi transeundi licentia denegetur qui eam cum humilitate ac puritate animi duxerit postulandam, qua non ficte sed vere ad frugem velit melioris vite migrare, qui profecto ex lege privata, que prejudicat publice, absolutus libere potest, non obstante incauta contradicione prelati, sanctioris vite propositum adimplere, quia, ubi spiritus Dei est, ibi libertas, et qui spiritu Dei aguntur non sunt sub lege, cum lex posita non sit justo. Cum igitur non debeat haberi voti transgressor qui pro salute anime sue aliquid utilius meditatur, nos, devocionis tue supplicacionibus inclinati, tibi specialem

lui avait répondu le 19 janvier 1231 par la bulle « Imperialis magnificentie ». (V. plus haut, n° 1973.)

1. S. Paul, Ephes., 4, ℣ 1. Cette phrase est une imitation du texte de S. Paul, non une citation littérale.

graciam facientes per quam non intendimus laudabili et approbate religioni Hospitalis imposterum derogare, auctoritate tibi presencium indulgemus ut in dicta ecclesia, que per sue religionis observantiam Deo est amabilis et grata, hominibus et accepta, et ordinis dicitur arctioris, sub habitu et ordine supradicto remanere valeas libere, et Deo ibi perpetuo famulari. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, IV idus marcii, pontificatus nostri anno IV.

### 1977 *bis.* — 12 mars 1231, Latran.

*Le même répète la bulle précédente en l'adressant*: 1° *au prieur et au chapitre d'Osma, auxquels il ordonne de recevoir Gonsalve comme chanoine de leur église;* 2° *au précepteur et aux Hospitaliers d'Espagne.*— « *Fragilis vas tui.* » (*V. plus haut, n°* 1977.)

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1186, f. 118 (copie de la Porte du Theil, XVIII° s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 15, f. 57 *b* (copie contemp.). — Analyse : Auvray, *Reg. de Grég. IX*, I, col. 361, n° 564.

Dat. Laterani, IV idus marcii, pontificatus nostri anno IV.

### 1978. — 13 mars 1231.

*Frédéric II, duc d'Autriche et de Styrie, ratifie la donation de biens à Fürstenfeld, faite aux Hospitaliers par Herrand de Wildon en* 1215 [1].

Analyse : Wissgrill, *Schauplatz des landsässigen Niederösterreichischen Adels* (Vienne, 1794-1824, 5 vol. in-4), IV, 100 (d'après les arch. du gr.-prieuré de Bohême à Prague); Meiller, *Reg. zur Gesch. der Markgrafen und Herzöge Oesterreichs...* (Vienne, 1850), 149, n° 4.

### 1979. — 7 avril 1231, Wintherthur.

*L'abbé de S. Pierre, doyen de l'église de Constance, met fin, comme arbitre, au procès pendant entre Rodolphe, comte de Habsbourg, et les Hospitaliers d'Allemagne à l'occasion des possessions de l'église de Leuggern.*

Sources : Aarau, Arch. du cant. d'Argovie, command. de Leuggern, n° 2 (orig.); Fribonrg, Bibl. cant. L. 44 (cartul. de Leuggern, 1536) f. 72 *b* et f. 73 (trad. allem.). — Texte : Herrgott, *Genealogia diplom. aug. gentis Habsburgicæ*, II, 238.

Acta sunt autem hec in capitulo Winterthur, presentibus abbate Viscine, preposito Embriacensi, domino L. de Regensperg, domino A. de Wart, et aliis quampluribus, anno ab incarnatione Domini M CC XXXI, VII idus aprilis, rationem scribendi habent[ibus] hec, utpote dicte cause ab apostolica sede judices delegati.

### 1980. — 16 avril 1231, Latran.

*Le pape Grégoire IX ordonne au prieur et à l'archidiacre de Saragosse, et à*

1. La donation d'Herrand de Wildon est du 21 mars 1215; elle concerne des biens situés à Haselowe, près de Fürstenfeld (Prague, Arch. du grand-prieuré de Bohême, G. XL., command. de Fürstenfeld, n° 2, orig. Ed. J. von Zahn, *Urkundenbuch des Herzogthums Steiermark*, II, 205, n° 133).

*P. Sanchez, chanoine de Saragosse, de juger le différend relatif à la ville de Fuente de Jalon, dont la possession était contestée aux Hospitaliers.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, II, 14 (copie, fin xiv^e^ s.).

Gregorius, etc., dilectis filiis priori, archidiacono et P. Sancii, canonico Cesaraugustan[is], salutem, etc. Conquerentibus dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani nobis innotuit quod nobilis mulier E., filia quondam E. de Burota, et quidam alii Cesaraugustane, Tirasonensis, et Oscensis diocesium villam, que Fons de Xalon dicitur, eorum Hospitali a dicto E. in ultima voluntate legatam, presumunt contra justiciam detinere; ideoque discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, partibus convocatis, audiatis causam, et, appellatione remota, fine debito terminetis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, etc. Quod si non omnes, etc. Dat. Laterani, xvi kalendas maii, pontificatus nostri anno v.

## 1981. — 22 avril 1231, Pise.

*Barthélemy, prieur de S. Pierre aux Liens de Pise, prononce une sentence arbitrale pour terminer le litige soulevé entre l'Hôpital de Pise, représenté par Buongiovanni, prieur de cet Hôpital, d'une part, et le comte Rainaud, d'autre part.*

Source : Sienne, Arch. d'Etat, ville de Massa, à la date (orig. notarié).

Datum et lectum in Pisis a supradicto domino priore, in sala supradicti S. Petri... anno a nativitate Domini millesimo cc xxxi, indictione iiii, decimo kalendas madii.

## 1982. — 29 avril 1231, Latran.

*Le pape Grégoire IX exhorte l'empereur Frédéric II à restituer aux Templiers et aux Hospitaliers ce qu'il leur a enlevé, et lui annonce que ceux-ci sont prêts à remettre aux mains du grand-maître des Teutoniques les fiefs qu'ils ne tiennent pas du S. Siège pour qu'il en perçoive les revenus jusqu'à ce que des arbitres aient prononcé sur la propriété de ces fiefs.* (*V. plus haut, n^os^* 1973, 1975 *et* 1976.)

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1187, f. 215 (copie de la Porte du Theil, xviii^e^ s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 15, f. 87 (copie contemp.). — Analyse : Auvray, *Reg. de Grég. IX*, I, col. 404, n° 635 ; Potthast, *Reg. pontif. Roman.*, n° 8731. — Texte : Huillard-Bréholles, *Hist. dipl. Frid. II*, III, 280 ; Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. XIII e reg. pontif. Roman.*, I, 354, n° 439.

Gregorius, etc., Friderico, Romanorum imperatori semper augusto et illustri regi Sicilie, salutem, etc. Quanto plenius excellentia tua novit per Hospitalarios et Templarios Terram Sanctam olim inter multas angustias gubernatam, et a pluribus creditur sine ipsis vix posse utiliter gubernari, cum pro magna parte per eos subsistere videatur, tanto est tue serenitati decentius ut nulla eos molestia inquietes; quos ut non turbetur illius terre negotium set potius dirigatur, specialis favoris debes presidio confovere, sic agens commune ac proprium interesse, ut apud Deum incomparabile tibi meritum compares, et apud homines nomen bonum. Denique, ut taceamus ad presens quod nobis a pluribus exprobratur, videlicet quasi momentanea

fuerit eorum possessio, que per nos illis restituta fuit, iteratam nunc et amaritudine plenam audivimus predictorum querelam, graviter lamentantium quod vix adhuc restituti denuo sint et aliis spoliati; ex quo utique gravia exinde dispendia imminent terre prefate, cum iidem fratres, indigentia laborantes, non habeant unde illam possint more defendere consueto. Quia vero universa, que habent, pro conservatione sunt et subsidio terre predicte, cujus defensio ad te principaliter dinoscitur pertinere, imperialem celsitudinem monemus, rogamus et hortamur in Domino quatinus, conscientie proprie ac tam fame nostre quam tue provide consulens, et eligens potius superari misericordia, cui cetere virtutes minime cedere dedignantur, quam asperitate notari, dictis Hospitalariis ablata restitui facias universa, ita quod mansuetudinem tuam possimus merito commendare, cum alias patientiam nostram variis detractionibus exponere videreris, qui non ignoras quod ad malum sunt homines proniores, et levi occasione sinistra multotiens suspicantur. Porro ad consilium nostrum dicti fratres, ut tuum valeant obtinere favorem, feudalia, que a tempore clare memorie [Constantie], matris tue[1], ab aliis quam a curia habuerunt, sine utriusque partis super possessione ac proprietate prejudicio, in manus dilecti filii.. magistri Theutonicorum restitutione obtenta, ponere sunt parati, ita quod ipse proventus eorum teneat et conservet, quousque quid ad quem pertineat declaretur per arbitros, quorum per te eligatur unus, alius per Hospitalarios, tertius vero ab hiis duobus vel a nobis, si in eo ipsi non convenerint, assumatur. Predicti quoque arbitri infra certum terminum, a partibus vel a nobis si partes in illo dissenserint prefigendum, negotium terminabunt, et idem magister predicta secundum eorum arbitrium resignabit. Super aliis autem, que non sunt feudalia, coram nobis vel delegatis nostris juri parebunt, cum volueris de ipsis justitiam obtinere. Quare super premissis tuam nobis per litteras voluntatem exponas. Dat. Laterani, III kalendas maii, pontificatus nostri anno V.

## 1983. — 1 mai 1231.

« *Echange fait entre Odon et Guillaume, frères, et le grand-maître Guérin II, d'une maison leur appartenant, située à Joppé, pour deux autres maisons possédées par l'ordre à Acre, du* 1 *may* 1231.

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 239 (XVIII<sup>e</sup> s.).

## 1984. — Juin 1231.

*Ferrand de Portugal et Jeanne, comte et comtesse de Flandre et de Hainaut, confirment la donation, faite aux Hospitaliers par Gérard, seigneur de Jauce, d'une rente de dix livres de Valenciennes, à percevoir chaque année sur son tonlieu de Valenciennes*[2].

Source : Mons, Arch. d'Etat, ordre de Malte, command. du Piéton, n° 128 (orig.) ; cartul. de Hainaut-Cambrésis, f. 32, n° 46 (copie, XIII<sup>e</sup> s.). — Analyse : Devillers, *Invent. analyt. des arch. des command. belges*, 30, n° 128 ; *Annales du cercle archéologique de Mons*, VI, 46. — Texte : *Ann. du cercle arch. de Mons*, VI, 57.

Ego Fernandus, Flandrie et Hanoie comes, et ego Johanna, Flandrie et Hanoie

1. Constance, femme de l'empereur Henri VI, mourut en 1198. Elle était fille de Roger, roi de Sicile, et lui succéda. C'est elle qui apporta dans la maison des Hohenstaufen la couronne de Sicile.

2. La donation de Gérard de Jauce est de mai 1231 (*Ann. du cercle arch. de Mons*, VI, 46).

comitissa, notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod nos donationem decem librarum Valencenensium, quas nobilis vir G[erardus], dominus de Jacea, in elemosinam contulit Hospitali Jherosolimitano, singulis annis percipiendas in theloneo suo in Valencenis, de primis et paratissimis proventibus ejusdem thelonei tanquam de feodo quod movet a nobis, sicut in cartha ipsius G[erardi] et filii sui plenius continetur, laudamus et approbamus, et sub hominum nostrorum testimonio ipsam elemosinam, x librarum videlicet, pretaxate domui libere possidendam concessimus. Ut autem in posterum perseveret memoria et effectus elemosine supradicte, cartham fecimus presentem propriis sigillis muniri. Datum anno Domini M CC tricesimo primo, mense junio.

*Au dos*: Le confirmation des x libres que nous avons à tonlieu de Valenciennes.

## 1985. — Juin 1231.

*Gautier IV, comte de Brienne, donne aux Hospitaliers cinq cents arpents de bois dans sa forêt de Bateis, pour y établir des constructions et une chapelle, et le droit de prendre dans ses forêts quatre charrettes de bois à deux chevaux par semaine pour leur usage. Les Hospitaliers ne pourront, sur les terres à eux données, élever des fortifications.*

Sources : Paris, Arch. nat., S. 4958, n° 36 (vidimus scellé de la prévôté de Paris, du 15 novembre 1389) ; Troyes, Arch. de l'Aube, 31H. 14 *bis*, cartul. du Temple de Troyes, f. 43 *b* (copie, xv<sup>e</sup> s., d'après le même vidimus). — Analyse : D'Arbois de Jubainville, *Cat. d'actes des comtes de Brienne*, dans *Bibl. de l'Ec. des Chartes*, XXXIII (1872), 173 ; Mannier, *Command. du grand-prieuré de France*, 315.

Ego Galterus, comes Brene, notum facio tam presentibus quam futuris quod, ob anime mee et antecessorum meorum remedium, fratribus Hospitalis Jerusalem dedi et concessi in puram et perpetuam elemosinam quingenta arpenta mei nemoris quod vocatur Bateiz, videlicet nemus et terram, pro constituendis et construendis domibus et capella, in qua pro me et antecessoribus meis divina facient imperpetuum celebrari. Et ista quingenta arpenta capi debent ubi dicti fratres maluerint ab Aliefo usque ad granchiam de Nachesi, et a granchia de Nachesi usque ad Cardinetum, et a Cardineto usque ad nemus de Noson, et a nemore de Noson usque ad exartum Bernardi de Monte Cuto. Contuli etiam et concessi dictis fratribus de lignis meorum nemorum, exceptis querca, fago, tremblo, piro et pomerio, quatuor quadrigatas ad duos equos una quaque septimana imperpetuum ad usus fratrum et sue familie commorantium in loco memorato. Et sciendum est quod in dictis quingentis arpentis retineo justiciam, hoc salvo fratribus memoratis quod infra suam porprisiam justicia sua erit, nec ego vel mei infra terminos dictorum quingentorum arpentorum bestias proprias dictorum fratrum, pro forisfacto quod ibi fecerint, capere poterimus ullo loco. Talis etiam instituta fuit condicio quod dicti fratres vel alie gentes in dicta terra non poterunt forterieiam facere nisi sue porprisie, clausivam de fossatis quatuordecem pedum in latitudine tantum, et palacii vel muri decem pedum in altitudine super terram sine tornellis, archeriis et cernellis ; et volui pretermitti quod dicti fratres in dicta terra non poterunt alium advocatum facere causa garde. Quod ut notum et ratum imperpetuum permaneat, presentes litteras in hujus rei testimonium sigilli mei munimine roboravi. Actum anno gracie millesimo ducentesimo tricesimo primo, mense junio.

### 1986. — 13 juin 1231, Rieti.

*Le pape Grégoire IX exhorte de nouveau l'empereur Frédéric II à restituer aux Templiers et aux Hospitaliers ce qu'il leur a enlevé, et lui envoie à ce sujet Guillaume, évêque de Modène.* (*V. plus haut,* n° 1982).

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1187, f. 71 (copie de la Porte du Theil, xviii° s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 15, f. 101 *b* (copie contemp.). — Analyse : Auvray, *Reg. de Grég. IX,* I, col. 423, n° 666. — Texte : Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. XIII e reg. pont. Roman.,* I, 356, n° 442.

Gregorius, etc., Friderico, illustri Romanorum imperatori semper augusto et regi Sicilie, salutem, etc. Mansuetudo, pietas et clementia, veluti tres sorores decore, nobiles et insignes, dilectores suos feliciter dirigentes, eos Deo placitos et hominibus efficiunt gratiosos, quas utique principes eo debent sectari libentius, amplexari desiderabilius et instantius venerari, quo materia oportunior, facultas commodior et paratior potentia ipsis est presto dictis sororibus efficaciter obsequendi. Unde, quod ad earum amorem te precibus, monitis et exhortationibus invitamus, novit Altissimus, ex fide pura, conscientia bona et caritate sincera procedit, qua cupimus ut secundum utrumque hominem in Domino prospereris. Sane jam pluries imperiali sublimitati pro dilectis filiis magistris et fratribus domorum militie Templi et Hospitalis Jerosolimitani affectuosas preces, monitiones attentas et inductiones rationabiles nos meminimus destinasse, ut eis faceres ablata restitui, que projenitores tui sibi pia contulerant largitate, cum ea ipsis invitis vix contrectari valeant sine injuria Jesu Christi, cui devote noscuntur oblata. Nunc autem lacrimas, gemitus et singultus eorum ultra omnem credulitatem multiplicari videntes, gravi sumus dolore, stupore ac horrore perculsi, cum in ipsos adeo manus diceris ingravasse, quod eis de regno rejectis nichil vel modicum est relictum. Quia vero id saluti tue non expedit nec honori, cum, servos prosequens Crucifixi, eum in ipsis persequi videaris, et bona usibus ascripta divinis nequeant in alios usus sine offensa divina transferri, nec possint homines non moveri, dum amaros eorum audiunt ululatus, admirantes ab eo talia evenire, a quo sperantur profecta opera pietatis, imperialem celsitudinem sicut iterum sic attentius rogamus, monemus et obsecramus in Christo Jesu, qui redemit sanguineproprio peccatores, quatinus, anime tue parcens et nobis indulgens, qui propter hoc detractiones et subsannationes patimur toto die, dictos magistros et fratres in gratiam revocans, eis ablata restitui facias universa, ut placatus eisdem te placitum Deo reddas, et nos tibi propter hoc constituas in Domino merito debitores. Ut autem vive vocis adjectio serenitati tue plenius aperiat nostre intentionis affectum, ecce venerabilem fratrem nostrum [Willelmum], Mutinensem episcopum, virum utique religione probatum, honestate conspicuum et scientia redimitum, quem nos et fratres nostri sincera in Domino diligimus caritate, ad presentiam tuam propter hoc specialiter duximus destinandum, cui, que tibi super hiis et aliis ex parte nostra proponet, credere petimus incunctanter. Dat. Reate, idibus junii, [pontificatus nostri] anno v.

### 1987. — 22 juin 1231, Rieti.

*Le même renouvelle la bulle du* 23 *février* 1228 : « *Cum abbates Cisterciensis* ». (*V. plus haut, n°* 1908.)

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, II, 8 (copie, fin xiv° s.).

Dat. Reate, x kalendas julii, pontificatus nostri anno v.

### 1988. — 25 juin 1231.

*Erard de Brienne, seigneur de Ramerupt, se reconnaît caution vis-à-vis des Hospitaliers des ventes de la forêt d'Orient et du bois de Bateiz*[1], *consenties par son cousin Gautier IV, comte de Brienne.* (*V. plus haut, n°* 1985.)

Source : Paris, Arch. nat., S. 4958, n° 4 (orig.).

Ego Erardus de Brena, dominus Rameruci, notum facio universis, presentes litteras inspecturis, quod ego plegius sum erga fratres Hospitalis Jerosolimitani super vendicione alte foreste Orientis, quam karissimus dominus meus et cognatus Galterus, comes Brene, vendidit dictis fratribus, sicut in litteris prefati comitis super hoc confectis continetur. Ceterum ego Erardus predictus plegius sum erga dictos fratres Hospitalis super altera venditione nemoris Bateiz, a dicto comite cum fratribus memoratis contracta, prout in litteris ipsius comitis continetur, fide mea super hoc interposita corporali de garancia portanda dictis fratribus super vendicionibus antedictis, secundum usus et consuetudines comitatus Campanie. In cujus rei testimonium, presentes litteras sigilli mei munimine roboravi. Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo primo, crastino nativitatis beati Johannis Baptiste.

### 1989. — 5 juillet 1231, Rieti.

*Le pape Grégoire IX prend sous sa protection le monastère de Sigena, dont il confirme les privilèges et possessions.*

Source : Sigena, Arch. du monastère (orig.).

Gregorius, etc., dilectis in Christo filiabus priorisse et conventui monasterii Hospitalis Jherosolimitani de Sexena, salutem, etc. Cum a nobis petitur, etc. Ea propter, dilecte in Domino filie, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras et locum, in quo divino estis obsequio mancipate, cum omnibus bonis que impresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum justis modis, prestante Domino, poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem terras, possessiones et alia bona, eidem monasterio a Christi fidelibus pietatis obtentu conc[essa], necnon libertates et immunitates, a felicis recordationis predecessoribus nostris Romanis pontificibus et regibus Aragonum pia liberalitate vobis indultas, vobis et per vos eidem monasterio aucthoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. Dat. Reate, III nonas julii, pontificatus nostri anno V.

### 1990. — 23 juillet 1231.

« *Confirmation de la donation de certaines maisons à une dame, nommée Gille, par le grand-maître Bertrand de Thessy, faite par le grand-maître Guérin sous la*

1. Il s'étendait entre Piney, Aillefol et Brevonne, la commanderie de Bonlieu et la forêt d'Orient, d'après les titres même de cette époque. (V. Mannier, *Comm. du grand-prieuré de France,* 310-311.)

*cense annuelle de deux marcs d'argent, et à condition que, si elle meurt sans enfants, les maisons reviendront à l'ordre, du dix des calendes d'août* 1231. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 241 (xviii° s.).

### 1991. — 12 août 1231, Rieti.

*Le pape Grégoire IX donne pour la première fois à l'empereur Frédéric II le titre de roi de Jérusalem, le félicite d'avoir envoyé outre-mer son maréchal Richard Filangieri, et l'engage, à la fin de sa bulle, en quelques mots, à restituer les biens des Hospitaliers et des Templiers.* — « *Quod de tribus* ».

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1187, f. 91 (copie de la Porte du Theil, xviii° s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 15, f. 115 *b* (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pontif. Roman.*, I, n° 8785; Auvray, *Reg. de Grég. IX*, I, col. 439, n° 700. — Texte : Höfler, *Kaiser Friedrich II*, app. 334, n° 8 (complément); Huillard-Bréholles, *Hist. dipl. Frid. II*, III, 297; Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. XIII e reg. pontif. Roman.*, I, 363, n° 450; E. Ricca, *Discorso geneal. della famiglia Filangieri* (Naples, 1863), 108. — Extraits : Raynaldi, *Ann. eccl.*, xxi, 37.

Gregorius, etc., Friderico, illustri Romanorum imperatori semper augusto, Jerusalem et Sicilie regi, salutem, etc..... Ad hec petimus et postulamus instanter ut, erga domos Hospitalis et Templi Jerosolimitani propitia clementia serenatus, eis et ablata restituas, et alias ipsas prosequaris continua pietate, ita quod Deo gratum et nobis esse possit acceptum. Dat. Reate, ii idus augusti, pontificatus nostri anno v.

### 1992. — 23 août 1231, Maud's Castle.

*Henri III, roi d'Angleterre, mande à Richard de Burgh, justicier d'Irlande, de défendre aux tenanciers du roi, s'ils veulent conserver leurs tenures à Waterford, de se transporter sur les terres du Temple et de l'Hôpital; les tenanciers du Temple et de l'Hôpital, qui payent, comme les bourgeois, les droits de scot et de lot, ne pourront être exempts de redevances et de services, puisque les Templiers et les Hospitaliers n'ont droit, dans les cités et bourgs du roi, à cette exemption que pour un seul homme*[1].

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 15 Henri III, membr. 5 (copie contemp.). — Analyse : *Calendar of documents relating to Ireland*, I, 284, n° 1910.

Teste ut supra [apud Castrum Matildis, xxiii die augusti.]

### 1993. — Septembre 1231.

« *Donation faite à l'ordre par Alix, princesse d'Antioche, dame d'Arménie*[2], *veuve de Raimond II, prince d'Antioche, d'un casal apellé Tortiafa, situé dans le*

1. La charte de commune donnée, le 16 juin 1232, par Henri III, roi d'Angleterre, aux habitants de Waterford spécifie que le Temple et l'Hôpital n'auront, dans l'enceinte de la ville, qu'un seul homme et une seule maison qui soient exemptés des coutumes de la ville. (*Calendar of documents relating to Ireland*, I, 290, n° 1958.)

2. Elle était fille de Rupin III, roi d'Arménie.

*terroir de Toron, et d'une gastine qui en dépendoit, et d'une maison située dans le bourg de Toron, du mois de septembre* 1231. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 236 (xviii° s.).

### 1994. — Septembre 1231, Hesdin.

« *Acte en parchemin en langue latine par lequel Louis [IX], roy de France, fait scavoir qu'il a veu et ratifié certaines lettres latines et transcrites en entier dans le présent acte, par lesquelles Blanche, reine de France, mère dudit Louis, affranchit d'une redevance de douze deniers, un demy septier et deux boisseaux d'avoine, et d'un quart de chapon, due et à prendre sur la maison de frère Robert de Conchy, située audit lieu de Conchy, dans laquelle il a étably hôpital pour loger les pauvres; et consent que ladite maison serve ainsy d'hôpital et jouisse de l'affranchissement porté par lesdites lettres de l'an* 1229 *au mois de novembre, ratifiées par le présent acte passé à Hesdin l'an* 1231, *au mois de septembre, et scellé sur lacs de parchemin.* »

Analyse : Paris, Arch. nat., S. 5970, f. 143 (invent. d'Abbeville de 1739).

### 1995. — 6 septembre 1231, Rieti.

*Le pape Grégoire IX confirme aux Hospitaliers de Dacie la possession de deux terres appartenant à l'église de S. Eschille à Tuna, que leur avait concédées feu Guillaume, évêque de Strengnaes.*

Source : Stockholm, Bibl. de l'Acad. roy. des Belles Lettres, Hist. et Antiquités, ms. de C. Ornhjelm, bullaire I, 749 (copie, fin du xvii° s., d'après un vidimus du 10 février 1310 d'Arnold, prieur d'Eskilstuna). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 8797. — Texte : Lagerbring, *Swea Rikes historia*, II (Stockholm, 1773), 456; Liljegren, *Svenskt diplomatarium*, I, 694, n° 839.

Gregorius, etc., dilectis filiis priori et fratribus Hospitalis Jerosolymitani in Dacia, salutem, etc. [Cum a nobis petitur, etc.] Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, ecclesiam beati Eskilli, martiris et pontificis, de Tuna, quam bone memorie W[ilhelmus], Stregnensis episcopus, loci diocesanus, capituli sui accedente consensu, pia videlicet liberalitate concessit, et pie recordationis S[tephanus], Upsalensis archiepiscopus[1], metropolitanus eorum, de assensu carissimi in Christo filii K[nuti] regis illustris[2], nobilis viri B[ergeri], ducis Suevie[3], qui jus patronatus in eadem ecclesia dicitur habere, suis litteris confirmavit... nec non ea que ab eodem duce in locis que dicuntur Aby et Arby proponitis eos adeptos, sicut ea omnia juste et pacifice possidetis,..... vobis et per vos Hospitali vestro confirmamus. Dat. Reate, viii idus septembris, pontificatus nostri anno v.

### 1996. — 28 septembre 1231.

*Balian, seigneur de Sydon et bail du royaume de Jérusalem, certifie que Nicolas, fils de la fille de Sait le Scribe, a vendu, devant la cour du roi à Jérusalem, à Guérin,*

1. Etienne, premier archevêque d'Upsal, mort en 1185.

2. Knut, fils d'Eric IX le Saint, occupa le trône de 1167 à 1196 environ.

3. Birgir Brosa, mort en 1202.

*grand-maître de l'Hôpital, et aux Hospitaliers son fief de Manueth, moyennant seize cents besants.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 5 (orig.)[1]. — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 255.

Nos dominus Balianus, Sydoniensis dominus et regni Jerosolimitani bajulus, notum facimus universis Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod cum Nicholaus, filius filie Sayt Scribe, feodum suum, quod habebat apud Manuetum, pro utilitate et necessitate sua in curia regia exposuisset ad vendendum, ac juxta consuetudinem regni Jerosolimitani apud Accon, Tyrum et Cesaream venditionem feodi clamare fecisset, tandem spontanea voluntate sua domui Hospitalis Jerusalem, ac venerabili viro fratri Gerino, ejusdem domus magistro, nec non fratri Guillelmo de Tyneriis, preceptori Acconensi, ceterisque fratribus in ipsa domo successuris nomine suo ac heredum suorum et successorum posterorum, dictum feodum, quod habebat apud Manuetum, sine retentione juris vel rationis alicujus vendidit in curia regia libere pro mille et sexcentis bisanciis Sarracenatis. Quos bisancios in presencia curie recepit dictus Nicholaus integre et perfecte, renuntians omni exceptioni non numerate pecunie et doli, vel sine causa, seu alicujus circumventionis vel deceptionis. Promisit autem idem Nicholaus per stipulationem fidei sue et sacramenti, curia regia audiente, quod deinceps contra venditionem aliquatenus non veniret, nec heredes suos vel posteros successores venire permitteret, set contra omnes personas defenderet et guarantizaret, et observari faceret vendicionem feodi sui supradicti, quam pro utilitate sua fecerat magistro et fratribus Hospitalis. Constituit preterea memoratus Nicholaus quod, si quid plus precio nominato vendicio feodi sui valeret, ut totum sine revocatione aliqua vel calumpnia facienda cederet, et esset in elemosinam pauperum infirmorum. Addidit preterea quod si ratione juris alicujus ecclesiastici vel civilis venditio facta Hospitali posset irritari, seu modo aliquo revocari, ut neutrum jus sibi vel successoribus suis patrocinari posset vel prodesse, quominus venditio feodi domui Hospitalis rata et firma servaretur. Concessit insuper sepedictus Nicholaus ut, si quid per ignoranciam vel errorem omissum fuisset, quod pro parte Hospitalis deberet in presenti privilegio annotari, quod totum ad commodum domus Hospitalis intelligeretur appositum et insertum. Unde quia hec omnia supradicta in presentia nostra et aliorum baronum curie acta fuerunt et statuta, ne versutia aliqua vel malignitate posterorum ipsius Nicholai seu aliquorum aliorum calumpnia possint inquietari vel infringi, ad preces et instancias sepedicti Nicholai, et ad peticiones magistri et fratrum Hospitalis, presens privilegium, in perpetuam memoriam et stabilitatem omnium premissorum, sigilli nostri munimine ac subscriptorum virorum testimonio duximus roborandum. Hujus igitur rei testes sunt : dominus Odo, regni Jerosolimitani conestabulus; dominus Guarnerius Alemannus; dominus Jacobus de Agmindalea; dominus Haymarus de Leyron; dominus Monabeu; dominus Nicholaus Antelmi, et plures alii, qui interfuerunt presentes et audierunt. Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo primo, ac XXVIII mensis septembris.

### 1997. — 8 octobre 1231, Acre.

*Guérin, grand-maître de l'Hôpital, nomme Marquisius[2], frère de l'Hôpital, son représentant en cour de Rome.*

Source : Florence, Arch. d'Etat, Olivetani di Pistoia, spoglie delle cartapecore, n° 168

1. Du temps de Pauli, la bulle de Balian subsistait; Pauli l'a reproduite (*Cod. dipl.*, I, pl. 6, n° 64).

2. Nous savons, par la teneur du vidimus du 28 déc. 1235, qu'il était recteur de l'Hôpital de S. Sigismond.

(vidimus notarié du 28 décembre 1235, à la requête de Rénier, cardinal de S. Marie in Cosmedin). — Texte : R. Röhricht, *Amalrich I, König von Jerusalem*, dans *Mittheilungen des Instituts für Oesterreichische Geschichtsforschung*, XII (Inspruck, 1891), 492.

Universis presentes litteras inspecturis frater Gerinus, Dei gratia sancte domus Hospitalis Jerosolimitani magister humilis et pauperum Christi custos, salutem in Domino. Universitati vestre notum facimus quod nos, de voluntate et assensu fratrum nostrorum, constituimus dilectum nostrum fratrem Marquisium sindicum, actorem et procuratorem in omnibus causis, quas habemus vel habituri sumus in Romana curia, contra quoscumque vel quascumque, quoquo modo, ita quod possit plenarie, generaliter ac specialiter in omni casu agere, defendere, excipere, transigere, componere, respondere, contradicere ac judices impetrare prorsus arbitrio voluntatis. Preterea damus eidem fratri Marquisio [om]nem et plenariam potestatem constituendi alium procuratorem ad omnia supradicta, vel tantummodo ad impetrandum et contradicendum. Promittimus insuper quicquid cum dicto fratre Marquisio actum fuerit in premissis omnibus nos ratum et firmum habituros. In cujus rei testimonium et majorem securitatem, presentem paginam fieri fecimus, sigilli nostri munimine roboratas (*sic*). Actum apud Accon, anno Domini M ducentesimo XXXI, VIII die mensis octubris, indictione IIII.

## 1998. — 25 octobre 1231, Rieti.

*Le pape Grégoire IX charge Guillaume, évêque de Leighlin, le doyen et l'écolâtre de Drogheda, sur la plainte de Richard le Corner, évêque de Meath, de terminer le différend soulevé entre lui, d'une part, et l'abbaye N.-D. de Dublin, les Hospitaliers d'Irlande et quelques autres religieux du diocèse de Meath, d'autre part, au sujet des églises de Scrin et de Taverach*[1].

Source : Oxford, Bibl. Bodléienne, ms. Rawlinson, B. 495, f. 56 (copie, XIV-XV$^{e}$ s.). — Texte : J. T. Gilbert, *Chartularies of S. Mary's abbey, Dublin*, I (Londres, 1884), 165.

Gregorius, etc., venerabili fratri [Willelmo], episcopo Lechelinensi, et dilectis filiis decano et magistro scholarum de Droheda, Ardmachane dioceseos, salutem, etc. Dilectus filius Midensis electus nobis exposuit quod abbas et monachi S. Marie Dublin[ensis], Cisterciensis ordinis, prior et fratres Hospitalis Jerosolimitani in Hybernia, et quidam alii religiosi Midensis dioceseos, in ecclesiis de Scrin et Taverach et quibusdam aliis ecclesiis sibi lege diocesi subjectis, quasdam decimas et pensiones annuas indebite percipiunt, in earumdem ecclesiarum et ipsius electi prejudicium et gravamen, eas esse sibi concessas ab ejusdem electi predecessoribus proponentes, quamquam ex inde nulla exhibeant legitima monumenta. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, nisi religiosi predicti super eisdem decimis et pensionibus legitime potuerint se tueri, vos eos ab ipsarum perceptione desistere per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, cognita veritate, cogatis. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, tu, frater episcopus (*sic*), cum eorum altero ea nichilominus exequeris. Dat. Reate, VIII kalendas novembris, pontificatus nostri anno V.

1. Les prétentions des parties sont exposées en détail dans les pièces de procédure qui accompagnaient la sentence arbitrale, rendue le 18 mars 1233 (*Chartul. of S. Mary's abbey, Dublin*, I, 165-70) ; celle-ci ne mentionne ni les Hospitaliers d'Irlande, ni les religieux auxquels la bulle du pape faisait allusion.

**1999.** — 27 octobre 1231.

« *Acte par lequel Boémond IV, prince d'Antioche et comte de Tripoli, du consentement de Raimond et d'Henry, ses enfants, quitte à l'ordre toutes les demandes qu'il lui faisoit pour des dommages qu'il prétendoit luy avoir été causés, du* 6 *des calendes de novembre* 1231. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 237 (xviii<sup>e</sup> s.).

**2000.** — 27 octobre 1231, Acre.

*Giraud de Lausanne, patriarche de Jérusalem et légat du S. Siège, promulgue l'accord, intervenu sous sa médiation entre les Hospitaliers et Bohémond IV, prince d'Antioche et comte de Tripoli, par lequel, moyennant deux rentes, l'une de* 873 *besants d'Antioche et l'autre de* 316 *besants de Tripoli, consenties par celui-ci en leur faveur, ils renoncent à toutes les donations et concessions qu'ils avaient reçues de Raymond-Rupin dans la principauté d'Antioche, à l'exception de Giblet et du château de la Vieille.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 4 (orig.). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 120.

G[iraldus], divina miseratione patriarcha Jerosolimitanus, apostolice sedis legatus humilis et indignus, universis presentem paginam inspecturis, gratiam in presenti et gloriam in futuro. Cum gravis controversia super pluribus rebus et factis diu verteretur inter domum Hospitalis sancti Joannis Jerosolimitani, ex una parte, et nobilem virum Boemundum, principem Antiochenum et comitem Tripolitanum, ex altera, tandem per Dei gratiam magister et fratres dicte domus et dictus princeps fecerunt pacem et concordiam in presentia nostra de omnibus contentionibus ac querelis, tali modo quod jamdictus magister, de consensu et voluntate totius conventus sui, remisit bono animo et bona fide dicto principi et suis omnem offensam, et quitavit et remisit sepedicto principi et suis heredibus in perpetuum omnes donationes et franchisias, factas et concessas per dominum Rupinum jamdicte domui Hospitalis sancti Joannis in civitate Antiochena et dominio ejusdem civitatis, preter civitatem Gabuli et castrum Vetule, et abrenunciavit privilegiis omnibus factis per dictum dominum Rupinum super dictis donationibus et franchisiis. Item dictus magister, de assensu et voluntate totius conventus sui, quitavit ac dimisit bona fide et bono animo supradicto principi et heredibus suis in perpetuum omnes querelas et omnes injurias, et omnia dampna que facta fuerant supradicte domui Hospitalis per supradictum principem et suos usque ad diem facte pacis, salvis hereditagiis et privilegiis et franchisiis suis, quibus possint uti a die facte pacis in antea sicuti debent. Et pro hiis ultimis querelis et quitationibus donavit prenominatus princeps predicte domui Hospitalis trecentos et sexdecim bisantios Tripolitanos annuatim in perpetuum in Tripoli percipiendos. Preter hec autem donavit jam sepedictus princeps predicte domui Hospitalis octingentos et septuaginta tres bisantios Antiochenos in elemosinam, annuatim in Antiochia in perpetuum percipiendos. Item sepedictus princeps remisit dicte domui Hospitalis omnem offensam, et quitavit bono animo et bona fide omnes querelas et omnia dampna, que facta fuerant sibi et suis per dictam domum Hospitalis usque ad diem facte pacis, salvis hereditagiis et privilegiis et juridictionibus suis, quibus possint uti ipse et heredes sui a die facte pacis in antea sicuti debent. A die vero facte pacis in antea

nullus eorum, tam ex parte Hospitalis quam principis supradicti, poterit aliquo tempore repetere per dicta privilegia et franchisias dampna aliqua vel injurias sibi invicem irrogatas usque ad diem facte pacis. Quod autem supradictum est salvis privilegiis et franchisiis et juridictionibus, sic intelligendum est quod ex ista conpositione et mutua quitatione, sive salvatione privilegiorum, franchisiarum, juridictionum, privilegiis et franchisiis et juridictionibus utriusque partis nichil acquiratur, nec in aliquo detrahatur eisdem; que autem superius sunt notata, in previlegiis utriusque partis plenius continentur. Et ut premissa maneant......, presentem paginam appensione sigilli nostri fecimus communiri, eidem pagine ad majorem confirmationem nichilominus apposi[ti]. Actum anno Domini M CC XXXI, sexto kalendas novembris, in Accon, in palatio nostro.

### 2001. — 27 octobre 1231, Acre.

*Bohémond IV, prince d'Antioche et comte de Tripoli, assigne à Guérin, grand-maître de l'Hôpital, et aux Hospitaliers une rente de* 873 *besants d'Antioche, assise sur les revenus d'Antioche.* (*V. plus haut, n*° 2000.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 1 (orig.) et n° 2 (vidimus de P[ierre], évêque de Valanie, vers 1250). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 121.

In nomine sancte et individue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti, amen. Ge Boemund, per la grace de Deu prince d'Antioche et conte de Triple, faz asaveir à ceaus qui sunt et qui avenir sunt, que je, en bone fei et en bon corage, o l'otrei et la volenté de me fiz Boemund et Henri et de toz me heirs, doins et otrei et conferme en almohne à freire Gerin, honorable maistre de la sainte mayzon del Hospital de saint Johan de Jerusalem, et affreres qui sunt et seront de cele meesmes mayzon, VIII^c et LXX e III bisanz d'Antioche en assize en Antioche chascun an pardurablament. C'est asaveir je les assene de mois en mois à prendre al comerc d'Antioche; et si defaut al comerc, je les assene à la tanarie; et si defaut à la tanarie, je les assene à la funde del vin; et si defaut à la funde del vin, je les assene al apaut de la pecherie; et si defaut en ces IIII apauz sus motis, je les assene à prendre les en mes autres rentes en la seignore d'Antioche au meius aparant, à aver et tenir et posséer pardurablament, franchament et quittament en pais sens chalonge. Et por ce que cest don seit ferm et estable à toz jors mais, je ait fait escrivre cest present privilige, et garnir et confermer de mon seel de plomb. De cestes chouzas sunt garens: P[ieres], arcevesques de Cesaria; H[ugues], arcevesques de Sur; Hugues, arcevesques de Nazareth; B[alians], sires de Saesta; O[thes] de Monbelyart, conestables del reeume de Jerusalem; Garners Lalamans; B[oemund], sires del Betairo; Thomas, mareschalcs da Antiocha; Raols, sires del Poi; Jaques del Monthagnhec. Ce est fait à Acre, l'an del incarnation de notre segnor M CC XXXI, VI kalendas novembris.

### 2002. — 27 octobre 1231, Acre.

*Le même assigne aux mêmes une rente de* 316 *besants de Tripoli, assise sur les revenus de Tripoli.* (*V. plus haut, n*° 2000.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 3 (orig. scellé)[1]. — Texte :

1. Le sceau de Bohémond IV subsiste; il a été décrit dans notre travail sur les *Sceaux des Arch. de l'ordre de S. Jean de Jérusalem à Malte*, dans *Mém. des antiq. de France,* XLVII, 230.

Pauli, *Cod. dipl.*, I, 122. — EXTRAITS: Taaffe, *The history of the..... order of S. John of Jerusalem,* IV, app. n° LXIV.

In nomine sancte et individue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti, amen. Ge Boemund, per la grace de Deu prince d'Antioche et conte de Triple, faz asaveir à ceaus que sunt et qui avenir sunt, que je, o l'otrei et à la volenté de me fiz Boemund et Henri, en bone fei et en bon corage, et de toz mes hers, doins et otrei et conferm à frere Gerin, honorable maistre de la sainte mayzon del Hospital de saint Johan de Jerusalem, et affreres qui sunt et seron de cele meesmes mayzon, CCC e XVI bisanz Tripolit[ains], en assize à Triple chascun an pardurablament, por les quitances qu'il m'ont faites à mei et à mes heirs pardurablament des quereles et del contens, et des demandes qu'il aveent o mei, si cum il est contenu el privilige qu'il m'ont fait, que je ai seelé de lur seau de plomb; c'est à saveir à payer les susnomez CCCXVI bisanz Tripolit[ains], de tres en tres mois, chascun tres mois LXXIX bisanz, assené à la funde de Triple; e si defaut à la funde, je les assene à la bocherie; et si defaut à la bocherie, je les assene à la savonerie; et si defaut à la savonerie, je les assene à la tanarie; et si defaut en ces IIII luecs sus motiz, je les assene à prendre les en mes autres rentes dedens la cité de Triple et de hors al meaus apparant, à aveir et tenir et posséer pardurablament, franchament et quitement, en pais sens chalonge. Et por ce que cest don seit ferm et estable à toz jors mais, je ai fait escrivre cest prezent privilige, et garnir et confermer de mon seel de plomb. De cestes chozes sunt garens: P[ieres], arcevesques de Cesaria; Hugues, arcevesques de Sur; Hugues, arcevesques de Nazareth; B[alians], sires de Saesta; O[thes] de Mont Beliart, conestables del reeume de Jerusalem; Garners Lalamans; B[oemund], sires del Botron; Thomas, mareschals d'Antioche; Raols, sires del Pui; Jaques de Monteigni. Ce est fait à Acre, l'an del incarnacion de notre seignor M CC XXXI, VI kalendes de novembre.

## 2003. — 27 octobre 1231, Acre.

*Le même confirme le don et la vente, faits aux Hospitaliers par Jean Nicéphore, de biens à Cellorie.* (*V. plus haut, n°* 1593).

SOURCE: Malte, Arch. de l'ordre, div. 1, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 12 (orig.). — TEXTE: Delaville Le Roulx, *Archives de l'ordre à Malte,* 169.

† In nomine sancte et individue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti, amen[1]. Ge Boemunz, par la grace de Deu prince d'Antioche et coens de Triple, faz asaveir à ceaus qui sunt et qui avenir sunt, que je, en bone fei et en bon corage, o l'otrei et o la volenté de mes fiz Boemund et Henri et de toz mes heirs, que le don et la vente que Johan Nichefore, mon home, fist al Hospital de saint Johan de Jerusalem, c'est asaver ce que il avoit e avoir devoit en la gastine que a nom Cellorie, si cum il la fist à l'Ospital, je otrei et conferm ce que ma segnorie en apertient ni à mes heirs que la maizon del Hospital la teigne pardurablament, quitement et en pais. Et por ce que cest otrei seit ferme et estable pardurablament, je ai fait cest present previlige garnir et confermer de mon seel de plomb. De cestes choses sunt garent : P[ieres], arcevesque de Cezaria ; H[ugues], arcevesques de Sur ; Hugues, arcevesques de Nazareth ; B[alians], sires de Saesta ; O[thes] de Monbelyart, conestables del reeume de Jerusalem ; Garners Lalamans ; B[oemunz], sires del Botron ; Thomas, mareschals d'Antioche ; Raols, sires del Pui ; Jaques de Monteigni. Ce est

1. Ces deux lignes sont écrites en grandes majuscules ; les mots sont séparés par une sorte d'accolade.

à Acre fait, l'an del incarnation de nostre segnor M CC XXXI, VI kalendes de novembre.

*Au dos* (XVI^e s.) : Ce est le confermement del prince de la vente que Johan Nichefore fist de la gastine de Sellorie al Hospital, MCCXXXI.

### 2004. — 25 novembre 1231.

*Aubry, seigneur de Rosière, donne, avec l'assentiment de Matthieu II, duc de Lorraine, aux Hospitaliers de la Bouzule un pré, nommé Contranoi, à la Bouzule.*

SOURCE : Nancy, Arch. de Meurthe-et-Moselle, H. 3143, f. 58 (copie, fin XVII^e s.). — ANALYSE : H. Lepage, *Notice sur quelques établissements de l'ordre de S. Jean..... en Lorraine*, dans *Annuaire de la Meurthe pour* 1853 (Nancy, 1853), 44.

Ego Albericus de Roseriis notum facio omnibus quod ego, divine pietatis intuitu et pro remedio anime mee et antecessorum meorum, contuli fratribus Hospitalis Jerusalem ad domum ipsorum de la Bosule pratum meum, quod vocatur Contranoue, post decessum meum in perpetuum pacifice possidendum. Et hoc feci laude et assensu domini mei Mathei, ducis Lotharingie et marchionis, cujus foedi dictum pratum est. Et ut hoc verum in perpetuum maneat et inconcussum, sigillum dicti domini mei Mathei, ducis Lotharingie et marchionis, et sigillum meum presenti pagine robur et testimonium feci appendi. Datum feria tertia ante festum sancti Andree apostoli, anno gratie MCCXXX primo.

### 2005. — 25 novembre 1231.

*Matthieu II, duc de Lorraine, ratifie la donation faite aux Hospitaliers de la Bouzule par Vivian d'Amance, de la moitié d'une vigne sous Amance.*

SOURCE : Nancy, Arch. de Meurthe-et-Moselle, H. 3143, f. 58 *b* (copie, fin XVII^e s.). — ANALYSE : H. Lepage, *Notice sur quelques établissements de l'ordre de S. Jean..... en Lorraine*, dans *Annuaire de la Meurthe pour* 1853, 44.

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego Matheus, dux Lothoringie et marchio, laudavi et concessi elemosinam, quam Wivianus de Asmantia fecit domui de la Bozule et fratribus Hospitalis Jerusalem, de medietate vinee sue subter Asmantiam ; et hoc quod meum erat in dicta elemosina dicte domui contuli pro remedio anime mee et predecessorum meorum, libere et sine reclamatione mei vel successorum meorum imposterum. In hujus autem rei testimonium, sigillum meum presenti pagine feci appendi. Datum feria tercia ante festum beati Andree apostoli, anno gratie MCCXXX primo.

### 2006. — 8 décembre 1231, Arles.

*Raymond-Bérenger IV, comte de Provence et de Forcalquier, vend à Bertrand de Comps, grand-prieur de S. Gilles, les droits qu'il avait sur le château de S. Michel de Puimoisson.*

SOURCE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 825 (copie notariée contemp.).

In nomine domini nostri Jhesu Christi, anno ejusdem secundum carnem M CC XXXI, scilicet VI idus decembris, notum sit omnibus hominibus, tam futuris

quam presentibus, quod nos R[aimundus] Berengarius, Dei gratia illustris comes et marchio Provincie et comes Forcalquerii, vendimus vobis Bertrando de Coms, priori S. Egidii, et per vos domui Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani, et fratribus ejusdem domus Hospitalis presentibus et futuris, omnia jura, que nobis competunt vel competere possunt aliqua ratione vel jure, vel visa sunt competere nobis vel predecessoribus nostris, in castro S. Michaelis de Podio Monson et in pertinentiis et tenemento ejusdem castri, et omnem rationem et omnem seignoriam et jurisdictionem, quam habemus et visi sumus habere in dicto castro nos vel antecessores nostri, vel in ejusdem castri pertinentiis, sive sint in cavalcatis, sive in albergis, sive in quistis seu routis, vel adempris vel anplethis, sive in aliis exactionibus quibuscunque, sive in justitiis vel jurisdictione vel omnibus aliis, sive ista capiantur de jure vel de facto, juste vel injuste, pretio decem milia solidorum Raim[undensium], quos confitemur nos in integrum habuisse et recepisse, renuntiantes ex certa scientia exceptioni non numerate pecunie et non solute. Et si dicta jura plus valent vel valebunt in antea pretio dicto, totum illud, quantumcunque sit, donamus Deo et domui Hospitalis, pro redemptione anime nostre et antecessorum nostrorum, promittentes nos effecturos et curaturos quod R[aimundus] de Petra Viridi et W. de Mosteriis predictam venditionem laudabunt et approbabunt, et juramento confirmabunt, et nobis et successoribus nostris homagium facient et fidelitatem, salva nobis et nostris successoribus in dicto castro justicia sanguinis, unde aliquis pati debeat membri abscisionem vel capitis truncationem, vel mortem vel exilium, vel relegationem vel interdictum. Promittentes etiam, tactis sacrosanctis Dei evangeliis, juramus predictam venditionem per nos et nostris firmam et ratam habere et tenere, et non contravenire aliquo jure vel aliqua ratione, vel aliqua juris vel facti subtilitate per nos vel per interpositam personam, et quod non fecimus nec faciemus quominus dicta venditio firma et rata permaneat in futurum. Promittentes insuper vobis dicto B[ertrando] de Coms, priori S. Egidii, de evictione dicte venditionis sub obligatione omnium bonorum nostrorum; volentes et concedentes vobis dicto Bertrando et fratribus dicte domus ut vestra auctoritate possitis ingredi vel adipisci possessionem vel quasi dictarum rerum venditarum. Item promittimus dictam venditionem dicte domui ab omni persona et personis in jure et de jure defendere et salvare; renuntiantes inde omni juri scripto vel non scripto, legali vel canonico, facto vel faciendo, et consuetudinario, et specialiter minoris etatis beneficio, et omni legi, rationi et juri, per quam vel per quod contra predicta venire possemus vel ea in totum infringere vel in partem. Actum apud Arelatem infra Trolleam. Testes vocati et rogati fuerunt: Guido de Solereis, W. de Placentia, Pontius Durantus, juris periti; Hugo de Soleriis, R[aimundus] Euderius, milites; Segnoretus, preceptor domus Hospitalis Arelatensis; Arnaudus de Miserata, preceptor domus Hospitalis S. Egidii; Amatus, preceptor domus Hospitalis Avinionensis. Et ego P. Andree, publicus notarius prefati domini comitis, qui, mandato partium, hanc cartam scripsi et sigillo domini comitis sigillavi, et signum apposui.

## 2007. — 8 décembre 1231, Cantorbéry.

*Henri III, roi d'Angleterre, mande aux barons de l'Echiquier de contraindre Richard de Chilham à payer ce qu'il doit à la couronne sur ses biens autres que ceux de Chingford, mais de ne rien exiger du grand-prieur de l'Hôpital en Angleterre à Chingford pour les blés qu'il a achetés dudit Richard de Chilham.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 16 Henri III, membr. 18 (copie contemp.).

Teste ut supra [apud Cantuariam, VIII die decembris].

## 2008. — [1232][1].

*Henri et Conrad, landgraves de Thuringe, écrivent au pape Grégoire IX pour lui demander de ne pas maintenir aux Hospitaliers la possession de l'Hôpital fondé à Marbourg par Elisabeth, veuve du landgrave Louis de Thuringe, leur belle-sœur, hôpital qu'elle leur avait inconsidérément donné*[2].

Source : Marbourg, Arch. roy. d'Etat, Ordre Teutonique (3 copies, xvi[e] s.). — Texte : Hennes, *Urkundenbuch des Deutschen Ordens*, II, 44 ; *Historische und rechtsbegründete Nachricht..... des Teutschen Hauses und Land Commende Marburg* (Cassel, 1751), 23, n° 31 ; J. F. C. Retter, *Hessische Nachrichten*, II (Francfort sur le Mein, 1739), 46 ; A. Wyss, *Hessisches Urkundenbuch*, I (Leipzig, 1879, 3[e] vol. des Publ. des Arch. roy. d'Etat de Prusse), 22.

## 2009. — 1 janvier 1232.

*Accord entre Pierre Salvador, évêque de Porto, et les Hospitaliers, sur ce qu'ils devaient donner au prélat pour la visite des églises de Remeâo, Arada, Maceda, etc.*

Analyse : *España sagrada*, XXI, col. 97.

## 2010. — 7 mars 1232, Westminster.

*Henri III, roi d'Angleterre, mande à H[enri] de Trubleville, sénéchal de Gascogne, qu'il a accordé aux Hospitaliers de Gascogne des lettres de protection illimitées.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 16 Henr. III, membr. 7 (copie contemp.)

Teste rege apud Westmonasterium, vii die marcii.

## 2011. — 10 mars 1232, Westminster.

*Le même reconnaît qu'il doit payer à P[ierre Mauclerc], duc de Bretagne et comte de Richemont, trois mille marcs dû* 11 *au* 25 *avril* 1232, *et que les Hospitaliers ont garanti cette somme au débiteur ; il donne à ceux-ci des gages pour leur assurer le remboursement de cette somme*[3].

Source : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 16 Henr. III, membr. 7 (copie contemp.).

Teste me ipso apud Westmonasterium, x die marcii.

1. Cette date approximative est fournie par un acte du 27 juillet 1232, relatif à la même affaire. (V. plus bas, n° 2027.)

2. Les juges délégués par le S. Siège pour examiner cette requête promulguèrent, le 2 août 1232, la sentence arbitrale rendue par C. de Marbourg, prédicateur et visitateur des monastères d'Allemagne, arbitre choisi par C. de Heimbach, grand-précepteur d'Allemagne, et par les maîtres de l'Hôpital S. François de Marbourg ; elle déboutait les Hospitaliers de leurs prétentions. (A. Wyss, *Hess. Urkundenbuch*, I, 23, n° 27.)

3. Ces gages, déposés à l'Hôpital de Clerkenwell, consistaient en une couronne du trésor royal (acte du 16 juillet 1232, Londres, Record office, Rot. litt. pat., 16 Henr. III, membr. 3). Les Templiers d'Angleterre, garants d'une même somme, due au duc de Bretagne par le roi et payable du 24 juin au 8 juillet 1232, reçurent des gages le même jour (10 mars 1232), au Temple de Londres. (Londres, Record office, Rot. litt. pat., 16 Henri III, membr. 7.)

**2012.** — 12 mars 1232[1], Westminster.

*Le même certifie que, le 12 mars 1232 (jour de la saint Grégoire), il n'a emprunté aucune somme d'argent aux Hospitaliers d'Angleterre, mais a déposé de l'argent entre leurs mains*[2].

Source : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 16 Hen. III, membr. 7 (copie contemp.).

Teste ut supra [xii die marcii][3].

**2013.** — 14 mars 1232, Rieti.

*Le pape Grégoire IX ratifie le droit d'usage dans la forêt de Brothonne et les privilèges accordés par Robert IV, comte de Meulan, aux Hospitaliers de Pontaudemer.* (*V. plus haut*, I, *n*° 349.)

Source : Paris, Arch. nat., S. 5197, n° 1 (orig.).

Gregorius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis sancti Johannis de Ponte Audomarii, Lexoviensis diocesis, salutem, etc. Cum a nobis petitur, etc. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, usagium foreste de Broton[n]ie, nec non libertates et immunitates, a quondam R[oberto], comite Mellenti, Hospitali vestro pia libertate collatas, sicut eos juste ac pacifice obtinetis, et in ipsius litteris inde confectis plenius dicitur contineri, vobis et per vos eidem Hospitali auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc, Si quis, etc. Dat. Reate, ii idus martii, pontificatus nostri anno v.

**2014.** — 22 mars 1232.

*Sanche II, roi de Portugal, donne à l'ordre de l'Hôpital, représenté par Pierre Fernandez, grand-commandeur d'Espagne, par Menendo Gonçalves, prieur de Portugal, et par le commandeur de Belveer, un territoire à peupler, appelé Cochanal ou Crato.*

Sources : Lisbonne, Arch. roy. de Portugal, layette 6, liasse unique, n° 22 (orig., très mauvais état); Paris, collection J. Delaville Le Roulx (fragment de cartulaire, xiv° s.)[4]. — Extraits : J.A. de Figueiredo, *Nova historia da militar ordem de Malta em Portugal*, I, 442.

Quoniam ea, que inter homines fuerunt, quandoque a mentibus eorum elabuntur, nisi in scripture robore confirmentur, idcirco ego Sancius secundus, Dei gratia rex Portugalie, filius illustris regis Aldefonsi, ad honorem Dei et beate Marie semper virginis ac sancti Johannis Babtiste, et in remissionem omnium meorum pecaminum, facio carta[m] donationis et perpetue firmitudinis vobis domino [Petro Ferrandi, commendatori Hospitalis Jerosolimitani in] quinque

1. D'après le rôle des lettres patentes, cet acte devrait être daté du 10 mars ; mais comme il y est fait allusion à la saint Grégoire (12 mars 1232), il est vraisemblable que les mots « teste ut supra » se réfèrent au 12 mars 1232.

2. Probablement la somme qu'il devait au duc de Bretagne (V. plus haut, n° 2011), ou des garanties pour cette somme.

3. Même attestation pour les Templiers d'Angleterre.

4. La rubrique, en tête de cet acte, porte : Carta del rey do. S. deu Ocrate ao Hospital.

reg[n]is Spanie, et vobis domino Menendo Gunsalvi, priori Hospitalis in Portugalia, et vobis fratri domino Velasco Fernandi de Decia, et Johanni Menendi, commendatori de Belveer, et omnibus fratribus ejusdem ordinis presentibus et futuris, de illo loco qui dicitur Cochanal, cui de novo nomine imponitur Ocrate, ut faciatis ibi populacionem et fortelezam; et asino vobis os terminos versus Aurantes per illam aquam que dicitur Lampa, deinde assummum de Soor, et xinde (*sic*) quomodo vadit ad Matam de Alfeigolos, deinde per achacadorium de Seda et versus alter de Plano, quomodo dividit per cabeçam de Cornadum, et deinde ad cabeçam de Linares et versus Elvas extendantur termini usque ad tres leucas et versus populacionem de Vide[1] per cabeçam d'Almungedar, et deinde quomodo vadit ad Cimalas de Soor, deinde decendendo per Soor quomodo dividit cum Nisa. Do vobis et concedo quicquid est infra terminos istos, ut habeatis et possideatis perpetuo jure hereditario vos et omnes successores vestri. Et ut factum istud nostrum majus robur obtineat, hanc cartam sigillo meo feci communiri, et coram idoneis testibus eam propriis manibus roboravi. Facta carta apud Colimbriam, XI kalendas aprilis, in era M CC LXX. Dominus Martinus Johanis, signifer; dominus Aprilis tenens Lamecum; dominus Fernandus Fernandi tenens Braganciam ; dominus Egidius Valasques tenens Causam ; dominus Martinus Egidii tenens Ripam Miniz; dominus Martinus Pelagii Ribeire tenens Laiosum ; dominus Suerius Gomecii tenens Transserram; Martinus, episcopus Portuensis ; Petrus, episcopus Colimbrie ; Suerius, Ulixbonensis episcopus ; Suerius, Alborensis episcopus ; Egidius, episcopus Visensis ; magister Vincencius, electus Egitanensis, chancellarius curie ; Pelagius, Lamecensis episcopus.

## 2015. — 4 avril 1232, Acre.

*Jean d'Ybelin, seigneur de Beyrouth, et Jean, seigneur de Césarée, promettent à Guérin, grand-maître de l'Hôpital, de maintenir à l'ordre la possession de maisons à Acre, que Jean, fils de feu Philippe d'Ybelin, lui avait vendues, et le garantissent contre les revendications d'Alix de Montbéliard, veuve de Philippe d'Ybelin, et de Marie, fille d'Alix.*

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 6 (orig. scellé). — TEXTE : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 292.

In nomine domini nostri Jesu Cristi, amen. Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod nos Johannes de Ybelino, dominus Berithi, et nos Johannes, dominus Cesaree Palestine, constituimus et facimus nos plegios et principales debitores ac defensores vobis fratri Gerino, sancte domus Hospitalis Jerusalem magistro, recipienti nomine dicte domus Hospitalis et fratrum ipsius domus, de domibus cum omni jure suo et omnibus pertinenciis suis, quas vobis nomine domus Hospitalis et fratrum vendidit in curia Acconensi Johannes de Ybelino, filius defuncti domini Philippi de Ybelino. Quibus domibus coheret ab uno latere domus dicti Hospitalis, ab alio latere domus ejusdem Hospitalis, quas inhabitat principissa, et quedam domus domini Menaboi ; retro vero doga fossati civitatis ; ante vero via publica. Quas domos cum omni jure suo et pertinenciis suis promittimus vobis magistro Gerino, nomine predicte domus et fratrum ejusdem, defendere legitime ac garentire a domina Aelisia comitissa, uxore quondam dicti domini Philippi de Ybelino, et a Maria, ejus filia, ac demum ab omnibus personis propinquis et extraneis annum et diem, secundum usus et consuetudines civitatis Acconensis. Item

1. Dans la copie du XIV^e s., les deux mots « de Vide » sont remplacés par « deinde ».

promittimus vobis magistro nomine dicte domus et fratrum nos facturos et curaturos, ita quod predicta comitissa et Maria, filia ejus, ratum et firmum habebunt et tenebunt quicquid factum est de vendicione predictarum domorum, et in nullo contravenient, ac quod omnia privilegia et instrumenta seu scripta, que pertinent ad defensionem et detentionem domorum predictarum, vobis magistro et fratribus Hospitalis restituentur et dabuntur. Et ut hec omnia supradicta de nostra fidejussione et promissione robur obtineant firmitatis, presens scriptum sigillorum nostrorum impressione et subscriptorum virorum testimonio fecimus roborari. Testes igitur inde sunt : Stephanus Boutier, vicecomes Acconensis ; Guido Antelmi ; Bernardus de Conchis ; Andreas de Vienna ; Raimundus de Conchis ; Alanus, Iterus, Seignoretus, jurati curie Acconensis. Actum apud Accon, anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo secundo, indictionis.....[1], quarto mensis aprilis.

### 2016. — 18 avril 1232.

« *Vente faite par Jean d'Ybelin, fils de Philippe, au grand-maître Guérin II [Gérin], de plusieurs maisons qu'il avoit à Acre, à la rue de la Vieille Reine, du 18 avril* 1232. » (*V. plus haut, n°* 2015.)

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 242 (xviii<sup>e</sup> s.).

### 2017. — 3 juin 1232, Spolète.

*Le pape Grégoire IX ordonne aux évêques de protéger les Hospitaliers contre les prétentions des seigneurs qui veulent percevoir l'impôt du vingtième, la taille, etc., sur les legs et donations faits à l'ordre.*

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 197 (copie de S. Pauli, xviii<sup>e</sup> s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 12, n° 9 (orig.).

Gregorius, etc., archiepiscopis, etc., salutem, etc. Dilecti filii fratres Hospitalis Hierosolymitani nostro apostolatui sunt conquesti quod quidam magnates et alii nobiles, in vestris diocesibus constituti, de possessionibus, que ipsis a vivis sive a defunctis rationabiliter conferuntur, pro suis expeditionibus et excubiis faciendis vicesimum, questam et exactiones ab ipsis indebitas extorquere presumunt. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus quatenus jamdictos molestatores, ut ab hujusmodi exactionibus omnino desistant, et jura predictorum fratrum in aliquo ledere non presumant, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellatis. Dat. Spoleti, iii nonas junii, pontificatus nostri anno vi.

### 2018. — 25 juin 1232, Arles.

*Raymond-Bérenger IV, comte de Provence et de Forcalquier, confirme à Bertrand de Comps, grand-prieur de S. Gilles, toutes les possessions des Hospitaliers dans les comtés de Provence et de Forcalquier.*

Sources : Carpentras, Bibl. publ., ms. Peiresc 48, f. 593 et f. 677 *b* (copies du xvii<sup>e</sup> s.,

1. Le chiffre de l'indiction a été laissé en blanc par le scribe.

d'après un vidimus de B. Robaud, notaire de Manosque) ; Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 50, privileges, n° 8 (2 originaux, dont un scellé [1], et 2 vidimus du XIII$^e$ s.). — ANALYSE : Lambert, *Cat. des man. de Carpentras,* II, 290.

In nomine domini nostri Jesu Christi, anno ejusdem secundum carnem millesimo M CC XXXII, septimo kalendas julii, notum sit omnibus presentibus et futuris quod nos R[aimundus] Berengarius, Dei gratia illustris comes et marchio Provincie et comes Forcalcherii, pro Dei reverentia, in peccatorum nostri parentumque nostrorum remissionem et indulgentiam, Deo et Hospitali Jherusalem sancti Johannis, et vobis caro et dilecto nostro fratri Bertrando de Cumps, priori Hospitalis S. Egidii, recipienti prefati nomine Hospitalis, vestris precibus inclinati, omnia bona inmobilia, sive consistant in hominibus, in civitatibus, castris vel villis, domibus, vineis, pratis, vel in terris cultis vel incultis, nemoribus, pascuis, jurisdicionibus, et omnia alia bona, que prefatum Hospitale quacumque justa ex causa habet, titulo donationis scilicet, emtionis vel permutationis tenet vel possidet, vel visum est habere, tenere vel possidere usque in hodiernum diem in comitatibus Provincie et Forcalcherii auctoritate donationis nostre, per nos et successores nostros approbamus, et presentis instrumenti testimonio valituri perpetuo conmunimus et confirmamus. Si quis autem contra hanc pietatis nostre concessionem, approbationem et confirmationem ausu temerario venire presumserit, iram omnipotentis Dei et nostram indignationem se noverit incursurum. Actum Arelate, in aula Trollie. Testes : G., prepositus Barjoli ; frater Arnaudus de Miserata, preceptor Hospitalis S. Egidii ; frater Amatus ; Poncius et Bertrandus de Alamannono ; Hugo de Soleriis et Guillelmus Gantelmus. Et ego magister Galterius, cantor Regensis et notarius [2] ejusdem domini comitis, qui mandato ipsius presens instrumentum confeci, et ipsius sigillo sigillavi.

### 2019. — 26 juin 1232, Spolète.

*Le pape Grégoire IX renouvelle la bulle d'Honorius III, du* 21 *août* 1227 : « *Quieti vestre providere* ». (*V. plus haut, n°* 1881.)

SOURCES : Lyon, Arch. du Rhône, H. 22, f. 109 (copie d'A. de Naberat, XVII$^e$ s.) ; Paris, Arch. nat., S. 5059, n° 8, f. 2 *b* (cartul. de Fieffes, XV$^e$ s.), et S. 5533, f. 45 *b*. (invent. des titres de Fieffes, copie du XVI$^e$ s.)

Dat. Spoleti, VI kalendas julii, pontificatus nostri anno VI.

### 2020. — 30 juin 1232, Edimbourg.

*Alexandre II, roi d'Ecosse, confirme aux Hospitaliers les possessions et les privilèges dont ils jouissaient dans ses états.*

SOURCE : Edimbourg, Bibl. des Avocats, Registrum Album, f. 9 (copie, milieu du XIV$^e$ s.). — TEXTE : *Registrum episcopatus Aberdonensis,* II, 266.

Alexander [3], Dei gratia rex Scottorum, omnibus probis hominibus totius terre

1. Le sceau est décrit dans Blancard, *Iconogr. des sceaux et bulles... des arch. départ. des Bouches-du-Rhône,* p. 12, n° 13, et pl. 5, n° 3. Les deux originaux de Marseille ne sont pas identiques ; ils offrent quelques différences d'orthographe ou de formules, quelques interversions dans l'ordre d'inscription des témoins.

2. A partir d'ici, dans l'original n° 2, la formule est remplacée par celle-ci : Prefati domini comitis qui, mandato ejusdem, presens instrumentum confeci vel dictavi, et scribi feci, et subscripsi : « Justus ex fide vivit », et sigillo ipsius sigillavi.

3. Cette pièce est précédée de la rubrique suivante : Carta confirmationis Alexandri regis, fratribus Hospitalis Jerusalem concessa.

sue, clericis et laycis, salutem. Sciant presentes et futuri nos concessisse, et hac carta nostra confirmasse Deo et fratribus Hospitalis Jerusalem omnes donationes terrarum, hominum et tenentium, ac elemosinarum, que eis rationaliter facte sunt, tam in ecclesiis quam in aliis rebus, privilegiis et possessionibus mundanis. Volumus igitur et firmiter precipimus ut dicti fratres omnes possessiones et elemosinas suas habeant et teneant cum sok et sak, cum toll et theme, infangandthef [et utfangandthef], et cum omnibus aliis hereditatibus et liberis consuetudinibus ac quietantiis suis, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in viis et semitis, in moris et maresiis, in stagnis et vivariis, in piscariis et grangiis ac virgultis infra burgum et extra, et in omnibus rebus liberas et quietas de placitis et querelis, scutagio, auxiliis et assisis, et de operatione castellorum et pontium, et de bludwite et de passagio, pontagio et hostellagio, et quietas de omni tellonio et de omni seculari servicio, opere servili, exactione et de omnibus aliis consuetudinibus secularibus, excepta solum justicia hominis condempnati, et exceptis quatuor querelis, que ad coronam nostram pertinent, scilicet de rapina, de combustione, de murthir et de femina afforciata. Volumus et concedimus omnibus hominibus predictorum fratrum, et qui de eisdem tenent quicquam in burgo vel extra burgum, ut liberi sint ab omni tolloneo et de omnibus consuetudinibus in omnibus emptionibus, venditionibus qualitercunque contingentibus. Volumus insuper et firmiter precipimus ut, si predicti homines eorundem fratrum et tenentes coram nobis vel aliquibus ballivis nostris pro aliqua causa fuerint amerciati, prefata merciamenta sancto Joanni et dictis fratribus remaneant in perpetuum ; et si predicti fratres aliquo modo fuerint amerciati, sint quieti pro una ulna scarleti. Quare volumus et concedimus et firmiter precipimus ut predicti fratres omnia prescripta habeant et teneant de nobis et successoribus nostris in liberam, puram et perpetuam elemosinam, secundum quod liberius et quiecius ac plenius, temporibus antecessorum et successorum nostrorum, regum Scottorum illustrium, habere consueverunt. Hec autem omnia prescripta damus, concedimus et confirmamus pro amore Dei et animabus omnium antecessorum et successorum nostrorum. Testibus : Willelmo[1], episcopo Glasguensi ; Andrea, episcopo Moraviensi ; Willelmo de Bond[ington], tunc cancellario ; Joanne..... de Huntyngton ; David de Lyndesay ; Ricardo Champ. ; David Marescallo ; Waltero Byset ; Johanne de Haya ; Alexandro de Stryvelyne, et multis aliis. Apud Castrum Puellarum, XXX die junii, anno regni nostri septimo decimo.

## 2021. — Juillet 1232.

*Simon V, seigneur de Clefmont, pour mettre fin au débat pendant entre lui et les Hospitaliers relativement à Fourbières, confirme, en la reproduisant, la charte, donnée en 1187 à l'Hôpital par son père Simon IV, comte de Clefmont, et conclut avec l'ordre diverses conventions relatives à l'étang de Fourbières* (*V. plus haut*, 1, *n*° 826.)

Source : Paris, Arch. nat., S. 5224 A, n° 7 (orig. scellé).

Actum anno Domini M CC XXX secundo, mense julii.

## 2022. — 12 juillet 1232, Spolète.

*Le pape Grégoire IX annonce à l'empereur Frédéric II qu'il envoie vers lui Giraud*

1. Il faut lire « Walterio ». Gautier fut, il est vrai, évêque de Glasgow de 1208 à 1232, mais Guillaume de Bondigton, son successeur, figurant ici comme chancelier d'Écosse, l'erreur est évidente.

*de Lausanne, patriarche de Jérusalem et légat du S. Siège, et les représentants des grands-maîtres du Temple et de l'Hôpital, pour l'instruire de l'état de la Terre Sainte et lui donner les moyens de la pacifier. Il souhaite un heureux dénouement à l'affaire de Gaète.* — « *Affectus interni sinceritas* »

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 16, f. 17 *b* (copie contemp.). — Analyse : Auvray, *Reg. de Grég. IX*, I, col. 509, n° 814. — Texte : Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. XIII e reg. pont. Roman.*, I, 378, n° 469.

Dat. Spoleti, IV idus julii, [pontificatus nostri] anno VI.

## 2023. — 14 juillet 1232, Arles.

*Raymond-Bérenger IV, comte de Provence et de Forcalquier, confirme, à la requête de Bertrand de Comps, grand-prieur de S. Gilles, le privilège accordé aux Hospitaliers, le* 9 *décembre* 1182, *par Alphonse II, roi d'Aragon, et par Sanche, comte de Provence.* (*V. plus haut,* I, *n°* 647.)

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 50, n° VII (orig.); B. 324 (2 copies, l'une notariée, du XIII^e s., et l'autre de 1779).

In nomine domini Jhesu Christi, anno ejusdem secundum carnem millesimo CC XXX II, II idus julii, nos R[aimundus] Berengarius, Dei gratia illustris comes et marchio Provincie et comes Forcalcherii, piis cari nostri fratris Bertrandi de Cumps, prioris Jherosolimitani Hospitalis S. Egidii, postulationibus favore gratuito concurrentes, pietatis intuitu, in peccatorum nostri parentumque nostrorum indulgentiam, concessionem et donationem, a bone memorie domino Ildefonso, rege quondam Arag[onum] et comite Barchinone, avo nostro, et S[ancio], comite Provincie, nostro avunculo, factam, sicut in instrumento, eorum sigillato sigillis, vidimus contineri, approbantes, confirmamus et presentis vigore pagine seu testimonio roboramus. Tenor autem instrumenti memorati regis et comitis predictorum talis est : « Ildefonsus, etc. (V. plus haut, I, n° 647) ». Nos itaque, piis predecessorum nostrorum actionibus contraire nolentes, sed salubribus pietatis eorum inherere cupientes vestigiis, reverenter universis nostris fidelibus districte precipimus ut predictam concessionem et donationem prefati Hospitalis fratribus inviolabiliter teneant et observent. Si quis autem temeritate dampnabili contravenire presumpserit, iram omnipotentis Dei et nostram indignationem se noverit incursurum. Actum Arelate, in camera majori Trollie. Testes : Romeus, judex Provincie ; G., prepositus Barjol[i] ; frater Johannes, sacerdos ; frater Amatus. Et ego magister Galterus, cantor Regensis et notarius prefati domini comitis, qui mandato ejusdem presens instrumentum confeci, et scripsi, et sigillo ipsius sigillavi.

## 2024. — 25 juillet 1232, Rieti.

*Le pape Grégoire IX ordonne à Giraud de Lausanne, patriarche de Jérusalem et légat apostolique, de venir sans retard à la cour pontificale, pour l'éclairer, de concert avec les Templiers et les Hospitaliers, sur les affaires de Terre Sainte.* — « *Jerusalem rex supremus* »

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 16, f. 23 *b* (copie contemp.). — Analyse : Auvray,

*Reg. de Grég. IX,* I, col. 516, n° 835. — Texte : Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. XIII e reg. pontif. Roman.,* I, 382, n° 474.

Dat. Reate, VIII kalendas augusti, [pontificatus nostri] anno VI.

**2025.** — 26 juillet 1232, Rieti.

*Le même mande à Albert Rezato, patriarche d'Antioche et légat apostolique, après avoir tenu conseil avec les grands-maîtres du Temple et de l'Hôpital, d'engager les nobles du royaume de Jérusalem, les citoyens d'Acre, etc., à se soumettre à l'empereur Frédéric II et à son fils Conrad. — « Regi, filio summi »*

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1187, f. 246 (copie de la Porte du Theil, XVIII^e s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 16, f. 24 (copie contemp.). — Analyse : Auvray, *Reg. de Grég. IX,* I, col. 516, n° 836 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 8982 ; Raynaldi, *Ann. eccl.*, XXI, 70. — Texte : Huillard-Bréholles, *Hist. dipl. Frid. II,* IV, 376 ; Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. XIII e reg. pontif. Roman.,* I, 383, n° 476.

Dat. Reate, VII kalendas augusti, [pontificatus nostri] anno VI.

**2026.** — 26 juillet 1232, Rieti.

*Le même exhorte les Hospitaliers, pour réformer le royaume de Jérusalem, à prêter leur assistance à Albert Rezato, patriarche d'Antioche et légat apostolique, et à soutenir l'empereur Frédéric II contre les rebelles.*

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 197 *b* (copie de S. Pauli, XVIII^e s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 116 (copie, XVI^e s.), et bull. E, p. 222 (auj. perdu); Rome, Arch. du Vatican, reg. 16, f. 24 *b* (copie contemp.). — Analyse : Auvray, *Reg. de Grég. IX,* I, col. 517, n° 837 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 8983. — Texte : Huillard-Bréholles, *Hist. diplom. Frid. II,* IV, 378 ; S. Pauli, *Cod. dipl.,* I, 271. — Extraits : Taaffe, *The history of the... order of S. John of Jerusalem,* IV, app. n° LXV.

Gregorius, etc., magistro et fratribus Hospitalis Hierusalem, salutem, etc. Plenis est votis appetenda concordia, cujus integritas etiam parvis ad grandia prebet ascensum, et totis est nisibus vitanda discordia, cujus scisma summa multoties detrahit ad ruinam. Sane audivimus quod regni Hierusalem turbatus est status, ordo confusus, cum quidam ad charissimi in Christo filii nostri Frederici, Romanorum imperatoris semper augusti, Hierusalem et Sicilie regis illustris, prosilientes injuriam, jam publice, sicut fertur, signa rebellionis ostendunt ; dumque hii a cepta molestia non desistunt, et alii regalia jura defendunt, in christianos manus christiana reflectitur, que in Christi blasphemos, bellis non fatigata civilibus, deberet extendi, et sumptus in subjectorum dispendium convertuntur in damnum hostium deputati. Porro in talibus satis est dubia sors, nimis suspectus eventus, cum exorte discordie scandalo hostibus inique machinationis janua pateat, et nostris via subsidii procludatur. Verum cum ante languorem preparanda sit medicina, differenda non creditur in languore ; unde mali principio volentes remedio subveniri, ne cure dilatio curationis perdat effectum, universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, sicut divinam et nostram gratiam charam habetis, ad reformationem regni predicti venerabili fratri nostro.. patriarche Antiocheno, apostolice sedis legato, prudenter et viriliter assistentes, hiis, que prefati impera-

toris justitiam persequantur, impendatis et consilium, auxilium opportunum, opem et operam efficacem. Dat. Reate, VII kalendas augusti, [pontificatus nostri] anno VI[1].

### 2027. — 27 juillet 1232, Mayence.

*Sigfried III, archevêque de Mayence, certifie qu'il n'a jamais entendu soumettre aux Hospitaliers l'hôpital fondé à Marbourg par Elisabeth, veuve du landgrave Louis de Thuringe.* (*V. plus haut, n°* 2008.)

Source : Marbourg, Arch. roy. d'Etat, Ordre Teutonique (orig. scellé). — Analyse : J. F. Boehmer, *Reg. archiep. Moguntinensium* (éd. C. Will, Inspruck, 1877-83), II, 219. — Texte : Hennes, *Urkundenbuch des Deutschen Ordens*, II, 45; *Historische und Rechtsbegründete Nachricht... des Teutschen Hauses und Land Commende Marburg* (Cassel, 1751), 23, n° 30; Retter, *Hessische Nachrichten*, II (Francfort sur le Mein, 1739), 46 ; A. Wyss, *Hessisches Urkundenbuch*, I (Leipzig, 1879, 3e vol. des Publ. des Arch. roy. d'Etat de Prusse), 23, n° 26.

Datum Moguntie, anno Domini M CC XXXII, VI kalendas augusti, pontificatus nostri anno II.

### 2028. — 18 août 1232, Tobel.

*Frédéric II, duc d'Autriche et de Styrie et seigneur de la Carniole, confirme l'arbitrage intervenu, à l'instigation de son père, entre les Hospitaliers et le curé de Riegersbourg (Rykersburch) à l'occasion de l'église de Fürstenfeld. Par cet accord, les Hospitaliers, pour avoir la paisible possession de l'église, durent payer une rente annuelle de cinq marcs au curé, et, pour s'acquitter, engagèrent les revenus de Waltersdorf jusqu'à l'époque où ils auraient acheté la ville de Breitenfeld (Praitenveld); mais, comme elle avait des revenus supérieurs à la rente due, le curé de Riegersbourg acheta le reste desdits revenus moyennant quarante cinq marcs. — Le duc ratifie ces diverses conventions.*

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, G. XL, command. de Fürstenfeld (orig. scellé). — Texte : J. von Zahn, *Urkundenbuch des Herzogthums Steiermark*, II, 394.

Datum in Tobel, XV kalendas septembris, anno Domini M CC XXXII, indictione IIII.

### 2029. — 5 septembre 1232, Anagni.

*Le pape Grégoire IX prend sous sa protection l'Hôpital S. Gérald, au diocèse de Pérouse.*

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 198 *b* (copie de S. Pauli, XVIIIe s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 117 (copie, XVIe s.), et bull. E, f. 223 (auj. perdu).

Gregorius, etc., magistro et fratribus Hospitalis S. Geraldi, Perusiensis diocesis, etc. Cum a nobis petitur, etc. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras et Hospitale, in quo divino vacatis obsequio, cum omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum justis modis, prestante Domino, poteritis adipisci, sub

1. La même bulle fut adressée aux Templiers, aux Teutoniques et à tous les prélats du royaume de Jérusalem.

beati Petri et nostra protectione suscepimus, specialiter autem terras, possessiones, redditus et alia bona vestra, sicut ea omnia juste et pacifice possidetis, vobis et per vos eidem Hospitali auctoritate apostolica confirmamus, presentisque scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Anagnie, nonis septembris, pontificatus nostri anno VI.

## 2030. — 11 septembre 1232.

*Bertrand de Comps, grand-prieur de S. Gilles, avec l'assentiment de Foulques de Bonasse, commandeur de Manosque, et d'Arnaud de Miserata, commandeur de S. Gilles, fait un règlement avec les habitants de Manosque relatif au droit de fournage.*

SOURCE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 668 (orig. scellé)[1].

Anno incarnationis..... M CC XXXII, III idus septembris.

## 2031. — 11 septembre 1232.

*Jacques de Bazoches, évêque de Soissons, Simon I d'Epinouse, prévôt de Soissons, Thomas, doyen de Soissons, et le chapitre de cette église, Béatrice I de Chérisy, abbesse de N.-D. de Soissons, Raoul IV de Braine, abbé de S. Médard, Renaud, abbé de S. Crépin le Grand, Raoul, abbé de S. Jean des Vignes, Hugues, abbé de S. Léger, R., abbé de S. Crépin en Chaie, Hugues V d'Oroir (de Oratorio), abbé de Longpont, et la commune de Soissons écrivent à Louis IX, roi de France, pour le prier d'intervenir auprès du grand-prieur de France, afin d'empêcher l'échange projeté avec Jean de Braine, comte de Mâcon, d'une maison de l'ordre, appelée Maupas, sise dans la censive de N.-D. de Soissons. Cet échange, s'il s'effectuait, serait désastreux pour toutes les églises de Soissons et des environs, et justifierait le nom de la maison qui en serait l'objet (Malus Passus).*

SOURCES : Laon, Arch. dép. de l'Aisne, H. 1508, f. 319 (copie, XVII^e s.); Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 146, f. 92 (copie, XVIII^e s.).

Datum apud Suessiones, sabbato post nativitatem beate Marie virginis, anno Domini millesimo CC tricesimo secundo.

## 2032. — 17 septembre [1232], Coïmbre.

*Sanche II, roi de Portugal, mande à Suarès Gonçalves, à Dominique Juanez et à Martin Perez, ses portiers, d'aller à Chocanal, et de le renseigner sur les limites du territoire qu'il a donné aux Hospitaliers. (V. plus haut, n° 2014.)*[2]

SOURCE : Paris, collection J. Delaville Le Roulx (fragment de cartulaire, XIV^e s.).

[Sancius], Dei gratia Portugalie rex, Suerio Gunsalvi, Dominico Johannis et

1. A cet acte sont appendus : 1° la bulle de plomb de l'Hôpital de Manosque ; 2° le sceau rond, en cire brune, au type de l'agneau, du prieuré de S. Gilles.

2. Cet acte, non daté, ne porte pas le nom du souverain dont il émane ; mais, en le rapprochant de la donation de Crato (alias Chocanal), faite par Sanche II aux Hospitaliers, le 22 mars 1232, on peut l'attribuer à la même année et au même roi de Portugal.

Martino Petri, salutem. Mando vobis quod, visis litteris, eatis ad Chocanal, et videatis ipsam popula[cione]m, quam ego dedi fratribus Hospitalis, et ejus terminos, et sciatis quantas leucas de terra haberet opus ipsa popula[cio], et videatis alias cabeças, que sunt in ipsis terminis, et quales terras haberet prope se, et ubi posset fieri bona popula[cio], et mandate mihi inde dicere totam veritatem, ita quod ego sum desenganatus per vos; et ideo scribo vobis quod scio que vos scietis me disenbargare, quia estis honoris homines et legales. Datum apud Colibriam, XVII die septembris.

**2033.** — 30 septembre 1232, Acre.

*Alix, reine de Chypre*[1], *s'engage envers Guérin, grand-maître de l'Hôpital, et les Hospitaliers à ne vendre la maison qu'elle possédait à Acre à aucun ordre religieux sans donner d'abord la préférence à l'Hôpital.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol 5 (anc. vol. 6), n° 7 (orig.). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 256. — Extraits : Taaffe, *The history of the..... order of S. John of Jerusalem*, IV, app. n° XCII.

Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Aeliz, Dei gratia regina Cypri, mea grata et spontanea voluntate, in presentia nobilis viri domini Odonis, regni Jerosolimitani conestabuli, vicecomitis Acconensis, Philippi de Troies ac juratorum subscriptorum, ex pacto convenio et promitto per me meosque heredes vobis magistro fratri Girino, universisque fratribus domus Hospitalis sancti Joannis presentibus et futuris, quod domum meam, que fuit Regine Veteris, cum furno, molendino et balneo, ac aliis pertinenciis, nulli religioni vel ordini seu alicui de clero concedam, dabo, vel impignorabo, seu aliquo titulo alienabo, vel in testamento legabo, preterquam domui Hospitalis sancti Johannis. Eo salvo quod, si forte domum ipsam, vel aliquid de pertinenciis ipsius, vendere vel alienare voluero alicui religioni vel clero, convenio et promitto domui Hospitalis domum ipsam dare et concedere pro eodem precio sine omni dolo, quod inde possem habere aliunde ab aliquo de clero vel ab aliqua religione. Si vero domus Hospitalis nollet domum ipsam, vel aliquid de pertinenciis suis, recipere pro eodem precio quod possem inde habere aliunde ab aliquo de clero vel ab aliqua alia religione, ex tunc, ubicumque voluero, sine contradictione aliqua domus vel fratrum Hospitalis facienda, potero vendere vel alienare domum totiens iteratam. In hujus igitur mee promissionis et concessionis majorem securitatem et evidentiam pleniorem, presens scriptum fieri feci fratribus Hospitalis, sigilli mei appensione ac testimonio juratorum curie regie roboratum. Testes hujus rei sunt : dominus Guido Antelmi; dominus Reimundus de Conches; dominus Petrus de Sauvenic; dominus Alanus; dominus Yterus; dominus Seignoretus; dominus Reinerus Campsor. Actum apud Accon, anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo secundo, pridie kalendas octobris.

**2034.** — 4 octobre 1232, Acre.

*Pierre, archevêque de Césarée, Henri, archevêque de Nazareth, Raoul, évêque de Lydda, Armand de Périgord, grand-maître du Temple, et Guérin, grand-maître de l'Hôpital, prononcent un arbitrage dans la cause pendante entre Eustorge de*

1. Veuve de Hugues I, roi de Chypre.

*Montaigu, archevêque de Nicosie, et les suffragants de celui-ci, d'une part, et le roi et les barons du royaume de Chypre, d'autre part, au sujet des dîmes que les barons refusaient de payer à l'église, nonobstant la convention faite en présence de Pélage Galvano, légat du S. Siège, qui les y obligeait*[1].

Source : Venise, Bibl. S. Marc, suppl. mss. latins, cl. IV, ms. 66 (cartul. de S. Sophie de Nicosie, n° 87, copie figurée, xvie s.). — Texte : Mas-Latrie, *Hist. de Chypre,* III, 633.

Hec sententia et amicabilis compositio lata et publicata fuit coram partibus extra civitatem Acon, in vinea Hospitalis que vocatur Mahomerie[2], anno incarnationis dominice M CC XXXII, IV nonas octobris, testibus presentibus : domino Odone, conestabulo regni Jerosolimitani ; J[ohanne], domino Cesarie ; J[ohanne] de Ybellino, filio quondam domini Philippi de Ybellino ; fratre A[rnaldo] de Monte Bruno, domus Hospitalis marescalco ; fratre G. de Broges ; fratre B. de Benraiges, domus Templi priore S. Katherine ; A., cantore, et G[uillelmo], thesaurario, et Jacobo, canonico Cesariensibus : B., cantore Tripolitano ; B[onovassallo], cancellario regni Cipri ; Maineboef, milite, et pluribus aliis.

## 2035. — 30 octobre 1232, Wycombe.

*Henri III, roi d'Angleterre, donne aux Hospitaliers un délai jusqu'à noël de l'année* 1232 *pour faire l'assiette de l'impôt du quarantième, et pour le lever sur eux et sur leurs vassaux.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 17 Henri III, membr. 7 dorso (copie contemp.).

Teste rege apud Wycumbe, xxx die octobris.

## 2036. — Novembre 1232.

*Guillaume de Tinières, grand-prieur de France, promulgue un accord, intervenu entre les Hospitaliers et l'hôpital S. Jean d'Angers, par lequel celui-ci leur abandonne, sous certaines conditions, ses maisons de l'Aubraie et du pont de Teison, trois moulins près du pont d'Angers*[3], *et leur acense la moitié d'un verger à Angers.*

Source : Angers, Arch. de Maine-et-Loire, H. suppl. Hôtel-Dieu d'Angers, A. 1, f. 30 (orig.). — Texte : C. Port, *Invent. des arch. anc. de l'Hôp. S. Jean d'Angers* (Paris et Angers, 1870), 133.

Universis..... frater W[illelmus] de Tineriis, domus Hospitalis Jerusalem prior humilis in Francia, salutem in Domino. Universitati vestre volumus innotescat quod, cum inter nos, ex una parte, et priorem[4] et fratres domus elemosinarie Andegavensis, ex altera, super eadem domo elemosinarie et omnibus ipsius pertinentiis, et super quadam alia domo, que Lauberoie nuncupatur, et redditibus ejusdem domus de Lauberoie, et terris et pratis et vineis, et universis rebus aliis ad dictam

1. Cette convention fut faite en octobre 1220, et souvent renouvelée depuis (Röhricht, *Regesta regni Hierosolymitani* (Inspruck, 1893), 249, n° 938).
2. Les Latins désignaient par ce terme les mosquées ou les localités où il y avait eu des mosquées.
3. La contre-partie de cet acte est conservée à Poitiers aux Archives de la Vienne ; elle est datée de décembre 1232 (H³, liasse 29, vidimus de Louis IX, roi de France, de mai 1233. V. plus bas, n° 2051).
4. Il s'appelait Guy de Précigné.

domum elemosinarie Andegavensis pertinentibus, coram diversis judicibus auctoritate apostolica questio fuisset diutius ventilata, tandem,... de prudentum et bonorum virorum consilio,... talis propositio intervenit quod ipsi predictam domum de Lauberoie, cum suis pertinentiis et quicquid juris habebant,.. nobis imperpetuum dederunt et quitaverunt, insuper et domum de ponte de Teison cum omnibus suis pertinentiis,... cum omni jure et dominio quod habebant in eadem,... imperpetuum possidendam. Preterea dederunt nobis tria molendina tantum de molendinis, que habebant subtus domum suam in calciatis prope pontem Andegavensem, scilicet molendinum quod dicitur molendinum Bidaut, cum domo desuper posita et calciata circa illud molendinum immediate hinc inde existente, cum meatu aque tantummodo ad usum illius molendini pertinente, (quod molendinum situm est immediate post duo molendina prima, prope calciatam per quam itur ad portum Saunerez), et alia duo molendina, que Nova Molendina vocantur, cum domo desuper posita et calciata, in quibus per se sola sita sunt eadem molendina, et cum meatu aque tantummodo ad usum illorum duorum molendinorum pertinente, ita tamen quod nos nichil juris vel dominii vel possessionis in aqua subtus vel supra molendina vel in piscariis poterimus reclamare, salvo etiam eis omni jure villicationis et omni districtu et justicia, quam in aqua, calciatis, molendinis, piscaturis, ut antea, habebant, excepto quod nos in tribus molendinis nostris tantum habemus plenarie de hominibus nostris et extraneis justiciam et districtum. Sed si forte contingeret quod in dictis molendinis vel calciatis, nobis per istam compositionem remanentibus, inter nostros homines et suos rixa vel contentio aliqua quoquomodo oriretur, unde clamor vel villicaria eveniret super calciatam et non alibi, lis vel justicia, pace vel judicio terminanda ibidem et non alibi, communiter teneretur, et, si qua emenda inde exiret, inter nos et ipsos communiter divideretur. Illi siquidem aliquod opus ligneum vel lapideum, vel etiam aliquod aliud subtus vel superius facere non poterunt, per quod solitus aque cursus venientis ad nostra tria molendina valeat impediri, hoc etiam addito quod ipsi nobis et omnibus venientibus ad nostra tria molendina predicta liberam viam prestare tenentur a portu Saunerez usque ad nostra duo molenda (*sic*) tantum per domos et calciatas suas in quibus molendina sua sita sunt; quam calciatas et domos in bono statu conservare tenentur, ne propter defectus suarum calciatarum aliquod incommodum patiamur, prestantes nobis et ibidem venientibus, eundo et redeundo, quotienscumque nos et ibidem venientes, sive pedites, sive cum equis vel aliis animalibus, voluerimus, libere adhitum, meatum et regressum prestare tenentur usque ad horam ignitegii, sicut hactenus facere consueverunt; et nos similiter eis et omnibus venientibus ad sua molendina..., hoc adjuncto quod nec nos molendina sua propria seu domos desuper positas sive calciatas suas proprias reficere tenemur, nec illi nostra molendina propria sive domos desuper positas sive nostras proprias calciatas tenentur reficere. Caprelli vero communes de expensis fient communibus, juxta consuetudinem patrie approbatam. Item nobis dederunt et concesserunt medietatem tocius viridarii sui retro domum suam, quam tenet venerabilis vir Joscelinus, archidiaconus Nannectensis, propinquiorem nostre domui Andegavensi, post mortem dicti archidiaconi perpetuo possidendam, solvendo eis annuatim in festo sancti Johannis Baptiste tres solidos censuales. Nos prior et alii fratres Hospitalis Jerusalem in Francia predictam domum suam elemosinarie beati Johannis Andegavensis, cum omnibus pertinentiis suis, fratribus in eadem domo manentibus vel ibidem pro tempore successive mansuris funditus quitavimus et quitamus, et omnes actiones personales et reales, ex donatione qualibet et maxime ex donatione Ricardi bone memorie, quondam illustris regis Anglie, vel ex quolibet alio titulo.., omnino remisimus... penitus et expresse. Ut hoc autem perpetue firmitatis robur obtineat, volumus et fecimus presentes litteras roborari munimine sigilli nostri sigillorumque fratris Henrici de Pesunis, fratris Sy[monis] Parisiensis,

fratris Guichardi de Mota, fratris Fulconis de Thesvalla et fratris Reginaldi de Stampis, per quos tractata fuit et concessa ista compositio, presente fratre Johanne de Monte Grosino, tunc preceptore Hospitalis in Francia, antequam nos prior in Francia venissemus. Datum anno Domini millesimo tricesimo secundo, mense novembri.

## 2037. — 6 décembre 1232.

*Menendo Gonçalves, prieur de l'Hôpital en Portugal, donne aux habitants de Crato une charte de commune.*

Source : Lisbonne, Arch. roy. de Portugal, Foraes antigos, liasse 10, n° 9, et layette 6, liasse unique, n° 30 (orig.). — Texte : J.A. de Figueiredo, *Nova hist. da militar ordem de Malta.... em Portugal*, I, 445 ; *Portugaliæ monum. historica*, leges et consuetudines, I (Lisbonne, 1856), 624.

In nomine sancte et individue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego dom Melendo Gundisalvi, prior de Portugal de la ordim do Espital, una cum conventu nostro, volumus populare Ocrate. Damus nobis populatoribus, tam presentibus quam futuris, foros et costumes de nisa, ut duas partes dos cavaleros vadant in fossado, et tercia pars remaneat in civitate, et una vice faciant fossadum in anno, et, qui non fuerit ad fossadum, pectet pro foro v solidos pro fossadeyra. Et pro homicido pectet c solidos ad palacium. Et pro casa derrota cum armis, scutis et spatis, pectet ccc solidos, et vii ad palacium. Et qui furtaverit, pectet pro uno novem, et habeat intentor duos quiniones, et vii partes palacio. Et qui mulier aforciaret, et illa clamando dixit quod ab illo est aforciata, et ille negaret, det illa autorgamento de tres homines tales qualis ille fuerit, ille juret cum xii ; et si non habuerit outargamento, juret ipse solus ; et si non potuerit jurare, pectet ad illam ccc solidos, et vii ad palacium. Et testimonia mentirosa et fidele mentiroso, pectet lx solidos, et vii ad palacium, et duplet el aver. Et qui in concilio aut in mercado aut in ecclesia feriret, pectet lx solidos, medios palacio et medios consilio, et de medio de concilio vii ad palacium. Et omo qui fuerit gentile aut heradoro qui non seat meirino. Et qui in villa pignos afflando aut fiador et ad montem fuerit prendrar, duplet la prendra, et pectet lx solidos, et vii ad palacium. Et qui non fuerit ad sinal de judice et pignos sacudiret ad sayon, pectet i solidum ad judicem. Et qui nom fuerit ad apelidum, cavaleiros et peones, exceptis hiis qui sunt in servicio alieno, miles pectet x solidos, peon v solidos ad vicinos. Et qui habuerit aldeam et unum jugum de boves, et xxxx oves, et unum asinum et duos lectos, comparet cavallum. Et qui quebrantaverit sinal cum sua muliere, pectet i solidum ad judicem. Et mulier que lexaverit suum maritum de benedictione, pectet ccc solidos, et vii ad palacium. Et qui lexaverit mulierem suam, pectet i denarium ad judicem. Et qui cavallum alienum cavalgaverit pro uno die, pectet unum carnarium ; et si magis, pectet las angeyras pro i die vi dineyros, et pro una nocte i solidum. Et qui feriret de lancea aut de spada por la entrada, pectet x solidos. Et si trociverit ad aliam partem, pectet xx solidos ad quereloso. Et qui quebrantaverit oculum aut brachium aut dentem, pro unoquoque membro pectet c solidos a lisiado, et ille det vii ad palacium. Qui mulierem alienam ante maritum suum feriret, pectet xxx solidos, et vii ad palacium. Qui conducteiro alienum mactaret, suo amo colligat homicidium, et det vii a palacio ; similiter de suo ortolano et de quarteyro, et de suo molneyro et de suo solarengo. Qui moion alieno in suo ero mudaret, pectet v solidos, et vii palacio. Qui linde alieno quebrantaverit, pectet v solidos, et vii palacio. Qui habuerit vasallos in suo solar aut in sua hereditate, non serviant ad alium hominem de tota sua facienda nisi

ad dominum de solar. Tendas, molinos et fornos de omines de Ocrate sint liberi de foro. Milites de Ocrate sint in judicio pro podestades et infanzones de Portugal. Clerici vero habeant mores militum. Pedones sint in judicio pro cavaleiros vilanos de alia terra. Qui venerit vozeyro ad suum vicinum pro homine de foras villa, pectet x solidos, et VII ad palacium. Ganado de Ocrate non sit montado in nulla terra. Et homo a qui se anafragaret suum adestrado, quamvis habeat alium, sedeat excusatum usque ad capud anni. Mancebo qui mactaret hominem foras ville et fugerit, suo amo non pectet homicidium. Pro totis querellis de palacio judex sit vozeyro. Qui in villa pindrar cum sayone et sacudirent ei pinnus autorguet el sayon, et prendat concilio de tres colaciones, et prindet pro LX solidos, medios al concilio et medios ad rancuroso. Barones de Ocrate non sint in prestamo dati. Et si omines de Ocrate habuerint judicium cum hominibus de alia terra, non currat inter illos firma, sed currat per esquisia aut repto. Et omines qui quesierint pousar cum suo ganato in termino de Ocrate, prendant de illis montadigo, de grege de ovibus un carnarios, et de busto das vacas una vaca. Istud montadigo est de concilio. Et omines milites, qui fuerint in fossado vel guardia, omines cavallos (*sic*) qui se perdiderint in algara vel in lide primo erectis eos sine quinta, et postea detis nobis quintam directam. Et totus homo de Ocrate, qui invenerint omines de aliis civitatibus in suis terminis taliando aut levando madeyram de montes, premdant totum quod invenerint sine calumpnia. De azarias et de guardas quintam partem nobis date sine ulla offrecione. Quicunque ganatum mistigo pignorare vel rapere fecerit, pectet LX solidos ad palacium, et duplet ganatum suo domino. Testamus vero et perhenniter firmamus quod quicunque pinnoraverit mercatores vel viatores Christianos, Judeos sive Mauros, nisi fuerit fidejussor vel debitor, quicunque fecerit pectet LX solidos palacio, et dupplet ganatum quod prendiderit ad suum dominum, et insuper pectet C morabitinos pro cauto quod fregerit : prior et conventus habeat medietatem, et concilium medietatem. Si quis ad vestram villam venerit per vim cibos aut aliqua res accipere, et ibi mortuus vel percussus fuerit, non pectet pro eo aliquam calumpniam, nec suorum parentum homicida habeatur ; et si cum querimonia de ipso ad priorem vel ad dominum terre venerit, pectet C morabitinos, medietatem priori et conventui, et medietatem concilio. Mandamus et concedimus quod, si aliquis fuerit latro, et si jam per unum annum vel duos furtari vel rapere dimiserit, si pro aliqua re repetitus fuerit quam comisit, salvet se tanquam latro ; et si latro est et si latro fuit, omnino pereat et subbeat penam latronis. Et si aliquis repetitur pro furto, et non est latro neque fuit, respondeat ad suos foros. Si aliquis homo filiam alienam rapuerit extra suam voluntatem, donet eam ad suos parentes, et pectet eis CCC morabitinos, et VII palacio, et insuper sit homicidi. De portagem : foro de troxel de cavallo, de pannis, de lana vel de lino, I solidum ; de troxel de lana, I solidum ; de troxel de fustanes, V solidos ; de troxel de panos de color, V solidos ; de carrega de pescado, I solidum ; de carrega de asino, VI denarios : de carrega de Christianis de coniliis, V solidos ; de carrega de Mauris de coniliis, I morabitinum. Portagem de cavallo qui vendiderint in azougue, I solidum ; de mulo, I solidum ; de asino, VI denarios ; de bove, VI denarios ; de carneyro, III mealias ; de porco, II denarios ; de foron, II denarios ; de carrega de pane et vino, III mealias ; de carrega de peon, I denarium ; de Mauro que vendiderint in mercato, I solidum ; de mouro qui se redimerit, decimam ; de Mouro qui taliat cum suo domino, decimam ; de coiro de vaca et de zeura, II denarios ; de corio de cervo et de gamo, III mealias : de carrega de cera, V solidos ; de carrega dazeyte, V solidos ; Istud portagem est de homines foras ville, tercia de suo hospite, et duas partes de priore et conventu. Ego domnus Melendus Gundisalvi, prior de o Espital, una cum conventu nostro, hanc cartam confirmamus et roboravimus. Et si quis hanc cartam irrupere voluerit vel contradicere, sit maledictus et excomunicatus, amen. Facta carta idus octo dies decebrii

(*sic*), sub era M CC LXX. Frater Johannes Menendi, comendator Belveer, confirmat; frater Martinus Johannis, capellanus Sartaginis, conf.; frater Menendus Pelagii, capellanus prioris, conf.; frater Johannes Pelagii conf.; frater Stephanus Michaelis conf.; frater J. Ramiriz conf. Frater M. Petri Budel, frater Laurencius Suerii, frater Stephanus Johannis, frater Dominicus Petri, frater Pelagius, frater M. Gonsalvi, frater P. Salvati, testes. P. Pelagii, presbiter, P. Gonsalvi, presbiter, testes; Dominicus Pelagii, Laurencius Gomecii, Johannes Martini, M. Pelagii, judex, testes.

## 2038. — 1233.

*Guy IV, comte de Nevers et de Forez, fait avec les Hospitaliers un échange de biens et de rentes à Uzore, Mornant, Poncins, etc.*

Source : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. com. de Montbrison, chap. 2, n° 6 (orig.).

Ego G[uigo], comes Nivernensis et Forensis, notum facimus universis, presentes litteras inspecturis, quod, cum stagnum nostrum, quod est subtus Usourum, quasdam terras et prata, que erant domus Hospitalis, occupasset, et cum quedam alie terre et nemus, que predicta domus habebat super viam que tendit a S. Clemente versus Chalannum per podium Usouri, nobis essent necessaria, que nobis tradiderunt et concesserunt nobis tenenda fideliter in perpetuum et habenda, retentis tamen sibi vineis et quadam pecia terre, in qua solebat esse vinea, que site sunt infra hos terminos. Et cum similiter predicta domus quitasset et guirpisset nobis in perpetuum tresdecim denarios debitales, quos ei debebamus annuatim reddere super villa de Mornant, et duos solidos et sex denarios, quos similiter reddebamus eidem domui annuatim super quibusdam terris nostris sitis in territorio de Puncis, dedimus eidem domui, pro emenda et pro permutatione, quicquid habebat et tenebat a nobis Aigno de Loybes, et tres sextoratas prati, que site sunt inter Chambronem et viam que tendit a Puncins versus portum de Randans, quod est subtus domum Petri Guiart, et quicquid habebamus et tenebamus, vel alius nomine nostro, inter aquam que vocatur Lignos et viam que tendit a ponte de Puncins, qui est super Visesiam versus S. Clementem, usque ad ripperias que sunt de dominio de Juillem, et etiam ea que pertinent terris que sunt infra predictos terminos, excepta quadam pecia terre, que est juxta Visesiam, quam nobis retinuimus. Et ut hoc firmum sit semper ac stabile, presentem cartam, sigillo nostro munitam, dedimus in testimonium veritatis. Actum anno Domini M CC tricesimo tercio.

## 2039. — 1233.

*Marguerite de Baugé, femme d'Humbert V de Beaujeu, reconnaît avoir reçu de Bertrand de Comps, grand-prieur de S. Gilles, et de Gerbert, précepteur de l'Hôpital en Bourgogne, la jouissance à vie de la maison de Cocieu, appartenant aux Hospitaliers, à charge de leur payer une pension annuelle de trente sous forts de Lyon, d'acquitter les dettes de cette maison et d'y entretenir six religieux ou religieuses.*

Source : Lyon, Bibl. munic., coll. Coste, n° C, 2668 (orig.). — Texte : M. C. Guigue, *Obituarium Lugdunensis ecclesiæ* (Lyon, 1867), 211.

Nos Margarita, uxor Humberti, domini Bellijoci, omnibus presentes litteras ins-

picientibus, rei geste noticiam cum salute. Universitati vestre volumus fieri manifestum quod nos accepimus a fratre Bertranno de Coms, domus Hospitalis Iherosolimitani priore S. Egidii, et a fratre Gerberto, preceptore in Burgundia, de consensu et voluntate tocius capituli Hospitalis predicti apud Lugdunum celebrati, domum de Coce cum omnibus pertinenciis suis, excepta domo de Fordumin cum pertinenciis suis, sub annua pensione XXX solidorum forcium Lugdunensium, quos in singulis annis memorato capitulo apud Lugdunum celebrando promisimus solvere, quamdiu vixerimus possidendam, tali condicione apposita quod XXXIII libras forcium Lugdunensium et LX asinatas bladi, quas dicta domus debebat, plenarie persolvemus, et possessiones dicte domus donacione, vendicione vel obligacione, permutatione vel alio modo alienare nequeamus. Cum autem nature debitum nos persolvere contigerit, sive si in vita nostra prefatam domum nobis dimittere placuerit, promisimus bona fide ut ipsam domum ab omni debito quitam dimittamus et inmunem. Si autem predictam domum in aliquo meliorem fecerimus vel augmentaverimus, ob remedium anime nostre et predecessorum nostrorum, in utilitatem et proficium memorate domus volumus pacifice remanere, et VIII boves specialiter nominatos debemus in ipsa domo dimittere liberos et absolutos. De residuo autem peculii, sicut in eadem domo fuerit, possumus et volumus, prout nobis placuerit, ordinare; sex autem, tam fratres quam sorores, ad utilitatem dicte domus idoneos debemus in eadem domo tenere, et honorifice, secundum posse domus, procurare; qui, si ordine suo delinquerint, debent per manum preceptoris Burgondie, secundum statuta sui ordinis, corripi et emendari. Si autem aliquis eorum forte decesserit, debet loco ipsius per dictum preceptorem alter poni. Quod si aliquis ipsorum mandatis nostris, secundum posse suum, obedire noluerit, alterum ad requisitionem nostram idoneum dictus preceptor in eadem domo ponere debet. Fratribus vero Hospitalis, per dictam domum transeuntibus, debemus, si opus fuerit, ministrare. Et super his convencionibus dedimus eisdem litteras, sigillo nostro et sigillo H[umberti], domini Bellijoci, viri nostri, et sigillo domini R[oberti][1], Lugdunensis archiepiscopi, consignatas, in testimonium perpetue firmitatis. Actum anno gracie M CC XXX III.

## 2040. — 15 janvier 1233, Alcañiz.

*Jacques I, roi d'Aragon et de Majorque, comte de Barcelone et d'Urgel et seigneur de Montpellier, donne à Hugues de Forcalquier, châtelain d'Amposte, et à l'ordre de l'Hôpital les châteaux et villes de Torrente et de Silla, au royaume de Valence.*

SOURCE : Madrid, Bibl. de l'Acad. de l'Hist., I, 10, f. 89 (copie, fin XV<sup>e</sup> s.).

In Christi nomine, sit omnibus manifestum quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum et regni Majoricarum, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, cum hac carta, per nos et omnes heredes ac successores nostros, concedimus, donamus et laudamus Deo et vobis dilecto nostro fratri Hugoni de Follialquerio, sancte domus Hospitalis Jherosolimitani magistro, et fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, per proprium alodium liberum et franchum, castra et villas de Torrente de Cilla, que loca sunt in termino regni Valencie. Ita quod, quandocunque, per nos vel per vos aut per aliquos nostros quoslibet, dicta loca de posse et manibus paganorum fuerint adquisita, statim recipietis, vos vel fratres Hospitalis, jamdicta loca, et habeatis perpetuo ea francha et libera

1. Robert d'Auvergne occupa le siège archiépiscopal de Lyon de 1227 à 1234.

cum terminis et pertinenciis suis, cum montibus, planis, cum stagnis, venacionibus et piscacionibus, cum pratis, erbis, aquis et lignis, cum molendinis et cum omnibus aliis, que pertinent et pertinere debent longe vel prope ad supradicta duo castra et loca, ad habendum, tenendum, possidendum et explectandum per secula cuncta. Mandantes nobilibus militibus et nostris subditis universis, tam presentibus quam futuris, quod hanc donacionem nostram firmam habeant et observent, et non contraveniant in aliquo, si confidant de nostri gratia vel amore. Datum apud Alcanicium, XVIII kalendas februarii, anno Domini M CC tricesimo secundo. S. Jacobi, Dei gratia regis Aragonum et regni Majoricarum, comes (*sic*) Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani. Hujus rei testes sunt: dompnus Blasius de Alagon; Ferrandus Periç de Pina; Blascus Maça; Garcias de Orta; Rodericus Gomiç; Fortunius Aznaric; Sanccius de Vallibus; Petrus Petri, justicia Aragonie. S. Guillelmi, scribe, qui, mandato domini regis, pro Petro Sanccii, notario suo, hanc cartam scripsi, loco, die et anno prefixis. Ego frater Domenico Montaniane, prior Emposte, qui subscribo pro teste, signum facio. Ego frater Domenico de Vallibus, qui me subscribo pro teste, et hoc signum facio. Ego Johannes de Tamereto (?), sacerdos, qui hoc scripsi, et hoc signum feci.

## **2041.** — Février 1233, Lagny.

*Martin, abbé de S. Pierre de Lagny, acense à frère Simon, vice-prieur des Hospitaliers de France, une maison et une place, sises à Paris, rue de Lagny ou de la Bretonnerie, dépendant de la censive de Renaud des Vaux.*

SOURCE : Paris, Arch. nat., S. 5068, n° 46 (orig. scellé).

Actum apud Latiniacum, anno Domini millesimo CC tricesimo secundo, mense februario.

## **2042.** — 7 février 1233, Tarragone.

*Extraits de la constitution rendue par Jacques I, roi d'Aragon, contre les hérétiques, aux Cortès de Tarragone, relatifs aux Templiers et aux Hospitaliers.*

SOURCES : Paris, Bibl. nat., lat. 4670 A, f. 100 (copie, XIII$^e$ s.), et lat. 4671 A, f. 46 (copie, XIV$^e$ s.). — TEXTE : Martène, *Ampliss. collectio*, VII, col. 123.

.......Item statuimus quod bajuli, vicarii, milites totius Catalonie et Aragonie non hospitentur per violentiam in monasteriis, ecclesiis et domibus Templi et Hospitalis, et aliis locis religiosis et dominaturis eorum, et mansis rusticorum suorum; quod si fecerint, per nos et vicarios nostros et homines et per canonicas [sanctiones] distringuantur et prohibeantur..... Et nos ipsi supradicti, et magistri militie Templi et Hospitalis [1], et abbates, et alii ecclesiarum terre nostre prelati promittimus vobis Terracone electo omnia supradicta et singula pro posse nostro attendere et complere. Nos itaque Ja[cobus], rex predictus, promittimus omnia supradicta et singula attendere et complere bona fide sine enganno. Quod est actum apud Terraconam, VII idus februarii, anno Domini M CC XXX III.

1. Il s'agit ici des maîtres du Temple et de l'Hôpital en Espagne ; ils sont désignés au début du présent acte par l'initiale H. ; elle représente, pour l'ordre de l'Hôpital, Hugues de Forcalquier, chatelani d'Amposte ; quant au maître du Temple en Aragon, nous ignorons à quel nom répondait cette même initale H.

**2043. — 8 février 1233, Anagni.**

*Le pape Grégoire IX donne aux Hospitaliers de S. Basile de Rome l'église du S. Esprit d'Alatro.*

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 197 (copie de S. Pauli, xviii[e] s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 115 (copie, xvi[e] s.), et bull. E, f. 224 (auj. perdu).

Gregorius, etc., priori et fratribus Hospitalis Hierusalem S. Basilii de Urbe, salutem, etc. Dignum est ut apostolice sedis benignitas, qui de singulorum provisionibus curam gerit, circa illos suam gratiam specialius debeat ampliare, qui ei per effectum operis se fideles exhibent et devotos. Inde est quod nos, sincere devotionis affectum, quem ad nos et sacrosanctam ecclesiam Romanam, matrem vestram, habere noscimini, sicut convenit, attendentes, ecclesiam S. Spiritus, prope castrum Alatri positam, ad eamdem ecclesiam immediate spectantem, cum pertinentiis suis vobis et domui vestre de speciali gratia duximus concedendum. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Anagnie, vi idus februarii [pontificatus nostri] anno vi.

**2044. — 3 mars 1233, La Neuville aux Bois.**

*Renard II, comte de Dampierre en Astenois, donne aux Hospitaliers de S. Amand, pour remercier l'ordre d'avoir obtenu son rachat quand il était prisonnier en Terre Sainte, sa maison d'Hautecour, le droit d'usage dans ses bois non clos, une rente annuelle de soixante setiers de grains sur ses dîmes de Varimont, le pacage sur ses terres et le droit de chasse pour les commandeurs de S. Amand.*

Source : Châlons, Arch. de la Marne, cartul. de S. Amand, f. 4, n° 8 (dans une confirmation de Thibaut IV, comte de Champagne, du 20 juin 1233, copie, fin xiv[e] s.). — Texte : *Archives de l'Orient Latin,* II (Paris, 1884), ii, 197.

Universis tam presentibus quam futuris, presentes litteras inspecturis, ego Renardus, dominus de Dampetra, salutem et dilectionem. Noverint universi quod ego, pro remedio anime mee et antecessorum meorum, ex mea consciencia, magistro et fratribus Hospitalis Iherosolimitani de S. Amando juxta Vitriacum, quorum fratres in terra Iherosolimitana, ubi per longum tempus in prisionia existeram, cum magno honore redempcionem meam procuraverunt, dono et concedo in perpetuam elemosinam domum meam, que nominatur Autecort, cum una carrugata terre, cum omni justicia quam in eis habebam vel habere poteram, tenendam et habendam libere et quiete ; et concedo predictis magistro et fratribus ut possint adducere de nemoribus meis ad domum suam pro aisamentis suis, preterquam de nemoribus meis deffensis. Item do et concedo predictis magistris et fratribus de S. Amando in perpetuum, annuatim, sexaginta sextaria bladi, medietatem frumenti et medietatem avene, percipienda in decimis meis de Waremont, ad mensuram dicte ville, ita ut ipsi percipiant antequam alius percipiat ; et si decima illa tantum non valeret, ipsi in terragiis meis dicte ville perciperent quantum deficeret de solucione dicti bladi. Et concedo eisdem pascua in totam terram meam pro pecudibus suis et transitum liberum ad pasturas ; et si canes famulorum dictorum magistri et fratrum accipiant leporem aut aliam venationem, ipsi eam poterunt accipere sine delicto vel emenda. Item concedo ut quicunque sit magister vel baillivus de S. Amando possit in omnibus garennis meis venari, quotienscunque voluerit et sibi viderit expedire. Hec autem omnia supradicta ego Renardus et Anselmus, filius meus, predicte domui Hospitalis de S. Amando et magistro et

fratribus ibidem morantibus, presentibus et futuris, damus et concedimus absolute, ne de ipsorum potestate aliquo casu separetur. Quod ut firmum et stabile permaneat, presentem cartam sigilli mei impressione feci roborari. Datum apud Villam Novam ad Nemus, feria quinta post dominicam qua cantatur « Reminiscere », anno Domini M CC XXXII, mense marcio.

### 2045. — 11 mars 1233, Anagni.

*Le pape Grégoire IX aux archevêques de Gnesen, de Mayence et de Magdebourg et à leurs suffragants. Il renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 15 *mai* 1166, 1167, 1178 *ou* 1179 : « *Querelam gravem recepimus* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 356.)

Source : Prague, Arch. du gr.-pr. de Bohême, A. XXXI, n° 15 (orig. bullé).

Dat. Anagnie, v idus martii, pontificatus nostri anno vi.

### 2046. — Avril 1233.

*Guy IV, comte de Forez, certifie que Jean, archiprêtre de Néronde, Pierre de la Cour et Hugues de Riviery, exécuteurs testamentaires de Pierre de Germagnieu, archiprêtre de Montbrison, ont fait remise à l'Hôpital de Montbrison des rentes que ledit archiprêtre percevait à Quoquille.*

Source : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. command. de Montbrison, chap. VIII, n° 2 (orig.).

Actum anno Domini M ducentesimo tricesimo tertio, mense aprili.

### 2047. — 8 avril 1233, Latran.

*Le pape Grégoire IX charge Alexandre Stavensby, évêque de Coventry, de faire droit à la réclamation de Marguerite de Lascy, qui avait soumis à l'ordre de l'Hôpital une maison de religieuses qu'elle avait fondée à Cornbury, et de remettre les choses dans l'état ancien, la fondatrice n'ayant pas songé que cette affiliation empêchait ses religieuses de suivre la règle qu'elle leur avait choisie et de porter l'habit qu'elles avaient adopté.*

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 17, f. 32 *b* (copie contemp.) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 118 (copie de Smitmer, xviii° s.). — Analyse : Bliss, *Cal. of papal registers,* I, 134. — Texte : Auvray, *Reg. de Grég. IX,* I, col. 747.

Gregorius, etc., venerabili fratri [Alexandro], episcopo Co(n)ventrensi, salutem, etc. Significante nobili muliere Margarita de Lascy, nobis innotuit quod, cum ipsa in desiderio gereret domum construere regularem, in qua mulieres sub religionis habitu perpetuo Domino deservirent, a clare memorie [Johanne], rege Anglie[1], dari sibi ad hoc locum optinuit oportunum; quem demum, cum domo constructa ibidem, ducta simplicitate ac exhortationibus fratrum Jerosolimitani Hospitalis inducta, inconsulto diocesano episcopo, et nobili viro W[altero] de Lascy, viro suo, etiam ignorante, subjecit fratribus memoratis, credens licere

1. Elle avait reçu en don de Jean sans Terre, roi d'Angleterre, trois charruées de terre dans la forêt d'Acornbury ; ces terres furent l'origine de cette fondation. (V. plus haut, I, p. ccxxix, note 5.)

quod sub eorum observantiis collegia fierent mulierum. Quibusdam ergo mulieribus in domum ipsam ab eadem inductis, iidem fratres eis, post obtentam ordinis professionem ab ipsis, suum signum et habitum tribuerunt. Verum ipsa considerans quod eedem, ex prefata professione, transire ad alia loca et transfretare, si de mandato prioris jamdicti Hospitalis procederet, tenebantur, et ipsa suo poterat desiderio defraudari, si mulieres exinde amoveri contingeret vel transferri, personaliter ad presentiam nostram accessit; et ex simplicitate suggerens quod mulieres prefate fuerant regulam beati Augustini professe, quod credebat, ex eo quia servabant et adhuc servant eandem maxime in divinis, ad venerabilem fratrem nostrum [Hugonem], Hereforden[sem] episcopum[1], nostras litteras impetravit, ut auctoritate nostra statueret quod, deposito habitu Hospitalis, possent vivere juxta regulam memoratam, prout animarum suarum saluti ac honestati earum videret salubrius expedire, in aliis cujuslibet jure salvo. Dicti vero fratres processum ipsius episcopi, ex eo quod ipsa, sicut est predictum, suggesserat mulieres easdem jamdictam regulam sancti Augustini professas, et quia sibi a sede apostolica proponebant indultum quod nullus, ex quo crucem eorum assumit, possit, etiam artioris religionis obtentu, ad alium ordinem se transferre, nisi sunt hactenus impedire. Unde prefata mulier humiliter postulavit a nobis ut, simplicitati sue veniam tribuentes, predictis non obstantibus, et appellatione frivola fratrum ipsorum, cui renuntiasse dicuntur coram dicto episcopo postmodum in judicio comparendo, super hoc fieri quod honestati et animarum saluti conveniat, mandaremus, cum parate sint ipse beati Augustini regulam profiteri et s[ecundum] ipsam ibi Domino deservire. Nos igitur, tam predictorum fratrum quam mulierum ipsarum honestati providere volentes, mandamus quatenus, si est ita et locus non est ex eorundem fratrum vicinitate suspectus, eisdem mulieribus ab observantia memorati ordinis absolutis, juxta tenorem prioris mandati, auctoritate apostolica statuas ut secundum eandem regulam ibidem vivere valeant et dignum reddere Domino famulatum, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Quod si ob hoc locus merito possit suspectus haberi, remanentibus ibi vetulis mulieribus ad pauperum Hospitalis et infirmorum obsequium, in aliis monasteriis reliquas collocare procures, sciens nos venerabili fratro nostro [Willelmo] episcopo, et dilecto filio priori..... et archidiacono Wigornien[sibus] per nostras litteras injunxisse ut, te in mandati nostri executione cessante, iidem illud, appellatione postposita, exequantur. Dat. Laterani, VI idus aprilis, [pontificatus nostri] anno VII[2].

## 2048. — 10 avril 1233, Latran.

*Le même annonce à Bohémond IV, prince d'Antioche, que Pélage Galvano, évêque d'Albano et légat apostolique, avait excommunié à cause du différend soulevé entre lui et les Hospitaliers, qu'il annule l'excommunication et confirme l'accord intervenu postérieurement entre eux sous la médiation des patriarches de Jérusalem, d'Antioche et de l'abbé du Temple Notre Seigneur.* — « *Querentes absolutionem potius* ».

SOURCE : Rome, Arch. du Vatican, reg. 17, f. 7 *b* (copie contemp.). — TEXTE : Auvray, *Reg. de Grég. IX,* I, col. 694.

Dat. Laterani, IIII idus aprilis, [pontificatus nostri] anno VII.

1. Hugues Folliott, évêque d'Hereford de 1219 à 1234.
2. Une bulle de même teneur fut adressée, le même jour, à Guillaume de Blois, évêque de Worcester, et au prieur et à l'archidiacre de ce diocèse.

**2049.** — 23 avril 1233, Latran.

*Le même charge Hugues, archevêque de Nazareth, le prieur de l'Hôpital de Jérusalem et maître Etienne de Provins, archidiacre de S. Jean d'Acre, de faire une enquête sur le fait de savoir si Henri II, comte de Champagne, partant pour la Terre Sainte, avait désigné Thibaut III pour lui succéder. — « Transmissa nobis dilecti ».*

SOURCE : Paris, Bibl. nat., lat. n° 5993 A, f. 34 (copie, XIII^e s.). — ANALYSE : D'Arbois de Jubainville, *Hist. des comtes de Champ.*, V, n° 2247 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 9160.

Dat. Laterani, IX kalendas maii, pontificatus nostri anno VII.

**2050.** — 28 avril 1233, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Grégoire IX, du* 21 *août* 1227 : « *Quieti vestre providere* ». (*V. plus haut, n°* 1881.)

SOURCE : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, gr.-prieuré de Champagne, H. 1146, n° 7 (orig.).

Dat. Laterani, IIII kalendas maii, pontificatus nostri anno VII.

**2051.** — Mai 1233, Paris.

*Louis IX, roi de France, vidime l'acte de Guillaume de Précigné, prieur de l'Aumône d'Angers, de décembre* 1232. (*V. plus haut, n°* 2036.)[1]

SOURCE : Poitiers, Arch. de la Vienne, H³., liasse 29 (orig.).

Actum Parisius, anno gratie M CC tricesimo tercio, mense mayo.

**2052.** — 2 mai 1233, Latran.

*Le pape Grégoire IX renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 18 *février* 1199 : « *Religiosos viros fratres* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1071.)

SOURCE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 16, n° 95 (2 exemplaires, 1 original et 1 vidimus de l'évêque de Riez, du 17 mai 1308).

Dat. Laterani, VI nonas maii, pontificatus nostri anno VII.

1. Le n° 2036 est l'acte de Guillaume de Tinières, grand-prieur de France (novembre 1232), tandis que l'acte vidimé ici est la contre-partie de celui-ci (décembre 1232). (V. plus haut, page 443, note 3.)

### 2053. — 6 mai 1233, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Honorius III, du 3 février 1217 : « Quotiens a nobis ». (V. plus haut, n° 1540.)*

Source : Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles n° 51 (orig.).

Dat. Laterani, II nonas maii, pontificatus nostri anno VII.

### 2054. — 17 mai 1233, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du 18 février 1199 : « Religiosos viros fratres ». (V. plus haut, I, n° 1071.)*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 16, n° 95 *bis* (orig. bullé).

Dat. Laterani, XVI kalendas junii, pontificatus nostri anno VII.

### 2055. — 31 mai 1233, Latran.

*Le même autorise Jacques Pecorari, évêque de Préneste, légat apostolique, à exiger le droit de gîte des Templiers, des Hospitaliers et des religieux qui refusent de l'acquitter.*

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 17, f. 45 *b* (copie contemp.). — Analyse : Auvray, *Reg. de Grég. IX*, I, col. 765 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 9214. — Texte : Fejer, *Cod. dipl. Hungariæ*, III, II, 338 ; Katona, *Historia critica regum Hungariæ*, V, 667 ; Theiner, *Vet. monum. hist. Hungar.*, I, 114.

Gregorius, etc., dilecto filio [Jacobo], Penestrino electo, apostolice sedis legato, salutem, etc. Licet religiosis, privilegium exemptionis habentibus, sit in pluribus deferendum, dissimulari tamen non convenit quod plerumque, tamquam nichil sedi apostolice debeant, a qua sunt libertate donati, in procurationibus legatorum et nuntiorum ipsius, ad quas universi tenentur, difficultates ingerere non formidant, minus provide attendentes quod eo amplius quisque debet, quo magis noscitur recepisse. Nuper siquidem non absque dolore cordis audivimus quod, cum episcopi, prepositi et exempti abbates in procurationibus tibi plene respondeant et eas libenter exolvant, Templarii, Hospitalarii et quidam alii religiosi hoc facere contradicunt, proponentes se habere privilegia quod non tenentur aliquem procurare, in quo, juxta verbum dominicum « qui vos recipit, me recipit[1], et qui vos spernit, me spernit[2] » nobis in persona tua injuriari presumunt, qui profecto a provisione pastoralis sollicitudinis circa omnes ecclesias non cessamus. Quocirca precipiendo mandamus quatenus eosdem, sicut alios, non obstantibus eorum privilegiis, ad procurationem tibi solvendam, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellas. Dat. Laterani, II kalendas junii, [pontificatus nostri] anno VII.

1. S. Matthieu, 10, ỳ. 40.
2. S. Luc, 10, ỳ. 16.

### 2056. — 4 juin 1233, Wycombe.

*Henri III, roi d'Angleterre, accorde au grand-prieur d'Angleterre la faculté de faire lever lui-même l'impôt du quarantième sur les biens meubles des Hospitaliers et de leurs vassaux.*

SOURCE : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 17 Henri III, membr. 17 dorso (copie contemp.).

Rex concessit priori Hospitalis sancti Johannis Jerusalem in Anglia quod XL$^{am}$ mobilium suorum et mobilium hominum suorum assidi faciat et colligi per homines suos proprios. Et mandatum est assessoribus et collectoribus quod de XL$^{a}$ ipsius prioris et hominum suorum assidenda vel colligenda non intromittant. Et si quid inde ceperint, eidem priori reddi faciant. Teste rege apud Winchecumbe, IIII die junii.

### 2057. — [Après 4 juin] 1233[1].

*Le même ordonne aux collecteurs de l'impôt du quarantième de ne pas le lever sur les Hospitaliers et sur leurs vassaux au comté de Nottingham.*

SOURCE : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 17 Henri III, membr. 10 dorso (copie contemp.).

### 2058. — 18 juin 1233, Tyr.

*Albert Rezato, patriarche d'Antioche et légat du S. Siège, à la requête de Guérin, grand-maître de l'Hôpital, et d'Armand de Périgord, grand-maître du Temple, termine par une sentence arbitrale les difficultés, soulevées entre les deux ordres à l'occasion des trêves conclues par chacun d'eux séparément avec les Sarrasins pour Giblet et Saone.*

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n$^{os}$ 8[2] (orig.) et 9 (orig. incomplet). — TEXTE : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 123.

In Christi nomine, amen. Nos Albertus, divina providentia sancte et apostolice sedis Antiochene patriarcha, apostolice sedis legatus licet indignus, notum facimus presentibus et futuris quod, cum discordia in inmensum crevisset inter domos Templi et Hospitalis super pluribus et diversis questionibus et querelis, usque adeo quod non solum ipsis domibus, verum etiam toti christianitati cismarine, dicta discordia detrimentum parere poterat et ruinam, tandem, ad preces et instantiam nostram, frater Hermannus, domus Templi, et frater Garinus, domus Hospitalis sancti Joannis venerabiles magistri, datis destris, de conscilio et assensu fratrum suorum, conpromiserunt in nos, sub pena mille marcharum argenti, attendere et observare bona fide quicquid super omnibus querelis, quas nunc ipse domus inter

1. Cet acte n'est pas daté, mais le mandement du 4 juin 1233 (V. plus haut, n° 2056), relatif à la même exemption, permet de le placer après le 4 juin 1233.

2. Cette pièce était scellée de trois sceaux ; celui du grand-maître Guérin subsistait seul au temps de Pauli, qui l'a reproduit (*Cod. dipl.*, I, pl. 8, n° 6).

se habent, de conscilio fratrum utriusque domus ad hoc electorum, statuimus per arbitrium seu compositionem amicabilem observandum. Nos vero, de conscilio magistrorum et fratrum utriusque domus, assumptis tribus fratribus domus Templi ad conscilium nostrum, et tribus de fratribus Hospitalis sancti Johannis, de quibus credebatur et sperabatur quod bonum zelum haberent ad inveniendam concordiam, et quod etiam negotiorum qualitates et circumstantias scire credebantur ad plenum, receptis insuper querelis in scriptis, quas hinc inde altera domus versus alteram proponebat, de conscilio predictorum sex fratrum et aliorum proborum virorum, post multam deliberationem et tractatum habitum, tandem de facto Gabuli primo taliter duximus statuendum: quod treugua, quam Hospitale fecit cum soldano Alapie super facto Gabuli, debet similiter fieri et firmari per Templum cum eodem soldano in mari et in terra, usque ad illud tempus ad quod facta est per Hospitale supradictum, et debet custodiri et servari treugua supradicta per Templum usque ad tempus superius nominatum; et Templarii debent habere medietatem parie, quam Hospitalarii receperunt usque ad hanc diem, et de cetero recipient medietatem parie, et Hospitalarii aliam medietatem, quandiu predicta treugua durabit, salva terra partitionis, quam Hospitalarii et sui homines hactenus tenuerunt et adhuc tenent, que est tras flumen Belne et citra, quam Templarii custodire tenentur et tueri a se ipsis et universo posse suo. Finita autem treugua, Templum debet habere Gabulum et terram ipsius, secundum quod Hospitalariis noscitur pertinere in apautum, pro mille et centum bisantiis Sarracenatis, solvendis prefate domui Hospitalis annuatim, in festo nativitatis Domini medietatem, que est quingentorum quinquaginta, et in festo sancti Johannis Baptiste aliam medietatem, scilicet quingentorum quinquaginta. Templarii autem debent ire et redire de nocte et de die, tam ipsi quam homines sui, libere et sine aliqua inquietatione aut contradictione vel impedimento Hospitalariorum aut suorum, per portam, quam habet Hospitale in muro, quod extenditur versus mare prope portum Margati, et per maritimam, et per viam, que est inter barquile et ravinam que extenditur usque ad mare, et per omnes vias, que sunt stabilite vel stabilientur a supradicta via, que est inter ravinam et barquile, usque ad maritimam, ad gravandum Gabulum cum suis pertinenciis et guerram faciendam per mare et per terram. Salva terra partitionis superius nominata et treugua facta cum Saona; hoc est quod, si Templum fecerit guerram cum Saona, Hospitale non tenetur ipsum juvare vel sequi, quandiu habebit treuguam cum Saona; nec Templum tenetur similiter juvare vel sequi Hospitale, quandiu habebit treuguam cum Saona, si Hospitale guerram voluerit facere cum Saona. Hospitalarii autem tenentur juvare Templarios suis expensis ad faciendum guerram Gabulo cum suis pertinenciis, secundum quod in conventionibus scriptis fratris Gaufridi de Donzon et fratris Philippi de Pleseiç, quondam magistrorum Templi et Hospitalis, plenius continetur. Si vero Templarii fecerint treuguam cum Saracenis super facto Gabuli vel aliarum acquisitionum suarum, Hospitalarii tenentur treuguam observare, et eodem modo tenentur Templarii treuguas Hospitalis servare secundum conventiones scriptas et habitas inter ipsos. Hec autem omnia, prout sigillatim superius sunt expressa, ab utraque parte debent firmiter observari. Hoc adjecto quod, si altera partium in aliquo predictorum contravenerit, quociens contravenerit alteri parti, pro pena in solutionem mille marcharum argenti teneatur, et, pena soluta, nichilominus conventiones hinc et inde, prout superius nominatur, rate et inconcusse permanentes, robur obtineant firmitatis. Cum autem, faciente Domino, Gabulum ad manus Christianorum devenerit, apaltum predictum omnino finitum erit, et Gabulum atque adjacentes partes ipsius, prout in manus pervenerint Christianorum, per medium dividentur inter domos Templi et Hospitalis, salvis possessionibus, quas utraque domus ante amissionem terre ibidem dignoscitur habuisse, secundum quod continetur in privilegio arbitrii, lati per bone memorie dominum

Pelagium, episcopum Albanensem[1]; solutio vero apalti facienda erit per pacem et per guerram et apud Maracleam. Pena vero solvi debet usque ad tres menses, postquam cognitum fuerit quod altera partium venerit contra id quod est superius ordinatum. Ad majorem hujus rei firmitatem habendam, duo privilegia ejusdem tenoris confecta sunt, nostra bulla et bullis magistrorum utriusque domus roborata, quorum unum Templum habet, aliud Hospitale. Actum est hoc Tyri, in domo archiepiscopi Tyrensis, presentibus magistris et pluribus fratribus utriusque domus, millesimo ducentesimo tricesimo tercio, indictione sexta. Testes fuerunt : archiepiscopus Tyrensis; Tripolitanus, Sydoniensis et Beritensis episcopi ; magistri scolarum; et magister Obertus, canonicus Antiochenus, et alii quamplures boni viri, quarto decimo kalendas julii.

## 2059. — 19 juin 1233, Latran.

*Le pape Grégoire IX ordonne à Guillaume de Blois, évêque de Worcester, au prieur et à l'archidiacre de Worcester, sur la plainte de Gautier et de Marguerite de Lascy, de ne pas procéder contre celle-ci dans l'affaire des religieuses de Cornbury, soumise à l'examen d'Alexandre Stavensby, évêque de Coventry.* (*V. plus haut, n°* 2047.)

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 17, f. 61 *b* (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 119 (copie de Smitmer, xviii^e s.). — Analyse : Auvray, *Reg. de Grég. IX*, I, col. 796, n° 1422; Bliss, *Cal. of papal registers*, I, 136.

Gregorius, etc., venerabilibus fratribus [Wilielmo] episcopo, priori et archidiacono Wigorniensibus, salutem, etc. Ad audientiam nostram, nobili viro W[altero] de Lasci et [Margarita], ejus uxore, significantibus, noveritis pervenisse quod, cum ipsa contra fratres Jerosolimitani Hospitalis in Anglia ad venerabilem fratrem nostrum [Hugonem], Herefordensem episcopum, sub certa forma nostras litteras impetrasset, super eo quod mulieres monasterii de Corneburi, quod iidem vir et uxor de bonis propriis fundaverunt, habitum et signum eorumdem fratrum deferre coguntur, illi, moti ex hoc graviter contra eam, per conservatorias litteras « quoniam nimis dispendiosum »[2], eis contra malefactores suos ab apostolica sede concessas per [Wilielmum][3], priorem S. Albani, et collegas ejus, ad quos eedem littere sunt obtente, malefactionem ex hoc reputantes, fecerunt eandem ultra tres vel quatuor dietas extra suam diocesim ad judicium evocari, ipsamque juri stare paratam in primo edicto denuntiari excommunicatam, et condempnari etiam in sexcentis triginta libris Sterlinguorum pro causis frivolis petierunt. Unde ipsi postularunt a nobis ut, cum non habeat executio juris injuriam, propter quod eadem mulier hujusmodi pretextu inter malefactores computari non debet, providere super hoc misericorditer dignaremur. Ideoque mandamus quatenus, si est ita, dicto priori et collegis ipsius districtius inhibere curetis ut litterarum ipsarum auctoritate, occasione hujus negotii quod, de procuratorum utriusque partis assensu, venerabili fratri nostro [Alexandro], Conventrensi episcopo, sub certa forma duximus committendum, contra eandem nobilem procedere non presumant. Quod si non omnes [iis exequendis interesse potueritis], tu ea, frater [episcope, nihilominus exequaris]. Dat. Laterani, xiii kalendas julii, [pontificatus nostri] anno vii.

1. L'accord ménagé par Pélago Galvano, évêque d'Albano et légat apostolique, est du 15 octobre 1221. (V. plus haut, n° 1739.)

2. Il s'agit ici d'une bulle qui exemptait les Hospitaliers, à cause de la distance et des frais, de se rendre en cour de Rome quand ils étaient cités en justice. Voir deux bulles de ce type, l'une pour les Hospitaliers de Normandie, du 23 mars 1204, l'autre pour les Hospitalières de Sigena, du 4 mai 1220. (V. plus haut, n^os 1188 et 1672.)

3. Guillaume de Trumpington fut prieur de l'abbaye bénédictine de S. Albans de 1214 à 1235.

### 2060. — 20 juin 1233, Sézanne.

*Thibaut IV, comte de Champagne et de Brie, confirme la donation de Renard II, comte de Dampierre en Astenois, du* 3 *mars* 1233, *en faveur des Hospitaliers de S. Amand.* (*V. plus haut, n°* 2044.)

Source : Châlons, Arch. de la Marne, cartul. de S. Amand n° 8, f. 4 (copie, fin xiv<sup></sup>e s.).

Actum apud Sezannam, die lune proxima ante festum beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo tertio, mense junio.

### 2061. — 30 juin 1233.

*Bertrand de Comps, grand-prieur de S. Gilles, et Artaud, abbé de S. Thiers de Saoû, font un échange, en vertu duquel l'abbé cède au grand-prieur l'église de S. Apollinaire au diocèse de Riez, tandis qu'il reçoit de celui-ci l'église de la Repara, au diocèse de Valence. Cet échange avait été ratifié par le chapitre provincial de S. Gilles, le* 8 *juin* 1233[1].

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 850 (charte-partie).

Anno ab incarnatione Domini M CC XXX III, pridie kalendas julii.

### 2062. — 15 juillet 1233, au siège de Burriana.

*Jacques I, roi d'Aragon et de Majorque, comte de Barcelone et d'Urgel et seigneur de Montpellier, confirme à Hugues de Forcalquier, châtelain d'Amposte, et aux Hospitaliers les privilèges et exemptions de toute nature qu'ils tenaient de ses prédécesseurs dans les royaumes d'Aragon et de Catalogne, et y ajoute l'exemption de toute redevance quand ils comparaissent en justice comme défendeurs ou demandeurs.*

Source : Perpignan, Arch. des Pyrénées-Orientales, B. 95, f. 78 *b* (d'après un vidimus de Jacques II, roi de Majorque, du 26 avril 1340), et f. 80 (copies, mil. du xiv^e s.) ; B. 384, f. 175 (copie, mil. du xiv^e s.); H. 1 (Llibre de la Creu), f. 463 (copie, comm. xiv^e s.).

Manifestum sit omnibus quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum et regni Majoricharum, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, pie ad memoriam reducentes bonam et laudabilem voluntatem, quam predecessores nostri erga domum Hospitalis Jerosolimitani et fratres semper habuerunt, idcirco corde bono et animo valenti, per nos et omnes successores nostros, precibus et amore venerabilis et dilecti nostri fratris Ugonis de Folio Alquerii, castellani Emposte, damus, laudamus et concedimus in perpetuum domino Deo et eidem domui Hospitalis sancti Johannis, et prenominato castellano, et fratribus presentibus et futuris,

1. Rostang de Sabran, évêque de Riez, s'opposa à cette transaction parce qu'il n'avait pas été consulté par l'abbé de Saoû en ce qui concernait S. Apollinaire ; un arbitrage d'Ami, évêque d'Orange, et d'un chanoine de Die décida (30 novembre 1233) que les droits de présentation et de dîme seraient maintenus en faveur de l'évêque de Riez à la charge du nouveau possesseur de S. Apollinaire, et qu'à cette condition l'évêque renoncerait à toute opposition. (Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 850, orig.)

quod, ab hac hora in antea, ab hominibus domus Hospitalis, Christianis scilicet, Judeis et Sarracenis, quos alicubi in toto regno Aragonum et Catalonie habere noscuntur, vel in futurum ex legatione nostra et concessione, aut successorum nostrorum aut aliorum collatione fidelium, aut emptione aut comutatione, aut aliis justis modis ibidem acquirere poterint, nullam questiam vel peytam, nullam toltam vel fortiam, nullam hostem vel cavalcatam vel appellitium, vel eorum redemptionem dignam, nullumque malum servitium, nullumque bovaticum vel monetaticum, nullumque erbaticum vel carnagium, nullumque usaticum, nullamque lezdam vel partitum, vel consuetudinem novam aut veterem, constitutam vel constituendam, nullamque aliam exactionem vel demandam regalem vel vicinalem, qui dici vel nominari possit, queramus aut demandemus unquam aut demandari sinamus in aliquo loco terre nostre ullo modo ; facientes cum hoc presenti scripto perpetuo valituro fratres domus Hospitalis et eorum homines et feminas, cujuscunque dignitatis vel legis vel conditionis sint, ubique per totam terram nostram, cum omnibus rebus et mercibus suis propriis, franchas, liberas, ingenuas et immunes, ac penitus alienas a supradictis omnibus et singulis per secula cuncta. Ita quod neque nos neque nostri, neque aliquis homo noster vel alienus supradictis fratribus Hospitalis de eorum hominibus, ubicunque sint vel erunt in tota terra nostra, aliquid de predictis audeant demandare unquam, vel ad illorum aliquid dandum, vel solvendum, vel faciendum, quod cogitari possit, distringere vel fortiare presumant aliqua ratione. Predictis autem fratribus domus Hospitalis et eorum hominibus, presentibus et futuris, ubique sint vel erunt, hanc franquitatem et libertatem perpetuam et concessionem et donationem damus, facimus et indulgemus, quamvis hoc diu datum est et concessum sit eis a predecessoribus nostris. Quia vero ea omnia, que a predecessoribus nostris et nobis ipsis juste et secundum Deum facta sunt et concessa, domui Hospitalis et fratribus ejusdem debent semper inviolata manere, idcirco omnia privilegia et quelibet alia instrumenta, omnesque donationes, concessiones et franquitates eidem domui Hospitalis et prenominato castellano, et fratribus ejusdem presentibus et futuris laudamus, concedimus, et presentis scripti patrocinio communimus ; descernentes ea firmitatem perpetuo obtinere, sicut melius dici potest et intelligi, ad communem utilitatem sepedicte domus Hospitalis et fratrum, et confirmantes atque laudantes prenominate domui et fratribus omnes res et possessiones suas, quas nunc habent alicubi in tota terra nostra, vel in antea, dante Deo, poterunt adipisci, sicut in eorum privilegiis et instrumentis inde confectis a predecessoribus nostris et nobis ipsis plenius continentur. Preterea volumus et mandamus ut fratres domus Hospitalis, crucis insigne ferentes, si aliquem in causam traxerint, vel ab aliquo tracti fuerint, aut eas super aliquo casu placitari contingerit, non donent nec dare teneantur unquam in aliquo loco terre nostre aliquam justiciam vel caloniam (*sic*) vel expensas bajulis, vicariis, aut illis sub quorum examine litigaverint. Mandamus ergo firmiter et districte majoridomus, merinis, repositariis, justiciis, zavalmodinis, juratis, judicibus, alcadis, bajulis, vicariis, curiis, pedagiariis, lezdariis, statutis et statuendis, et aliis nostris subditis universis, presentibus et futuris, ut hanc cartam nostram et omnia, que in ea continentur, firmiter teneant et observent, et faciant ab omnibus et ubique firmiter observari, et non contraveniant nec contravenire permitant aliqua ratione. Quicumque autem contra hanc cartam venire in aliquo attemptaverit, iram Dei omnipotentis et gloriose virginis Marie, omniumque sanctorum incurrat, et de communione corporis et sanguinis Christi fiat penitus alienus ; et ne pena temporalis ei desit, nostrum et successorum nostrorum se sciat perpetuum inimicum, et post amissionem rerum suarum, a nobis, tanquam traditorem, graviter, sine alio remedio, puniendum. Datum in obsidione Burriane, idus julii, anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo tertio. S. (*Seing manuel*) Jacobi, Dei gratia regis Aragonum

et regni Majoricarum, comitis Barchinone et Urgelli, et domini Montispessulani. Testes hujus rei sunt: Petrus [*lisez*: Poncius], Dertusiensis episcopus; d[ominus] Ilerdensis episcopus; d[ominus] Sogor [*lisez*: Guilielmus], Vicensis episcopus; S[ancius], Cesaraugustensis episcopus; F[erdinandus], infans Aragonum; d[ominus] de Alam [*lisez*: Alagon], majordomus Aragonum; Raymundus de Lesiana; P[etrus] Cornelerii; D. Maza, vallis de Bergua; Assolitus de Gudal; Guillelmus de Montecatano; Guillelmus de Cardona; Petrus Petri, justicia Aragonum. Sig(*Seing manuel*)num Johannis, scriptoris, qui mandato domini regis hec scripsit, loco, die et anno prefixis. Sig(*Seing manuel*)num Jacobi Serra, actoritate regia notarii publici Barchinone, pro teste subscribentis. Sig(*Seing manuel*)num Bartholomei Raspay, notarii publici Barchinone, pro teste subscribentis.

## 2063. — 25 juillet 1233.

*Guillaume, bailli de l'Hôpital en Touraine et au Maine, délégué par Simon, vice-prieur du grand-prieuré de France, termine un différend, soulevé entre l'ordre et le chapitre de Tours à l'occasion de maisons et de vignes sises au Val de Tours, dans la censive dudit chapitre, qui avaient été achetées par les Hospitaliers. Il vend ces maisons et vignes, pour* 160 *livres tournois, au chapitre qui, en échange, renonce aux droits et cens qu'il avait sur diverses maisons et vignes appartenant à l'ordre.*

Source : Tours, Bibl. mun., ms. 1271, f. 62 (copie, XIII$^e$ s.).

Frater Guillelmus, ballivus domus Hospitalis in Turonia et Cenomania, omnibus presentes litteras inspecturis, eternam in Domino salutem. Noverint universi quod, cum venerabilis vir et religiosus frater Symon, domus Hospitalis Jerosolimitani viceprior in Francia, de consilio fratrum suorum nobis commisisset vices suas super facienda pace de causa, que vertebatur inter nos ex una parte, et decanum et capitulum Turonis ex altera, super domibus defunctorum Raginaldi Engeleir et Hominis Dei, et vineis, que in censiva dicti capituli sunt, nobis in elemosinam collatis, nos, ad pacem predictam faciendam, de communi assensu dicti capituli, ita processimus quod, cum decanus et capitulum memorati peterent a nobis pro dato precio eis dimitti domos que fuerunt defuncti hominis Dei, et domos Raginaldi Engeleir, cum virgultis earumdem, quas emeramus in vallo civitatis Turonis de feodo domini archiepiscopi Turonensis et ecclesie Turonensis, nos easdem domos predictis decano et capitulo pro octies viginti librarum Turonensium, de quibus nobis satisfactum est, pacifice dimisimus et pacifice quitavimus. Prefati vero decanus et capitulum, volentes nobis se benignos similiter exibere, concesserunt nobis vineam, que vocatur la Bochardeire, et vineam, que fuit defuncti Raginaldi de Prunaio, censu tamen octo denariorum, dicto capitulo pro illis vineis debito annuatim, a nobis dominica post festum beati Mauricii dupplicando, omni justicia eisdem de dictis vineis remanente. Hoc salvo quod nos, vel hii qui a nobis causam haberent de eisdem vineis, coram eis tanquam coram dominis rei juri parebunt. Prefati vero decanus et capitulum nobis etiam concesserunt quod, in duabus domibus defuncti Laidet cum appendicio sito juxta plateam Philippi Fobert, cum pertinenciis domorum predictarum, scilicet orto clauso de muro et appendicio sito ante portam predictarum domorum, quod est contiguum domui defuncti Hominis Dei, et in domo Bernerii Florie, in domo Berner[ii] Goion, in domo Guillelmi de Malliaco in qua est taneria sua, in furnilio quod tenet Andreas de Ponteleveio, in platea quam Johannes dictus Cantor emit a Nicholao Crachenporée, sita inter virgultum defuncti Raginaldi Engeleir et furnum predictum, in stallo quod tenent heredes defuncti Petri le

Barraut, sito in carnificio Turonensi, in duobus solidis censualibus, quos Matheus Burel debet nobis, in undecim solidis censualibus, quos debent nobis Radulfus le Bigot et Petrus Olearius de domibus suis, sitis prope cimiterium S. Petri de Vallo Turonensi, et in tribus denariis censualibus, quos Gacianus Piperarius debet nobis de domo sua, sita ante domum defuncti Gaufredi. Clerici, sicut a nobis modo possidentur, vel ab eis qui ea nostro nomine possident in presenti vel hactenus possederunt, nichil racione qua predictas domos petebant contra nos de cetero reclamabunt. Hanc autem concessionem fecimus sine alterius prejudicio vel lesura. Actum anno Domini M CC XXX tercio, mense julio, in crastino sancti Christofori.

### 2064. — 28 août 1233.

*Blacas d'Aulps et sa femme Laure font avec Bertrand de Comps, grand-prieur de S. Gilles, au nom de l'Hôpital, en présence de Rostang de Sabran, évêque de Riez, et de Guillaume de Moustiers, d'Entrevennes, une transaction relative à une métairie dépendant du château de S. Michel de Puimoisson.*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 826 (orig. scellé).

Anno incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo tertio, quinto kalendas septembris, indictione sexta.

### 2065. — 29 août 1233.

*Bertrand de Comps, grand-prieur de S. Gilles, au nom de l'ordre de l'Hôpital, et Guillaume de Moustiers, de Callian, transigent au sujet de la métairie que Béatrice, mère dudit Guillaume, possédait au château de S. Michel de Puimoisson.* (*V. plus haut, n°* 2064.)

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 826 (orig. scellé).

Anno incarnationis..... millesimo ducentesimo tricesimo tertio, quarto kalendas septembris, indictione VI.

### 2066. — 13 septembre 1233, Aix.

*Raymond-Bérenger IV, comte de Provence et de Forcalquier, autorise les Hospitaliers, représentés par Bertrand de Comps, grand-prieur de S. Gilles, à faire telles acquisitions qu'ils voudront dans le territoire du château du Luc.*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 98 (orig.).

In nomine domini nostri Jhesu Christi, anno ejusdem secundum carnem M CC XXX III, idus septembris, nos R[aimundus] Berengarius, Dei gratia illustris comes et marchio Provincie et comes Forcalcherii, donamus et concedimus vobis B[ertrando] de Coms, priori domus Hospitalis sancti Johannis S. Egidii, recipienti nomine domus Hospitalis sancti Johannis, ut, si dicta domus Hospitalis potest aquirere vel quecunque bona seu possessiones, vel alia jura infra castellum de Luco vel extra in ejus territorio, quocunque modo poterit, tamen justo, seu quocunque

titulo, videlicet emtionis, donationis, jure testamenti, relicti vel ultime voluntatis, non requisito nostro assensu vel auctoritate seu nostrorum ut habeat dictum Hospitale et teneat et possideat vel quasi ad omnes suas voluntates perpetuo faciendas, nostro dominio alias nobis salvo, ita tamen quod possessiones predictas vel bona immobilia non possint alienare nec transferre in alium vel alios absque nostri vel nostrorum consensu vel licentia speciali. Promittentes vobis bona fide et per stipulationem quod nos contra hanc concessionem nostram nullo unquam tempore veniamus. Actum Aquis, in castello dicti domini comitis. Testes fuerunt: frater Poncius Bernardus, preceptor domus Hospitalis sancti Johannis de Aquis; frater Bernardus, preceptor domus Hospitalis sancti Johannis S. Antonii de Vallaves; Ricavuus de Massilia; Johannes de Condamina; P. de Montbrun; W. Arnaudus, et plures alii. Et ego Raimundus, publicus notarius, a domino R[aimundo] Berengario, illustri comite Provincie, institutus, qui mandato ipsius domini comitis hanc cartam scripsi, et sigillo suo sigillavi, et hoc signum meum ap(*Seing manuel*)posui.

## 2067. — 3 octobre 1233, [Acre].

*Accord intervenu entre le Temple et l'Hôpital, d'une part, et les citoyens de Marseille, de l'autre, par lequel le Temple et l'Hôpital auront la liberté de navigation dans le port de Marseille pour quatre navires par an, deux de chaque ordre, au moment des passages de mars et d'août.*

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 13 (confirmation du 17 avril 1234); Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 54, n° 2 (orig. scellé [1]). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 124 (d'après la confirmation du 17 avril 1234).

In nomine Domini, amen. Anno ejusdem incarnationis M CC XXX tercio, indictione sexta, quinto nonas octobris. Notum sit cunctis, presentibus et futuris, quod, cum discordia et controversia verteretur apud Accon coram domino Odone de Monte Beliardo, conestabulo regni Hierosolimitani, inter domum milicie Templi et domum Hospitalis sancti Johannis ex una parte, et cives Massilienses ex altera. Dicebant enim predicte domus habere privilegia, que erant parate hostendere, et etiam testibus, si esset necesse, predicta privilegia confirmare. Quod domini et vicecomites quondam Massilie, scilicet dominus Roncelinus [2], et Hugo, et Raimundus de Baucio, et Geraldus Ademarii de Montilio, et uxores eorum, et Raimundus Gaufridus de Tritis dederunt et concesserunt predictis domibus quod possent habere naves et ligna in portu Massilie, de quibus et cum quibus possent libere navigare ab eodem portu Massilie ultra mare et apud Yspaniam, portando res suas, peregrinos et mercatores cum naulo et sine naulo, secundum quod in privilegiis inde factis a predictis dominis plenius continetur. Dicebant etiam magistri predictarum domorum quod Massilienses nolebant observare quod in predictis privilegiis continebatur, immo, multotiens extorquendo contra jus et justitiam ab eis pecuniam, fecerunt contra predicta privilegia multa dampna et multas injurias, eis graviter et enormiter inferendo ; que dampna in duobus millibus marchis argenti, exceptis injuriis, existimabantur. Unde magistri predictarum domorum a predicto conestabulo petebant instanter naves et res Massiliensium detineri, et predicta dampna sibi restitui cum effectu. Respondebat enim ex adverso Johannes de S. Hylario, consul Massiliensium in Accon, quod super hoc nullum habebat mandatum nec potestatem

1. Cet acte était scellé de cinq sceaux ; ceux de Roustan de Podio Alto et de Guilem de Caranzo subsistent (Blancard, *Iconogr. des sceaux et bulles... des Bouches-du-Rhône*, pl. 57, n° 12, et pl. 26 *bis*, n° 6), ainsi qu'un fragment informe d'un troisième.

2. Doncelinus, dans le texte de Malte.

a domino R[aimundo], comite Tolosano et domino Massilie[1], neque communi Massilie, nec volebat respondere predictis domibus super predictis petitionibus, cum Massilienses, qui erant apud Accon, essent mercatores, nec ipse nec ipsi essent ad hoc destinati, nec super hoc ullum haberent mandatum, si videretur predicto conestabulo et ejus curie fore justum. Tandem, cum super predictis ab utraque parte multimode fuerit altercatum, inter predictos magistros predictarum domorum, ex una parte, et dominum Rostagnum de Podio Alto, et dominum Guittelminum de Caranzon nomine Massiliensium, ex altera, mediante predicto domino conestablo et domino Johanne de Ybelino, domino Beriti, et quamplurium aliorum procerum, pax, compositio et concordia fuit inhita, tractata, ordinata de novo super predictis questionibus in hunc modum : videlicet quod predicti dominus Rostagnus de Podio Alto et dominus Guittelminus de Carazon, habentes super hoc plenariam potestatem, secundum quod continetur in instrumento publico inde facto per manum Guillelmi Imberti, publici notarii Massilie, bullati bulla communis Massilie et domini comitis Tolosani, domini Massilie, concesserunt predictis domibus quod possint habere, et honerare, et exhonerare in portu Massilie tantum suas duas naves proprias bis in anno, scilicet in passagio augusti duas naves, videlicet domus Templi unam et domus Hospitalis aliam, et in passagio pasche seu martio alias duas naves, videlicet Templum unam et domus Hospitalis aliam, in quibus possint libere et absolute honerare et exhonerare res et personas proprias predictarum domorum, et in unaquaque navi recipere usque ad mille et quingentos peregrinos tantum, et de mercatoribus quantum voluerint, salvo jure, dreitura et usatico communis Massilie in omnibus et per omnia, que et quod exiguntur vel exigi debent tam a mercatoribus quam ab aliis personis in civitate Massilie. Si vero contigerit quod predicte domus habuerint necesse plurium navium ad portandum res proprias predictarum domorum, quod eas possint habere et in eis portare res proprias, exceptis peregrinis et mercatoribus, libere et absolute. Et promiserunt predicti magistri predictarum domorum scilicet Templi et Hospitalis, concedentes omnia supradicta, quod ipsi non facient portum cum navibus suis, nec habebunt naves, quas faciant honerare vel exhonerare mercatoribus vel peregrinis, a portu Cocoliberi usque ad portum Monachi, nisi supradictas naves suas proprias, quas debent honerare et exhonerare in portu Massilie, secundum quod supradictum est. Et hujusmodi pacto et convencione predicti magistri communiter sunt contenti de omnibus privilegiis supradictis. Item supradictus dominus Rostagnus et Guittelminus promiserunt quod ipsi pro posse suo a domino comite Tolosano et communi Massilie hec omnia supradicta faciant confirmare. Et ad majorem hujus rei firmitatem, presentem paginam, per alfabetum divisam, nos frater Harmannus de Peragors, magister predicte domus militie Templi, et nos frater Gerinus, magister predicte domus Hospitalis sancti Johannis, et nos Rostagnus et Guittelminus supradicti sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Nos predictus Odo de Montebiliardo, conestabulus regni Jerosolimitani, ad preces predictorum, sigilli nostri jussimus munimine roborari. Acta sunt hec coram domino Odone de Montebeliardo, conestabulo regni Iherosolimitani, et bajulo ejusdem regni pro domino imperatore, in presencia et testimonio domini Johannis de Ybelino, domini Beryti; et domini Johannis, domini Cesarie; et domini Gauterii de Flori, et domini Anrici de Nazareno, et domini Manabei, militum; et fratris Balduini de Beuraje ; et fratris Renaldi Alamanni; et fratris Jacobi del Bois, commendatoris domus Templi Acconensis; et fratris Geraldi de Jussac ; et fratris Guillelmi Arnaldi, Templarii; et fratris

1. Il s'agit ici de Raymond-Bérenger VII, comte de Toulouse, qui avait pris le titre de seigneur de Marseille en vertu de la donation que les Marseillais lui firent de la ville basse ou vicomté de Marseille, le 7 novembre 1230. (D. Vaissette, *Histoire du Languedoc*, éd. Privat, VIII, col. 934.)

Arnaldi de Montbrun, marescalci Hospitalis sancti Johannis; et fratris Guillelmi de Monte Acuto, draperii ; et fratris Rogerii Hispani ; et fratris Guillelmi de Castronovo; et fratris Niveloni ; et fratris Rainerii Alamanni. Et hec facta fuerunt in palacio domus domini Odonis de Montebeliardo, conestabuli et bajuli supradicti. Et ego Petrus de Servaria, publicus notarius, precibus et mandatis utriusque partis, presentem paginam scripsi, et signum meum apposui.

## 2068. — 15 octobre 1233, Westminster.

*Henri III, roi d'Angleterre, ordonne au vicomte de Kent d'aider les Hospitaliers à lever l'impôt du quarantième.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 17 Henri III, membr. 1 dorso (copie contemp.).

Mandatum est vicecomiti Kancie quod, ubi prior et fratres Hospitalis sancti Johannis Jerusalem in Anglia non sufficiunt, sit eis in auxilium ad homines suos in ballivia sua distringendos quod de XL[a] mobilium suorum eis respondeant, in forma qua regi alibi in terra sua de XL[a] respondetur. Teste ut supra [apud Westmonasterium, XV die octobris].

## 2069. — 31 octobre 1233[1].

« *Donation de Constantin, seigneur de Lambron, régent du royaume d'Arménie, faite à l'ordre entre les mains du grand-maître Guérin II, d'un casal, nommé Gouvaira, avec toutes ses dépendances, en considération de ce que son père et luy avoient été reçus confrères de l'ordre et ses biens et héritages mis sous sa protection par le feu grand-maître Guérin I, son prédécesseur, de la fin du mois d'octobre, l'an de la lettreur des Arméniens* 682 *et de l'incarnation* 1232[2]. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 240 (XVIII[e] s.).

## 2070. — Novembre 1233.

*Noble homme Gautier d'Aunay, sénéchal de Dammartin, ratifie la donation de cinq arpents de terre sis à Dammartin, au lieu dit la Croix de Pierre, faite par Laurence, vicomtesse de Corbeil, aux Hospitaliers de Monthyon.*

Source : Paris, Arch. nat., S. 5190 B, n° 28 (orig.). — Analyse : Mannier, *Command. du gr.-prieuré de France*, 193.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo tercio, mense novembri.

1. L'an 682 de l'ère arménienne commença le 22 janvier 1233.

2. Les Bénédictins (*Nouveau Traité de diplomatique*, IV, 703) disent qu'ils ont eu communication de cet acte par Raybaud, et ils en ont imprimé une analyse assez différente de celle donnée ici par Raybaud. A leur suite, Daunou (*Cours d'études hist.*, III, chronologie, 503 et 505) et Langlois (*Trés. des ch. d'Arménie*, 140) le signalent, et ce dernier donne des détails sur Constantin, seigneur de Lampron (« des Embruns ») et thakatir d'Arménie (« meteor de la couronne des Ermines »). Il était fils de Héthoum II, sébaste, et neveu de saint Nersès, archevêque de Tarse; la rivalité des seigneurs de Lampron et des Roupénides dura jusqu'au mariage d'Héthoum I avec Isabelle, fille de Léon II, roi d'Arménie, en 1226.

## 2071. — 17 décembre 1233, Latran.

*Le pape Grégoire IX charge Barthélemy, évêque de Valanie, de terminer le différend soulevé entre les Hospitaliers et Bohémond V, prince d'Antioche et comte de Tripoli, au sujet du château de Maraclée.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 14 (dans un acte de Barthélemy, évêque de Valanie, du 22 novembre 1234). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 127.

Gregorius, etc., venerabili fratri episcopo Vallaniensi, salutem, etc. Dilecti filii magister et fratres Hospitalis Jerosolimitani suam ad nos querimoniam destinarunt quod nobilis vir princeps Antiochie et quidam alii Antiochene et Tripolitane diocesis super castro Maraclee ac rebus aliis injuriantur eisdem. Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus, partibus convocatis, audias causam, et, appellatione remota, fine debito terminare procures, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari, proviso ne in terram dicti principis excommunicationis vel interdicti sententiam proferas, nisi mandatum a nobis super hoc receperis speciale. Testes autem, etc. Dat. Laterani, xvi kalendas januarii, pontificatus nostri anno vii.

## 2072. — 22 décembre 1233.

*Accord entre Pierre Salvador, évêque de Porto, et Rodrigue Gil, prieur de Portugal, relatif au droit de procuration et de présentation à diverses églises.*

Source : Lisbonne, Arch. roy. de Portugal, Malta 29, f. 74 *b* (copie de 1815).

In Dei nomine, notum sit tam presentibus quam futuris quod, cum inter dominum Petrum Salvatoris, episcopum Portugalensem, ex una parte, et inter fratres Hospitalis, ex altera, verteretur questio supra procurationibus et presentationibus ecclesiarum infrascriptarum, tandem inter eos hujusmodi compositio intervenit, videlicet quod fratres Hospitalis debent dare episcopo Portugalensi annuatim unam procurationem de tribus ecclesiis de Rio Medeano, de Maraneda et de Hereda, et ecclesia de Placiolo de Brandam. Dominus episcopus Portugalensis adjungit ecclesie de Rivo Medeano quantum in eo est de potestate episcopali, salvo quod percipiat et habeat in eadem ecclesia omnia jura episcopalia ; et debent fratres dare aliam procurationem episcopo Portugalensi annuatim de quinque ecclesiis in Madia, videlicet de Barreiros, de Costoias, de Aldeia, de Guifaens, de Gondim, de ecclesia de Moura Morta que est in terminis de Penna Guiam, salvis nihilominus juribus aliis, que Portugalensis ecclesia consuevit hactenus percipere in ecclesiis supradictis ; et debet episcopus recipere istas annuas procurationes in quacumque istarum ecclesiarum voluerit, excepto quam in ecclesia de Rivo Medeano ; et debent fratres presentare fratres vel clericos episcopo Portugalensi ad predictas ecclesias, juxta suum privilegium. Item fratres dant Portugalensi ecclesie omne jus quod habent in ecclesia de Pereira, que est in terra de S. Maria, et dant nihilominus et dimittunt unum suum casale, quod habent in Bari sive Farina ; ideo fratres de jure non poterant intrare ipsam villam ad acquirendum ibi aliquod vel habendum. Item super contentione, que est inter eos super quibusdam terminis, debent duo, vel unus ex tribus, vel duo, vel unus ex canonicis, jurare quod, cognita veritate, tam per se quam per alios, per quos scieri melius, ipsi terminis illis decernere (*sic*) quod justum eis visum fuerit; et partes promiserunt bona fide quod stent eorum man-

datis. Item tractum et positum est inter eos quod, antequam predicta compositio confirmaretur, tam episcopus quam fratres ostenderint in capitulo Portugalensi chartas, initas inter se super procuratione et presentatione ecclesiarum de Leça; quod completum et ipsis chartis visis episcopus quod non moveat questionem super presentatione et procuratione ecclesiarum de Leça; quod completum et ipsis chartis visis dico ecclesiarum de Leça tempore ullo. Hec compositio facta est per predictum episcopum, de voluntate et consensu capituli sui, et per fratrem Rodericum Egidium, priorem, et fratres Hospitalis, de mandato et consensu fratris R......, tunc Hospitalis pro Hispania commendatoris. Ut hoc factum mayor robur obtineat firmitatis, facte sunt due mee charte per alphabetum divise, sigilate sigilis predictorum, videlicet domini episcopi, capituli et prioris, sub era milesima ducentessima septuagessima, undecimo calendas januarii. Alfonsus rex confirmavit[1].

### 2073. — 3 janvier 1234, Latran.

*Le pape Grégoire IX à l'archevêque de Cologne et à ses suffragants. Il renouvelle en faveur des Hospitaliers d'Arnheim la bulle de Lucius III, du 6 décembre* 1184 : « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 702.)

Source : Arnheim, Arch. de la prov. de Gueldre, fonds S. Jean, n° 96 (copie, fin xv° s.).

Dat. Laterani, III nonas januarii, pontificatus nostri anno VII.

### 2074. — 21 janvier 1234, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du 6 décembre* 1184 : « *Non absque dolore* » (*V. plus haut,* I, *n*° 702), *mais il l'adresse à Siegfried III, archevêque de Mayence, et au clergé du diocèse de Mayence, et vise spécialement les usurpations que subissent les Hospitaliers de Feldkirch, au diocèse de Coire.*

Source : Frauenfeld, Arch. du cant. de Thurgovie, div. Tobel, tiroir II, liasse 1 (orig. bullé). — Analyse : K(rapf) v(on) R(eding), *Die Reg. der Johanniter Comthurei Tobel,* n° 6, dans Th. v(on) Mohr, *Die Reg. der Arch. in der Schweizerischen Eidgenossenschaft,* II (Coire, 1852); Ladewig, *Reg. episc. Constantiensium,* I, 168, n° 1457 (à la date fausse du 12 janvier 1234); Potthast, *Reg. pont. Roman.,* n° 9373. — Texte : J. Meyer, *Thurgauisches Urkundenbuch,* II, 450.

Dat. Laterani, XII kalendas februarii, pontificatus nostri anno VII.

### 2075. — 21 février 1234, Chippenham.

*Henri III, roi d'Angleterre, accorde aux Hospitaliers d'Angleterre le droit d'avoir un marché à Chippenham, le lundi de chaque semaine, et une foire annuelle, les* 28 *et* 29 *septembre.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 18 Henri III, membr. 29 (copie contemp.).

Rex vicecomiti Cantebrigie, salutem. Scias quod concessimus priori et fratribus Hospitalis sancti Johannis Jerusalem in Anglia quod ipsi et successores

1. La présence de ces trois mots ne s'explique qu'en supposant, ce qui est fréquent en Espagne, que la ratification royale fut obtenue très postérieurement; c'était, en effet, Sanche II qui régnait en Portugal en 1233, et Alphonse III ne lui succéda qu'en 1246 comme régent, et en 1248 comme roi.

sui inperpetuum habeant unum mercatum apud manerium suum de Chipeham, singulis septimanis per diem lune, et quod habeant ibidem unam feriam singulis annis, duraturam per duos dies, videlicet in vigilia et in die sancti Michaelis, nisi mercatum illud et feria illa sint ad nocumentum, etc. Et ideo tibi precipimus quod carta predictorum prioris et fratrum, quam eis inde fieri fecimus, in comitatu tuo legi, et predictum illud mercatum et feriam illam clamari et teneri facias, sicut predictum est. Teste rege apud Chipeham, XXI die februarii.

## 2076. — 1 avril 1234, N. Dame de Sias et Mévouillon.

*Saure et Josserande, femme et belle-fille de Raymond de Mévouillon, ratifient la donation du château des Omergues, du tenement de Villesèche et de Felgère, faite par celui-ci à Bertrand de Comps, grand-prieur de S. Gilles, et aux Hospitaliers.*

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 11. — TEXTE : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 293.

In nomine domini nostri Jhesu Christi, amen. Anno incarnationis ejusdem M CC XXX IIII, videlicet kalendis aprilis, notum sit omnibus modernis hominibus et futuris quod ego Saura, uxor nobilis viri R[aimundi] de Medullone, de ipsius assensu, sciens ipsum dedisse et tradidisse ex causa transactionis fratri Bertrando de Comps, priori Hospitalis Hierosolimitani S. Egidii, et ipsi domui Hospitalis castrum de Amenicis cum omnibus juribus et pertinenciis suis, nec non etiam tenementum de Villasicca et de Felgeria cum caslari loci ejusdem, predictam transactionem, donationem et traditionem rerum predictarum laudo, approbo et confirmo, et jus ypothece, mihi competens in rebus predictis pro dote mea vel propter nuptias donatione certa, de facto et de jure, gratis et absque cohactione et circumventione, remitto tibi fratri Portulesio, preceptori Vapincensi, ad hoc a fratre Bertrando de Comps supradicto specialiter destinato, et quod predicta omnia rata habeam, et nullo tempore contraveniam per me vel per interpositam personam, bona fide tibi fratri Portulasio, pro dicto priore et dicta domo stipulanti, per stipulationem promitto, et tactis sacrosanctis evangeliis juro sub eodem jure jurando, renuntians omni juri canonico et civili, quo me possem deffendere vel juvare. Actum fuit hoc apud Rupem, in ecclesia beate Marie, testibus presentibus et roguatis : B[ertrando] de Laia, preceptore domus Hospitalis de Amenicis ; Villelmo de Barraçio, fratre Hospitalis ; Villelmo Ymberto, donato Hospitalis ; R. Jaufredi ; Rotberto, eodem anno et die quo supra. Eguo Gauçeranda, uxor R[aimundi] de Medullone, filii junioris viris (*sic*) nobilis domini R[aimundi] de Medullone senioris, de ipsius assensu, sciens ipsum socerum meum ex causa transactionis dedisse et tradidisse fratri B[ertrando] de Comps, priori Hospitalis Hierosolimitani S. Egidii, et ipsi domui Hospitalis castrum de Avienicis cum omnibus juribus et pertinentiis suis, necnon et tenementum de Villasicca et de Felgeria cum caslari loci ejusdem, predictam transactionem, donacionem et tradicionem rerum predictarum laudo, aprobo et confirmo, et jus ypothece, michi competens in rebus predictis pro dote mea vel propter nuptias, donatione etiam de facto et de jure, gratis et absque omni cohactione et circumvencione, remitto tibi fratri Portulesio, preceptori Vapincensi, ad hoc a fratre Bertrando de Comps supradicto specialiter destinato ; et quod predicta omnia rata habeam, et nullo tempore contraveniam per me vel per interpositam personam, bona fide tibi fratri Portulesio pro dicto priore et dicta domo stipulavi, et per stipulationem promitto, et tactis sacrosanctis evangeliis juro sub eodem jure jurando, renuncians omni juri canonico et civili, quo me possem defendere vel juvare. Acta sunt hec in

porticu ante portam aule Medullonis, testibus presentibus et rogatis: Bertrando de Laia, preceptore domus Hospitalis de Amenicis; Willelmo de Barraçio, fratre Hospitalis; R. Jaufredi; B. Remusati; Stephano de Roenac. Et ego Willelmus, publicus notarius domini R[aimundi] de Medullone, supradictis omnibus testis rogatus interfui, et rogatus a partibus hanc cartam scripsi, et de mandato domini R[aimundi] de Medullone hanc presentem cartam bulla sua plumbea roboravi, et hoc meum signum aposui.

## 2077. — 8 avril 1234, Latran.

*Le pape Grégoire IX renouvelle aux prieurs et aux Hospitaliers d'Espagne la bulle d'Honorius III, du* 12 *mai* 1225 : « *Ante oculos cordis (avec la variante mentis).* » (*V. plus haut, n°* 1815.)

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno II, 9 (copie, fin xiv^e s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 17, f. 174 *b* (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 121 (copie de Smitmer, xviii^e s.). — Analyse : Auvray, *Reg. de Grég. IX*, I, col. 1023, n° 1875.

Dat. Laterani, vi idus aprilis, pontificatus nostri anno viii.

## 2078. — 13 avril 1234, Latran.

*Le pape Grégoire IX accorde aux mêmes le droit de présenter à l'autorité diocésaine, en cas de vacances dans les églises de l'ordre, les frères ou clercs séculiers qui habitent les maisons de l'Hôpital, pour assurer le service divin.*

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 19 (vidimus de Pierre d'Albalat, archevêque de Tarragone, du 9 janvier 1241), et Cartul. Magno, II, 10 (copie, fin xiv^e s., d'après le même vidimus); Rome, Arch. du Vatican, reg. 17, f. 174 *b* (copie contemp.); Sigena, Arch. du monastère (vidimus de l'archevêque de Tarragone, du 9 janvier 1241); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 120 (copie de Smitmer, xviii^e s.). — Texte : Auvray, *Reg. de Grég. IX*, I, col. 1022, n° 1874.

[Gregorius, etc., dilectis filiis] prioribus et fratribus Hospitalis Jerosolimitani in Hispania commorantibus, [salutem, etc.]. Justis petentium desideriis, etc. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis quod, cum vos ad ecclesias ad vos spectantes, cum eas vacare contingit, interdum fratres vestri ordinis, plerumque vero idoneos clericos seculares, qui, vobiscum in vestris domibus commorantes, in vestra mensa comedant et dormiant in vestro dormitorio, diocesanis episcopis, prout ad vos pertinet, presentetis, quidam ipsorum eos admittere pro sue voluntatis arbitrio contradicunt, nisi tantum eis de ipsarum proventibus assignetur quod sibi et suis extra domos vestras morantibus plene sufficiat, hospitalitatem observent et de juribus episcopalibus diocesanis episcopis integre studeant respondere, quanquam vos hospitalitatem servetis ac illis de ipsis juribus sitis respondere parati. Quare fuit pro vobis nobis humiliter supplicatum ut, cum propter hoc eedem ecclesie debitis obsequiis defraudentur et vobis magnum immineat detrimentum, providere super hiis misericorditer dignaremur. Vestris igitur supplicationibus benignum impertientes assensum, presentium vobis auctoritate concedimus ut hujusmodi personas idoneas prefatis diocesanis ad easdem ecclesias vobis liceat presentare, dummodo dicte ecclesie nullum defectum in divinis officiis patiantur, et de premissis juribus faciatis locorum episcopis plenarie responderi. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc. Dat. Laterani, idibus aprilis, pontificatus nostri anno viii.

## 2079. — 17 avril 1234, Marseille.

*La municipalité de Marseille ratifie l'accord intervenu, le* 3 *octobre* 1233, *entre elle et les ordres du Temple et de l'Hôpital.* (*V. plus haut, n°* 2067.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 13 (orig.). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 124.

In nomine Domini, anno incarnacionis ejusdem millesimo ducentesimo tricesimo quarto, quinto decimo kalendas maii, indictione septima. Pateat cunctis hominibus, presentibus et futuris, quod, cum in generali consilio Massilie, in palatio comunis ad sonum campane more solito et voce preconia congregato, instrumentum quoddam, per alphabetum divisum, perlectum fuisset, cujus instrumenti talis est series sive tenor : « In nomine Domini, amen, etc. (Voir le texte plus haut, n° 2067) ». Cujusque instrumenti tenore a dicto consilio generali Massilie percepto et plenius intellecto, et deliberacione plenaria habita super dicta pace, compositione et concordia inhita et tractata et ordinata inter predictos magistros predictarum domorum ex una parte, et Rostagnum de Podio Alto et Guicelminum de Caranzon nomine Massiliensium ex altera, prout superius continetur, Ugo Vivaldus, syndicus communis Massiliensis, de voluntate et assensu dicti generalis consilii, ipsumque consilium generale nomine communis et universitatis Massiliensis et pro ipso communi approbaverunt et confirmaverunt dictam pacem, compositionem et concordiam, et omnia supradicta, prout in ipso instrumento et superius continetur. Et ita quod dicti syndici et consilii supradicti est intentio seu intellectus, et ita confirmando intelligunt quod sub nomine navis intelligantur salandri, taride et alia ligna ad transfretandum apta. Actum in aula viridi palacii communis Massilie, in presentia fratris Bertrandi de Coms, prioris S. Egidii ; Arnaudi de Miserata, comendatoris domus Hospitalis S. Egidii ; fratris Poncii Bernardi, preceptoris domus Hospitalis Massilie ; fratris Guillelmi de Valencia, comendatoris navium ; fratris Giraudi Pittavini, sacerdotis dicti prioris ; fratris Bernardi, sacerdotis domini comitis Tholose. Item Ugonis de Lucco, comendatoris domus de Bailles ; fratris Guillelmi de Capmeillier, comendatoris navis Templi ; fratris Bovismundi ; fratris Petri, comendatoris domus de Fossis. Item et in presencia et testimonio Poncii Astoaudi ; Sycardi Alamanni ; Poncii de Bosqueto ; Sycardi de Miramonte ; magistri Bertrandi de Comdomio ; Arnaudi Johannis ; Jordani de Lantar ; Rostagni de Podio Alto, et plurium aliorum, et mei Guillelmi Ymberti, publici notarii Massiliensis, qui, mandato dicti syndici et dicti generalis consilii, hanc publicam cartam scripsi, et signum meum apposui, et ad majorem precedentium firmitatem sigillo communis Massilie sigillavi.

## 2080. — Mai 1234.

*Jean de Braine, comte de Mâcon, et Alice, sa femme, accordent aux Hospitaliers l'exemption de péage pour leurs marchandises transportées par la Saône et destinées à être envoyées en Terre Sainte.*

Source : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, grand-prieuré de Champagne, H. 1159 (orig.).

Universis presentes litteras inspecturis, Johannes, comes Matisconensis, et A[laydis], uxor sua, salutem in Domino. Notum facimus quod, cum discordia verte-

retur inter nos ex una parte, et fratres Hospitalis Jerusalem ex altera, super eo quod a dictis fratribus et suis servientibus pro rebus eorum, quas deferri faciebant per Ararim, pedagia seu consuetudines exigebamus apud Matisconum et Roortier, et ob hoc multociens ipsos infestavissemus, licet ipsi jugiter allegarent se ad dandum pedagia seu consuetudines aliquas non teneri, tum ratione privilegiorum suorum, tum quia res ille ad Terre Sancte subsidium specialiter deputate mittebantur, tandem, de bonorum et prudentum virorum consilio, et quia super hujusmodi exactionibus nostre conscientie nos remordebant, talis intervenit concordia quod nos, quicquid juris seu dominii in hujusmodi pedagiis seu consuetudinibus exigendis habebamus seu nobis et heredibus seu successoribus nostris competebant seu competere poterant, Deo et sancti domui Hospitalis Jerosolimitani, in puram et perpetuam elemosinam donavimus et donamus, volentes et concedentes ut predicti fratres et sui servientes, necnon et omnes res eorumdem fratrum proprie et suorum servientum sive mercatura, precipue apud Matisconum et Roorterum, et in omnibus terris et aquis nostris et heredum seu successorum nostrorum, liberum transitum de cetero imperpetuum habeant eundo, redeundo seu morando, et ab omnibus exactionibus, pedagiis seu consuetudinibus predicti fratres seu servientes eorum, cum omnibus rebus supradictis sive mercatura, liberi, quiti sint penitus et immunes. Nec nos nec heredes nec successores nostri decetero a predictis fratribus vel eorum servientibus, seu de rebus illorum sive mercatura, aliquid omnino exigere amodo poterimus, promittentes et creantantes bona fide quod contra supradicta, per nos vel per alios, nullo umquam tempore veniemus, et super omnibus rebus supradictis tam fratrum quam servientum suorum credetur juramento fratris Hospitalis. Quod ut notum et ratum permaneat, presentes litteras volumus sigillorum nostrorum munimine roborari. Actum anno gratie M CC XXX quarto, mense maio.

### 2081. — 11 mai 1234, Latran.

*Le pape Grégoire IX renouvelle la bulle d'Honorius III, du* 21 *août* 1227 : « *Quieti vestre providere* ». (*V. plus haut, n°* 1881.)

SOURCE : Prague, Arch. du gr.-pr. de Bohême, A. XXVI, n° 16 (orig. bullé).

Dat. Laterani, v idus maii, pontificatus nostri anno VIII.

### 2082. — Juin 1234, Vincennes.

*Louis IX, roi de France, vidime un acte, de mai* 1234, *par lequel Jean de Braine, comte de Mâcon, et Alice, sa femme, accordent aux Hospitaliers l'exemption de péage pour leurs marchandises transportées par la Saône et destinées à être envoyées en Terre Sainte.* (*V. plus haut, n°* 2080.)

SOURCE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 41, n° 4 des priv. des rois de France (orig. scellé)[1].

Actum apud Vicenas, anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo quarto, mense junio.

1. Le sceau est décrit dans Blancard, *Iconogr. des sceaux et bulles des B.-du-Rh.,* pl. 32, n° 1.

### 2083. — 27 juin 1234.

*Sanche d'Ahones, évêque de Saragosse, et son chapitre donnent à l'Hôpital, représenté par Hugues de Forcalquier, châtelain d'Amposte (magister in Aragonia), l'église de Fortaner et celles qui en dépendent, avec leurs dîmes, prémices, droits paroissiaux, et sous réserve des droits épiscopaux, etc.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 148-150 (orig. charte-partie).

Acta sunt hec v kalendas julii, in capitulo supradicto [sedis Cesaraugustane], sub era M CC LXX secunda.

### 2084. — Juillet 1234.

*Guy IV, comte de Nevers et de Forez, certifie la vente faite par Jean, Pierre, Matthieu et Guillaume, fils de feu Philippe Arvreniez (Arvernacii), à l'Hôpital de Montbrison, moyennant quarante livres fortes de Lyon, de biens dépendant de l'Hôpital le Grand, dans la paroisse de Prétieu.*

Source : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. command. de Montbrison, membre de l'Hôpital le Grand, chap. 1, n° 2 (orig.).

Actum anno Domini M CC XXX quarto, mense julii.

### 2085. — 17 juillet 1234, Rieti.

*Le pape Grégoire IX défend aux prélats d'Espagne d'excommunier les vassaux de l'Hôpital pour atteindre indirectement les Hospitaliers eux-mêmes.*

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 201 (copie de S. Pauli, XVIII° s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 121 (copie, XVI° s.), et bull. E, f. 233 (auj. perdu) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 17, f. 195 *b* (copie contemp.). — Analyse : Auvray, *Reg. de Grég. IX*, I, col. 1093, n° 2024 ; Bosio, *Dell' istoria.....*, I, 574 (à la date erronée du 27 juillet 1234).

Gregorius, etc., archiepiscopis et episcopis et aliis ecclesiarum prelatis per Hispaniam constitutis [salutem, etc.]. Gravem ad nos dilecti filii priores et fratres Hospitalis Hierosolymitani, in Hispania constituti, transmisere querelam, quatenus, cum interdum inter aliquem vestrum et ipsos super re vel ecclesia aliqua questio moveatur, vos ipsos, qui vestris directe non patent insultibus, quasi ex obliquo percutitis ore, ut eos suo juri cedere compellatis, ecclesias et loca Hospitalis ejusdem, de quibus nulla questio vertitur, interdicto subjicitis et ejus vassallos excommunicationis vinculo innodatis. Cum igitur nec vos id deceat facere, nec nos possumus in pacientia sustinere, universitati vestre mandamus quatenus sententias hujusmodi, per quas et pontificalis ordinis odor eliditur et justitia non modicum derogatur, de cetero taliter nullatenus proferatis, ita quod ex hoc devotionem vestram commendare possimus, et eisdem fratribus providere aliter non cogamur. Dat. Reate, XVI kalendas augusti, [pontificatus notri] anno VIII.

### 2086. — 23 juillet 1234, Rieti.

*Le même ordonne à Alexandre Stavensby, évêque de Coventry, d'annuler l'excommunication portée contre Marguerite de Lascy à l'occasion de l'affaire des religieuses de Cornbury.* (*V. plus haut, n°* 2059.)

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 17, f. 197 *b* (copie contemp.) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 123 (copie de Smitmer, xviii<sup>e</sup> s.). — Analyse : Bliss, *Cal. of papal registers*, I, 141. — Texte : Auvray, *Reg. de Grég. IX*, I, col. 1101, n° 2038.

Gregorius, etc., venerabili fratri [Alexandro], episcopo Coventrensi, [salutem, etc.]. Sua nobis nobilis vir Walterus de Lasci et [Margareta], uxor ejus, petitione monstrarunt quod, cum olim, ad instantiam uxoris ipsius, venerabili fratri nostro [Hugoni], Herefordensi episcopo, nostris dederimus litteris in mandatis ut, deposito habitu Hospitalis Jerosolimitani a sororibus monasterii de Corneburi, quod iidem vir et uxor de bonis suis fundaverant auctoritate apostolica ut eedem secundum regulam beati Augustini ibidem viverent, ordinare(n)t te sibi super hoc executore concesso et nichilominus venerabili fratri nostro [Wilielmo], Wigorniensi episcopo, ejusque collegis ut, te in executione negotii dicti cessante, id executioni mandarent, duxerimus injungendum : fratres Hospitalis Jerosolimitani in Anglia commorantes dictam uxorem suam coram [Wilielmo], priore de S. Albano, et conjudicibus suis per litteras conservatorias « quoniam nimis dispendiosum »[1], eis contra malefactores suos ab apostolica sede concessas, super hoc traxerunt in causam. Cumque procurator dicte mulieris litem super hiis cum parte altera noluisset in viri absentia contestari, judices, ipsam reputantes pro sue voluntatis arbitrio contumacem, predictos fratres in possessionem amministrationis et cure predicti monasterii causa custodie induxerunt. Ceterum, licet eisdem judicibus per litteras nostras fecerimus inhiberi ne per dictas litteras, contra suos malefactores obtentas, contra prefatam procederent mulierem, ipsi nichilominus in omnes qui, ne dicti fratres predictarum sororum custodie deputandi in eodem monasterio admitterentur, resisterent, generalem excommunicationis sententiam protulerunt. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si est ita, prefata sententia, sicut justum fuerit, revocata, et hujusmodi processu per prefatas litteras « quoniam minus dispendiosum », a dictis judicibus post inhibitionem nostram habito, non obstante, in eodem negotio procedas juxta priorum continentiam litterarum. Dat. Reate, xiii kalendas augusti, [pontificatus nostri] anno viii.

### 2087. — 2 août 1234, Wyl.

*Conrad, abbé de S. Gall, confirme aux subordonnés de l'abbaye le droit de faire des donations aux Hospitaliers de Bubikon, droit qu'ils tenaient du feu comte Diethelm IV de Tockenburg, et l'étend aux Hospitaliers de Tobel.*

Source : Zurich, Arch. d'Etat, command. de Bubikon, n° 7 (orig.).

Actum apud Wilam, anno Domini m cc xxx iiii, quarto nonas augusti.

1. V. plus haut, p. 457, note 2.

**2088.** — 8 août 1234, Spolète.

*Le pape Grégoire IX annonce au grand-maître et aux frères de l'Hôpital qu'il charge Thierry, archevêque de Ravenne et légat apostolique, de faire exécuter par les barons du royaume de Jérusalem et les bourgeois d'Acre l'accord, intervenu entre l'Hôpital et l'empereur Frédéric II, par l'entremise d'Albert Rezato, patriarche d'Antioche, et d'Hermann de Salza, grand-maître des Teutoniques.*

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1189, f. 137 (copie de la Porte du Theil, XVIII[e] s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 17, f. 198 *b* (copie contemp.). — Analyse : Auvray, *Reg. de Grég. IX*, I, col. 1104, n° 2043; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, I, n° 9504. — Texte : Huillard-Bréholles, *Hist. diplom. Frid. II*, IV, 481; Lünig, *Spicil. eccl., contin.*, I (*Reichs-Archiv*, XIX), 3, n° 4 et *Pars gener., contin.* II (*Reichs-Archiv*, IV), 152, n° 116; Pertz-Rodenberg, *Epistolæ sæc. XIII*, I, 122, n° 594; A. Vesi, *Storia di Romagna* (Bologne, 1845-7), II, 427.

Gregorius, etc., magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, [salutem, etc.]. De liberatione Terre Sancte indesinenter anxii et sine intermissione solliciti, non cessamus, dum flebilem ipsius casum attendimus, pro ejus statu oportuna consilia cogitare. Unde nuper deliberatione prehabita cum fratribus nostris et venerabilibus fratribus...Constantinopolitano, Antiocheno et Jerosolimitano patriarchis, archiepiscopis, episcopis et multis aliis ecclesiarum prelatis, apud sedem apostolicam constitutis, presente et acceptante karissimo in christo filio nostro Friderico, Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege illustri, pie terre ipsi subveniendum providimus per generalem populi christiani succursum, et ubique, sicut est negotio permaxime neccessarium, pacis seu treuguarum debere federa observari. Quia vero turbationi et ex hoc gravi periculo subjacet terra predicta, propter quod labor hujusmodi esset inutilis, si pacem ipsa non haberet, pro qua hec provisio emanavit, et facile ammitti contingeret paucas, que supersunt, reliquias ex eadem, nos, nolentes, sicuti nec debemus, ipsius exterminium sustinere, venerabilem fratrem nostrum [Theodoricum], archiepiscopum Ravennatensem, apostolice sedis legatum, cujus discretionis et probitatis merita efficaciter nos hortantur ut in arduis negotiis vices nostras fiducialiter committamus eidem, ad partes vestras duximus destinandum, nobilibus viris baronibus regni Jerosolimitani et civibus Acconensibus injungentes ut pacem, quam jamdudum predictus Antiochenus patriarcha et dilectus filius [Hermannus], magister domus Theutonicorum, inter imperatorem ipsum ex una parte et vos ex altera facere curaverunt, que, cum littere super hoc nobis congruo tempore presentate non fuerint, non extitit per sedem apostolicam confirmata, sine difficultate qualibet acceptantes, inviolabiliter observetis eandem, ita quod, propitiante Domino, nullum impedimentum obsistat quin ad subsidium vestrum ecclesia valeat, sicut disposuit, christianum populum advocare. Quod si dicti barones et cives exhortationes et monitiones dicti legati super pace predicta admittere non curaverint, cum nequeamus predicto imperatori deesse in justitia, quem velut ecclesie brachium speciale in rationibus suis habundantiori tenemur affectu fovere, archiepiscopo ipsi per litteras nostras injungimus ut omnia, quoad jus possessionis et proprietatis, in eum statum auctoritate nostra reducat in quo fuisse noscuntur ante discordiam inter marescallum imperatoris ejusdem et vos, inimico pacis faciente, subortam; contradictores, si quos in terra illa invenerit vel rebelles, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, sublato cujuslibet contradictionis et appellationis impedimento, compescens. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus memoratum archiepiscopum, tamquam legatum ecclesie Romane, debito suscipientes honore, et ipsius monitis et mandatis humiliter intendentes, ei pleno mentis affectu et effectu operis assistatis, ita quod a

nobis merito commendari possitis, et per suffragium vestrum addiscant devote acquiescere qui proterve renuunt obedire ; alioquin sententiam, quam idem legatus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, et servari, auctore Deo, usque ad satisfactionem congruam faciemus. Dat. Spoleti, VI idus augusti, [pontificatus nostri] anno VIII[1].

### 2089. — 28 septembre 1234, Neustadt.

*Frédéric II, duc d'Autriche et de Styrie et seigneur de Carniole, autorise son frère (naturel) Léopold de Blumenhowe (Plümenowe) à donner, après sa mort, aux Hospitaliers de Fürstenfeld, sa ville d'Alt-Fürstenfeld*[2].

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, G. XL, command. de Fürstenfeld, n° 11 (orig. cancellé d'un coup de canif). — Analyse : J. von Zahn, *Urkundenbuch des Herzogthums Steiermark,* II, 418, n° 316.

Datum in Nova Civitate, IIII kalendas octobris, anno Domini M CC XXX IIII.

### 2090. — 10 novembre 1234, Pise.

*Barthélemy, prieur de S. Pierre aux Liens de Pise, juge délégué par le pape Grégoire IX, rend un jugement contre les Hospitaliers d'Asnello, qui refusaient l'obéissance au grand-prieur de Pise, duquel ils relevaient.*

Source : Florence, Arch. d'Etat, spoglio delle cartapecore, Olivetani de Pistoia.

Facta et lecta est Pisis, in claustro ecclesie S. Martini in Guassalungo..... anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo trigesimo quinto, indictione octava, quarto idus novembris.

### 2091. — 11 novembre 1234, Brünn.

*Premysl, margrave de Moravie, confirme toutes les possessions et libertés accordées à l'Hôpital de Jérusalem en Moravie par Premysl-Ottakar I, roi de Bohême, son père, et par Henri-Vladislas III, margrave de Moravie, son oncle*[3].

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXI, n° 16 (orig. scellé de 2 sceaux). — Analyse : *Appendix synoptica.....* (s. l. n. d., XVIII$^{e}$ s.), n° XVI ; Dobner, *Monum. histor. Boemiæ,* IV, 260 ; Erben, *Reg. Moraviæ et Bohemiæ,* I, 407, n° 864. — Texte : A. Boczek, *Codex diplom. et epistol. Moraviæ,* II, 280.

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis. Ego Premisle, Dei gracia

1. Des bulles analogues furent délivrées, le même jour, au grand-maître et aux chevaliers du Temple, au précepteur des Teutoniques, à l'archevêque de Ravenne, aux barons et prélats du royaume de Jérusalem et aux bourgeois d'Acre.

2. Le même autorisa, par un acte non daté, mais qui se place vers la même époque (Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, comm. de Fürstenfeld, n° 12 ; éd. Zahn, *Urkundenbuch des Herzogthums Steiermark,* II, 412), Léopold de Blumenhowe à aliéner ses biens à Altenmarkt (Vetus Forum), en Styrie, près de Fürstenfeld. Quoique les Hospitaliers ne soient pas nommés dans cette autorisation, la présence de l'acte aux Archives du grand-prieuré de Bohême permet de supposer qu'ils furent choisis par le donateur pour recevoir cette nouvelle donation.

3. Ces donations sont du 31 décembre 1213. (V. plus haut, n$^{os}$ 1417 et 1418.)

marchio Moravie, domui Hospitalis sancti Johannis et fratribus ad illud pertinentibus, in perpetuum. Licet simus juvenilis etatis, tamen, cum princeps simus et regio sanguine natus, filius scilicet inclite memorie Premisle, qui et Ottacharus a Theutonicis vocabatur, tercii regis Boemie, decet nos prudencie habere sagacitatem, mores honestos, et maturis uti conciliis, et pietatis operibus exuberare, et ad hec peragenda intendere decrevimus studiose. Visum itaque est nostre discrecioni esse conveniens quod illustris patris nostri privilegia, et eciam incliti marchionis patrui nostri bone memorie Wladislay, cujus sumus heres et marchionatus sui dominus et possessor, religiosis domibus concessa, renovare et eciam confirmare. Igitur ad peticionem fratrum domus Hospitalis sancti Johannis et precipue fratris Huconis, qui eorum possessionibus preest gubernandis in marchionatu nostro, statuimus in subsequenti scripto omnia jura, que munificencia patris nostri regis Boemie et patrui nostri quondam marchionis Moravie prefate domui concessit, confirmare, ut inconcussa perpetuo maneant et illabata. Hinc est quod patris nostri Premisle et patrui nostri Wladislay privilegia verbo ad verbum subsequenti pagine precepimus inserere. Incipit autem privilegium patris nostri: « In nomine sancte trinitatis et individue unitatis. Ego Premisle, etc. (V. plus haut, nº 1418.) » Privilegium vero aliud patrui nostri Wladislay incipit sic: « In nomine sancte trinitatis et individue unitatis. Ego Heinricus, qui et Wladizlaus, etc. (V. plus haut, nº 1417.) » Igitur hec omnia, que illustris pater noster rex Boemie Othacarus nomine et patruus noster Wladislaus prefate domui sancti Johannis et fratribus in ipsa morantibus concessit, nos idem ratum habemus et confirmamus, et in hujus rei testimonium sigillum nostrum huic pagine fecimus apponi, et rogavimus illustrem fratrem nostrum Wenceslaum, regem Boemie[1], quod et ipse eandem donacionem auctoritate sua confirmaret; et in testimonium hujus confirmacionis, quam ipse libenter et devote fecit, sigillum suum huic scripto apposuit. Insuper rogavimus, unacum fratre nostro Wenceslao, rege Boemie, venerabilem patrem nostrum dominum Robertum, Olomucensum episcopum, quatenus, ad pleniorem hujus prefate donacionis confirmacionem, presenti carte sigillum suum apponeret, quod et fecit. Testes vero, in quorum presencia hec acta sunt, hii sunt: dominus Arnoldus, prepositus Wisegradensis; Arnolphus, abbas Trebecensis; Ambrosius, prepositus Cunicensis; Paul, prepositus Ragygradensis; Wilelmus, notarius regis Boemie; Bartholomeus, canonicus Olomucensis; Marguardus, capellanus noster, et socii ejus; Sdezlaus, camerarius Boemie; Witteco et Heinricus, frater ejus; et Witteco juvenis, frater eorum; Vocco, filius Borutonis; Vocco, filius Benesonis; Ratiborius; Arthlebus; Gruth, filius Detrici; Wirso; Ranozyrus; Pardus et frater ejus Thewirdese; Stephanus, judex domine regine; Huale, Ottaslaus, Wogeteh, Ector, milites domini episcopi; Wilelmus; Lupoldus; Nagrade; Pelegius; Harthebus et Johannes, filii Ratiborii. Acta sunt hec Brunne, in domo Brumonis, monetarii regis, anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo tricesimo quarto, quarto idus novembris. Data per manus Hylarii, prothonotarii nostri.

## **2092.** — 11 novembre 1234, Manosque.

*Sentence arbitrale, rendue par Renaud Plume, prévôt de Forcalquier, Pierre de la Motte, jurisconsulte, Audibert Ricavy, arbitres dans la cause pendante entre la communauté de Manosque, représentée par son syndic Guillaume Botillier, et les*

1. Wenceslas I (1230-1253).

*Hospitaliers de Manosque, représentés par R. Cusendier, mandataire de Foulques de Bonasse, commandeur de Manosque. Elle détermine les droits et devoirs de la ville et de la commanderie de Manosque relativement aux délits, peines, ventes, terres franches, successions, dépôts, eaux, bans, murs, cosses, moulins, corvées, redevances, bladade, arbres, bien en commise, etc.*

Sources : Manosque, Arch. comm., B *b*, n° 1 (chirogr. scellé)[1], et livre des privilèges de Manosque (copie, comm. xiv^e s.), f. 7 *b* (texte latin) et 31 *b* (texte provençal); Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 696 (copie, xvi^e s.). — Texte : D. Arbaud, *Etudes hist. sur la ville de Manosque*, I (Digne, 1847), preuves, p. 22; Isnard, *Livre des privilèges de Manosque* (Digne et Paris, 1894), p. 12 et suiv.

Anno incarnationis..... millesimo ducentesimo tricesimo quarto, tercio idus novembris.

## 2093. — 12 novembre 1234, Pise.

*Buongiovanni, grand-prieur de Rome et de Pise, donne à Hugolin, notaire, une procuration générale pour le représenter dans les affaires concernant l'Hôpital.*

Source : Florence, Arch. d'Etat, spoglio delle cartapecore, Olivetani de Pistoia (expéd. contemp. notariée).

Actum Pisis, in domo Hospitalis supradicti..... dominice incarnationis anno millesimo cc xxxv, indictione viii, secundo idus novembris.

## 2094. — 22 novembre 1234, Margat.

*Barthélemy, évêque de Valanie, juge délégué par le pape dans la cause pendante entre les Hospitaliers et Bohémond V, prince d'Antioche et comte de Tripoli, ce dernier faisant défaut, assigne aux Hospitaliers la possession du château de Maraclée, et leur enjoint de produire à Margat, le* 15 *janvier* 1235, *des témoins sur le fait des dommages et injures qu'ils accusaient Bohémond V de leur avoir infligés.* (*V. plus haut, n°* 2071.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 14 (vidimus du 20 septembre 1236). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 127.

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Notum sit universis, tam presentibus quam futuris, quod nos Bartholomeus, divina permissione Valloniensis ecclesie minister humilis, domini pape judex delegatus in causa que vertitur inter magistrum Hospitalis Jerosolimitani et fratres, ex parte una, et nobilem virum Boamundum, principem Antiochie et comitem in Tripolim, ex parte altera, secundum tenorem litterarum domini pape, qui tenor talis est : « Gregorius, etc. — Dilecti filii magister (V. le texte plus haut, n° 2071). » Postmodum vero in dicta causa ordine judiciario nos procedentes, dictum nobilem virum Boamundum, principem Antiochie, citari fecimus, ut ad certum diem et in certo loco compareret coram nobis, per se vel per responsalem idoneum responsurus ; qui nec ad diem dictum, nec ad

1. Des trois sceaux qui scellaient cet acte, ceux du commandeur de Manosque et du prévôt de Forcalquier subsistent ; celui de la commanderie, qui existait quand Arbaud a transcrit cette pièce, est aujourd'hui perdu ; mais une découverte récente a fait retrouver un nouvel exemplaire de ce sceau dans des fouilles. M. Isnard l'a décrit et reproduit (*Livre des priv. de Manosque*, introd., p. LXIII).

dictum terminum sibi datum comparuit, neque missit idoneum responsalem. Immo ille, quem missit, nobis contradicentibus et infecto negocio, a nobis discessit. Et nos subsequenter eundem principem uno edicto pro duobus in Antiochie (*sic*) citari fecimus peremptorie, ut, sexta feria post assumptionem beate virginis Marie, se coram nobis presentaret apud Anterandum, vel mitteret procuratorem idoneum magistro et fratribus dicti Hospitalis, juxta mandatum apostolicum responsus (*sic*) et justicie pariturus. In quo die coram nobis apud Anterandum, parte dicti magistri et fratrum dicti Hospitalis legitime presentata, pro parte dicti principis M., thesaurarius Anteradensis, se minus sufficienter cum quibusdam litteris ipsius domini principis coram nobis representavit, in vocem appellationis prorumpens, et nobis contradicentibus pluries, silicet semel, bis et ter, discessit. Parti dicti Hospitalis in nullo respondere aut satisfacere volens ad prosequendum jus suum viriliter insistenti, et sic a nostra presentia se contumaciter absentavit, parte Hospitalis instante usque ad occasum solis illius diei. Preterea dictus princeps citatus a nobis erat ad duo, videlicet ut responderet super facto Maraclee magistro et fratribus dicti Hospitalis, et super aliis injuriis et dampnis, quas eisdem intulerat vel irrogari mandaverat. Et ipse princeps non misit nisi ad renovandam appellationem, quam se fecisse asserebat super facto Maraclee, in presentia domini patriarche Antiochie, et super injuriis et dampnis nichil respondit. Unde pars magistri et fratrum dicti Hospitalis nobis instanter libellos obtulit, quos pene nos habemus. Unde propter hec prenotata, quia pars Hospitalis instabat ut in omnibus et singulis procederemus contra principem tanquam contra contumacem evidentem, et procederemus tam super facto Maraclee quam super dampnis et injuriis ipsis illatis, ad testium receptionem ad Accon nos contulimus, et de consilio prudentum virorum religiossorum et discretorum super omnibus, justitia mediante, apud Margatum expectavimus usque ad festum beate Cecilie virginis, utrum dictus nobilis vir Boamundus, princeps Antiochie et comes Tripolitanus, cogitaret intra se et reddiret ad cor de facto domus Hospitalis, vel faceret emendari, quod minus factum fuerat per suum procuratorem, minime inde curavit. Nos siquidem, ad instantiam dicti magistri Hospitalis Jerosolimitani ac fratrum ejus, Deum habentes pre oculis et diem mortis, de consilio prudentum virorum relligiossorum et discretorum, tam in Accon quam halibi existentium, adjudicamus, auctoritate nobis a domino papa commissa, sepedicto magistro Hospitalis Hierosolimitani et fratribus ejusdem domus ad presens possessionem vel quasi dominii castri Maraclee, causa rei servande ponentes procuratores magistri dicti Hospitalis, videlicet magistrum Robertum de Alvernia, clericum domini archiepiscopi Nicosiensis, et Robertum Pisanum, judicem, filium quondam Maregnani cancellarii, in ipsam possessionem vel quasi dominii dicti castri Maraclee. Concedentes et tradentes eisdem procuratoribus per baculum episcopalem dictam possessionem vel quasi jam dicti castri Maraclee causa rei servande, salvo tamen jure ipsius Hospitalis in reliquis. Assignantes eisdem procuratoribus vel alteri eorum diem apud Margatum, feria secunda post octabas epiphanie, octavo decimo kalendas februarii, in primam productionem testium super injuriis et dampnis illatis sepedicto magistro et fratribus dicti Hospitalis a jamdicto principe et suis factoribus, et expensis inde factis, salvis tamen sibi aliis productionibus que sibi de jure competunt. Testes fuerunt rogati: Willelmus, cantor Valloniensis; Willelmus Lombardus, canonicus Valloniensis; Franco, canonicus Valloniensis; presbiter Joannes, bajulus et procurator ecclesie Valloniensis; presbiter Johannes de Laudicia; presbiter Petrus de Margato; Rainaldus, miles; Beltramus, miles; Symon, turcopol[er]us; frater Stephanus, prior Margati; Giraudus, diaconus; Raimundus, diaconus Valloniensis; frater Raimundus de Mandago, vicecastellanus; frater Bernardus Raimundi, preceptor militum; frater Guillelmus de Cerveria, et Gandulfus Boia. Ad hujus vero sentencie perpetuam firmitatem, hoc presens scriptum, et in publicam

formam redactum, inde fieri fecimus, et rogavimus nostri sigilli et dictorum testium subscriptionibus roboratum. Data est hec sententia apud Margatum, in camera dicti domini episcopi, anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo quarto, indictione VII, XXII die novembris circa nonam. Petrus Saporitus, notarius sacri imperii, hiis omnibus interfui, et hanc sententiam, in scriptis datam et latam a supradicto domino episcopo, ejus jussu et rogatu in publicam formam redegi, et meo signo firmavi.

## 2095. — 12 décembre 1234, Tudela.

*G. Artigua, grand-commandeur d'Espagne, Jean Eneguiz, prieur de Navarre, M., prieur de Tudela, et deux chevaliers, désignés par Thibaut I, roi de Navarre, déclarent que la ville de Cordovilla et un héritage à Equisoain appartiennent à Sanz Diaz et à Diego Sanchez, et non à l'Hôpital, qui en réclamait la possession.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 651 (orig.).

Data apud Tutelam, pridie idus decembris, sub era M CC LXXII.

## 2096. — 1235.

*Ferdinand III, roi de Castille et Léon, confirme la donation, faite par son père à l'Hôpital, de S. Maria de Guarrate et de Villamor dans le val de Guareña.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue de Castille, invent. donat., liasse 2, n° 12.

## 2097. — 10 janvier 1235, Tarragone,

*Jacques I, roi d'Aragon et de Majorque, comte de Barcelone et d'Urgel, seigneur de Montpellier, confirme à Hugues de Forcalquier, châtelain d'Amposte, la possession d'un Sarrasin de Daroca, appelé Farax, et de toute la famille de celui-ci.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, II, 118 (copie, fin XIV$^e$ s., d'après une copie notariée du 16 septembre 1283.)

Pateat universis quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum et regni Majoricarum, comes Barchinone et Urgeli, et dominus Montispessulani, per nos et successores nostros, cum presenti carta concedimus et laudamus, ac perpetuo liberaliter confirmamus vobis dilecto nostro fratri Hugoni de Folio Alquerio, magistro Hospitalis, et fratribus ejusdem, presentibus et futuris, illum Sarracenum de Daroca, Farax nomine, cum uxore et domo sua, sicut melius eum cum sua posteritate domui Hospitalis dederunt et concesserunt nostri antecessores, ita quod eum de cetero habeatis sine impedimento aliquo, sicut melius continetur in cartis quas habetis de eo a nostris antecessoribus; mandantes firmiter et districte judicibus, alcaldis et juratis et concilio Darocen[sibus], presentibus et futuris, quod in dictum Sarracenum non faciant vobis de cetero ullum impedimentum, nec permittant fieri ab aliquo, si confidant de nostri gratia vel amore. Datum Terrachone, IIII idus januarii, anno

Domini M CC XXX quarto. S. Jacobi, Dei gratia regis Aragonum et regni Majoricarum, comitis Barchinone et Urgelli, et domini Montispessulani. Hujus rei testes sunt: Berengarius de Podio Viridi; Guillelmus de Gardia; Blomeus de Aquilone; Peregrinus de Castellazol; Rotlandus Lay. S. Guillelmi, scribe, qui, mandato domini regis, pro Guillelmo Rabat., notario suo, hanc cartam scripsit, loco, die et anno prefixis. S. Sancii Gras, notarii publici Daroce, testis. S. Garsie Restol, notarii publici Daroce, testis.

**2098.** — 7 février 1235, Pise.

*Buongiovanni, grand-prieur de Pise, exempte Henri, fils de feu maître Tedicio, et ses biens, des obligations dues à l'Hôpital de Pise.*

Source : Florence, Arch. d'Etat, spoglio delle cartapecore, Olivetani de Pistoia (orig. notarié).

In nomine Domini nostri Jhesu Christi, Dei eterni, anno ab incarnatione ejus millesimo ducentesimo trigesimo quinto, indictione octava, septimo idus februarii... Actum Pisis, Kanthice, in claustro S. Sepulcri.

**2099.** — 15 février 1235[1], Manosque.

*Jacques Felis (Felicii), fils de feu B. Felis, donne aux Hospitaliers, entre les mains de Foulques de Bonasse, commandeur de Manosque, tous ses biens à Manosque, excepté une somme de mille sous dont il se réserve la disposition.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 10 (orig.). — Analyse : Delaville Le Roulx, *Arch. de l'ordre à Malte*, 170.

Acta sunt hec infra palacium Manuasce, in camera dicti preceptoris. Hujus testes sunt presentes, videntes, et ad hec vocati et rogati : frater B. de Navis ; frater Hugo de Croceis; frater B. de Laia; frater Isnardus de Auraizone; frater W. de Arrino; frater Bernardus, sacerdos; frater Bernardus Honorati; frater P. Piscator; frater Daceribus; frater R. Gislencus; frater Isnardus Senescalis; frater Raimbaldus de Relania. Et ego R[aimundus] Robaudi, publicus in valle Manuasce pro Hospitali notharius, interfui, et rogatu utriusque partis cartam istam feci et scripsi, et signum meum apposui.

**2100.** — 25 février 1235, Pérouse.

*Buongiovanni, grand-prieur de Rome et Pise et de toute la Toscane, constitue frère André de Foggia et maître Pierre de Viterbe comme procureurs de la maison et de l'église du S. Sépulcre de Pise.*

Source : Florence, Arch. d'Etat, spoglio delle cartapecore, Olivetani de Pistoia (expéd. notariée contemp.).

In Christi nomine, amen. Anno ab ejus nativitate millesimo ducentesimo

1. L'acte porte : 1234 ; mais Raymond Roubaud employant le style de l'incarnation, la vraie date est 1235.

tricesimo quinto, indictione octava, quarto kalendas marcii, temporibus domini Gregorii, pape noni, et domini Frederici secundi, Romanorum imperatoris..... Actum Perusii, ante domum domini Bucarelli.

## 2101. — Mars 1235.

*Hugues IV, duc de Bourgogne, partage avec les Hospitaliers de Bellecroix les revenus de la ville de Nuits, sous certaines exceptions, et s'engage à la protéger.*

Source : Mâcon, Arch. de Saône-et-Loire, ancien H. 463, n° 30 (copie contemp.).

Nos Hugo, dux Burgondie, notum facimus presentibus et futuris quod magister et fratres Hospitalis Jerosolimitani Belle Crucis accollegerunt et associaverunt nos in villa sua de Nuyz, taliter quod dicti fratres in dicta villa et in pertinenciis medietatem habebunt, et nos aliam medietatem habebimus in eadem villa et ejusdem ville pertinenciis, in omni proventu, videlicet hominibus, tailliis, justiciis, nemoribus et omnibus aliis, exceptis terris et pratis, quas dicti fratres propriis laboribus et sumptibus suis excoluerint, et exceptis decimis presentibus et futuris, et exceptis granchia et edificiis dictorum fratrum ibidem sitis, et excepto bosco qui vocatur boscus de la Faye, qui specialiter ad domum Belle Crucis pertinet, ita quidem quod prefatam medietatem a nobis separare non possumus vel aliquo modo alienare, vel alicui concedere, vel dare, vel in feodum conferre, vel eciam in elemosinam dare, vel legare, nisi tantum modo prefate domui Belle Crucis et fratribus ibidem commorantibus. Nos autem dictam villam et omnes pertinencias ipsius, presentes et futuras, tenemur servare et deffensare contra omnes homines et tueri. In cujus rei testimonium, presentes litteras dictis fratribus tradidimus, sigilli nostri munimine roboratas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo quarto, mense marcio. (Copia litterarum precedentium[1].)

*Au dos* : Nuict.

## 2102. — 4 mars 1235, Saragosse.

*Jacques I, roi d'Aragon et de Majorque, comte de Barcelone et d'Urgel et seigneur de Montpellier, à la requête d'Hugues de Forcalquier, châtelain d'Amposte, déclare que le commandeur et les vassaux de la commanderie de Saragosse ne seront tenus que des dettes de celle-ci, et ne pourront être inquiétés pour celles des autres commanderies.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, II, 99 (copie, fin xiv$^e$ s.).

Manifestum sit omnibus quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum et regni Majoricarum, comes Barchinonensis et Urgelensis, et dominus Montispessulani, cum hoc presenti instrumento perpetuo valituro, libenti animo et spontanea voluntate, per me et omnes successores meos, laudo, concedo, confirmo atque corroboro Deo et Hospitali sancto Jherusalem, et vobis Hugoni de Follalcherio, venerabili magistro Emposte et in toto regno meo, totique conventui fratrum ejusdem loci, presenti atque futuro, quod nunquam deinceps comendator seu domus Hospitalis Cesarauguste, neque bajulie sue, vel homines vel femine in eisdem habitantes,

1. Ces trois mots, entourés d'un filet à la plume, sont de la même main que l'acte.

respondere teneatur alicui pro debitis vel querimoniis, quas habebatur de bajulia vel comandatoria alterius loci regni mei, sive pro alia qualibet quacumque ratione, nisi tantum specialiter pro debitis vel fidançariis manifestis ejusdem domus Cesarauguste, vel pro illis qui fuerint subditi obediencie et potestati comendatoris predicte domus Cesarauguste. Ideoque statuo et firmiter mando majordomus (*sic*), repositariis, merinos (*sic*), zalmedinas (*sic*), justiciis, juratis, alcadis, vicariis, bajulis, conciliis et omnibus aliis oficialibus nostris et subditi (*sic*) nostre dominationi quod hanc concessionem, a nobis tam pie et misericorditer factam, teneant et observent, et teneri faciant et servari, ita quod nullus dictam domum Hospitalis Cesarauguste seu suarum pertinentium audeat agravare vel pignorare, vel disturbium facere pro bajulia alia, imo potius ipsam super hoc adjuvent auctoritate nostra, manuteneant et defendant. Quod qui fecerit, iram meam incurret, et penam mille aureorum se noverit proculdubio incurrisse, presenti privilegio nichilominus in suo robore permanente. Datum apud Cesaraugustam, IIII nonas martii, era M CC LXX III. S.(*Seing manuel*) Jacobi, Dei gratia regis Aragonum et regni Majoricarum, comitis Barchinonensis et Urgelensis, et domini Montispessulani. Sig(*Seing manuel*)num Petri Johannis, scriptoris, qui, mandato domini regis, hoc scripsit.

## 2103. — 14 mars 1235.

*Audebert Ricau et R. Vitelh, arbitres choisis par l'ordre de l'Hôpital, et Jean et B. Peires, arbitres désignés par la ville de Manosque, concluent un compromis entre la ville et la commanderie de Manosque, relatif aux peines et délits.*

Source : Manosque, Arch. comm., *Fa*, n° 8, et livre des privil. (copie, comm. XIV$^{e}$ s.), f. 53 (texte latin) et f. 73 (texte provençal). — Texte : Isnard, *Livre des Privilèges de Manosque,* 54.

Anno Domini M CC XXXIV, pridie idus marcii.

## 2104. — 20 mars 1235, Ely.

*Henri III, roi d'Angleterre, accorde aux Hospitaliers des lettres de protection illimitées.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 19 Henri III, membr. 12 (copie contemp.).

Teste rege apud Ely, XX die marcii.

## 2105. — 27 mars 1235, Pérouse.

*Le pape Grégoire IX autorise les Hospitaliers à repousser par la force les attaques auxquelles ils seront en butte de la part de leurs ennemis.*

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, II, 11 et 45 (copies, fin XIV$^{e}$ s.); Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 202 (copie de S. Pauli, XVIII$^{e}$ s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, bull. E, f. 234 (auj. perdu). — Extraits : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1193, f. 236 (d'après le man. de la Bibl. du Vatican, Ottoboni n° 1625, f. 9).

Gregorius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Jam non tam milicia quam malicia dici potest vita hominum super

terram, cum, refrigescente caritate multorum, iniquitas sic habundet ut non solum deseviat par in parem, sed et servus in dominum, filius in parentem, creatura in creatorem, quasi testa in figulum et opus in opificem, exigere se presumat. Sicut enim vestra peticio nobis exhibita continebat, filii mundi hujus, quos prudenciores esse filiis lucis veritas protestatur, vobis invident hoc ipsum quod vivitis, et eorum perversitas vos habere non patitur quo vivatis, sed ad bona pauperum, pro quibus Dominus se constituit debitorem, manus impias extendentes, substantiolam eorumdem, per quam ipsorum indigencie subvenitur et defenssioni non modicum consulitur Terre Sancte, non solum concutiunt per calumpniam, verum eciam excutiunt per rapinam, et, dum credunt vobis materialis defenssionis licenciam esse penitus interdictam, in vos tota malignitate deseviunt, et in bona eadem licencius debachantur. Quare fuit ex parte vestra nobis humiliter suplicatum ut, cum vim vi reppellere ac propulsare injuriam viribus sit permissum, defendi bona ipsa contra perversores hujusmodi licenciam vobis concedere dignaremur. Nos igitur, attendentes quod utilitatibus pauperum sic cupitis provideri quod infferre cuiquam injuriam non velitis, ac per hoc negare vobis favorem apostolicum non debemus, quorum peticionibus, propter opera pietatis quibus intenditis, quantum cum Deo possumus, proponimus libenter annuere, postulata vobis concedimus cum tutele tamen moderamine inculpate, proviso ut sub defenssionis pretextu offensionis audatia non sumatur, et, quod pro defenssione juris vestri conceditur, ad aliorum injuriam nullatenus prorogetur. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Perusii, VI kalendas aprilis, pontificatus nostri anno IX.

## 2106. — Avril 1235.

*Jean de Montgrossin, grand-prieur de France, autorise Edela, fille de Geoffroy de Doulens, à avoir, pour son usage personnel, un four à Fienvillers, droit que les Hospitaliers de Fieffes lui contestaient, et reçoit d'elle en compensation trois journaux de bois sis à Fienvillers.*

SOURCE : Paris, Arch. nat., S. 5059, n° 2 (orig. scellé)[1]; S. 5533, f. 145 *b* (invent. des titres de Fieffes, copie, XVI[e] s.).

Ego frater Johannes de Monte Grosino, sancte domus Hospitalis Jerosolimitani prior humilis in Francia, omnibus presentes litteras inspecturis, eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod, cum inter fratres nostros, apud Fiefes morantes, ex una parte, et nobilem dominam Edelam, filiam domini Gaufridi de Dorlens, ex altera, controversia emersisset, dicta domina asserente quod in managio suo, apud Finviler sito, ad opus suum et familie sue furnum facere nec poterat nec debebat, maxime cum managium illud infra jurisdictionem nostram et cruces ville nostre situm esset, tandem, de prudentium virorum consilio, inter partes compositio facta fuit in hunc modum : fratres predicti domine Edele concesserunt in dicto managio, ad opus suum et familie sue tantum, furnum facere, ita quod in furno illo panem alienorum recipere non poterit ad coquendum, nisi forte de assensu nostro vel fratrum nostrorum; dicta eciam E[dela] pro excambio furnagii, quod nobis ante composicionem factam debebatur, nobis contulit tria jornalia nemoris, sita in territorio de Finviler, cum omni jure quod ibi habebat perpetuo possidenda; que videlicet jornalia fratres nostri propriis sumptibus disrupuerunt et extirpaverunt, et ad cultum deduxerunt. In cujus rei testimonium, dicte E[dele] dedimus presentes

1. Sceau du grand-prieuré de France (Douet d'Arcq, *Inv. des sceaux des Arch.*, n° 9890).

litteras inde confectas et sigilli nostri munimine roboratas. Actum anno Domini M CC XXX V, mense aprili.

### 2107. — 10 avril 1235.

*« Deffenses données par le grand-maître Guérin II devant Thédise, archevêque de Ravenne, légat du Saint-Siège, pour le soutien du procès que son ordre avoit contre celui des Templiers, qui empêchoient le cours de l'eau servant pour l'usage du moulin de l'Hôpital d'Acre, du 10 avril 1235. »*

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 244 (XVIII<sup></sup>e s.).

### 2108. — 17 avril 1235, Pérouse.

*Le pape Grégoire IX confirme au maître et aux frères de l'Hôpital de la châtellenie d'Amposte le droit de construire une chapelle et d'avoir un cimetière dans leur maison de Barcelone, droit que l'évêque de Barcelone leur contestait. — « Cum a nobis petitur »*

Source : S. Gervasio de Cassolas, Arch. du gr.-prieuré de Catalogne (rouleau sans cote, mauvais état).

Dat. Perusii, XV kalendas maii, pontificatus nostri anno IX.

### 2109. — 21 avril 1235, Westminster.

*Henri III, roi d'Angleterre, accorde à Pierre Fernandez, grand-précepteur d'Espagne (preceptor Hospitalis sancti Johannis Jerusalem)*[1], *le droit de circuler et de séjourner librement dans ses états pour les affaires de l'ordre.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 19 Hen. III, membr. 11 (copie contemp.).

Teste rege apud Wesmonasterium, XXI die aprilis.

### 2110. — 13 mai 1235, Saragosse.

*Jacques I, roi d'Aragon, etc., confirme la donation faite par Pierre II, son père, le 31 mars 1212, aux Hospitaliers, d'un Juif de Saragosse, appelé Alazrach. (V. plus haut, n° 1381.)*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, II, 186 (copie, fin XIV e s.).

Datum apud Cesaraugustam, idus maii, era M CC LXX tercia.

1. La rubrique de cet acte attribue par erreur à Pierre Fernandez la qualification de « preceptor Hospitalis sancti Johannis Jerusalem in Anglia ». Il s'agit ici du grand-commandeur d'Espagne.

**2111. — 20 mai 1235, Pérouse.**

*Grégoire IX ordonne à Robert, évêque d'Olmütz, de terminer le débat pendant entre le curé de S. Michel de Znojmo (Znaim) et les Hospitaliers de Kounice-Horni (Ober-Kaunitz) à l'occasion des dîmes de Pralov (Prahlitz).*

Source : Znojmo, Archives des Jésuites, « in registratura c. r. gubernii » (orig.). — Analyse : Erben, *Regesta Bohemiæ et Moraviæ*, I, 414, n° 877 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 9916. — Texte : A. Boczek, *Cod. dipl. et epistol. Moraviæ*, II, 300.

Gregorius, etc., venerabili fratri....... episcopo Olomucensi, salutem, etc. Exhibita nobis rectoris S. Michaelis in Znoyma petitio continebat quod magister Hospitalis sancti Johannis Hierosolymitani de Cuniz, diocesis tue, super quodam censu, decimis et rebus aliis in Prabelove injuriatur eidem. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, partibus convocatis, audias causam, et, appellatione remota, debito fine termines, faciens quod decideris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, etc. Dat. Perusii, XIII kalendas junii, pontificatus nostri anno IX.

**2112. — 23 mai 1235, Aix.**

*Raymond-Bérenger IV, comte de Provence et de Forcalquier, donne à Pons Bernard, commandeur d'Aix, et à l'œuvre du luminaire de l'église S. Jean d'Aix un cens annuel de vingt sous royaux.*

Source : Arles, Arch. comm., GG, Malthe, gr.-prieuré de S. Gilles, V, n° 68 (orig.). — Analyse : Carpentras, Bibl. publ., ms. Peiresc 48, f. 680 (XVII[e] s.) ; Lambert, *Cat. des man. de Carpentras*, II, 294 (à la date erronée de 1225).

In nomine Domini, anno incarnationis ejusdem millesimo ducentesimo tricesimo quinto, decimo kalendas junii. Noscant omnes et sciant singuli, presentes videlicet et futuri, quod nos R[aimundus] Berengarius, Dei gratia comes et marchio Provincie et comes Folcalquerii, donamus, tradimus seu quasi tradimus, cedimus et concedimus pure, donacione simplici inter vivos, Deo et luminarie ecclesie sancti Johannis Hospitalis Jerosolimitani de Aquis, et vobis Pontio Bernardo, preceptori dicti Hospitalis, recipienti nomine dicte ecclesie et luminarie ejusdem, viginti solidos regales correntes censuales annuatim, et jus petendi et exigendi et percipiendi ipsos annuatim, in redemptione peccatorum nostrorum et parentum nostrorum, et pro salute anime nostre et parentum nostrorum ; illos scilicet XX solidos, quos consueverunt et tenebantur dare nobis et solvere annuatim homines infrascripti : scilicet Foucherius II solidos, Petrus de Savardo XII denarios, Guillelmus Maruna (?) II solidos et VI denarios, Pontius Vitalis II solidos et IIII [denarios],...... dominarum II solidos, liberi quondam Bertrandi Ata... II [solidos et] XII denarios, Raimundus de Ro[tinnaco (?) II denarios]... ejus IX denarios, Laugerius Marcelli III denarios, Cras (?) de P..... Albertus VI denarios, Folcaticus II denarios, domus Templi et Ermengavus..... II denarios, Petrus Gebelinus XII denarios. Et promitimus vobis dicto Pontio, preceptori, sollempniter stipulanti nomine dicte ecclesie et luminarie ejusdem, per nos et per nostros successores et heredes, nos et nostros heredes predictam donacionem, a nobis factam et firmam, tenere et observare perpetuo et contra non venire. Actum fuit hoc Aquis, in domo Raimundi de Artasona et Gaufridi

Sicardi, fratris sui, presentibus hiis testibus [voc]atis: scilicet Guillelmo de Rodulpho, fratre dicti Hospitalis ; Raimundo Petro, pre[cep]tore Hospitalis S. Antonii ; Raimundo Spineaudo (?) ; Pervissolo ; Crescas, Judeo, et multis aliis ; et me Petro Guillelmi Astivellensi, publico notario Aquis et Provincie, qui, mandato supradicti domini comitis, hanc cartam scripsi et signo meo signavi.

**2113.** — 23 juin 1235, Saragosse.

*Sanche d'Ahones, évêque de Saragosse, et son chapitre donnent à Hugues de Forcalquier, châtelain d'Amposte, et aux Hospitaliers les églises de Samper de Calanda et de Hijar (Yssach), avec leurs droits et dépendances.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 376 (orig.).

Acta sunt hec in capitulo S. Salvatoris[1], in vigilia sancti Johannis Baptiste, in era M CC LXX III, mense junii.....

**2114.** — 9 juillet 1235, Pérouse.

*Le pape Grégoire IX ordonne au prieur de N. Dame, à l'archidiacre et à l'official de Carcassonne, de terminer le différend, soulevé entre les Hospitaliers et les Templiers de Gascogne, d'une part, et les frères de l'Epée d'Auch, d'autre part, au sujet du château de Manciet, que ces derniers avaient commencé à reconstruire.* (*V. plus haut, n°* 1781.)

Source : Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. ordre de Malte, lay. S. Christie, liasse 1, n° 4 (orig.).

Gregorius, etc., dilectis filiis priori S. Marie, archidiacono et officiali Carchasonensibus, salutem, etc. Ex parte dilectorum filiorum S., prioris Hospitalis Jerosolimitani, et A., preceptoris domus militie Templi, et fratrum eorum in Wasconia, nobis est oblata querela quod, cum olim clare memorie W[illelmus] Raymundi de Montecatano, vicecomes Bearnensis[2], vicecomitatum de Mansegh cum pertinenciis suis, prout pertinebat ad eum, communiter ipsis pia liberalitate donavit, fratres de Spata, Auxitanensis diocesis, castrum de Mansec, funditus dirutum in eodem vicecomitatu, post denuntiationem novi operis per jactum lapilli factam, reedificare in eorum grave prejudicium presumpserunt, alias super casalibus, possessionibus et rebus aliis injuriosi existentes eisdem p[lurimum] et molesti. Quare nobis humiliter supplicarunt ut, quicquid edificatum est post denuntiationem hujusmodi, sumptibus edificantium penitus demoliri, ac compesci eosdem fratres de Spata ab ipsorum injuriis et molestiis mandaremus. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, partibus convocatis, audiatis causam, et, appellatione remota, fine debito terminetis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, etc. Quod si non omnes, etc., non obstante constitutione de duabus dietis, edita in consilio generali, dummodo ultra tertiam vel quartam pars altera extra suam diocesem ad judicium non trahatur. Dat. Perusii, VII idus julii, pontificatus nostri anno IX.

1. Eglise de la Seu, à Saragosse.

2. Guillaume-Raymond de Moncade mourut en 1223.

**2115.** — 12 juillet 1235, Westminster.

*Henri III, roi d'Angleterre, reconnaît qu'il doit à Thierry de Nussa, grand-prieur d'Angleterre, deux cents livres Sterling.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 19 Henri III, membr. 7 in cedula (copie contemp.). — Texte : *Royal and other histor. letters, illustrative of the reign of Henri III*, (Londres, 1862-6), I, 476.

Data per manum venerabilis patris R[adulphi], Cycestrensis episcopi, cancellarii nostri, apud Westmonasterium, duodecimo die julii, anno regni nostri decimo nono.

**2116.** — 12 juillet 1235[1], Westminster.

*Le même fait savoir à Gautier de Kirkham, doyen de S. Martin de Londres, qu'il l'oblige à payer à Thierry [de Nussa], grand-prieur d'Angleterre, à Clerkenwell, pendant cinq ans, à partir du 29 septembre 1235, tant que durera la trêve conclue entre lui et Louis IX, roi de France, deux cents livres Sterling, à raison de quarante livres par an, sur la ferme de la ville de Neuport, dont il était fermier.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 19 Hen. III, membr. 6 (copie contemp.).

Teste rege apud Westmonasterium, xii die julii.

**2117.** — 25 juillet 1235, Acre.

*Armand de Périgord, grand-maître du Temple, et Guérin, grand-maître de l'Hôpital, concluent un accord relatif aux eaux et aux moulins du Nahar Courdaneh à Acre. (V. plus haut, n° 2107.)*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 16 (orig.). — Texte : Delaville Le Roulx, *Arch. de l'ordre à Malte*, 171 ; H. Prutz, *Malteser Urkunden und Regesten* (Munich, 1883), 54.

In nomine sancte et individue trinitatis, patris, et filii, et spiritus sancti, amen. Noverint universi, presentem paginam inspecturi, quod, cum inter venerabilem fratrem A[rmandum], magistrum domus milicie Templi, et fratres ejusdem domus, ex una parte, et venerabilem fratrem G[erinum], magistrum domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, et fratres ejusdem domus, ex altera, super aqua et molendinis fluminis Acconensis, quod descendit ex fonte Recordane, questio verteretur et super hoc fuisset diutius altercatum, tandem, mediantibus bonis viris, de consensu utriusque partis, ad infrascriptam pacem et concordiam devenerunt : videlicet quod magister et fratres Templi habeant potestatem retinendi aquam, que est supra molendina ipsorum, in tantum quod possit ascendere usque ad signaculum quod est factum in molendinis Hospitalis ; et si volunt eam permittere uberius discurrere,

1. L'acte porte en marge la mention : « Revocate fuerunt », qui prouve que ce mandement ne fut pas suivi d'effet. Il est probable qu'elle s'applique aussi à l'assignation de 60 livres Sterling, consentie par le roi le même jour en faveur des Hospitaliers d'Angleterre sur la ferme de la ville d'Aylesbury.

hoc sit in eorum beneplacito voluntatis. Et si contingeret quod opere ipsorum aqua prefata transiret signaculum memoratum, ipsi ad requisitionem Hospitalis hoc debent sine dilatione aliqua emendare. Et si fortassis per pluviam vel per tumedinem fluminis aqua excresceret memorata, ex hoc Templarii in aliquo non tenentur. Magister vero Hospitalis et fratres Templariis promiserunt quod ipsi pro malo Templi non retinebunt aquam, nec ipsam dimittent uno ictu insimul discurrere pro malo seu dampno ipsius domus Templi. Utraque vero domus, tam Templi quam Hospitalis, habeat plenariam potestatem ducendi de Accon libere barchas suas usque ad reclusam molendinorum Templi, et ibidem Hospitalarii possint exhonerare quidquid illuc veherint, et honerare in barcha ipsorum quam habuerint supra prenominatam reclusam, causa eundi et veniendi libere usque ad propria molendina; hoc sane intellecto quod Hospitalarii possint habere a prenominata reclusa inferius unam barcham et superius aliam barcham, et in aqua eorum, si voluerint, possint habere plures, ita quidem quod si, occasione barcharum Hospitalis, in reclusa Templi dampnum aliquod fuerit irrogatum, domus Hospitalis illud dampnum debeat resarcire. Neutra vero domorum debet aliquid opus vel aliquid aliud facere, propter quod barche predicte eundi et veniendi libere possint amittere cursum suum, eo modo quo superius est expressum. Et si Templarii voluerint elevare ripas fluminis in terra Hospitalis, possint eas, ubi alte sufficienter non fuerint, elevare, scilicet usque ad punctum signaculi prelibati. In cujus rei testimonium, ad eternam memoriam retinendem, ambe partes presentem paginam scribi fecerunt et sigillis propriis sigillari, rogantes venerabiles patres H[ugonem], Nazarenum archiepiscopum, et R[adulphum], Acconensem episcopum, et nobilem virum O[donem], comestabulum regni Jerosolimitani, quod hanc eamdem paginam suorum sigillorum munimine roborarent, qui ad ipsarum parcium instantiam ipsam suis munierunt sigillis. Acta sunt hec in civitate Acconensi, anno Domini M CC tricesimo quinto, mense julii, in die beati Jacobi apostoli.

## 2118. — 28 juillet 1235, Pérouse.

*Le pape Grégoire IX ordonne aux Hospitaliers de prêter leur appui au représentant de l'empereur Frédéric II en Terre Sainte, et de détourner Jean d'Ibelin et les habitants d'Acre d'assiéger Tyr, s'ils en avaient le projet*[1].

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 203 (copie de S. Pauli, xviii^e^ s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 123 (copie, xvi^e^ s.), et bull. E, f. 235 (auj. perdu) ; Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1190, f. 94 (copie de la Porte du Theil, xviii^e^ s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 18, f. 58 (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, I, n° 9974. — Texte : Huillard-Bréholles, *Hist. dipl. Frid. II*, IV, 736 ; Lünig, *Cod. Italiæ dipl.*, IV, col. 1461 ; Pauli, *Cod. dipl.*, I, 271 (à la date erronée de 1236) ; Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. XIII*, I, 548, n° 649. — Extraits : Taaffe, *The history of the..... order of S. John of Jerusalem*, IV, app. n° lxiii.

Gregorius, etc., magistro et fratribus Hospitalis Hierusalem, [salutem, etc.]. Evidens est et ambiguitatis nubilum non admittit, quod ad hoc potissime religionis habitum assumpsistis ut, in Terre Sancte partibus ampliationi vacando fidei, possitis patrie superne civibus aggregari. Digne igitur vobis suadere possumus et debemus ut, cum propositum vestrum ex eo precipue promoveri valeat, quod Sirie partibus aliquod adversitatis nubilum non incumbat, illa promptis affectibus studeatis

1. Une lettre semblable fut adressée le même jour aux Templiers et aux Teutoniques.

efficere, per que possit eadem pacis et quietis gaudiis exultare. Rogamus itaque universitatem vestram et hortamur attente, per apostolica vobis scripta in virtute obedientie precipiendo mandantes, quatenus, provida meditatione pensantes quid carissimo in Christo filio nostro Friderico imperatori, etc., favoris debeamus et premii, quod in obsequiis matris ecclesie, sicut suam excellentiam decuit, promptus et efficax studuit inveniri,... bajulo et legato suo, in predictis partibus constituto, omne quod poteritis in imperialium conservatione jurium, consilium et auxilium, sublato difficultatis obstaculo, prebeatis, curam et studium habituri, ut si forte nobilis vir Johannes de Yibelino ac populus Acconensis, ejusdem suggestionibus instigati, ad obsidendum civitatem Tyri vel aliquam terrarum ad dominium imperiale spectantium procedere aliquatenus attemptarent, efficacem opem et operam apponatis, ut ipsi a suo conatu corruant, et adversus imperatorem eundem se ulterius erigere non presumant, sicque fiat quod, illis a concepti erroris prosecutione cessantibus, et vestra faciente prudentia quod in predictis partibus vitentur dissensionis et scandali detrimenta, nos, qui honoribus ecclesie reputamus adici quicquid secundum Deum potest utilitatis et glorie imperiali excellentie cumulari, reddatis vobis in vestris necessitatibus obligatos, et imperatoris ejusdem potentia sit vobis oportunis temporibus gratiosa ; scituri quod, cum sepedictus imperator sit in remoto positus, quare nobis de suorum conservatione jurium cura imminet specialis, si eum in premissis vel aliis a quoquam offendi contingeret, quasi esset illata nobis injuria, gravis cor nostrum turbatio fatigaret, succedentibus ultionis condigne studiis, que haberi condecet in presumptorum excessibus corrigendis. Dat. Perusii, v kalendas augusti, pontificatus nostri anno IX.

### 2119. — 9 août 1235, Pérouse.

*Le même invite Barthélemy, évêque de Fünfkirchen, les Hospitaliers et Templiers de Hongrie à percevoir et à conserver dans leurs caisses l'impôt du trentième, levé par André II, roi de Hongrie, pour payer la dot qu'il avait promise à l'occasion du mariage de sa fille Yolande avec Jacques I, roi d'Aragon.*

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 18, f. 60 *b* (copie contemp.) ; Vienne, Arch. imp. et roy., ms. 100, vol. 2, f. 35 (copie de Smitmer, XVIII[e] s., d'après les Arch. du Vatican). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 9985. — Texte : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, III, II, 448 ; Katona, *Hist. crit. reg. Hung.*, V, 732 ; Schier, *Reginæ Hungariæ primæ stirpis* (Vienne, 1776), 199 ; Theiner, *Mon. Hung. hist.*, I, 133, n° 228.

Gregorius, etc., [Bartholomeo], episcopo Quinquecclìensi, et magistris militie Templi et Hospitalis Jerosolimitani in Ungaria, [salutem, etc.]. Matrimonio nuper inter carissimum in Christo filium nostrum [Jacobum], illustrem regem Aragonum, et dilectam in Christo filiam [nostram Yolandam], natam carissimi in Christo filii nostri [Andree], illustris regis Ungarie, contracto legitime, sicut iidem reges suis nobis litteris intimarunt, dictus rex Ungarie pro dote duodecim milium marcarum argenti, quam pro ipsa filia sua constituit, quosdam redditus, qui tricesima vulgariter appellantur, prefato regi Aragonum obligavit, tam diu percipiendos ab ipso donec ex eis predictam summam integre fuerit assecutus. Quapropter, ad supplicationem regum ipsorum, discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus quatinus predictos proventus ad opus memorati regis Aragonum studeatis annis singulis diligenter colligere et fideliter custodire. Dat. Perusii, v idus augusti, [pontificatus nostri] anno IX.

**2120.** — 23 août 1235, Pérouse.

*Le même ordonne aux Templiers et aux Hospitaliers, sous peine d'excommunication, de ne pas tourner contre eux les armes qu'ils ne devraient tourner que contre les infidèles, d'accepter l'arbitrage prononcé par Thierry, archevêque de Ravenne, légat du S. Siège, dans l'affaire des moulins d'Acre, et d'envoyer leurs représentants auprès de lui pour recevoir ses ordres. (V. plus haut, nos 2107 et 2117.)*

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 18, f. 64 (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 127 (copie de Smitmer, xviiie s.).

[Gregorius, etc., dilectis filiis] magistris et fratribus militie Templi et Hospitalis Jerosolimitani, [salutem, etc.]. Parum vobis forsitan videbatur quod fere per totum orbem Christianum contra vos clamatur a multis, qui prava solent etiam suspicari de rectis, nisi diebus hiis produceretis in actum, unde merito contra vos debeat scandalum suscitari. Ecce tristes audivimus et accepimus cum dolore quod vos, Terre Sancte, que funiculus est hereditatis dominice, deputati custodes, ad perdendum eam videmini anhelare, dum levi occasione quorumdam molendinorum videlicet, super quibus exorta inter vos controversia per venerabilem fratrem nostrum [Theodoricum], Ravennatensem archiepiscopum, apostolice sedis legatum, dicitur terminata, concitati iracundie spiritu, et indignationis fervore succensi, in vos ipsos bella convertitis, qui, crucem tollentes, post Christum pro fratribus et dicte terre defensione animas ponere devovistis ; quod nichil aliud esse videtur quam paganis exponere dicte terre reliquias, que supersunt, et scandalizare gravissime totum populum Christianum, cujus defectus circa tuitionem terre predicte suppleri per vestram sollicitudinem sperabatur. Ex quo dum recolimus qualiter in antecessoribus vestris hec sancte institutio ecclesie Orientali fuerit accommoda, digna meritis Deo grata vehementius ammirari compellimur et gravius commoveri, coactis jam credere pluribus quod studium sit vobis precipuum, ut termini vestri in terris fidelium dilatentur, quorum intentio esse deberet de manibus infidelium eripere terram sanguine consecratam. Denique non est hoc dextere Excelsi mutatio, sed declinatio potius dextere in sinistram, quia, cum relicto seculo Deo decreveritis militare, iterum mundi negotiis implicamini fugitivi. Sane occasionem hujusmodi assumpsistis forsan ex eo quod ad supplicationem vestram sedes apostolica interdum vobis indulsit ut castra vestra contra Christianos etiam, si necessitas exigeret, cum moderatione inculpate tutele tueri possetis, minime attendentes quod privilegium meretur ammittere qui permissa sibi abutitur potestate, et qui, relictis sui ordinis institutis, ad communia volunt aliorum jura divertere, communi debent jure censeri. Dignum est enim ut qui similem cum aliis vitam suscipiunt, eandem cum illis sentiant in legibus disciplinam. Ideoque presentium vobis auctoritate, in virtute obedientie ac sub intimatione anathematis, districte precipiendo mandamus quatenus, usque ad passagium martii proximo futuri, per procuratores idoneos, sufficienter instructos super hoc, nostro vos conspectui presentetis, mandatum apostolicum humiliter recepturi; interim autem a mutuis impugnationibus penitus desistatis, nullum moventes inter vos bellum vel guerram ad invicem facientes. Alioquin dilectis filiis..... de Templo Domini et..... S. Samuelis abbatibus Acconensibus nostris damus litteris in mandatis ut in vos excommunicationis, et in terras vestras interdicti, sententias non differant promulgare. Dat. Perusii, x kalendas septembris, [pontificatus nostri] anno ix.

**2121. — 23 août 1235, Pérouse.**

*Le même demande aux abbés du Temple N. Seigneur et de S. Samuel d'Acre de lui faire connaître où en est le différend entre les Hospitaliers et les Templiers à propos des moulins d'Acre.* (*V. plus haut, n°* 2120.)

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1190, f. 112 (copie de la Porte du Theil, xviii<sup>e</sup> s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 18, f. 64 *b* (copie contemp.).

Gregorius, etc..., de Templo Domini et S. Samuelis abbatibus Acconensibus, [salutem, etc.]. Audita discordia que, occasione quorumdam molendinorum, inimico humani generis faciente, de novo inter militie Templi et Hospitalis Jerosolimitani fratres noscitur suscitata, cujus pretextu dicuntur arma, que contra paganos exercenda fuerant, in seipsos temere convertisse, licet per venerabilem fratrem nostrum [Theodoricum], Ravennatensem archiepiscopum, apostolice sedis legatum, causa super predictis molendinis terminata fuisset, nos, id eo ferentes indignius quo majus ex hoc potest periculum imminere, presentium vobis auctoritate districte precipiendo mandamus quatinus, usque ad passagium martii proximo futuri, puram et plenam veritatem super hiis per litteras vestras, autenticis sigillis munitas, nobis fideliter exponatis. Dat. ut supra [Perusii, x kalendas septembris, pontificatus nostri anno ix].

**2122. — [25 août-27 octobre 1235][1].**

*Henri III, roi d'Angleterre, charge Simon de Langton, archidiacre de Cantorbéry, de prendre avec le grand-prieur de France les arrangements pécuniaires relatifs à la trêve conclue entre l'Angleterre et la France.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 19 Hen. III, parts 2, membr. 3 dorso (copie contemp.).

Rex dilecto, etc., filio suo magistro S[imoni] de Langeton, archidiacono Cantuariensi, salutem. Labores et tedia, que laudabiliter experti sumus vos nunc et alias continuasse in consummando negocio treugarum[2] et constanter pro nobis sustinuisse, jugiter in nos revolventes diligentiam simul et prudentiam vestram, plurimum commendamus, sinceritati vestre super sollicitudine vestra copiosas gratiarum referentes actiones, et potissime quod super pecunia nostra ad vos transmissa indempnitati nostre tanto studio prospicere laboratis. Cum autem, sicut nobis significastis, habeat prior Hospitalis Jerusalem in Francia res et possessiones sufficientes in Wasconia, per quas, si neccesse esset, distringi posset ad satisfaciendum nobis de pecunia nostra predicta, si nobis eam refundere manucapiat, treugis inter nos et regem Francie deficientibus casu aliquo, quod absit, ante terminum inde prefixum, videtur nobis et consilio nostro quod satis sufficit ad securitatem competentem si prior memoratus manucapiat de refundenda nobis pecunia nostra,

1. Simon de Langton, chargé de négociations sur le continent, était en France le 10 avril 1235 ; à cette date, le roi d'Angleterre lui enjoignait de ne rentrer en Angleterre que quand il aurait terminé les affaires en cours (Londres, Record office, Rot. litt. claus., 19 Henri III, pars 2, m. 6 dorso). Le 25 août suivant, Henri III désignait les personnes qui devaient recevoir le serment des plénipotentiaires français, chargés de jurer l'observation de la trêve (Rymer, *Fœdera*, I, 218). Le présent acte ne peut donc être ni antérieur au 25 août, ni postérieur au 27 octobre 1235, date extrême de la 19<sup>e</sup> année du règne d'Henri III.

2. Cette trêve de cinq ans comportait un paiement de 800 l. tournois par an (Rymer, *Fœdera,* I, 218).

si forte contingat, ut predictum est, treugas predictas ante terminum infringi, et inde litteras conficiat patentes. Verumptamen placeret nobis, si discrecioni vestre videatur expediens, quod prior Hospitalis sancti Johannis Jerusalem in Anglia, ad instanciam predicti prioris in Francia, sicuti in litteris vestris tetigistis, si ad hoc aliquo modo possit induci, cautionem nobis faciet de pecunia predicta ; qualem tamen tuitionum predictarum magis acceptaveritis et habere poteritis, ea erimus contenti, industrie vestre securitatem inde capiendam omnino relinquentes. Unde dilectionem vestram, de qua plenam reponamus fiduciam, quod id, quod de negocio predicto tam laudabiliter inchoastis, ante ejusdem felicem consummacionem relinquere non nolitis, rogamus attentius quatinus circa alteram cautionem, quam videritis utilitati nostre magis expedire, efficaciter laborare velitis, si forte securitatem a predicto priore Francie recipere prelegeritis, provisuri quod littere ejusdem patentes, quas ab eo recipietis et ad opus nostrum reservabitis, in forma competenti et sufficienti concipiantur, negocium treugarum predictarum ita feliciter, quantum in vobis est, concludentes quod ad perpetuas vobis inde teneamur gratiarum actiones. Ex habundanti quidem litteras nostras vobis mittimus deprecatorias, porigendas predicto priori Francie, si securitatem ab eo perquirere videatur vobis expeditius.

## 2123. — Octobre 1235, Acre.

*Gautier IV, comte de Brienne, donne aux Hospitaliers le droit de pacage dans sa forêt d'Orient, excepté pour les chèvres.*

Sources : Paris, Arch. nat., S. 4958, n° 25 (orig.) ; Troyes, Arch. de l'Aube, 31 H. 14 *bis*, Cartul. du Temple de Troyes, f. 43 (copie, xv$^{e}$ s., d'après un vidimus du prévôt de Paris, du 20 février 1364). — Analyse : D'Arbois de Jubainville, *Cat. des actes des comtes de Brienne*, dans *Bibl. de l'Ec. des Chartes*, XXXIII (1872), 174.

Notum sit omnibus, presentibus pariter et futuris, quod ego Galterus, comes Brene, pro remedio anime mee meorumque predecessorum, dono Deo et domui ac fratribus sancte domus Hospitalis Jerosolimitani, presentibus et futuris, in puram et perpetuam elemosinam, pasturagium in toto nem[ore meo] pleno et vacuo, quod dicitur Orient, et in toto etiam territorio ad meam jurisdictionem pertin[en]te, [po]sito circa dictum nemus, tam in planis quam in pratis, exceptis capris, ad usum videlicet omnium ani[mali]um et pecudum dictorum fratrum, que vel quas habent vel habituri sunt in domibus suis, factis vel faciendis, fratres Hospitalis in dicto territorio supradicto nemori adherenti. Ita quidem quod perpetuo pacifice, libere et quiete, quantum eis necessarium fuerit, pasturagium ipsum possideant et habeant, sicuti superius est expressum, sine omni contradictione mei vel meorum heredum in posterum facienda. In hujus autem mee donationis et concessionis majorem firmitatem et perpetuam durabilitatem, presens privilegium dignum duxi in testimonium sigilli mei munimine roborandum. Testes hujus mee donationis sunt : dominus Guillelmus de Marchia ; dominus Poncardus, et alii quamplures, qui interfuerunt presentes et laudantes. Actum Accon, anno Domini millesimo CC XXXV, mense octobris.

## 2124. — 27 octobre 1235, Lérida.

*Jacques I, roi d'Aragon et de Majorque, comte de Barcelone et d'Urgel, seigneur*

*de Montpellier, donne au monastère de Sigena le château et la ville de Peñalba, et demande les prières de religieuses pour lui et pour son royaume.*

Source : Sigena, Arch. du monastère (orig.)

Manifestum sit omnibus quod, cum nos Jaccobus, Dei gratia rex Aragonum et regni Majoricarum, comes Barchinonensis et Urgellensis, et dominus Montispessulani, inter cetera monasteria et loca religiosa, monasterium et domum de Sexena teneamur debite nostris benefficiis decorare, cum presenti instrumento nostro firmiter et perpetuo valituro, donamus, laudamus atque concedimus vobis venerabili et dilecte nostre B.[1], per eandem priorisse Sexene, et conventui ejusdem, presenti scilicet et futuro, castrum et villam de Pennalba, cum hominibus et feminis que ibi sunt vel erunt, cum peitis, questiis, justiciis, calumpniis, usibus, consuetudinibus et stabilimentis, placitis (?), hoste, cavalcata earumque redempcionibus, et aliis serviciis universis, et cum omni omnino nostro nostrorumque dominio et plena potestate, ac cum domibus, furnis et melioramentis factis et faciendis, et cum campis et locis sive terris cultis, incultis, heremis et populatis, et cum aquis, pascuis, pratis, erbis, erbaticis, silvis, montibus, nemoribus, venationibus, vetatis, lignis et arboribus, fructiferis et infructiferis, et aliis ad usum hominum pertinentibus, nec non cum suis terminis universis, sicut mandato nostro assignati fuerunt, cum cartis publicis prefate ville, cum inter homines Frage et Petrum de Lobera contentio vertebatur, eandem terminorum assignationem tunc temporis factam et auctoritate presentis privilegii penitus et perpetuo confirmantes. Predictum siquidem castrum et villam, cum omnibus superius expressis aut non expressis ad ea pertinentibus, de nostra nostrorumque potestate ex toto eicimus, et vos in corporalem possessionem ejusdem introducimus de presen[ti], ad habendum, tenendum et possidendum continue, pacifice et quiete, et ad faciendum in eis et [ex eis] vestras [omnes] proprias voluntates, prout melius dici potest et intelligi, ad vestrum bonum et sanum intellectum, [nichil] in premissis nobis vel nostris successoribus retinentes. Hanc itaque donationem facimus vobis pro salute anime nostre et animarum predecessorum successorumque nostrorum, et ut, vestris assiduis orationibus pro nobis ibidem specialiter factis, Jhesus Christus nos et statum nostrum foveat, stabiliat, multiplicet et augmentet. Statuentes firmiter et mandantes majoridomus, senioribus, merinis, depositariis, justiciis, bajulis et aliis nostris subditis universis, presentibus et futuris, quod hanc nostram donationem firmam habeant et observent, et faciant ab omnibus et ubique firmiter observari. Quicumque autem contra tenorem hujus carte in parte vel in toto venire attemptaverit, iram et indignationem nostram et penam mille aureorum sine remedio se noverit incursurum. Datum apud Ylerdam, VI kalendas novembris, anno Domini M CC XXX quinto. S. (*Seing manuel*) Jacobi, Dei gratia regis Aragonum et regni Majoricarum, comitis Barchinone et Urgelli, et domini Montispessulani. Hujus rei testes sunt : B[erengarius], episcopus Ylerdensis ; comes Fuxi[2] ; R. Fulconii ; G[uillelmus] de Cardona ; G[uillelmus] de Montecatana ; Berengarius de Podio Viridi ; P. de Montecatano ; R. Berengarii, B. de Zaportella (*sic*) ; G. de Anglarola ; Berengarius de Beryl ; Bernardus Guillelmi ; Gombertus de Antenza ; T[rencavellus], vicecomes Biterrensis ; Latronus ; F. Petri de Pina ; P. Arcez de Rota ; Ex[iminus] Petri, repositarius ; P[etrus] Petri, justicia Aragonie. Sig(*Seing manuel*)num Petri Johannis, scriptoris, qui, mandato domini regis, pro P[etro] Sancii, notario suo, hoc scripsit, loco, die et anno prefixis.

1. Il semble, d'après les actes antérieurs et postérieurs, que la prieure de Sigena était à cette date Sancia Ximenès d'Urrea.

2. Roger-Bernard II, comte de 1223 à 1241.

### 2125. — 31 octobre 1235, Woodstock.

*Henri III, roi d'Angleterre, donne décharge à Thierry de Nussa, grand-prieur d'Angleterre, d'une somme de neuf cents livres Sterling, au cas où celui-ci ne pourrait la faire parvenir outre-mer.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 20 Hen. III, membr. 14 (copie contemp.).

Rex omnibus ad quos presentes littere pervenerint, salutem. Sciatis quod concessimus fratri Therrico de Nussa, priori fratrum Hospitalis sancti Johannis Jerusalem, quod, licet aliquid sinistrum et inopinatum, quod Deus avertat, contingeret, vel per terram vel per mare, de nongentis libris Sterlingorum, quas per fratres domus sue mitti facit ex parte nostra ad partes transmarinas, ita quod ipsas amitti contingeret vel in parte vel in solidum, nullum dampnum inde proveniat vel periculum domui Hospitalis; quam pecuniam predictam periculo nostro commisimus deponendam. In cujus, etc. Teste rege apud Wudestok., xxxi die octobris, anno regni sui xx.

### 2126. — Novembre 1235.

*Guérin, grand-maître de l'Hôpital, échange à Nicolas Anteaume une maison que l'ordre avait achetée de dame Isabelle de Pierre contre une maison contiguë à l'Hôpital d'Acre, que possédait ledit Nicolas à Acre.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 16, n° 2 (orig.). — Texte : Delaville Le Roulx, *Arch. de l'ordre à Malte,* 173.

Notum sit omnibus, presentibus pariter et futuris, quod nos frater Gerinus, Dei gratia sancte domus Hospitalis Jerusalem magister humilis et pauperum Christi custos, de consilio et voluntate fratrum nostrorum, cum domino Nicholao Antelini[1] fecimus cambium et commutacionem super quadam domo nostra, quam emimus a domina Ysabella de Petra[2], cum domo illa quam idem dominus Nicholaus habebat contiguam domui Hospitalis et manebat; in hunc modum videlicet quod nos domino Nicholao domum nostram predictam, cum metis inferius annotatis, habendam et tenendam jure hereditario ac perpetuo sibi et heredibus suis, in presencia curie et juratorum Acconensium, tradidimus et concessimus libere et quiete, sine revocatione aut contrarietate aliqua eidem in posterum facienda. Eodem quoque modo prefatus dominus Nicholaus domum, quam nobiscum commutavit, cum metis positis et signatis domui Hospitalis tradidit et concessit, habendam et tenendam perpetuo sine aliqua sui vel heredum suorum revocatione in futurum facienda, ita siquidem quod alter nostrum alteri tenetur fideliter commutacionem factam defendere ac garentire. Prefate igitur domus, quam cum domino Nicholao commuttavimus, sunt mete tales : ab oriente adheret vie publice et regie que transit per Novam Portam, in hunc modum quod murus ipsius domus recta linea protenditur a turri, que est supra portam civitatis, usque ad angulum domus Margarete, positus versus orientem. Ab occidente vero coheret domui Templi, que fuit domini Guarnerii Theutonici[3], et

1. Ce personnage est mentionné dès 1226 ; en 1236 il est témoin d'un acte, et y figure encore sans titre ni qualification. Vers 1240, il fut préposé, avec Philippe de Montfort, à la garde du château d'Acre (Strehlke, *Tab. ord. Theut.*, 48 et 67 ; Ducange, *Familles d'outre-mer,* 500).

2. On ne connaissait pas jusqu'ici Isabelle, femme de Guillaume de Pierre.

3. Il s'agit de Garnier l'Aleman le Vieux (*Familles d'outre-mer,* 503-9).

aliis domibus sub censu regio constitutis. Ex parte autem meridiei continuatur furno quod dicitur de Malvesin, et quibusdam domibus Templi, nec non domui Margarete supradicte. Ex parte septentrionis protenditur in longum super fossatum civitatis. Et est insuper notandum quod in turri illa, que stat super Novam Portam civitatis, potest domus Hospitalis construere et edificare quicquid voluerit, eo salvo quod apertio vel fenestra ibi fieri non debet per quam respiciatur in hospicium predicti domini Nicholai. Et insuper liber introitus et egressus per portam civitatis et iter publicum patere debet dicto domino Nicholao et suis omnibus, sine impedimento aliquo a domo Hospitalis sibi vel suis faciendo. Ut igitur premissa omnia perpetuum robur obtineant firmitatis, presens privilegium inde fieri fecimus in testimonium, sigilli nostri munimine et subscriptorum fratrum testimonio roboratum. Testes igitur hujus rei sunt : fratres Andreas Polin, magnus preceptor Acconensis ; frater Willelmus, prior ecclesie ; fratrer Robertus de Vineis, hospitalarius ; frater Thomas Lorrne et frater Rolandus, socii nostri ; frater Guillelmus le Rat ; frater Sayxius, thesaurarius ; frater Durandus, parvus preceptor[1] ; frater Renaldus de Domibus ; frater Johannes de Infirmaria ; frater Luchas, et alii quam plures fratres. Actum est hoc privilegium anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo quinto, mense novembris.

*Au dos* (XIIIe *siècle*) : Privilegium recuperatum de heredibus Nicholai Ancelini de possessione quadam domine Ysabellis de Petra et ejus mariti Guillelmi[2].....

## 2127. — Novembre 1235.

*Stéphanie, fille de Bon Jean, cordier, donne à l'ordre de l'Hôpital les maisons qui avaient appartenu à son père à Jérusalem.*

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 15 (orig.). — TEXTE : Delaville Le Roulx, *Arch. de l'ordre à Malte,* 172.

Notum sit omnibus, [tam] presentibus quam futuris, quod ego Stephania, filia Boni Johannis, linarii, assensu et voluntate Petri Pisani, mariti mei, et Philippi, filii mei, dono et concedo domo Hospitalis sancti Johannis Jerusalem, pro remedio anime nostre et parentum nostrorum, domos illas, que fuerunt mei patris Boni Johanni (*sic*), linarii, in puram elemosinam. Que domus sunt in capite Parmentarie, et habent versus orientem domos Baudoini de Lisabona, apud meridiem viam Parmentarie, apud occidentem viam regalem, et apud aquilonem domos Bricii. Et propter hoc, ut ista donatio firma sit et stabilis in perpetuum, facta fuit in curia Jerusalem, quoram Baldoino de Pinquini, qui tunc erat castellanus[3], et quoram Girardo de Saises[4], qui tunc erat vicecomes, et quoram judicibus, qui tunc erant in qua curia, scilicet : Gil[bertus] Auferz ; Federicus de Romania ; Enricus de Belvais ; Redandus de .....iezian provincialis. Actum est anno Domini M CC XXX V, mense novembris.

*Au dos* : De donatione Stephanie.

1. Cette qualification est en opposition avec le titre de grand-précepteur, donné plus haut à frère André Polin. Comme l'ordre était établi à Acre depuis la prise de Jérusalem, il n'est pas étonnant d'y trouver le grand-précepteur et le précepteur d'Acre. Nous trouvons, en 1239, la mention de Durant de Soreis, frère de l'Hôpital. Il est probable que c'est le même personnage que le *parvus præceptor* mentionné ici. (Strehlke, *Tabl. ord. Theut.,* 67).

2. Guillaume de Pierre figure dans plusieurs actes de 1200. (Strehlke, *Tab. ord. Theut.,* 30-1).

3. Baudoin de Piquigni ne figure pas dans la liste des châtelains de Jérusalem de Ducange. Nous avons plusieurs actes des années 1236, 1242, 1244, dans lesquels il ne porte pas ce titre (Srehlke, *Tab. ord. Theut.,* 67, 74, 76, 78).

4. Ce vicomte de Jérusalem paraît être tout à fait inconnu dans l'histoire de la Terre-Sainte.

**2128.** — 28 novembre 1235, Viterbe.

*Le pape Grégoire IX renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 19 *juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Paci et quieti* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 429.)

Source : Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles (collectanea) n° 248 (vidimus de l'évêque de Gap, d'avril 1379).

Dat. Viterbii, iv kalendas decembris, pontificatus nostri anno ix.

**2129.** — Décembre 1235.

« *Don fait à l'ordre par Sibillè de Sourdevaux, veuve d'Aymard de Leyron, chevalier, de la seigneurie directe qu'elle avoit sur des vignes enclavées dans sa terre hors la porte de S. Paul, et toute la terre labourable qu'elle avoit au même endroit, à condition que l'ordre entretiendroit un prêtre qui diroit la messe pour le salut de son âme, du mois de décembre* 1235. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 246 (xviii° s.).

**2130.** — 15 décembre 1235, Viterbe.

*Le pape Grégoire IX demande aux Hospitaliers de France et aux Templiers de France que chacun de ces deux ordres lui consente un prêt de quatre mille marcs Sterling.* — « *Cum domus militie Templi* »[1].

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 18, f. 89 *b* (copie contemp.).

Dat. Viterbii, xviii kalendas januarii, [pontificatus nostri] anno ix.

**2131.** — 21 décembre 1235, Znojmo.

*Wenceslas I, roi de Bohême, confirme aux Hospitaliers de Mailberg les privilèges que leur avait concédés Henri-Vladislas III, margrave de Moravie, son oncle, pour les terres dépendant de Hradek (Erdberg).*

Source : Prague, Arch. du gr.-pr. de Bohême (orig.). — Analyse : Erben, *Reg. Bohemiæ et Moraviæ*, I, 418, n° 888. — Texte : A. Boczek, *Codex diplom. et epistol. Moraviæ*, II, 309.

Nos Wenceslaus, Dei gratia quartus rex Boemie, domui sancti Joannis in Movremberch, et omnibus ibidem degentibus in perpetuum. Regalis prudentie commodo confert et honori antiquorum facta favorabilia approbare, ac regio patrocinio confirmare. Ad resecandum igitur totius hesitationis scrupulum, ad notitiam tam presentium quam futurorum perducimus quod nos fratribus in Movremberch

1. Le même jour, maître Simon, écrivain du pape, fut envoyé auprès des maîtres du Temple et de l'Hôpital en France avec la mission de leur répéter verbalement le contenu de cette bulle.

sancti Joannis libertatem, contractam a patruo nostro Wladislao clare memorie, marchione Moravie, in omnibus bonis per terram Moravie professis, spectantibus ad domum Erpurg, et ipsam cum suis attinentiis, pertinente[m] ad domum in Movremberck, perpetualiter obtinendam confirmamus. Ne autem hoc statutum in irritum convertatur processu temporis, nec calumnia super ipsa libertate imposterum queat suboriri, presens scriptum sigilli nostri charactere jussimus insigniri. Acta autem sunt hec anno dominice incarnationis M CC XXXV, indictione VIII. Datum per manum notarii Wilhelmi apud Znoym, XII kalendas januarii.

## 2132. — 1236, Olmütz.

*Premysl*[1], *margrave de Moravie, confirme à Hugues, maître de l'Hôpital en Moravie*[2], *la possession d'une terre à Kobeřice (Koberwitz).*

Source : Prague, Arch. du gr.-pr. de Bohême, G. XXXVIII, command. de Brünn, n° 2 (orig. scellé). — Analyse : Erben, *Reg. Boh. et Morav.*, I, 421, n° 899. — Texte : A. Boczek, *Cod. dipl. et epist. Moraviæ,* II, 317.

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis. Ego Premizl, Dei gracia marchio Moravie, accomodans aures justis peticionibus magistri Ugonis, fratris Hospitalis domus sancti Johannis Baptiste transmare, et particeps esse cupiens orationum et fraternitatis dominorum in ipsa Deo militancium, quandam terram in villa Koberici dicta, que quondam Gradicensis fuerat, et ex antiquis temporibus ab antecessoribus nostris principibus Moravie prenomitate collata domui, ne a castrensibus deinceps inpetatur vel aliqui, forte maligno inducti spiritu, attemptent eam deservire tamquam non datam seu privilegiatam domui jam prefate, presenti scripto in perpetuum possidendam confirmamus, et, ne inquietari debeant in posterum, sigilli nostri appensione roboramus, et testium subscriptione, in presentia quorum acta sunt hec, communimus. Hujus rei testes sunt : Semizlaus. Olomucensis camerarius ; Gerardus, Olomucensis burgravius ; Voko, filius Boruth, burgravius de Gradech[2] ; Victor, burgravius de Prerow[0] ; Bicen, judex Olomucensis ; Prebor, filius Bun, cum filiis suis Bun et Jurik ; Onso cum filiis Bludek et Spytata ; Bochek, subcamerarius ; Ratibor cum filio suo Arthlebo, dapifero ; Marquardus, marescalcus ; Dyrzisslaus ; Pribizlaus ; Zlawata cum fratre Wseborio. Acta sunt hec in Olomucio, anno dominice incarnacionis millesimo CC XXXVI. Data per manum Marquardi, capellani.

## 2133. — 1236.

*Henri, comte de Luchow, donne à l'ordre de l'Hôpital les biens qu'il possédait à Wonem.*

Source : Berlin, Arch. secr. d'État, ordre de S. Jean (orig.). — Texte : Riedel, *Cod. dipl. Brandeburgensis,* I, VI, 14.

Actum est hoc anno dominice incarnationis M CC XXXVI, presentibus ministerialibus nostris domino Borchardo, advocato ; domino Friderico, advocato ; domino Rabodoni de Face ; domino Sifrido, et aliis multis.

1. Fils de Premysl-Ottakar I, roi de Bohême, et frère de Wenceslas I, roi de Bohême.

2. Ce titre ne lui est pas donné ici, mais il le portait dans un acte précédent. (V. plus haut, n° 2091.)

**2134.** — 8 janvier 1236, Viterbe.

*Le pape Grégoire IX renouvelle la bulle du* 21 *août* 1227 : « *Quieti vestre providere* ». (*V. plus haut, n*° 1881.)

Source : Poitiers, Arch. de la Vienne, grand-prieuré d'Aquitaine, H [3], liasse 2, cahier de copies de bulles, p. 34 (fin du xv<sup>e</sup> s.).

Dat. Viterbii, vi idus januarii, pontificatus nostri anno ix.

**2135.** — 16 janvier 1236, Viterbe.

*Le même exhorte Béla IV, roi de Hongrie, à restituer à l'abbaye d'Égres, aux Cisterciens, aux frères de l'Hôpital, du Temple, de S. Lazare et de S. Samson les terres et revenus que ceux-ci tenaient de la libéralité des rois Emeric et André II, et que Béla IV leur avait enlevés.* — « *Ut te clare* ».

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 18, f. 98 (copie contemp.); Vienne, Arch. imp. et roy., ms. 100, vol. II, f. 36 (copie de Smitmer, xviii<sup>e</sup> s.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 10081. — Texte : *Monum. Hung. hist.*, dipl., VII, 37; Theiner, *Vet. monum. Hung.*, I, 142. — Extraits : Raynaldi, *Annales eccl.*, XXI, 157.

Dat. Viterbii, xvii kalendas februarii, [pontificatus nostri] anno ix.

**2136.** — 16 janvier 1236, Viterbe.

*Le même informe les évêques de Waitzen, de Neutra et de Bosnie qu'il a demandé à Béla IV, roi de Hongrie, de restituer à l'abbaye d'Egres, aux Cisterciens, aux Hospitaliers, aux Templiers, aux frères de S. Lazare et de S. Samson les terres et revenus qu'ils tenaient de la libéralité des rois Emeric et André II, et que Béla IV leur avait enlevés. Il les engage à faire auprès de celui-ci une démarche personnelle dans ce but.* — « *Ut carissimus in* ». (*V. plus haut, n*° 2135.)

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 18, f. 97 *b* (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 10082. — Texte : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, IV, i, 33; Katona, *Hist. crit. regum Hung.*, V, 767 ; Theiner, *Vet. monum. Hung.*, I, 143.

Dat. Viterbii, xvii kalendas februarii, [pontificatus nostri] anno ix.

**2137.** — 21 février 1236, Viterbe.

*Le même écrit à Frédéric II, empereur d'Allemagne, aux Hospitaliers, aux Teutoniques et à divers prélats et barons du royaume de Jérusalem, au sujet de l'accord intervenu entre l'empereur et les bourgeois d'Acre relativement aux droits du royaume. Il leur recommande de l'observer.* — « *Mediator Dei et* ».

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 18, f. 111 (copie contemp.). — Analyse : Potthast,

*Reg. pont. Roman.*, n° 10100. — Texte : Huillard-Bréholles, *Hist. diplom. Frid. II*, IV, 808; Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. XIII*, I, 572, n° 674.

Dat. Viterbii, VIIII kalendas marcii, [pontificatus nostri] anno IX.

## 2138. — 12 avril 1236, Viterbe.

*Le même charge Hugues, évêque de S. Asaph, l'abbé de Dore au diocèse de S. David's et le pénitencier d'Hereford, pour terminer l'affaire des religieuses de Cornbury, depuis longtemps en litige, de l'instruire à nouveau et de citer les parties en cour de Rome.* (*V. plus haut, n*os 2047 *et* 2059.)

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 18, f. 144 *b* (copie contemp.) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 128 (copie de Smitmer, XVIIIe s.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 10142. — Texte : Manrique, *Ann. Cisterc.*, IV, 526.

[Gregorius, etc., venerabili fratri Hugoni], episcopo de S. Asaph, [dilecto filio]..., abbati de Drobo, Cisterciencis ordinis, Menevensis diocesis, et..... penitentiario Herefordensi, [salutem, etc.]. Ex parte nobilis viri Gualteri de Lascy et Margarite, uxoris ejus, fuit propositum coram nobis quod, cum, super eo quod fratres Jerosolimitani Hospitalis sororibus monasterii de Cornebur., Herefordensis diocesis, cujus fuerunt predicti vir et mulier fundatores, habitum tribuerant Hospitalis, per bone memorie [Hugonem], Herefordensem episcopum, mandaverimus taliter ordinari, ut eedem sorores secundum beati Augustini regulam ibi viverent, deposito habitu memorato, dicti fratres per [Willelmum], priorem S. Albani, suosque collegas, ad quos prius contra malefactores suos, sub forma illa « quoniam nimis dispendiosum », conservatorias a nobis litteras impetrarant, eam misisse manum ad spiritualia ipsius monasterii, pro priorissa inibi se gerendo, et ex hoc malefactricem esse dicentes, ipsam ad loca remota citari fecerunt ; propter quod eadem mulier quasdam ad venerabilem fratrem nostrum Coventrensem episcopum, ut procederet in negotio dicto Herefordensi commisso, quasdam vero ad venerabilem fratrem nostrum [Willelmum], Wigorniensem episcopum, et collegas ejusdem, ut, Coventrensi eodem in mandati nostri executione cessante, iidem illud exequi procurarent, a nobis litteras impetravit. Per aliud quoque rescriptum apostolicum dicti vir et uxor eidem Wigorniensi et suis conjudicibus obtinuere mandari ut prohibere curarent, ne procederetur per conservatorias litteras contra illam ; quam prohibitionem cum judices ipsi fecissent, iidem fratres a [Ricardo], priore Westmonasterii [1], et conjudicibus suis, similium litterarum auctoritate eodem quasi tempore obtentarum, ipsam, quam dicebant se predicto modo immiscuisse spiritualibus jam dicti monasterii, quasdam sorores exinde amovendo, procurarunt iterum tanquam malefactricem ad judicium evocari ; a quibus, exceptionem ejus non admittentibus, super eo quod per eundem Wigorniensem et collegam suum, tertio excusato, proponebat inhibitum, ne contra eam per hujusmodi conservatorias litteras procedi deberet, et quod sine viro suo, tunc absente, quem cum eadem principaliter causa tangebat, non poterat conveniri, nostram audientiam appellavit. Sed illi, appellatione contempta, induci partem adversam in possessionem bonorum temporalium prefati monasterii de facto, cum de jure nequiverint, mandaverunt. Postmodum vero, cum antedictus Wigorniensis et alter collegarum suorum, excusato tertio, similiter in negotio pro Coventrensis defectu aliquandiu processissent, dicti fratres, fingentes Coventrensem, qui solus

1. Richard de Berkyng fut prieur de l'abbaye bénédictine de Westminster de 1222 à 1246.

fuerat, habuisse conjudices, et se ab eis ex causa legitima provocasse super appellatione sua, ad... priorem Roffensem suosque socios nostras litteras reportarunt. Sed quia iidem ultra duas dietas extra suam diocesim trahebant eandem, quod ex litterarum ipsarum beneficio non habebant, ad nos duxit eadem per appellationis remedium recurrendum ; quare vir predictus et ipsa nobis humiliter supplicarunt ut, cum hujusmodi negotium fere per quadriennium sit protractum, cujus occasione ultra sexcentas marcas se asserunt expendisse, nec umquam speretur finem habiturum, nisi ad examen apostolicum reducatur, illud ad nos remitti cum omnibus tam judicum quam conservatorum processibus mandaremus. Volentes igitur ut finis litibus imponatur, firmiter precipiendo mandamus quatenus, si est ita, revocato in irritum quidquid ab ipsis inveneritis esse attemptatum, et relaxata excommunicationis sententia, si quam jam dicti conservatores hac occasione protulerunt in ipsam, omnes litteras obtentas hinc inde cum earum processibus vobis exhiberi facientes, negotium ipsum ad nos sufficienter instructum cum dictis processibus remittatis, prefigentes partibus peremptorium terminum competentem, quo per se vel procuratorem idoneum nostro se conspectui representent, justam actore Domino sententiam recepture; non obstante indulgentia, quam iidem fratres habere dicuntur, ut ultra duas dietas a domo eorum Fontis Clericorum Londoniensis non possint ad judicium evocari. Testes autem, etc. Quod si non omnes, etc., tu, frater episcope, [cum eorum altero ea nihilominus exequaris]. Dat. Viterbii, II idus aprilis, [pontificatus nostri] anno X.

## 2139. — 22 avril 1236, Viterbe.

*Le même défend aux Templiers et aux Hospitaliers des provinces de Bordeaux et de Tours d'abuser des privilèges qu'ils tiennent du S. Siège pour citer en jugement, comme ils le font au diocèse de Saintes et diocèses environnants, à trop bref délai et devant des juges très éloignés du domicile des personnes citées, quiconque est hostile à eux, à leurs amis et à leurs censitaires. Il charge l'évêque de Poitiers, Geoffroy, doyen de Poitiers, et l'archidiacre d'Aunis d'assurer l'exécution de sa volonté.*

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1191, f. 37 (copie de la Porte du Theil, XVIII[e] s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 18, f. 147 *b* (copie contemp.) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 130 (copie de Smitmer, XVIII[e] s.).

[Gregorius, etc., dilectis filiis] magistris, preceptoribus et fratribus militie Templi et Hospitalis Jerosolimitani per Burdegalensem et Turonensem provincias constitutis, [salutem, etc.]. Pulsati sumus et turbati non modicum assiduis multorum clamoribus et querelis super eo quod, in Xantonense et circumpositis diocesibus, grave scandalum est subortum, quia vos, ut proponitur, privilegia et indulgentias, nec non alias litteras, ad defensionem vestram vobis ab apostolica sede concessas, in gravamen et injuriam convertitis aliorum malitiose, inter alia procurantes a conversatoribus et judicibus vestris generales constitui citatores, per quos, quotiens quis dicto vel facto vobis vel vestris hominibus in aliquo adversatur, ipsum ad diversa et remota loca, ad que accedere sine periculo persone non potest, facitis ad judicium evocari, et, si quem gravare velitis, vel vos vel aliquis amicus vester habeatis aliquid contra eum, tam per vos quam per fratres vestros aliarum domorum, ad varios judices et loca diversa ipsum compellitis laborare ; receptis quoque sub protectione vestra quibusdam clericis et laicis, qui se vobis propter hoc constituunt censuales, omnes illos, quos ipsi adversarios suos dicunt, per litteras nostras quasi malefactores vestros reputantes, eosdem gravibus sumptibus et laboribus fatigatis.

Auctoritate insuper talium litterarum ad judices juris ignaros, valde remotos vobisque propitios, contra vestros adversarios obtentarum, aliquo amico vestro citatore, ut dictum est, impetrato, quoscumque vultis citari facitis ab eodem, assignato eis quandoque tam brevi termino, quo numquam valeant comparere, ut sic contra illos velut contra contumaces, si non compareant, procedatur. Si qui vero, quibus committitur citationis edictum, de sigillis judicum dubitantes, vel quia citatorium sine sigillis eis ostenditis, quod in continenti vobis reddi precipitis, ad citationes procedere pretermittant, ad septem vel octo dietas propter hoc trahitis eosdem in causam, et graves subire labores ac onera compellitis expensarum, cessiones actionum, quas contra honestatem vestram recipitis per litteras apostolicas prosequentes. Quia vero nonnulli clerici et laici, sicut audivimus, hoc exemplo corrupti, per litteras nostras presumunt similia perpetrare, et ex hiis, sicut accepimus, apostolice sedi detrahitur, proponentibus pluribus hoc accidere pro nimio favore quem vobis impendere non cessamus, ut apud multos vestra religio redditur odiosa, nos ea, sicut nec debemus, cum tam gravi scandalo tolerare nolentes, districte vobis precipiendo mandamus quatenus hec et similia taliter emendare curetis, quod clamor hujusmodi ad nos de cetero non ascendat, nec contra vos procedere durius compellamur. Scientes nos venerabili fratri nostro ... episcopo et dilectis filiis decano Pictavensi, et.. archidiacono Alnisiensi, Xanctonensis diocesis, nostris litteris injunxisse ut vos ad id moneant et inducant, quod super hiis invenerint nobis fideliter suis litteris referentes. Dat. Viterbii, x kalendas maii, [pontificatus nostri] anno x.

## 2140. — 28 avril 1236, Viterbe.

*Le même charge l'évêque de S. Asaph, l'abbé de Dore et le pénitencier d'Hereford de mettre fin à la situation dans laquelle se trouve le monastère des religieuses de Cornbury, qui ne peuvent élire une prieure.* (*V. plus haut, n°* 2138.)

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 18, f. 149 *b* (copie contemp.) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, cod. 75, f. 131 (copie de Smitmer, xviii^e s.). — Analyse : Bliss, *Cal. of. papal registers*, I, 153 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 10155. — Texte : Manrique, *Ann. Cisterc.*, IV, 526.

[Gregorius, etc., venerabili fratri] episcopo de S. Asaph, [et dilecto filio] abbati de Dora, Cisterciensis ordinis, Menevensis diocesis, et ... penitentiario Herefordensi, [salutem, etc.]. Dilecte in Christo filie suppriorissa et sorores monasterii de Corneburi sua nobis insinuatione monstrarunt quod, eodem monasterio priorissa vacante, ac eis volentibus ad electionem procedere, prout sibi de communi jure et apostolica indulgentia competebat, fratres Jerosolimitani Hospitalis in Anglia, monasterium ipsum sibi subdere molientes, earum impedito processu, diu conati sunt quandam ex ipsis ad eorum desiderium accedentem in priorissam preficere monasterio memorato ; propter quod sex annis et amplius jam vacavit. Et cum quendam eorum fratrem presbyterum ibidem, quem eedem admiserant, instituerint, ut earum audiret penitentias et sacramenta sibi ecclesiastica ministraret, ipso se nimis inhoneste gerente, earundem fuit opinio plurimum aggravata. Iidem quoque fratres eas quodam annuo redditu contra justitiam spoliarunt. Preterea Dionisia de Leche et quedam alie monasterii predicti sorores, de favore fratrum ipsorum sibi ab eis promisso plus debito presumentes, obedientie jugo deposito, eidem suppriorisse, sicut debent, intendere contradicunt ; quare monasterium graviter in spiritualibus et temporalibus deformatur, super quo provideri humiliter petierunt. Quocirca mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde

propositis, causam, si de partium voluntate processerit, fine debito terminetis, facientes [quod statutum fuerit firmiter observari]. Alioquin, cum vobis sub certa forma scribamus super negotio ejusdem monasterii, quod est inter fratres eosdem, ex parte una, et nobilem virum Gualterum de Lascy et Margaritam, uxorem ejus, ex altera, ad sedem apostolicam remittendo, cum illud ad nos remitti contigerit, causam ipsam ad nostram presentiam remittatis sufficienter instructam, prefigentes partibus terminum peremptorium competentem, quo, per se vel per procuratores idoneos, nostro se conspectui representent, justam actore Domino sententiam recepture. Non obstante indulgentia, quam iidem fratres habere dicuntur, ut ultra duas dietas a domo eorum Fontis Clericorum Londoniensis non possit ad judicium evocari. Testes autem, etc. Quod si non omnes, etc. Dat. Viterbii, IIII kalendas maii, [pontificatus nostri] anno X.

## 2141. — Mai 1236.

« *Convention passée entre Robert, abbé de S. Marie de la Latine, et Guérin II, grand-maître de l'Hôpital, au sujet des casaux de Montdidier et Tourre-Rouge, par lequel accord l'abbé et les religieux promettent de garder les obligations qu'ils avoient contractées avec les Hospitaliers sur ce bail emphytéotique, et de les mettre en possession desdits casaux, dès que les Templiers, qui les tenoient en arrentement, s'en seroient démis, ou plutôt s'il étoit possible, de l'an* 1236, *au mois de mai.* »

ANALYSE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 247 (XVIII$^e$ s.).

## 2142. — Mai 1236.

*Hugues, archevêque de Nazareth, et H., abbé du Temple N. Seigneur, reconnaissent avoir reçu en dépôt de Guérin, grand-maître de l'Hôpital, et de Robert, abbé de S. Marie Latine, deux actes relatifs à une emphytéose perpétuelle, consentie sur divers casaux, situés au territoire de Césarée, par l'abbé de S. Marie Latine, en faveur des Hospitaliers.* (*V. plus haut, n°* 2141.)

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 17 (orig.)[1]. — TEXTE : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 220. — EXTRAITS : Taaffe, *The history of the... order of S. John of Jerusalem*, IV, app. n° XCIII.

Noscant universi, presentes pariter et futuri, quod nos H[ugo], Dei gratia Nazarenus archiepiscopus, et nos H., abbas Templi Domini, protestamur, recognoscimus et fatemur habere ac recepisse in deposito et custodia a venerabili viro fratre Gerino, sancte domus Hospitalis Jerusalem magistro, et a domino Roberto, abbate S. Marie de Latina, duo privilegia, confecta super quadam emphiteosi perpetua, concessa ab ipso abbate prefato magistro et fratribus Hospitalis, quorumdam casalium in territorio Cesariensi positorum. Que privilegia, sive a venerabili domino nostro Jerosolimitano patriarcha confirmata fuerint, prout in conventione habita inter partes actum extitit et firmatum, sive fuerint infirmata, convenimus et promittimus utrique parti fideliter privilegium suum, in custodia nostra depositum, nos reddere, et manu propria assignare. In hujus autem rei majorem securitatem, presens instrumentum inde fieri jussimus, sigillorum nostrorum munimine roboratum. Actum Accon, anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mense maii.

1. Cet acte était scellé de deux sceaux ; au temps de Pauli, la bulle du grand-maître Guérin subsistait seule ; Pauli l'a décrite (*Cod. dipl.*, I, pl. 8, n° 6). Aujourd'hui les deux sceaux manquent.

### 2143. — Mai 1236.

« *Confirmation faite par Sibille, veuve d'Aymard de Leyron, de la donation que son mari avoit fait à l'ordre d'une rente de* 2000 *besans, à prendre toutes les années sur la place des Toiles, appellée en arabe* « *Sochelbes* », *du mois de may* 1236. (*V. plus haut, n°* 1684.)

ANALYSE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 248 (XVIII$^e$ s.).

### 2144. — Mai 1236.

*Guy de Vergy, évêque d'Autun, et Hugues IV, duc de Bourgogne, certifient que Marguerite d'Ivrey et ses fils ont vendu aux Hospitaliers de Beaune leur moitié de la ville du Vernois, moyennant* 320 *livres de Dijon.*

SOURCE : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, grand-prieuré de Champagne, H. 1226 (orig.).

Nos Guido, permissione divina Eduensis episcopus, et Hugo, dux Burgundie, notum facimus universis, presentem paginam inspecturis, quod domina Margareta de Yvre et filii sui, videlicet Hugo, miles, et Robertus, domicellus, in nostra presentia constituti, vendiderunt, concesserunt et tradiderunt fratribus Hospitalis Jerosolimitani, in baillia Belnensi constitutis, suam medietatem ville de Varnuceys, cum omnibus appendiciis ejusdem, tam in hominibus, decimis, terciis, censibus, costumis, redditibus, dominio et justicia, riveriis, pratis, pascuis, pasturis, nemoribus, terris et usagiis, quam in omnibus aliis rebus, quas ibidem habebant aut habere debebant, pro trecentis et viginti libris Divionensium, quas a supradictis fratribus Hospitalis receperunt in pecunia numerata. Propter quod predicta domina Margareta et prenominati ipsius filii et heredes eorum tenentur super se et super omnia bona sua, mobilia et immobilia, ubicumque fuerint, tam presentia quam futura, juramento etiam super hoc ab ipsis corporaliter prestito, omnia supradicta prenominatis fratribus Hospitalis in perpetuum quoad jus contra omnes deffendere et pacifice garantire. Hanc autem vendicionem Guido, dominus de Chaudenay, de cujus feodo illa medietas ejusdem ville cum omnibus supradictis erat, laudavit dictis fratribus Hospitalis, et dictum feodum cum omni jure, quod in omnibus supradictis habebat, sine retentione aliqua eisdem fratribus Hospitalis quictavit in perpetuum penitus et concessit. Istam siquidem vendicionem voluerunt et laudaverunt Margareta, uxor dicti Hugonis, militis, et filii sui, Guido videlicet et Hugueninus, promittentes se contra vendicionem istam per se vel per alios de cetero non venturos. In cujus rei memoriam et testimonium, ad preces et instantiam omnium supradictorum, presenti carte sigillorum nostrorum apposuimus munimenta. Actum est hoc anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mense maio.

### 2145. — 25 mai 1236.

*Pierre d'Alcala, châtelain d'Amposte, avec l'assentiment d'Urraque Jordan,*

*prieure de l'Hôpital de l'Almunia, acense à divers les possessions de l'ordre appelées l'Almunia de Doña Godina.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 160 (charte-partie orig.).

Actum est hoc VIII dies in exitu mensis madii, era M CC LXXX quarta.

## 2146. — 12 juillet 1236, Constance.

*Henri I de Thann et Waldbourg, évêque de Constance, promulgue l'arbitrage rendu par Hartmann IV, comte de Kybourg, pour terminer le différend, soulevé entre B., maître de l'Hôpital en Allemagne, et noble homme Ulrich de Klingen au sujet des droits sur l'église de Leuggern, que les deux parties réclamaient.*

Sources : Aarau, Arch. d'Etat, command. de Leuggern, n° 3 (orig.), et cartul. de Leuggern, f. 56 *b* (copie de 1535); Fribourg, Bibl. cant., L. 44, (cartul. de Leuggern, 1536), f. 73 (à la date erronée du 13 juillet 1237), et f. 74 *b* (trad. allemande, à la date erronée du 3 juillet 1236). — Analyse : E. L. Rochholz, *Die Homberger Gaugrafen der Frick und Sissgaues* (Aarau, 1886), 31; *Urkundenbuch der Stadt Basel,* I (Bâle, 1890), 97. — Texte : M. Herrgott, *Geneal. dipl. aug. gentis Habsburgicæ,* II (Vienne, 1737), 251 ; Neugart, *Episcopatus Constantiensis* (éd. Mone), II, 619.

Universis Christi fidelibus, hanc cedulam inspecturis, H[enricus], de permissione divina Constantiensis episcopus, noticiam geste rei. Ne labantur cum tempore que geruntur in tempore, litterarum debent tenaci memorie commendari. Presentes igitur noverint et futuri quod, dum inter reverendum in Christo magistrum B., domus Hospitalis in Alamannia, et nobilem virum Ulr[icum] de Klingin, super ecclesia Lutigarn et ejus pertinentiis lis diutius verteretur, tandem, de consensu partium, inter ipsos a nobili et strenuo domino H[artmanno], comite de Kiburch, taliter fuerat arbitratum quod nos, communicato capituli nostri consilio et consensu, simul cum predicto nobili viro de Clingin, qui se a nostra ecclesia de predictis bonis infeodatum constantissime asserebat, publice renunciavimus juri, quod habebamus vel habere videbamur in prefata ecclesia Lutigarn, et juri patronatus ejusdem ecclesie cum suis pertinentiis, tali forma quod prescripta omnia domui Hospitalis Jerosolimitani, cum omni jure, cedant perpetuo possidenda. Alia vero predia et homines, nec non advocatie, que de jure proprietatis spectabant ad Reinh[ardum], quondam nobilem de Bernöwe, pro medietate cedant predicte domui Hospitalis ; reliqua vero medietas cedat libere nostre ecclesie, ita tamen quod jam dictus Ulr[icus], nobilis de Klingin, a nostra ecclesia infeodatus remaneat de eisdem. Ut autem hec permaneant inconcussa, hanc paginam triplicis sigilli fecimus munimine roborari, nostri videlicet, nostrique capituli, et Ul[rici] de Clingin sepius nominati. Acta sunt hec anno Domini M CC XXXVI, IV idus julii, indictionis IX, in choro Constantiensi ; presentibus Hainrico de Krenkingin, Dietrico de Rotinlein, Bertoldo de Burgilun, nobilibus ; Friderico de Honberch ; Hermanno de Lanninberch ; pincerna Johanne de Castello ; Wezilone, et Alberto fratre suo de Haidilberc ; Monacho de Basilea, milite ; Ulrico, et Růdolfo de Clinginberc, fratribus ; Hainrico, plebano de Honberc ; Cůnrado, plebano de Lutigarn, et aliis quam pluribus, tam clericis quam laicis. In Domino felicitatem, amen.

## 2147. — 30 juillet 1236, Rieti.

*Le pape Grégoire IX ordonne à Barthélemy, évêque de Fünfkirchen, au prévôt de*

*cette ville et à l'abbé de Czikador d'insister, sous peine d'interdit, auprès de Coloman, roi des Ruthènes et duc d'Esclavonie, pour qu'il restitue les biens enlevés par lui aux Hospitaliers de Hongrie et d'Esclavonie.*

SOURCE : Rome, Arch. du Vatican, reg. 18, f. 180 *b* (copie contemp.). — ANALYSE : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 10216 ; Raynaldi, *Ann. eccl.*, XXI, 157. — TEXTE : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, VII, I, 256 ; Manrique, *Ann. Cisterc.*, IV, 522 ; *Monum. Hung. hist.*, dipl., VII, 46 ; Theiner, *Vetera monum. Hung.*, I, 146.

Gregorius, etc., [Bartholomeo], episcopo,... preposito Quinqueccliensi et... abbati de Cicador, Cisterciensis ordinis, Quinqueccliensis diocesis, [salutem, etc.]. Etsi libenter, ex multo sinceritatis affectu, quo personam karissimi Christi filii nostri Colomanni, regis Ruthenorum illustris et ducis Sclavonie, in Christi visceribus amplexamur, sue velimus sublimitati deferre, in hiis tamen, que dissimulari absque peccato nequeunt, deferre sibi salva conscientia non valemus, ne, si eum tamquam specialem ecclesie filium non retrahimus a peccato, et sibi demus perditionis materiam et nobis etiam causam mortis, dicente nobis Domino per prophetam : « Fili « hominis, speculatorem dedi te domui Jherusalem si non annuntiaveris impio, « neque locutus fueris ut avertatur ab impia via sua et vivat, ipse in iniquitate sua « morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram[1] ». Sane dudum dilecti filii.. magister et fratres Hospitalis Jerosolimitani[2] in Ungaria et Sclavonia nobis graviter fuere conquesti quod, cum ipsi super quibusdam villis, domibus, possessionibus et rebus aliis, quibus ab eodem rege fuerant spoliati, primo ad eum monitorias, ac postmodum ad venerabilem fratrem nostrum Colocensem archiepiscopum ejusque collegas executorias a nobis litteras impetrassent, demum inter partes amicabilis compositio intervenit, quam regia celsitudo promisit se firmiter servaturam. Et licet compositio ipsa fuerit per sedem apostolicam confirmata, quia tamen eam, quod vix poteramus credere, non servabat, contra verbum regie veritatis, quod eum aliquatenus non decebat utpote salutis sue ac fame contrarium, indebite veniendo, serenitatem suam rogandam duximus et monendam ut compositionem eandem firmiter observaret, ita quod regalem excellentiam possemus merito commendare. Alioquin vos, filii abbas et preposite, ac dilectus filius abbas Waradiensis[3], quibus super hoc scripta nostra direximus, dictam compositionem, sicut sine pravitate provide facta est et ab utraque parte sponte recepta, faceretis per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, firmiter observari. Non obstante indulgentia, qua sibi a nobis, sicut dicitur, est concessum ut nullus in eum absque speciali mandato sedis apostolice sententiam excommunicationis audeat promulgare. Cum autem, in commisso vobis negotio procedentes, sollicite monuissetis eundem ut, compositionem ipsam observans ac eisdem magistro et fratribus ablata in dominio suo restituens, de illatis dampnis et irrogatis injuriis satisfactionem eis congruam exhiberet, idem, proponens quod non executores sed cognitores duntaxat eratis, ad sedem apostolicam, si tanquam executores et non ut judices procederetis, in figura judicii appellando, quodque non auctoritate sua sed potius karissimi in christo filii nostri Bele, illustris regis Ungarie[4], fratris sui, a quo terram se habere asserit, fuerint spoliati, quanquam balivi et officiales sui ablata ipsis magistro et fratribus detineant universa, non solum ea restituere noluit, verum fuit eis graviter comminatus. Propter quod vos, filii abbas et preposite, cum dicto abbate Waradiensi apud eum proficere non valentes, processum vestrum non sine fratrum ipsorum preju-

1. Ezéchiel, 3, ℣ 17-18.

2. La bulle transcrite au registre porte ici les mots : « fratres militie Templi » ; mais une mention marginale, ainsi conçue : « In eumdem modum *pro* fratribus Hospitalis », autorise la substitution des Hospitaliers aux Templiers. L'Hôpital avait à se plaindre en Hongrie des mêmes spoliations que le Temple.

3. Cette abbaye bénédictine, appelée aussi Péch-Warad, était au diocèse de Fünfkirchen, et ne doit pas être confondue avec Gross-Wardein, siège d'un archevêché (Varadiensis archiepiscopatus).

4. Béla IV, roi de Hongrie (1235-1270).

dicio ad sedem duxistis apostolicam remittendum. Cum igitur non deceat contra compositionem premissam, inter ipsum et jamdictos fratres tam sollempniter initam, sepedictum C[olomannum] venire, ne irrita faciat que de suis labiis processerunt, adhuc regalem excellentiam, sicut iterum, sic affectuosius rogandam duximus et monemus, sibi in remissionem peccaminum injungentes ut et ablata fratribus supradictis restituat universa, et compositionem eandem studeat inviolabiliter observare, ita quod Deum exinde propitium sibi statuat non offensum, et nos sinceritatis sue zelum possimus in Domino merito commendare. Si vero contra compositionem predictam juris aliquid se habere confidit, poterit coram nobis per procuratores idoneos assequi justitie complementum. Ideoque in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatenus, si dictus rex preces nostras non adimpleverit in hac parte, premissis exceptionibus ab eo propositis et aliis frivolis non obstantibus, cum non sit deferendum homini contradictum, loca, ad que ipse devenerit, supponatis ecclesiastico interdicto, tamdiu artius observando quamdiu ibi fuerit, donec eis universa hujusmodi restituantur ablata et de dampnis et injuriis fuerit congrue satisfactum. Detentores quoque ac invasores predictarum rerum, balivos, etiam subditos et consiliarios ipsius regis, quorum ope et consilio ablata eadem detinentur, usque ad restitutionem integram eorundem, appellatione remota, excommunicationis vinculo innodetis. Quod si non obstante, tu, frater episcope, etc. Dat. Reate, III kalendas augusti, [pontificatus nostri] anno X.

## 2148. — Août 1236.

« *Permission donnée par frère Robert de Corson, commandeur de Tripoli, à plusieurs paysans de planter des vignes et des oliviers dans la terre dite de Montpelerin, dépendant de ladite commanderie, à condition qu'ils fairoient la* 3e *partie des fruits, et qu'ils ne pourroient laisser ces terres qu'à leurs enfants, et que, si cette terre tomboit en friche, elle appartiendroit de nouveau à la commanderie, du mois d'août* 1236. »

ANALYSE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 249 (XVIIIe s.).

## 2149. — 20 avril 1236, Rieti.

*Le pape Grégoire IX ordonne à l'archevêque de Tyr, aux évêques de Sidon et de Beyrouth de défendre aux Hospitaliers (et aux Templiers) de s'allier aux Assassins contre Bohémond V, prince d'Antioche et comte de Tripoli.*

SOURCES : Rome, Arch. du Vatican, reg. 18, f. 196 *b* (copie contemp.) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 132 (copie de Smitmer, XVIIIe s.).

Gregorius, etc., venerabilibus fratribus Tyrensi archiepiscopo,... Sidoniensi et... Beritensi episcopis, [salutem, etc.]. Si... magister et fratres Hospitalis Jerosolimitani[1] vellent, ut convenit, prudenter attendere quod, sicut propheta regem Josaphat legitur redarguendo dixisse, « is qui impio prebet auxilium et odientibus Dominum amicitia jungitur, iram majestatis excelse absque dubio promeretur[2] », nequaquam catholice fidei hostibus contra christiane fidei filios studerent auxilium

1. Même bulle au sujet des Templiers.

2. 2 Par alip., 19, ỳ 2.

impertiri. Sed ipsi, sicut nobilis vir [Boemundus], princeps Antiochenus et comes Tripolis, sua nobis insinuatione monstrarunt, non considerantes quantum exinde ipsorum religio apud Deum et homines sibi pareat detrimentum, pro Asisinis, inimicis Dei et christiani nominis, qui olim bone memorie Raymundum, fratrem et bajulum ipsius principis in Antiochia[1], et multos alios magnates et principes catholicos proditionaliter presumpserunt occidere, ac fidem nostram nituntur pro viribus expugnare, contra eundem principem, in ipsos movere prelia cupientem, proposuerunt opponere, ac in suarum animarum periculum ab ipsius impugnationibus cum dictis Asisinis expedit defensant eosdem, et, quod gravius est, predicti Asisini, propter hoc quod memorati magister et fratres ipsos manutenere ac a Christianorum impugnatione defendere promiserunt, certam ipsis tenentur exolvere annis singulis pecunie quantitatem. Unde ipsis nostris dedimus litteris in mandatis ut, ab ipsorum Asisinorum defensione desistentes, omnino pro eis contra dictum principem nullatenus se opponant. Quocirca mandamus quatenus, si dicti magister et fratres mandatum nostrum neglexerint adimplere, vos ab hujusmodi defensione, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo eosdem,... Quod si non omnes iis exequendis interesse potueritis, duo vestrum ea nichilominus exequamini, non obstante constitutione de duabus dietis, edita in concilio generali, ita tamen quod ultra tertiam vel quartam extra suam diocesim pars altera ad judicium non trahatur. Dat. Reate, XIII kalendas septembris, [pontificatus nostri] anno X.

### 2150. — 20 septembre 1236, Acre.

*Renaud Beltramus, notaire impérial, transcrit, pour être envoyé en cour de Rome, l'arbitrage rendu par Barthélemy, évêque de Valanie, le* 22 *novembre* 1234, *dans le différend soulevé entre les Hospitaliers et Bohémond* V, *prince d'Antioche et comte de Tripoli, relativement au château de Maraclée.* (*V. plus haut, n°* 2094.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 14 (orig.). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 127. — Extraits : Taaffe, *The history of the..... order of S. John of Jerusalem*, IV, app. n° XCIV.

Ego Rainaldus Beltramus, publicus sacri imperii notarius, transcripsi et exemplificavi hanc cartam, ad instar et exemplum carte scripte et auctenticate per manum predicti Petri, notarii, rogatu reverendi fratris B[ertrandi], Dei gratia magistri sancte domus Hospitalis Jerusalem, causa transmitendi in curiam domini pape, et pro jure in qualibet curia conservando prefatte domus, ad periculum etiam maris evittandum, nichil addito vel dempto, excepta forte figura litterarum seu punctorum. Huic transcriptioni et exemplificationi interfuerunt testes rogati : magister Stephanus de Provino, Acconensis archidiaconus ; Stephanus, canonicus Tyrensis ; Albericus S. Petri de Bergogna ; magister Ansaldus, judex. Actum Acon, in camera predicti magistri Hospitalis, anno dominice nativitatis M CC XXX VI, indictione IX, die XX mensis septembris circa vesperas.

### 2151. — Novembre 1236, Olite.

*Thibaut I, roi de Navarre, comte de Champagne et de Brie, donne au prieur et*

1. Il s'agit de la mort de Raymond, fils de Bohémond IV, qui fut tué à Tortose par les Assassins vers 1219.

*aux Hospitaliers de Navarre une pièce de terre à Casanova, joignant le terroir de Funes.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 701 (orig.).

In n[omine Domini], nos Theobaldus, Dei gracia rex Navarre, comes Campan[ie et] Brie palatin[us], not[um] facimus universis, presentibus et futuris, quod nos, ob remedium anime nostre et antecessorum nostrorum, donavimus in elemosinam perpetuam priori et fratribus Hospitalis sancti Johannis unam peciam, quam habebamus in Casanova, que continet duodecim cafizatas, et illa pecia est inter vineam dictorum fratrum et sotum, et est in terminis de Funes. Et concessimus peciam illam fore liberam et quitam, salva fidelitate nostra et successorum nostrorum, nobis regnantibus in Navarra; episcopo Petro Remigii in Pampilona; Johanne Petri de Baçtan, alferiz; Garsia Almoravid tenente Ayvar; Petro Jurdani, Sangossam; Furtado de Mendoza, Peraltam; Garsia Lopiz de Alfaro, Mendaviam; Sancho Ferrandiz, Leguin. Actum apud Olitum, anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mense novembris.

## 2152. — 3 décembre 1236, Perpignan.

*Nuño Sanchez, seigneur du Roussillon, du Val Spir, du Conflans et de la Cerdagne, donne à Hugues de Forcalquier, châtelain d'Amposte, et aux Hospitaliers Agnès, veuve de R. de Sarabeu de Vilafrancha, Pierre, fils de celle-ci, et le futur héritier dudit Pierre ; il les affranchit et les exempte d'impôts, excepté de l'ost et de la chevauchée.*

Source : S. Gervasio de Cassolas, Arch. du gr.-prieuré de Catalogne, 23 arm. comuns I, sac A, n° 7 (orig.).

Manifestum sit cunctis quod nos N[uño] Sancius, Dei gratia dominus Rossilionis, Vallis Asperii, Confluentis et Cerritanie, ad honorem Dei omnipotentis et ad laudem et gloriam nominis sancti ejus, et beatissime Marie virginis, genitricis ejusdem, et ob remedium peccatorum nostrorum et omnium parentum nostrorum, per nos et per omnes successores nostros, cum hac presenti carta firmiter et in perpetuam valitura, damus atque concedimus domino Deo, et Hospitali Jherosolimitano, et fratribus ejusdem loci, presentibus et futuris, in manu et posse Ugonis de Fulalcherrio, Dei gratia magistri Emposte, Agnetem, uxorem quondam R. de Sarabeu de Villafrancha, et filium ejus Petrum de Sarabeu, et heredem illius filii, scilicet illum qui successive in ejus bonis majorem locum jure hereditario obtinebit, et omnia bona eorumdem presentia et futura. Predictam itaque Agnetem, et filium ejus predictum, et heredem predicti filii, ut superius dictum est, per nos et per omnes nostros, in perpetuum emfranchimus, franchos, liberos et immunes facimus, et omnia eorum bona ab omni questia, tolta, forcia, prestito, bovatico, monetatico, compensa, servicio forciato, et generaliter ab omni alia exactione regali et vicinali, que dici vel cogitari potest aliquomodo, exceptis hostis et cavalcatis; tamen pro illis precium aliquod nobis dare aliquomodo non teneantur, nec redemptionem aliquam, nec illam nos aut nostri eisdem exigere vel demandare possimus. Et si pro hostis et cavalcatis precium vel redemptionem ab aliis suis convicinis nos aut nostri reciperemus, volumus quod in eodem precio vel redemptione nichil nobis dare teneantur, nec ire in exercitu vel cavalcata, nisi in eadem alii sui convicini nos

sequirentur. Ita videlicet quod nos vel nostri, vel aliquis nomine vel racione nostri, seu et sua propria auctoritate, nunc vel in posterum, non cogamus illos ad dandum sive prestandum illa que supradicta sunt, vel aliqua eorum, nec super predictis vel aliquo eorum illos distringamus, nec forciari nec distringi ab aliquo permittamus. Immo predictam donationem, et libertatem ac franchitatem, a nobis eis concessam, volumus firmiter et irrevocabiliter in perpetuum observari. Mandamus igitur firmiter atque precipimus omnibus vicariis, bajulis, talliatoribus sive collectoribus questiarum, bovaticorum, monetaticorum, compensarum et aliorum supradictorum, per totam terram nostram statutis et statuendis, ut hanc nostre auctoritatis cartam firmam teneant pariter et observent, et ab omnibus aliis observari faciant inconcusse, si de nostri nostrorumque confidant gratia vel amore. Quicumque autem contra hanc nostram cartam ausu temerario in aliquo venire temptaverit, dampno et gravamine illatis in duplo eis plenarie restitutis, iram nostram se noverit incurrisse, et pena ducentorum aureorum a nobis sine aliquo remedio ferietur. Datum apud Perpinianum, III nonas decembris, anno Christi M CC XXXVI. Signum(*Seing manuel*) domini Nunonis Sancii. Testes hujus rei sunt : P. de S. Martino ; R. Ex[eminii] de Lusia ; G. Raimundi de Pavo ; B. de Pavo; Marquesius de Castelot; G[arci]a, repositarius ; B. Guillelmi de Villafranca ; R. de Calleto. Signum(*Seing manuel*) Bernardi de Bonoanno (?), scribe domini Nunonis, qui, mandato suo et vice magistri Jo[hannis], notarii sui, hoc scripsit, et sigillum ibi apposuit, litteris in V linea rasis et emendatis, loco, die et anno prefixis.

## 2153. — [Vers 1237[1]].

*Thierry de Nussa, grand-prieur d'Angleterre, concède, à charge de service féodal, à Guichard Leydet un fief de chevalerie sis à Cleuyndon et relevant de l'Hôpital.*

SOURCE : Londres, Musée Britannique, chartes de Sloane, XXXIII, 25 (orig. scellé)[2].

Omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, frater Terricus de Nussa, fratrum Hospitalis Jerusalem humilis prior in Anglia, salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos, de consilio et voluntate fratrum capituli nostri, concessisse et hac carta nostra confirmasse Wysschardo Laidet et heredibus suis totum feodum unius militis, cum pertinenciis suis, in villa de Cleuyndon., quod Robertus de Braybroc, avus predicti Wyschardi, aliquando de Ricardo de Cleuyndon tenuit, habendum et tenendum de domo nostra jure hereditatis, sicut carta predicti Ricardi de Cleuyndon, quam inde habet, testatur, et faciendum nobis servicium feodi unius militis cum acciderit. Hiis testibus : fratre Hugone de Schipeham, fratre Ricardo de Rotundo Fougereto, fratre Johanne de Cantia, capellanis ; fratre Roberto de Dyana; fratre Philippo de Tatissale; fratre Thoma de Halneto.

*Au dos* : Scriptum prioris Hospitalis de terra in Cleuyndon Wiscardo Leydyt.

1. Cette date est approximative. Dugdale place Thierry de Nussa comme grand-prieur d'Angleterre en 1237-8 (*Monast. Anglic.*, VI, éd. de 1817-30, 801); mais celui-ci figure déjà en 1235 avec ce titre ; on le retrouve en 1243, et nous savons qu'en 1249 il était remplacé par Robert (*Roy. and hist. letters of Henry III*, I, 476 ; Londres, Record office, Rot. chart., 28 Henri III, membr. 3, et Rot. litt. claus., 34 Henri III, membr. 17). L'acte peut donc se placer entre 1235 et 1249.

2. Le sceau de Thierry de Nussa, grand-prieur d'Angleterre a été décrit et reproduit dans notre étude sur les *Sceaux des prieurs anglais de l'ordre de l'Hôpital*, dans *Mél. d'arch. et d'hist. publ. par l'Ecole française de Rome*, I (1881), 380, et pl. XIV, n° 4.

**2154.** — 7 janvier 1237, Saragosse.

*Hugues de Forcalquier, châtelain d'Amposte, échange à Sancia Ximenès d'Urrea, prieure de Sigena, un champ appelé Figarali, au terroir de Fraga, contre un champ à Saragosse, au terroir d'Arrabal (Ravale), que la prieure lui abandonne.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 133 (orig., charte-partie).

Facta carta apud Cesaraugustam, in mense januarii, altera die post epiphaniam, era M CC LXX quinta.

**2155.** — 19 janvier 1237, Terano.

*Le pape Grégoire IX prie Bohémond V, prince d'Antioche, Henri I de Lusignan, roi de Chypre, les Templiers et les Hospitaliers de ne pas molester Constantin, seigneur de Lampron.* — « *Devotis filiis decens* ».

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1239, f. 297 (copie de la Porte du Theil, XVIII<sup>e</sup> s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 18, f. 220 (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 10290 ; Mas-Latrie, *Hist. de Chypre*, II (Paris, 1852), 60.

Dat. ut supra [Interamne, XIII kalendas februarii, pontificatus nostri anno X].

**2156.** — 6 février 1237, Terano.

*Le même ordonne aux prélats, aux grands-maîtres de l'Hôpital, du Temple et des autres ordres religieux de la province de Jérusalem d'accueillir Giraud de Lausanne, patriarche de Jérusalem et légat apostolique, qu'il a rétabli dans cette double dignité.* — « *Cum venerabilis frater* ».

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1191, f. 202 (copie de la Porte du Theil, XVIII[e] s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 18, f. 231 *b* (copie contemp.).

Dat. Interamne, VIII idus februarii, [pontificatus nostri] anno X.

**2157.** — Mars 1237.

*Guy VI, comte de Nevers et de Forez, certifie la vente de divers biens à Rufieu, faite par Jean, Pierre, Guillaume et Matthieu, fils de feu Philippe Arvreniez (Alvernacii), à Arnoul, commandeur de Montbrison, et aux Hospitaliers de cette maison.*

Source : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. command. de Montbrison, chap. 1, n° 6 (orig.).

Actum anno Domini M CC tricesimo sexto, mense marcio.

### 2158. — 26 avril 1237, Kennington.

*Henri III, roi d'Angleterre, ordonne aux barons de l'Echiquier de faire rentrer toutes les amendes non contestées, dûes par les vassaux du grand-prieur d'Angleterre.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 21 Hen. III, membr. 14 (copie contemp.).

Mandatum est baronibus de scaccario quod omnia amerciamenta, que exiguntur per summonicionem scaccarii regis de propriis hominibus prioris sancti Johannis Jerusalem, que quidem loquenda sunt et de quibus nulla contencio est, ad scacarium habere faciant eidem priori. Teste ut supra [apud Kenynton, xxvi die aprilis].

### 2159. — Mai 1237.

*Jean de Montgrossin, grand-prieur de France, exempte Edela, dame de Fienvillers, moyennant le don de trois arpents de terre au Fay-Berneret, fait par celle-ci à l'ordre de l'Hôpital, de l'obligation de faire cuire son pain au four banal de Fienvillers.* (*V. plus haut, n*° 2106.)

Source : Paris, Arch. nat., S. 5533, f. 152 (invent. des titres de Fieffes, copie, xvi^e s.).

Universis presentes litteras inspecturis frater Johannes de Montegrossin, sancte domus Hospitalis Jerosolimitani prior humilis in Francia, salutem in Domino. Noveritis quod, cum nos haberemus et habeamus apud Fienviller furnum bannale, ad quem dicte ville gentes debebant bannaliter panem suum coquere, et Edella, domina de Fienviller, contradiceret panem suum ad nostrum furnum bannaliter coquere, talis intercessit concordia quod ipsa nobis dedit et concessit tria jugera sue terre arabilis, sita apud Fayum Berneret, nostris fratribus imperpetuum libere et paciffice possidenda. Et eidem et heredibus suis imperpetuum propter hoc concessimus quod sibi liceat habere furnum infra suam porprisiam pro pane necessario sue domui tantummodo decoquendo. Quod ut notum sit et ratum permaneat, presentes litteras misimus, nostri sigilli munimine roboratas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense mayo[1].

### 2160. — Mai 1237.

« *Confirmation de Balian, seigneur de Sydon, de la concession que Reynaud, son père, et Gerard, son ayeul, avoient faite à la maison de l'Hôpital d'avoir un port près de la ville de Sydon, une porte à l'avant-mur et un terrain hors la ville pour leur servir d'aire, et tout l'avant-mur depuis la tour de Baudouin jusques à la mer, faite entre les mains du grand-maître Bertrand de Comps, du mois de may* 1237. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 251 (xviii^e s.).

1. Le copiste ajoute : Et sont lesdites lettres seellées en double queue et cire verte.

**2161.** — 20 mai 1237, Viterbe.

*Le pape Grégoire IX, en exécution de la décision prise par Barthélemy, évêque de Veszprim, par l'abbé de Zircz et par Raimbaud, prieur provincial de l'Hôpital en Hongrie, délégués de Jacob Pecorari, évêque de Préneste, ordonne au chapitre de Weissembourg (diocèse de Veszprim) de réintégrer Michel dans l'office de prévôt de Weissembourg.* — « *Presentium vobis auctoritate*[1] ».

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1191, f. 278 (copie de la Porte du Theil, xviii<sup></sup>e s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 18, f. 291 *b* (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 10366. — Texte : *Monum. Hungar. hist.*, dipl., VII, 59 ; Theiner, *Vetera monum. hist. Hung.*, I, 154, n° 273.

Dat. Viterbii, xiii kalendas junii, [pontificatus nostri] anno xi.

**2162.** — 23 mai 1237, Gnesen.

*Vladislas III, duc de Pologne, fils du duc Othon, donne à l'Hôpital de Jérusalem le territoire de Korgtowo, possédé jadis par son oncle Vladislas Laskonogi, duc de Pologne, et divers privilèges.*

Sources : Posen, Arch. roy. d'Etat, Relation de Posen, année 1777, f. 229 (copie, xviii<sup></sup>e s.) ; Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, D. LXVIII, Posen, app. A. (copie, xvii<sup></sup>e s.). — Texte : *Codex diplomaticus majoris Poloniæ*, I, 171 ; Hassselbach, *Codex Pomeraniæ diplomaticus*, I, 540 ; C. et E. Raczyński, *Cod. diplom. maj. Poloniæ* (Posen, 1840), 19, n° 16.

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis, amen. Testamentum suum non bene disponit, qui terrenis tantum heredibus testatur, et non facit Christum sue substantie conheredem ; universa bona qui prestat hominibus, partem debet recipere prestitorum. Innotescat igitur tam presentibus quam futuris presentis pagine lectoribus, quod ego Vlodislaus, Dei gratia dux Polonie, filius quondam Odonis, ducis[2] ejusdem principatus, de consensu filiorum meorum Premisli[3] et Boleslai[4], donavi hereditatem, que vulgariter Choritovo vocatur, domui Hospitalis sancti Johannis Baptiste, cum omnibus suis attinentiis, cum omni utilitate ac libertate, pacifice ac perpetuo possidendam, sicut eam possedit patruus meus pie recordationis dux Vlodislaus ; habentem terminos a rivo qui Bossia dicitur ad silvam Stariz nuncupatam, et ad Obeser lacum, et ad usque Procolno lacum, et usque ad Inem rivum parvum, et usque Smolen silvam, usque ad magnum fluvium Inem ubi intrat Soveniza, et usque in fluvium Dravanz, et usque in Konotope, usque ad parvum lacum Somite. Concessi eciam ejusdem domus fratribus licenciam ibidem locandi Teutonicos jure Theutonico, habendi tabernas et forum. Et ne processu temporis nostra, quam fecimus, donatio ulla possit perturbari calumnia, adhibitione testium quorum nomina sunt subscripta : Bozonis, prepositi ; Balduini, decani ; Cristiani, custodis ; Mutine, Thome, canonicorum Gneznensium. De laycis personis : Conradi, castellani Poznaniensis. Comitum : Thomeslai, filii Dobrogosti ; Eustachii, filii

1. Le même jour, une bulle analogue fut adressée par la chancellerie pontificale à l'évêque de Veszprim, à l'abbé de Zircz et à Raimbaud, prieur de Hongrie (Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 10367).

1. Fils de Mesko III, duc de Pologne ; mort en 1202.
2. Preschemyslaw I, seigneur de Gnesen (1239-57.)
3. Boleslas VI le Pieux, frère du précédent, fut seigneur de Kalisch de 1239 à 1279.

Johannis ; Goslavi, filii Bugivogii ; Gotardi, filii Dalberti ; Tolislavi, filii Milostii ; et sigilli mei impensione studui roborare. Datum in Gnezna, per manum mei cancellarii, nomine Stephani, anno gratie M CC XXXVII, indictione X, junii X kalendas[1].

**2163. — Juin 1237.**

« *Lettres d'Henri I, roy de Chypre, par lesquelles il affirme que dame Agnès de la Baume, étant en sa présence, a donné à l'ordre, entre les mains de frère Guillaume de Forel, commandeur de Chypre, la moitié de tous les héritages qu'elle avoit ou devoit avoir dans le royaume de Hierusalem, de la succession de Jaucelin de la Moussa, son oncle, situés dans la montagne du Carmel ou ailleurs, du mois de juin* 1237. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 250 (XVIII° s.).

**2164. — 11 juin 1237, Viterbe.**

*Le pape Grégoire IX renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 23 *janvier* 1168, 1169 *ou* 1170 : « *Cum (dilectis filiis) fratribus Hierosolymitani Hospitalis* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 392.)

Sources : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, ms. 393 F, f. 226 *b* (copie, XVII° s.) ; Strasbourg, Arch. de l'anc. dép. du Bas-Rhin, H. 1351 (orig.) ; Wurtzbourg, Arch. roy., reg. 141, f. 165 (copie, XVI° s., d'après un vidimus de l'abbé de Vessera, du 30 juillet 1392), et f. 119 (d'après un vidimus de l'official de Wurtzbourg, du 27 août 1339).

Dat. Viterbii, III idus junii, pontificatus nostri anno XI.

**2165. — 12 juin 1237, Viterbe.**

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 23 *janvier* 1168, 1169 *ou* 1170 : « *Cum (dilectis filiis) fratribus* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 392.)

Source : Mons, Arch. de l'Etat, invent. des comm. belges, n° 79, f. 7 (cah., XV° s., trad. franç.).

Donné à Viterbe, le II idus de juing, et de nostre pontificat le XI° an.

**2166. — 18 juin 1237.**

« *Bail en emphytéose, passé par frère Pierre de Vieille Brinde, grand-commandeur de l'ordre, à Simon, fils de Thomas de la Chaêne, d'une maison dans Acre à la rue de Chypre, sous la cense de* 17 *besans, du* 18 *juin* 1237. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 252 (XVIII° s.).

1. Il existe une autre rédaction, mais plus abrégée, du même acte aux archives du grand-prieuré de Bohême à Prague ; elle est conservée sous la cote : D. LXVIII, Posen, app. A. (copie du XVII° s.).

## 2167. — 16 juillet 1237, Viterbe.

*Le pape Grégoire IX ordonne à Othon*[1], *cardinal de S. Nicolas in Carcere Tulliano, légat apostolique, d'affranchir les religieuses de Cornbury de l'obéissance qu'elles devaient à l'ordre de l'Hôpital.* (*V. plus haut, n°* 2140.)

SOURCES : Rome, Arch. du Vatican, reg. 18, f. 307 *b* (copie contemp.) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 133 (copie de Smitmer, XVIII<sup>e</sup> s.). — ANALYSE : Bliss, *Cal. of papal registers,* I, 163.

Gregorius, etc., venerabili fratri O[thoni], S. Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, apostolice sedis legato, [salutem, etc.]. Meminimus nos dudum venerabili fratri nostro episcopo Coventrensi dedisse nostris litteris in mandatis ut dilectis in Christo filiabus sororibus monasterii de Corneburi, Herefordensis diocesis, ab observantia ordinis Hospitalis Jerosolimitani, cujus habitum ex quadam simplicitate susceperant, absolutis, paratis beati Augustini regulam profiteri, concederet ut secundum ipsam valerent ibidem vivere et dignum Domino reddere famulatum, maxime cum in ordine Hospitalis ipsius non consueverit fieri collegium dominarum. Verum cum negotium hujusmodi, propter fratrum dicti Hospitalis in Anglia difficultates et dilationes nimias per quinquennium et amplius protelatum, perduci non potuerit ad effectum, procuratoribus tandem partium propter hoc apud sedem apostolicam constitutis, venerabilem fratrem nostrum Sabinensem episcopum[2] concessimus auditorem. Nos igitur, ab eodem nobis fideliter recitatis que procuratores ipsi proposuerant coram eo, tam predictorum fratrum quam sororum ipsarum honestati ex officio nostro salubriter ac ita finaliter providere volentes, ut id negotium ulterius per inania minime deducatur, mandamus quatenus prefatas sorores, regulam beati Augustini profiteri volentes, ab observantia ordinis memorati Hospitalis absolvens, ipsarum habitu deposito et professione recepta, concedas eisdem ut secundum jam dictam regulam ibi vivere valeant, et dignum Domino reddere famulatum, Hospitalis prefati et cujuslibet alterius in omnibus aliis jure salvo ; contradictores [per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo]. Dat. Viterbii, XVII kalendas augusti, [pontificatus nostri] anno XI.

## 2168. — 28 juillet 1237, Viterbe.

*Le même invite les Hospitaliers à ne pas interdire le baptême des esclaves en Orient*[3].

SOURCES : Rome, Arch. du Vatican, reg. 18, f. 311 (copie contemp.) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 125 (copie de Smitmer, XVIII<sup>e</sup> s.). — ANALYSE : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 10424 (à la date du 29 juillet 1237). — TEXTE : Ripoll, *Bullarium ordinis Prædicatorum* (Rome, 1729-40), VII, 15, n° 221 (à la même date).

[Gregorius, etc., dilectis filiis] magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc.]. In transmarinis partibus sepe sepius accidisse dicitur quod multi sclavorum, qui habentur ibidem, amorem catholice fidei pretendentes, ad hoc solum sacramentum baptismatis perceperunt ut, obtenta libertate, que secundum terre

1. Othon le Blanc, de la maison de Montferrat.
2. Godefroy Castiglione (1230-1241).
3. Une bulle de même teneur fut adressée, le même jour, par la chancellerie pontificale aux Templiers, aux Teutoniques, à Giraud de Lausanne, patriarche de Jérusalem, et aux prélats de Syrie.

consuetudinem talibus indulgetur, abirent in viam gentium extra Dei notitiam positarum. Hac igitur de causa, nec non ex eo quod aliqui ex vobis et quidam religiosi partium earundem nolunt hujusmodi sacramenti pretextu sclavos anmittere, ipsis petita humiliter baptismi gratia denegatur. Verum cum ex hoc non absque Redemptoris offensa et scandalo timentium Dominum nimis saluti deparat(?) animarum, mandamus quatenus illos saltem ex sclavis eisdem, qui pure et simpliciter propter Deum ascribi fidelium collegio cupiunt et deposcunt, in servitute pristina permansuri, baptizari libere permittatis, circa ipsos, quibus facultatem adeundi ecclesiam et percipiendi sacramenta ecclesiastica concedatis, illud humanitatis studium exercentes quod et divine voluntati sit placitum et fidei proferat incrementum. Dat. Viterbii, v kalendas augusti, [pontificatus nostri] anno xi.

**2169.** — 12 août 1237, Viterbe.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 12 *décembre* 1184 : « *Si diligenter attenditis* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 706.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 204 (copie de S. Pauli, xviii<sup>e</sup> s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 124 (copie, xvi<sup>e</sup> s.), et bull. E, f. 236 (auj. perdu).

Dat. Viterbii, ii idus augusti, pontificatus nostri anno xi.

**2170.** — 28 août 1237, Northampton.

*Henri III, roi d'Angleterre, mande à ses forestiers d'Angleterre qu'il a autorisé Thierry de Nussa, grand-prieur d'Angleterre, tant qu'il occupera cette fonction, à forcer avec des lévriers une pièce de gibier dans les forêts royales, excepté les parcs, chaque fois qu'il les traversera.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 21 Hen. III, membr. 3 (copie contemp.).

Teste rege apud Norhampton., ut supra [xxviii die augusti].

**2171.** — 28 août 1237, Viterbe.

*Le pape Grégoire IX charge l'abbé de Zircz (diocèse de Veszprim), Raimbaud, prieur des Hospitaliers en Hongrie, et maître Luc, chanoine de Györ, d'accepter la résignation de Bulchu, évêque de Csanád, devenu aveugle, et de lui assurer sur les biens de l'église de Csanád une pension convenable.* — « *Cum, sicut nostris* ».

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 18, f. 317 (copie contemp.) ; Vienne, Arch. imp. roy., ms. 100, vol. 2, f. 40 (copie de Smitmer, xviii<sup>e</sup> s.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 10438. — Texte : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, IV, i, 92 ; Katona, *Hist. crit. reg. Hung.*, V, 803 ; Theiner, *Vet. monum. Hung.*, I, 158.

Dat. Viterbii, v kalendas septembris, [pontificatus nostri] anno xi.

**2172.** — 1 septembre 1237, Viterbe.

*Le même charge les mêmes de faire une enquête sur les faits regrettables qui se*

*sont produits à l'occasion des démêlés de Bulchu, évêque de Csanád, avec l'abbaye de Bozerc.* — « *Cum olim intellectis* ». (*V. plus haut, n°* 2171.)

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1191, f. 308 (copie de la Porte du Theil, xviiie s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 18, f. 318 (copie contemp.) ; Vienne, Arch. imp. roy., ms. 100, vol. 2, f. 39 (copie de Smitmer, xviiie s.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 10440. — Texte : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, IV, i, 93 ; Katona, *Hist. crit. reg. Hung.*, V. 804 ; Theiner, *Vet. monum. Hung.*, I, 158.

Dat. Viterbii, kalendis septembris, [pontificatus nostri] anno xi.

## 2173. — [5-17 septembre][1] 1237, Nottingham.

*Henri III, roi d'Angleterre, ordonne à Maurice Fitz-Gérald, justicier d'Irlande, de ne pas citer devant la cour des Hospitaliers à Kilmainham Jean de Kilmainham et David Dolfyn pendant leur absence ; ceux-ci devaient se trouver en Angleterre au moment de la Saint-Barthélemy* (25 *août* 1237) *pour les intérêts du trésor royal.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 21 Hen. III, membr. 3 dorso (copie contemp.). — Analyse : *Cal. of doc. relat. to Ireland,* I, 359, n° 2406.

Teste rege apud Nottingham.

## 2174. — Octobre 1237.

*Henri I, roi de Chypre, donne à Balian d'Ibelin, seigneur de Beyrouth, et à Eschive de Montbéliard, sa femme, les casaux Esteriga et Páno Palæokhori.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 38[2] (orig. auj. perdu). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 117.

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti, amen. Coneue chose soit à toz ciaus qui furent presens et qui sunt avenir, que je Henri, par la grace de Deu roi de Chypre, donai à Balian d'Ybelin, seignor de Baruth et conestable de Chypre, et à Eschive de Mombelian perdurablement, franchement et quietement, sans servize à doner et à rendre, et à faire toz lors plaisirs, les casaus qui s'apelent Esteriga e Paleochorio, à toutes lor droitures et lors apertenances en toutes choses. Sauf les dons, que je ne ou mes ancessors aviens doné en ces devant dit casaus o en lors apertenances jusque aujordui, et sauve la droiture de l'apaut del laudene ; c'est assavoir en terres laborées et non laborées, en plains, en montaignes, en vignes, en jardins, en aigues, en arbres, en molins, en fors, en villains et en villaines, eaus et lor femes et lor enfans, e trestutes lur droitures, et à toutes les autres droitures que à ces devant dit casaus apartienent, sauf les dons et l'apaut de sus nomez. E je le devantdit Henri, roi de Chypre, faz assaver à toz ceaus qui sunt et qui seront que le devantdit Balian de Ybelin e la devantditte Eschive vindrent devant moi en ma presence et de ma cort, et bonement, de lur bon gré, donerent en pardurable aumone, par l'arme d'eauz e de lors ancessors, à la saincte maison del Ospital de saint Johan, en la main de frere Guillaume de Forest, comandor de la devantdite maison, les suz només casaus Esteriga et Paleochorio, o toutes lor apertenances e lor droitures,

1. Cette approximation est donnée par les dates du séjour d'Henri III à Nottingham.

tot ensi come il est moti dessuz, et plus se plus lor apartient. Sauf les donz, que je ou mes ancessors avients doné en ces devantdit casaus o en lur apertenances jusque aujordui, et save la droiture de l'apaut del laudene. Et le dessuz nommé Balian et la devantdite Eschive me prierent que je cestui don, qu'il avient fait por Deu noméement en pardurable aumone à la devantdite maison del Ospital, c'est assavoir des casaus de suz només Esteriga et Palleochorio, que je lor avoie doné, que je deusse otroier et confermer. E je le devantdit Henri, roi de Chypre, por Deu noméement e por lor priere, cestui don devant nomé tot, en la maniere qu'il est devisé de suz en cestui pervilige, je l'otroi bonement et conferm pardurablement, et je et mi heir somes tenuz de garentir et de defendre les devantdit casaus Esteriga et Paleochorio, ou toutes lor apertenances et lur devises et lor droitures, si come il est moti desuz, à la devantdite maison del Ospital de saint Johan pardurablement contre toutes persones, soit home soit feme, de toz chalunges et de toutes renquertes. Sauf les dons que je ou mes ancessors aviems doné en ces devantdit casauz, ou en lur apertenances jusque aujordui, et save la droiture de l'apaut del laudene. E por ce que toutes ces choses de suz moties soient à toz jor mais fermes et estables, je ai cestui present pervilige fait faire et garnir ou mon seel de plomb. De ces son garanz: Johan d'Ybel; Baudoin d'Ybel ; Hue d'Ybel ; Gui d'Ybel ; Philippe de Novaire ; Guillelme Raimondt. Ce est fait en l'an de l'incarnation de Nostre Seignore M CC XXX VII, au mois d'oictuvre. Doné par la main de Bonvassal d'Aude, chancelier del royame de Chypre.

### 2175. — Octobre 1237.

*Ferry Pasté, chevalier et maréchal de France, et Agnès, sa femme, approuvent, en qualité de suzerains, la vente d'un moulin à Essonnes, près du pont de pierre du Perray, faite par Jean Mostier du Vieux Corbeil et par sa femme Béatrice aux Hospitaliers de Corbeil*[1].

Source : Paris, Arch. nat., S. 5147 B, n° 5 (orig.).

Actum publice, anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense octobri.

### 2176. — 16 novembre 1237, Windsor.

*Henri III, roi d'Angleterre, ordonne aux justiciers du Banc du Roi d'ajourner à l'octave de la Saint-Hilaire la citation faite, pour la Saint-Martin, au grand-prieur de l'Hôpital en Angleterre et à Robert Grossetête, évêque de Lincoln. Ce dernier avait refusé le candidat que le grand-prieur lui avait présenté pour la cure de Buckminster.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 21 Hen. III, membr. 20 (copie contemp.).

Teste rege ut supra [apud Windlesores, XVI die novembris.

1. L'acte de vente de ce moulin (octobre 1237) nous est parvenu (Paris, Arch. nat., S. 5147 B, n° 16, orig.).

**2177.** — 20 novembre 1237, Westminster.

*Le même mande au vicomte de Lincoln et aux collecteurs de l'impôt du trentième de ne pas lever cet impôt sur les terres du grand-prieur et des Hospitaliers d'Angleterre, à cause du service de fief rendu par eux.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 22 Hen. III, membr. 23 dorso (copie contemp.).

Teste rege apud Westmonasterium, xx die novembris.

**2178.** — Décembre 1237.

*Guy IV, comte de Nevers et de Forez, certifie l'accord intervenu entre Arnoul, commandeur de Montbrison, et les Hospitaliers de cette maison, d'une part, et Esbaude, veuve de Rolland de Veauche, d'autre part, relatif aux droits de charnage sur la boucherie de Montbrison.* (*V. plus haut, n°* 1430.)

Source : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. command. de Montbrison, chap. 3, n° 2 (orig.).

Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense decembris.

**2179.** — 22 décembre 1237, Latran.

*Le pape Grégoire IX exhorte Henri I de Lusignan, roi de Chypre, Bohémond V, prince d'Antioche, bail du royaume de Jérusalem, les barons des royaumes de Jérusalem et de Chypre, Albert Rezato, patriarche d'Antioche, les prélats de Syrie, les Hospitaliers et les Templiers, Giraud de Lausanne, patriarche de Jérusalem, légat du S. Siège, et l'évêque de Lydda à s'entremettre pour racheter ou échanger les Templiers et les autres captifs des Sarrasins. — « Severitatem tremendi judicii ».*

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1240 (copie de la Porte du Theil, xviii<sup>e</sup> s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 18, f. 343 (copie contemp.). — Analyse : Mas-Latrie, *Hist. de Chypre*, II, 61 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 10489.

Dat. Laterani, xi kalendas januarii, pontificatus nostri anno xi.

**2180.** — 1238.

*Vladislas III, duc de Pologne, fils du duc Othon, confirme aux Hospitaliers de Posen la possession des villages que leur avaient donnés le duc Mesco III, son aïeul* (*V. plus haut, n°* 1802), *et le duc Vladislas Laskonogi, son oncle, et les libertés concédées aux habitants.*

Source : Posen, Arch. du chapitre, Lib. privileg. E, pars 2, f. 1 *b* (copie, xviii<sup>e</sup> s.). — Texte : *Codex diplomaticus majoris Poloniæ*, I, 180.

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis, amen. Ut ea, que nostris

temporibus aguntur, posterorum noticie presententur, predecessorum nostrorum vestigiis inherentes, rem presentem dignam apicibus denotamus, et sic lites ambiguas et scandala, que ex litibus oriri possent, suffocamus ; multis enim incommodis prudenter occurrimus, cum etatis nostre negocia litterarum memorie commendamus : quia, quod a nostris prioribus institutum asseritur, ad nostram presenciam non venisset, si celassent illud obsequia litterarum. Approbanda est ergo antiquorum circumspecta sedulitas, qui contra novercales oblivionis insidias res gestas litterarum apicibus denotarunt, ut eas aspectibus posterorum presentarent. Ad horum itaque imitacionem ego Wladislaus, quondam ducis Odonis filius, Dei gracia dux Polonie, donacionem et libertatem, quam pye recordacionis avus meus dux Meseco et patruus meus dux Wladislaus, ob remissionem peccatorum suorum, in villis hiis, scilicet Oberze cum asscripticiis, Wyrchuczino, Drozin cum foro et taberna, Veliko, Curenczino, Wigonovo, Milostovo, Andreievo, Pogorelicia cum naulo, ad domum Hospitalis in Poznan contulerunt, et que ego eidem in hiis et in aliis donavi, ut ibidem divinum celebretur officium et peregrinis atque pauperibus secundum facultatem subveniatur, si quid vero superfluum fuerit, ad subsidium Terre Sancte domui Hospitalis Hierosolimitani transmittatur, cupiens esse elemosinarum particeps, dignum duxi confirmare; ab omni servitute povvosz, przevvod, strosa videlicet et podvorowe, homines predictarum villarum immunes constituentes, et quod non nisi nostro sigillo citentur, et quod a nullo castellanorum judicentur ; vendendi et emendi que ad necessaria domestice cure pertinent ipsius domus, ab exaccione ipsius thelonei et cujuslibet alievis solucionis sint liberi. Item villam, que jacet in territorio ecclesie domus Hospitalis, liberam constituo cum filiis meis Premislone et Boleslao[1] ab omni exaccione thelonei, monete et targowe. Et ne quis hoc factum in posterum valeat immutare, presentis scripti paginam patrocinio et sigilli mei munimine decrevi insignire. Acta sunt hec sub testimonio domini Pauli, episcopi Poznaniensis ; decani Vitoslai ; archidiaconi Petri ; Nicolai, custodis ; et plurium canonicorum capituli ecclesie Gneznensis ; prepositi Bozonis ; decani Baldevini ; Boguffali, archidiaconi ; Mutine, beati Georgii prepositi, et aliorum canonicorum ejusdem predicte ecclesie. Militum : comitis Ceciradi, Gneznensis castellani ; Domaradi ; Gothardi, castellani Poznaniensis. Anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo tricesimo octavo.

## 2181. — 1238.

*Extraits du testament d'Amaury III, vicomte de Narbonne, relatifs aux Hospitaliers.*

Source : Paris, Bibl. nat., coll. Doat, vol. 40, f. 256 (copie, xvii^e^ s., d'après les arch. de l'œuvre de Cruzy).

In nomine Domini, anno incarnationis ejusdem millesimo ducentesimo trigesimo octavo, regnante principe Ludovico, Dei gratia Francorum (et Polonie)[2] rege....., ego Aymericus, Dei gratia vicecomes Narbone, corpore infirmus, mente sanus, meum ordino testamentum et ultimam voluntatem omnium bonorum meorum, commendans Deo et beate Marie, eligens sepulturam meam in ecclesia sancti Joannis Hierosolimitani ; et accipiens partem bonorum meorum, dimitto dicte ecclesie sancti Joannis ducentos solidos Melgorensium, solvendos duos menses post finem anni.....

1. V. plus haut, p. 511, notes 3 et 4.

2. Mots ajoutés par le copiste, on ne sait pourquoi.

## 2182. — 29 janvier 1238.

*Béla IV, roi de Hongrie, à la requête de Raimbaud de Voczon, maître de l'Hôpital en Hongrie, ratifie les donations faites aux Hospitaliers par lui et par les membres de la famille royale.*

SOURCE : Budapest, Bibl. de l'Université, coll. Hevenessi, Diplomat. Crucifer. II, 12 (copie, XVIII[e] s.). — TEXTE : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, IV, I, 104.

In nomine sancte et individue trinitatis. Bela, Dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Bulgarieque rex in perpetuum. Ordo juris expostulat et regie dignitatis incumbit officio, ut tanto majoris dignitatis habeantur que donantur seu ordinantur ab ipsa, quanto ipsa honore ceteros precelit. Et quia ex prime prevaricationis debito penalitas oblivionis hominibus naturaliter est inflicta, salubriter est provisum ut ea, que in posterorum memoriam suo merito sunt transmittenda, regalis privilegii patrocinio perennentur. Hac igitur animadversione inducti, ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire quod, cum, regni regimine per successionem ad nos, sicut Deo placuit, devoluto, superfluas et inutiles donationes temporibus pie memorie Andree[1], patris nostri, nec non felicis recordationis Emerici[2], regum Hungarie illustrium, factas, per quas jus corone regie pene penitus erat annullatum, de charissimi fratris nostri Colomani, regis et ducis totius Slavionie, voluntate, ac de prelatorum, omnium baronum nostrorum, nec non totius regni nostri consilio et consensu, decrevissemus revocandas, utpote que sine gravi regie dignitatis periculo non poterant tolerari, ad donationes etiam, ecclesiis et aliis piis locis per eosdem factas, de eorundem consilio, ut processus facilius transiret in alios, manus revocationis duximus apponendas ; licet id non absque magna cordis nostri amaritudine et quodammodo preter nostram voluntatem, quadam necessitate inducti, fecissemus, ad lenigandum aliorum motum et scandalum temperandum. Postremo vero cum regnum nostrum, divina preveniente ac subsequente gratia, in statum debitum esset jam quasi reformatum, ecclesiarum et piorum locorum utilitatibus, quibus conferre semper intendimus, non auferre, salubriter duximus providendum. Domui itaque Hospitalis Jerosolymitani, tum ex affectu quem erga ipsam gerimus, cum ad preces et instantiam honesti viri Rambaldi de Voczon, magistri ejusdem domus per regnum nostrum, dilecti et fidelis nostri, de consilio, consensu et voluntate predicti fratris nostri Colomani regis, qui tunc presens fuit, fere cum omnibus jobagionibus suis, et venerabilium patrum Roberti, Strigoniensis archiepiscopi, et Bartholomei, Quinqueecclesiensis episcopi, et Dionysii, comitis palatini, Pous, magistri tavarnicorum nostrorum, et aliorum baronum nostrorum, qui tunc fere omnes presentes fuerunt, reditus, terras quasdam et possessiones de dictis donationibus seu perpetuationibus concessimus, et confirmavimus perpetuo pacifice possidendas, quarum nomina sunt hec : imprimis concessimus et confirmavimus eidem domui mille marcas in salibus de Saloch, prout in privilegio felicis recordationis patris nostri plenius continetur[3]. Item in comitatu Soproniensi concessimus illas duas partes tributi de foris et viis omnibus, que vulgariter appellantur kyralkettei. Item in comitatu Simighiensi concessimus eidem domui terram, que fuit subulcorum nostrorum, que fuit contigua terra de Chorgu. Item concessimus terram ad septem aratra,

1. André II fut roi de Hongrie de 1205 à 1235.
2. Aimery, roi de 1196 à 1204, oncle de Béla IV.
3. Il s'agit de la donation d'André II de Hongrie de 1225. (V. plus haut, n° 1803.)

que est juxta Morisium, contiguam ville ejusdem domus, que vocatur Assunluka, cum hominibus Castranem qui habitant super ipsam. Item concessimus eidem domui terram, quam habebant Wysseni in terra de Narag; ipsosque Wissenos, de beneplacito et voluntate sua, eidem domui dimisimus, juxta libertatem ipsorum servituros. Item in comitatu Soproniensi concessimus villam, que vocatur Lipold, cum terra arabili circa quatuor aratra. Item concessimus et confirmavimus eidem domui sex naves super Morisium, traducendas ter in anno, ex donatione patris nostri eidem concessas, sub ea libertate que in privilegio patris nostri continetur; quam etiam libertatem, non solum in predictis sex navibus, sed etiam in certis aliis navibus, a predecessoribus nostris eidem domui concessis, firmiter volumus observari. Sed in formam compositionis, facte inter nos et ecclesias per venerabilem patrem episcopum Prenestinum, tunc apostolice sedis legatum in regno nostro, item concessimus medietatem tributi pontis, quondam ad nos pertinentem, qui est super duos Sincusios, juxta monasterium quod fecit uxor Gyule, bani, quia alia medietas ex donatione dicte domine eidem domui antea pertinebat; et volumus quod dicta domus habeat liberam facultatem habendi pontem et naves ibidem, sive quod fratribus magis placuit; et nullus, sive comes Timisiensis vel alius, volentes transire per locum illum, audeat prohibere. Item concessimus eidem domui quedam balnea, in Jeurino sita, super terram que quondam fuit castrum. Item concessimus quod dicta domus de vineis propriis non teneatur in regno nostro solvere cibriones. Item concessimus quod nullus audeat recipere tributum vel decimas porcorum, regni palatino et comitibus castrorum debitam, a predicta domo, sive jobagionibus, vel populis ejusdem per universum regnum nostrum; sed, ut eleemosyna nostra eidem domui integraliter consistat, volumus quod ipsa domus recipiat decimas vel tributa porcorum a jobagionibus suis, et mittat ad usum pauperii ultra mare; et nihilominus porci dicte domus possint intrare et pasci in silvis castrorum, ubi alii porci de provincia pro tributo intrare permittuntur. Item concessimus predicte domui terram in Odum ad decem aratra, a castro de Saunik exemptam, ex parte terre sue assignatam, et certis metis distinctam per hominem Dyonisii, comitis palatini. Item concessimus eidem domui medietatem terrarum, quas Mathyas Hauch antea possidebat, cum molendinis que fecit ibidem. Item concessimus quoddam predium eidem domui, nomine Gug, juxta fluvium Wag..., a castro Nitriensi exemtam. Item concessimus eidem domui terram ad decem aratra, nomine Croac, a castro de Walkoy exemtam, que est contigua terre ejusdem domus, que vocatur Magna Villa, cum silva pertinente ad ipsam. Item in comitatu Saladiensi duo predia, que ambo vocantur Waswar; que quondam ad Castrum Ferreum pertinebant. Item concessimus medietatem duarum terrarum, quas eadem domus possidebat juxta villas suas, que vocatur Wata; quarum nomina sunt Wula et Herchuch, quarum aliam medietatem castro fecimus restitui. De possessionibus vero monasterii de Harcha, ad domum supra dictam pertinentis, taliter ordinavimus ut, receptis ab eo quibusdam terris, quibus castra plurimum indigebant, dedimus ei quinque predia de quinque comitatibus, videlicet de Budruggensi, Chanadiensi, Kewiensi, Timisiensi et Wachiensi, villas enim Halaz, a castro Budrugensi exemtas, cum piscina et piscatoribus, sicut domus antea ipsam possidebat. Item predium Wuchara, castro Chanadiensi exemtum integraliter, sicut in revocatione perpetuatum fuit, per judices nostros castro assignatum, cum ea videlicet parte quam comes Nicholaus, filius Worz, ibidem tenuit, exempta tantum modo terra decem aratrorum, certis metis distincta, quam retinuimus pro usibus castri ejusdem. Item villam Weg, a castro de Kewe exemptam, cum populis castrensibus habitantibus super ipsam, qui exercituales dicuntur. Item villas Hatwan, a comitatu de Timisio exemptas, que est vicina et commetanea dicte ville Wegh, cum populis ibi commemorantibus, exceptis suis vel officialibus castri, quos volumus redire ad castrum, per illud servituros. Item

villam, que vocatur Wechey, a castro Wachiensi exemptam, prout ipsam dicta domus antea possidebat. Concessimus eidem monasterio forum de villa Sarathenorum, que vocatur Surlach, et portum Wechen super Titiam, ita quod alter (*sic*) portus convicini facti post tempus inclite recordationis Bele regis, predecessoris nostri, per quos possint reditus dicti portus diminui vel turbari, cassari debeant penitus et deleri. Item confirmavimus eidem domui quedam balnea communia in Strigonio, que fecit fieri avia nostra bone memorie domina Anna[1], secundum normam et libertatem a predecessoribus nostris eidem domui super hoc concessam. Item ultra Drawas concessimus eidem domui terram Petriz, exemtam de comitatu de Posoga ; sed si auri fodina fuerit ibi inventa, eximius frater noster Colomanus, rex et dux totius Sclavonie, debet habere quintam partem ejusdem terre ; si forte auri fodina cessaret, videlicet quod non inveniretur ibi aurum, debet illa quinta pars restitui domui prius dicte ; si vero inveniretur aurum et argentum in illis quatuor partibus ejusdem terre, que remanebunt domui, vel in aliqua earum, seu etiam in aliis terris a quibuscumque collatis, quas habet in qualibet parte regni nostri, statuimus quod tertiam partem proventuum auri et argenti libere percipiat dicta domus, due vero partes ad regiam cameram devolvantur juxta regni nostri consuetudinem approbatam. Item permisimus eidem domui terram de Zickuan cum omnibus pertinentiis suis. Item tria predia, que pertinebant predio Giez, que erant emtitia uxoris Gyule, bani. Item concessimus eidem domui quamdam terram, que est circa quatuor aratra, exemtam a comitatu de Vorosd, que est contigua terre S. Joannis de Vorosdino. Quia vero dictam domum prerogativa dilectionis amplectimur speciali, propter Deum, quantum in domo melior est dies una quam millia dierum hujus mundi, ideo hec omnia supra dicta volumus et mandamus nostris et successorum nostrorum temporibus integraliter observari, salvis libertatibus et immunitatibus per omnia et in omnibus domus Hospitalis supradicte. Ne autem hujus nostre constitutionis seu confirmationis seriem quispiam presumat infringere, vel ei ausu temerario contradicere, sed per omnia robur obtineant firmitatis, que presentibus dinoscuntur litteris instituta, ex certa scientia presentem concessimus paginam, auree bulle nostre charactere in perpetuum roboratam. Lectum coram nobis venerabili patre Raynaldo, episcopo Ultrasilvano, nec non coram Dominico, magistro tavarnicorum nostrorum, et Michaele, preposito Albensi, et magistro Benedicto, preposito Budensi et aule nostre vice cancellario. Datum per manus magistri Stephani, aule regie cancellarii et prepositi Wachiensis, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo trigesimo octavo, indictione XI, quarto kalendarum februarii, venerabilibus Ruperto, Strigoniensi, et Ugulino, Colocensi archiepiscopis existentibus ; Cleto, Agriensi ; Gregorio, Jaurinensi ; Mathia, Waciensi ; Bartholomeo, Wesprimiensi ; Bartholomeo, Quinqueecclesiensi ; Raynaldo, Ultrasilvano ; Wulshw, Csanadiensi ; Benedicto, Waradiensi ; Stephano, Zagrabiensi episcopis, ecclesias Dei feliciter gubernantibus ; Dyonisio, palatino et comite de Zolnuk ; Joanne Angelo ; domino Simone, comite Wachiensi ; Pousa, wajvoda Ultrasilvano ; Dominico, magistro tavarnicorum nostrorum et comite Nitriensi ; Jula, judice nostre curie et comite de Kewe ; Andrea, Posoniensi ; Matheo, dapiferorum et comite Timisiensi ; Chak, Supruniensi ; Demetrio, Chanadiensi ; Luca, Mosonensi ; Laurentio, Wihoriensi ; Demetrio, Wodrogiensi ;...... Paulo..... ; Dionysio, agazonum ; Walamira, pincernarum magistris, et aliis quam pluribus comitatus et magistratus regni nostri tenentibus ; regni autem nostri anno tertio.

1. Anna était la première femme de Béla III, roi de Hongrie. C'était une princesse de la maison d'Antioche, fille de Renaud de Châtillon ; les historiens occidentaux la désignent sous le nom d'Agnès.

**2183.** — 3 février 1238, Westminster.

*Henri III, roi d'Angleterre, charge Thierry de Nussa, grand-prieur d'Angleterre, d'emporter avec lui en Terre Sainte mille livres Sterling pour les besoins de la Terre Sainte, et mande à Hugues de Stocton et à Richard Renger, receveurs de l'impôt du trentième à la tour de Londres, de remettre cette somme au grand-prieur.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 22 Hen. III, membr. 10 (copie contemp.).

Teste ut supra [me ipso apud Westmonasterium, III die februarii, anno regni nostri XXII].

**2184.** — 11 février 1238, Latran.

*Le pape Grégoire IX charge Giraud de Lausanne, patriarche de Jérusalem, l'archevêque de Tyr et l'évêque de Beyrouth de terminer le différend soulevé entre Bohémond V, prince d'Antioche et comte de Tripoli, et les Hospitaliers au sujet du château de Maraclée, différend qui, par suite de diverses circonstances, avait été réglé d'une façon incomplète.* (*V. plus haut, n°* 2094.)

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 18, f. 357 *b* (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 134 (copie de Smitmer, XVIII<sup>e</sup> s.).

Gregorius, etc., venerabilibus fratribus [Giraudo], patriarche Jerosolimitano, archiepiscopo Tyrensi, et... episcopo Beritensi, [salutem, etc.]. Lecta coram nobis dilecti filii nobilis viri [Boemundi], principis Antiocheni et comitis Tripolitani, petitio continebat quod, cum... magister et fratres Hospitalis Jerosolimitani eum super Castro Maraclee et rebus aliis coram bone memorie... Valaniensi episcopo auctoritate apostolica convenissent, idem princeps, ex sufficienti gravamine apostolicam sedem appellans, ad prosequendam appellationem suam semel et iterum successive suos nuntios ad nostram presentiam destinavit; quorum unus per ignorantiam facti, cum erraverit in expressione gravaminis propter quod fuerat appellatum, quasdam invalidas litteras reportavit, quibus idem princeps non duxit utendum; alter vero causam, quam debuit, appellationis exponens, eam tibi, frater archiepiscope et episcopo tunc electo, et... archidiacono Sydoniensi a nobis obtinuit delegari. Sed quia idem episcopus pro ipso principe in eadem causa fuerat advocatus, super quo idem princeps exceptionem partis contrarie formidavit, et dictus archidiaconus ad partes transtulit se remotas, nullus per litteras ipsas habitus est processus, triennio et amplius ab appellationis tempore jam elapso, sicque dictus princeps jam tertio ad nos recurrere pro causa hujusmodi est compulsus, humiliter supplicans ut, cum ad prosequendam appellationem eandem singulis annis post ipsam suos ad apostolicam sedem nuntios destinavit, et ideo sibi lapsus hujus temporis ad negligentiam non debeat imputari, presertim cum mare, cujus transitus non nisi certis habetur temporibus, impedimentum prestiterit, in hac parte super hoc providere sibi paterna sollicitudine curaremus. Ideoque mandamus quatenus, si est ita, hujusmodi lapsu temporis non obstante, in causa ipsa, juxta continentiam litterarum ad te, frater archiepiscope, et tuos conjudices obtentarum, sublato appellationis obstaculo, ratione previa procedatis. Testes [autem, etc.]. Non obstante [constitutione de duabus dietis, edita in consilio generali], dum modo ultra tertiam vel quartam extra suam diocesim pars altera ad judicium non trahatur.

Nullis litteris, etc. Quod si non omnes, [etc., tu, frater archiepiscope, ea nihilominus exequaris]. Dat. Laterani, III idus februarii, [pontificatus nostri] anno XI.

## 2185. — 9 mars 1238, Latran.

*Le même ordonne à Giraud de Lausanne, patriarche de Jérusalem, et à ses suffragants de réprimer l'abus du droit d'asile pour les criminels dans les maisons des Templiers, des Hospitaliers et des Teutoniques de Terre Sainte.*

SOURCES : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1191, f. 499 (copie de la Porte du Theil, XVIIIe s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 18, f. 365 (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 135 (copie de Smitmer, XVIIIe s.). — ANALYSE : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 10530. — EXTRAITS : Raynaldi, *Ann. eccl.*, XXI, 195.

[Gregorius, etc., venerabilibus fratribus] patriarche Jerosolimitano, apostolice sedis legato, et suffraganeis ejus, [salutem, etc.]. Intelleximus quod, occasione refugii quod viri iniqui ad domos Hospitalis et Templi Jerosolimitani et S. Marie Teutonicorum dicuntur habere, multa impune homicidia et alia mala plurima perpetrantur. Quo circa mandamus quatenus, ne confugientes ad loca religiosorum regni Jerosolimitani, nisi sint conventualia vel ecclesie, ullam immunitatem debeant reportare, nec ad illam confugientes recipiantur in ipsis, si dolo vel insidiis homicidia perpetrarint, auctoritate apostolica singuli in propriis diocesibus publice interdicere procuretis, contradictores [per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo], aliquo privilegio et indulgentia non obstante. Dat. Laterani, VII idus martii, [pontificatus nostri] anno XI.

## 2186. — 13 mars 1238, Latran.

*Le même ordonne aux Hospitaliers, qui prêtaient main-forte à Vatace[1] contre les Latins, de réformer leur vie et la discipline de leur Hôpital sous trois mois, et charge l'archevêque de Tyr de veiller à l'exécution de ses ordres.*

SOURCES : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1191, f. 508 ; vol. 1192, f. 287 (copies de la Porte du Theil, XVIIIe s.), et vol. 1193, f. 243 (extraits de la Porte du Theil, XVIIIe s., d'après le ms. de la Bibl. du Vatican, Ottoboni, n° 162, f. 449) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 18, f. 366 (copie contemp.). — ANALYSE : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 10537. — TEXTE : Raynaldi, *Ann. eccl.*, XXI, 194 ; Vertot, *Hist. des chev. Hosp. de S. Jean de Jér.*, I (Paris, 1726), 614.

Gregorius, etc., magistro et fratribus Hospitalis S. Joannis, [salutem, etc.]. Dolemus et turbati referimus quod, sicut intelleximus, vos, meretrices in vestris casalibus sub certis appactionibus retinentes, incontinenter vivitis, et proprium presumentes improprie possidere, eorum, qui confratriam vestram assumunt, datis in anno quatuor aut pluribus denariis, defensores vos facitis, ac latrones et interfectores peregrinorum, et hereticos in vestris domibus et casalibus receptatis ; Vatacio, Dei et Ecclesie inimico, in equis et armis, terris propter hoc et casalibus ab ipso receptis, prebere contra Latinos auxilium non veremini ; consuetas pauperum eleemosynas diminuitis, testamenta et alias ultimas voluntates in Hospitali vestro decedentium non sine falsitatis vitio immutatis, ac infirmantes ibidem aliis sacerdo-

1. Jean Ducas, dit Vatace, gendre de Théodore Lascaris, s'était fait proclamer empereur d'Orient à Nicée, et menaçait la domination chancelante des empereurs latins de Constantinople.

tibus quam fratribus vestris et capellanis conductitiis, quos habetis, non permittitis sine vestra speciali licentia confiteri, alia plura committentes enormia, per que Deus offenditur et scandalum in populo generatur. Ceterum plures ex fratribus vestris de heresi probabili haberi dicuntur ratione suspecti, propter quod, quia ex modico fermento multa massa corrumpitur, ne pestis hec latius serpat in alios, non immerito formidatur. Ideoque mandamus quatenus, infra tres menses a receptione presentium, vitam vestram in melius reformantes, premissa et alia que in eodem Hospitali fuerunt corrigenda, secundum Deum et vestri ordinis instituta, corrigere penitus et emendare curetis ; alioquin venerabili fratri nostro archiepiscopo Tyrensi nostris damus literis in mandatis ut ex tunc, nisi ei de hujusmodi correctione legitime constiterit, personaliter accedens ad locum, et habens pre oculis solum Deum, inquisita super premissis et aliis plenius veritate, corrigat et reformet ibidem, tam in capite quam in membris, que correctionis et reformationis officio noverit indigere. Dat. Laterani, III idus martii, pontificatus nostri anno XI.

## 2187. — 15 mars 1238, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 20 *avril* 1200 : « *Cum dilecti filii* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1115.)

SOURCE : Wurtzbourg, Arch. roy., reg. 141, f. 135 *b* (copie, XVI[e] s., d'après un vidimus de la commanderie d'Haimbach, du 26 juin 1378).

Dat. Laterani, idibus marcii, pontificatus nostri anno XI.

## 2188. — 15 mars 1238, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 7 *mars* 1185 : « *Dilecti filii fratres* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 752.)

SOURCES : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, ms. 393 F, p. 225 (copie, XVII[e] s.); Frauenfeld, Bibl. cant. de Thurgovie, ms. Y. 72, p. 33 (copie, XV[e] s.)[1].

Dat. Laterani, ydibus marcii, pontificatus nostri anno XI.

## 2189. — 15 mars 1238, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 23 *janvier* 1168, 1169 *ou* 1170 : « *Cum (dilectis filiis) fratribus* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 392.)

SOURCE : Berlin, Arch. secr. d'Etat, ordre de S. Jean (copie du 26 août 1352).

Dat. Laterani, idibus marcii, pontificatus nostri anno XI.

1. La rubrique de la table des matières du manuscrit porte : « Require Basilie et Argentine ».

## 2190. — 15 mars 1238, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du 6 décembre* 1184 : « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut*, I, *n°* 702.)

Source : Berlin, Arch. secr. d'Etat, ordre de S. Jean (orig. bullé). — Analyse : J. G. Dienemann (éd. Hasse), *Nachrichten vom Johanniterorden* (Berlin, 1767), 37.

Dat. Laterani, idibus marcii, pontificatus nostri anno xi.

## 2191. — 16 mars 1238, Latran.

*Le même confirme au prieur et aux Hospitaliers de Moravie la donation de Schlawe (territoire de Colberg), de Jestin et de Moizelin, que leur avaient faite Ratibor, prince de Poméranie, et Bogislas, son fils.*

Source : Berlin, Arch. secr. d'Etat, ordre de S. Jean (orig. bullé). — Analyse : Klempin, *Pommersches Urkundenbuch*, I, 264, n° 354 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 10541. — Texte : Hasselbach, *Cod. Pomeraniæ diplom.*, I, 538, n° 247 (à la date erronée du 20 mars 1237) ; Ledebur, *Allgem. archiv für die Geschichtskunde der Preuss. Staates*, XVI, 234 (à la date erronée du 20 mars 1237).

Gregorius, etc., dilectis filiis priori et fratribus Hospitalis Jerusolimitani in Moravia, salutem, etc. Justis petentium desideriis, etc. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulacionibus grato concurrentes assensu, de Slawo in Colber, Gostina et Meslino domos cum pertinentiis suis, quas clare memorie Rateborius, princeps Pomeranie[1], ac Boleslaus, filius ejus[2], prout pertinebant ad ipsos, vobis pia et provida deliberatione donaverunt, sicut eas juste ac pacifice possidetis, et in eorum litteris super hoc confectis asseritis plenius contineri, vobis et per vos Hospitali vestro auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, xvii kalendas aprilis, pontificatus nostri anno xi.

## 2192. — 19 mars 1238, Latran.

*Le même confirme aux mêmes la donation de Stargard, que leur avaient faite Bogislas I, duc de Cassubia, et son fils Bogislas II.*

Source : Berlin, Arch. secr. d'État, ordre de S. Jean (orig. bullé). — Analyse : Klempin, *Pommersches Urkundenbuch*, I, 264, n° 355 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 10545. — Texte : Hasselbach, *Cod. Pomeran. dipl.*, I, 537, n° 246 (à la date fausse de 1237) ; Ledebur, *Allgem. archiv für die Geschichtskunde des Preuss. Staates*, XVI, 233 (à la date fausse de 1237). — Extraits : Riedel, *Cod. diplom. Brandeb.*, I, vi, 14.

Gregorius, etc., dilectis filiis priori et fratribus Hospitalis Jerusolimitani in Moravia, salutem, etc. Justis petentium desideriis, etc. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulacionibus grato concurrentes assensu, domum in Staregrod cum pertinentiis suis, vobis [a] clare memorie B[ogislao], duce Cassubie, ac

1. Il mourut en 1155 ou 1157.

2. Il fut prieur de Schlawe.

B[ogislao], filio ejus, nec non successoribus eorumdem, prout pertinebat ad ipsos, pia et provida liberalitate concessam, sicut eam juste ac pacifice possidetis, et in eorum super hoc confectis litteris asseritis plenius contineri, vobis et per vos Hospitali vestro auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, XIIII kalendas aprilis, pontificatus nostri anno XI.

**2193.** — 21 mars 1238, Latran.

*Le même confirme aux mêmes la donation des maisons de Liebschau et de Stargard, qui leur avait été faite par Grimislaw, prince de Poméranie, le* 11 *novembre* 1198. (*V. plus haut,* I, *n*° 1042.)

Sources : Berlin, Arch. secr. d'Etat, ordre de S. Jean (d'après un vidimus de 1269) ; Königsberg, Arch. roy. d'Etat, ms. A. 18 (auj. 67), f. 49 (d'après un vidimus de 1269, de l'évêque de Camin). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 10546. — Texte : F. von Dreger, *Codex Pomeraniæ*, I, 193 (à la fausse date de 1239) ; K. F. W. Hasselbach, *Codex Pomeraniæ diplom.*, I, 576 ; Perlbach, *Pommerellisches Urkundenbuck*, 54.

Gregorius, etc., dilectis filiis priori et fratribus Hospitalis Jerosolymitani in Moravia, salutem, etc. Justis petencium desideriis, etc. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulacionibus grato concurrentes assensu, de Lubesow et de Stargrod domos, cum pertinenciis suis, quas vobis a clare memorie Grimislao, principe Pomeranie, prout pertinebant ad ipsum, exemptas ab omni exactione seculari, pia et provida liberalitate asseritis esse concessas, velut in ejus litteris exinde confectis plenius noscitur contineri, sicut eas juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos Hospitali vestro auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, XII kalendas aprilis, pontificatus nostri anno XII.

**2194.** — 23 mars 1238, Latran.

*Le même confirme aux mêmes la possession de la commanderie de Posen et de ses dépendances, que Mesco III le Grand et Vladislas, son fils, ducs de Pologne, leur avaient donnée.* (*V. plus haut, n*os 1802 *et* 2180.)

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, diplomataire, I, n° 60 (copie de Smitmer, XVIII[e] s.). — Texte : *Cod. diplom. majoris Poloniæ*, I (Posen, 1878), 177.

Gregorius, etc., dilectis filiis priori et fratribus Hospitalis Hyerosolymitani in Moravia, salutem, etc. Justis petentium desideriis, etc. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, domum de Poznan, cum villis pertinentibus ad eandem, quam clare memorie M[esco] ac V[ladislaus], filius ejus, duces Polonie, ab omnibus exactionibus secularibus exemptam, vobis, prout pertinebant ad ipsos, pia et provida liberitate concessisse dicuntur, velut in eorum litteris confectis exinde asseritis plenius contineri, nec non possessiones et alia bona vestra, sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos Hospitali vestro auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, x kalendas aprilis, pontificatus nostri anno XII.

## 2195. — [Après le 29 mars] 1238, Hobena.

*Henri II, duc de Silésie et de Cracovie, donne aux Hospitaliers la ville de Lasov (Lossen) « jure theutonicali », et le droit de haute justice dans cette ville.*

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, C. III, command. de Lossen, n° 1 (orig.). — Analyse : *Cod. dipl. Silesiæ*, IX, n° 4; Erben, *Reg. Bohem. et Morav.*, I, 446, n° 962. — Texte : A. Boczek, *Cod. dipl. et epist. Moraviæ*, II, 352.

Nos Henricus, Dei gracia dux Zlesie et Cracovie, notum esse volumus tam presentibus quam futuris, presens scriptum inspecturis, quod fratribus domus Hospitalis, ad honorem Dei et ipsorum proficuum, villam, que Lossowe nuncupatur, magistro Johanne, fratre ipsorum, et aliis fratribus qui ei substituentur, ipsam regentem (*sic*), jure contulimus theutonicali locandam, cum omnibus judiciis que in hereditate supradicta occurrunt. Contulimus eciam eis super eandem hereditatem plenarie omnia judicia judicare, cum homicidii perpetracione. Si vero homo ibidem occiditur vel abjudicatur morti, nuncius noster adesse debet cum ipso judice ville, in eadem hereditate judicaturus, ita quod due partes cedant domui supradicte, nobis vero tercia. Ut autem hoc ratum et firmum permaneat, sigilli nostri munimine fecimus paginam hanc roborari. Datum in Hobena, anno M CC XXX VIII, illo anno quo pater noster mortuus est[1]. Affuerunt eodem tempore hii testes : dominus Bolezlaus, quondam dux Bohemie, et frater suus dominus Sobeslaus[2]; dominus Chunradus, notarius ; Albrehtus, tunc temporis subdapifer; Adlardus, ducisse camerarius; Stephanus, subvenator ducis; Petrus, filius Menche; Bogusa, filius Dobesii; Pribisslavus, filius Dirsconis.

## 2196. — 17 avril 1238, Latran.

*Le même ordonne à l'archevêque et à l'archidiacre de Césarée de citer le chapitre de Bethléem devant lui au sujet d'un différend, soulevé entre l'église de Bethléem et les Hospitaliers, et relatif à diverses propriétés.*

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 19, f. 9 *b* (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 137 (copie de Smitmer, XVIII° s.).

[Gregorius, etc., venerabili fratri]... archiepiscopo, et [dilecto filio] archidiacono Cesariensibus, [salutem, etc.]. Cum bone memorie Bethleemitanus episcopus, in appellationis causa, que inter ecclesiam Bethleemitanam, ex parte una, et... magistrum ac fratres Jerosolimitani Hospitalis, ex altera, super terris, vineis, domibus et rebus aliis vertitur, litem fuerit adhuc vivens in nostra presentia contestatus, ne fratres predictos propter lapsum temporis juris sui contingat incurrere lesionem, mandamus quatenus, peremptorie capitulum Bethleemitanum ex parte nostra citantes ut per procuratorem idoneum, ad dictum negotium prosequendum, infra octo menses post edictum citationis ipsis a vobis facte, nostro se conspectui representet, eisdem auctoritate nostra districtius injungatis, eis nichilominus protestantes quod, sive procuratorem duxerint destinandum sive non, extunc, auctore Domino, quantum de jure poterimus in ipso negotio procedemus; quicquid autem super hoc feceritis, per vestras nobis litteras intimetis. Dat. Laterani, XV kalendas maii, [pontificatus nostri] anno XII.

1. Henri I le Barbu mourut le 19 mars 1238.

2. Fils de Diepold III, margrave de Moravie.

**2197.** — 18 avril 1238, Saragosse.

*Bernard de Montagut, évêque de Saragosse, donne à Oria Ximenès de Lissa, prieure de Sigena, la quarte et les droits qu'il possède dans l'église de Bursalaros.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 131-132, « Traslado o copia de dos libros manuscritos del archivo del real monasterio de Sixena » (2 vol. in-fol.), I, 255 (copie, fin xviii$^e$ s.).

Que sunt in tempore successu temporis ab humana memoria elabuntur, nisi scripture testimonio commendentur. Sit igitur notum cunctis quod nos Bernardus, divina miseratione episcopus Cesaraugustanus, de assensu et voluntate prioris et capituli Cesaraugustani, damus et liberaliter concedimus vobis venerabili Orie Eximini, priorisse domus Sexene, et per vos conventui ejusdem domus in perpetuum quartam et jura, que ad nos pertinent in ecclesia de Borjalaroz, juribus archidiaconi et archipresbiteri exceptis, retinentes nobis et successoribus nostris obedientiam et subjectionem, correctionem, institutionem et destitutionem vicarii, procurationem quando personaliter ad dictam ecclesiam accedamus, et quod vicarius ejusdem ecclesie ad nostram sinodum veniat cum fuerit vocatus. Cetera vero jura vobis et vestris successoribus plane tradimus et concedimus libere, pacifice et quiete perpetuo possidenda. Acta sunt hec in capitulo Cesaraugustane sedis, xiv calendas madii, testibus de capitulo presentibus : Martino, priore ; magistro Rod[er]ico, archidiacono Cesaraugustano ; Ispano, archidiacono Turol ; magistro Garsia, sacrista ; Michaele, camerario ; Raymundo de Avezo, precentore ; Petro Sancii et Joanne Capiatore, canonicis, anno Domini m cc xxx viii. Ego Andres, domini episcopi notarius, hanc cartam de mandato ipsius et capituli scripsi, et sigillati (*sic*) episcopi apposui, die et mense et anno predictis, et his cunctis scriptis sigilla nostra in hujus rei testimonium et munimen.

**2198.** — 28 avril 1238.

*Bela IV, roi de Hongrie, exempte les Hospitaliers dans ses états du paiement de la dîme levée sur les vignobles.*

ipsarum audeat illicite perturbare, nec personam aliquam, religionem Hospitalis predicti professam, aut patrocinio ejus juste commissam, angariare vel placitare, vel ad expeditionem cogere, seu ad opera servilia compellere, vel datiam solvere aut scufum facere, vel in pontium, sive navi[u]m aut portarum transitu, passagium ab ea recipere, aut in foris theloneum vel aliquid aliud illicite extorquere presumant, salva in omnibus et per omnia imperiali justitia. Statuentes universis et singulis quod quicumque, contra presentis privilegii nostri tenorem, Hospitale jam dictum aut aliquam de predictis domibus suis ausu temerario inquietare vel molestare presumpserit, preter indignationem nostri culminis, quam incurrat, centum libras auri obtimi (*sic*) pro pena componet, medietate scilicet camere nostre, et reliqua medietate passis injuriam applicanda. Ad hujus itaque protectionis et confirmationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum, presens privilegium fieri et sigillo magestatis nostre jussimus communiri. Hujus rei testes sunt : B[erardus], venerabilis Panormitanus archiepiscopus ; O[dericus], Marsitanus; A[tlo], Aprutinus episcopi ; Thomas, comes Acerrarum ; Berardus, comes Laureti, sacri imperii in regno Arelatensi et Viennensi vicarius generalis ; Roccus (?), comes Caserte ; Heezelmus de Romano ; magister Petrus de Vivera, magne curie nostre judex, et alii quam plures. S. domini nostri Friderici secundi, Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Jherusalem et Sicilie regis. Acta fuerunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo nono, mense junii, duodecime indictionis, imperante domino nostro Friderico secundo, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jherusalem et Sicilie rege, imperii ejus anno nonodecimo, regni Jherusalem quartodecimo, regni vero Sicilie quadragesimo secundo, feliciter, amen. Datum Verone, anno, mense et indictione prescriptis.

## 2231. — Juillet 1239.

*Hugues IV, duc de Bourgogne, renonce à la justice de Pontaubert, que lui contestaient les Hospitaliers de France et André Polin, leur grand-prieur, sous certaines réserves.*

SOURCE : Auxerre, Arch. de l'Yonne, H. 2246 (vidimus de l'official d'Avallon, de 1319). — ANALYSE : E. Petit, *Hist. des ducs de Bourg.*, IV, 318.

Ego Hugo, dux Burgundie, notum facio universis, presentibus et futuris, quod, cum discordia verteretur inter me, ex una parte, et viros religiosos tunc temporis priorem in Francia fratrem Andream Polin et fratres sancte domus Hospitalis Jherusalem, ex altera, super justicia ville de Ponte-Arberti et pertinenciis ejusdem, quam ibi reclamabam, ne in posterum super hoc discordia posset oriri, pro remedio anime mee et antecessorum meorum, dedi eisdem priori et fratribus, quittavi et concessi in puram et perpetuam elemosinam quicquid juris reclamabam, habebam vel habere debebam in justicia et pertinenciis dicte ville, nichil in eadem justitia penitus retinens mihi vel heredibus et successoribus meis nisi bonam et legitimam guardam ; pro qua videlicet in eadem villa vel pertinenciis ego vel mei nichil poterimus capere, exigere vel extorquere ; et si aliquando in eadem villa vel pertinenciis captus fuerit aliquis latro, et judicatus in curia Hospitalis per illos, quos dicti fratres vocare voluerint, et condampnatus ad mortem, preterea dicti fratres vel eorum mandatum illum latronem judicatum debent reddere nudum et in braccis preposito meo de Avalone vel ejus mandato ad quercum de Orbigneyo. Quod ut ratum et firmum in posterum permaneat, presentes litteras sigilli mei munimine roboravi. Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo nono, mense julii.

## 2232. — Juillet 1239.

*Le même confirme et vidime l'acte par lequel Hugues III, en* 1177, *avait exempté dans ses états les Hospitaliers de tous péages par terre et par eau, et leur avait donné le droit de pacage.* (*V. plus haut,* I, *n°* 507.)

Source : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, grand-prieuré de Champagne, H. 1216 (orig.). — Analyse : E. Petit, *Hist. des ducs de Bourg.*, IV, 318, n° 2362, et 320, n° 2378.

Auctum anno Domini M CC XXX nono, mense julii, fratre Andrea Polin existente priore Francie.

## 2233. — Juillet 1239.

*Guy IV, comte de Nevers et Forez, exempte les Hospitaliers dans ses domaines de la taille, sous certaines conditions et avec certaines réserves.*

Source : Paris, Arch. nat., KK. 1113, f. 23 *b* (copie du cartul. du comté de Forez, XIX[e] s.); Bibl. nat., lat. 12870, f. 34 *b* (copie, XVII[e] s.). — Analyse : Huillard-Bréholles, *Titres de Bourbon*, I, 43, n° 206 A.

Ego[1] G[uigo], comes Nivernensis et Forensis, notum facimus universis, presentes litteras inspecturis, quod, cum nos ab hominibus Hospitalis Hierusalem, inhabitantibus in toto comitatu Forensi, pertinentibus ad domum Hospitalis Hierusalem, tallias, exactiones indebitas et alia gravamina, tam nos et predecessores nostri quam prepositi nostri, indebite et contra justitiam levassemus, et levari et teneri fecissemus, tandem, penitentia ducti, pro remedio anime nostre et animarum predecessorum nostrorum, omnia supradicta quittavimus et guerpivimus in perpetuum dicte domui et rectoribus ejusdem, promittentes fideliter quod nullam talliam, vel exactionem, vel gravamen de cetero a nobis, vel nostris dictis hominibus, vel rebus eorum fieri permittemus, nec aliud eis onus imponetur, nisi tale quale hominibus militum terre nostre communiter hactenus imponi consuetum est, secundum approbatas consuetudines mandamentorum castrorum in quibus dicti homines morabuntur. Excipimus tamen quod in chavalgatis nostris vel exercitibus ire vel mittere nullatenus teneantur. Et si forte aliqui homines militum vel quorumlibet aliorum terras vel possessiones aliquas a predicta domo tenueri[nt], volumus ne a nobis vel heredibus nostris, vel prepositis nostris, qui pro tempore fuerint, occasione terrarum illarum vel possessionum ab eis aliquid exigatur. Hoc tamen nobis retinuimus quod, si homines dicte domus possessiones a nobis tenuerint, secundum modum et qualitatem possessionum, si quando exhigere voluerimus, nobis ad taillias teneantur. Preter hec sciendum quod fratres Hospitalis Hierusalem homines nostros proprios in terra eorum hospitari non debent, nisi nostra petita licencia et obtenta. Homines vero, quos habet domus Hospitalis circa se, scilicet a domo Zacarie Malvizin, militis, versus eandem domum Hospitalis, in hortis et pratis que contigua sunt ipsi domui, videlicet Folbertus, Petrus Olaignons, Stephanus Dessars, Doretus, Giraudus le Maczons, filii Alberti, Brunus Carnifex, Marcellus Blancus, et ex alia parte Giraudus Momius, J. Porcus, Pontius Armandus, Bartholomeus

1. La rubrique de cet acte, dans le ms. lat. 12870, est la suivante : « Privilegium concessum per dominum G[uigonem], comitem Nivernensem et Forensem, Hospitali sancti Joannis Hierosolimitani. »

Armandus, Bertrandus Ceravates[1], Nicolaus, filius Bertrandi de Cosant, hospes Coyratus, du Bergers, du Deplineis ?, Antonius Bergers, quorum tenementa sita sunt in hortis de la Saigni et circa, versus eandem domum Hospitalis, ii, inquam, homines et tenementa eorum, heredes et eorum successores liberi sint in perpetuum et immunes ab omni exactione et communitate ville Montisbrisonis, salva justitia et garda nostra, quam in predictis hominibus retinemus, et excepta vicesima, quando fiet communiter in blado et vino ad opus edificii castri sive ville, nec infra predictos terminos fratres Hospitalis possunt aliquem hospitare. Alii autem homines Hospitalis, inhabitantes apud Montembrisonem extra terminos superius nominatos, ad communitatem ville et usagia tenebuntur. Unde nos, in testimonium et majorem firmitatem, predicte domui presentem chartam dedimus, sigillo nostro roboratam. Datum anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo nono, mense julii.

## 2234. — Juillet 1239.

*Le même concède aux Hospitaliers de Montbrison le Château-le-Bois et la grande dîme de S. Maurice, qui leur avaient été légués par Robert, seigneur de S. Bonnet.*

Sources : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. command. de Montbrison, membre de Château-le-Bois, chap. I, n° 1 (orig.); Paris, Arch. nat., cartul. des francs-fiefs du Forez, P. 1401 [2], cote 1076, n° 42 (copie, comm. xiv° s.). — Texte : Charpin-Feugerolles, *Cartulaire des francs-fiefs du Forez*, 38; Huillard-Bréholles, *Titres de Bourbon*, I, 43, n° 206.

Ego[2] G[uigo], comes Nivernensis et Forensis, notum facimus universis, presentes litteras inspecturis, quod, cum Rotbertus, dominus S. Boniti bone memorie, in ultima voluntate sua non immemor anime sue et suorum, donasset in elemosinam domui Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani de Montebrusone castrum de Bosco cum omnibus pertinenciis suis, et medietatem magne decime parrochie S. Mauricii perpetuo pacifice possidenda et habenda, nos, ad quem spectat feudum dicti castri, ad preces et petitionem B[ertrandi] de Barres, prioris S. Egidii, et fratrum suorum, ipsum castrum cum pertinenciis et medietatem dicte decime eidem domui Hospitalis concedimus in perpetuum ex parte nostra, in elemosinam nostri et nostrorum, salva garda nostra, quam ibi tantummodo retinemus. In cujus rei testimonium, has patentes litteras supradicte domui Hospitalis dedimus jure perpetuo valituras. Actum anno Domini M CC XXX IX, mense julii.

## *2235. — Juillet 1239.

*Le même confirme aux Hospitaliers les donations que son père et lui leur avaient faites.*

Source : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. command. de Montbrison, chap. VII (copie auth. de 1756).

Noscant presentes et discant posteri quod ego comes Foresii, ea que singulariter et per partes dederant et habenda concesserant domui Hospitalis in perpetuum, pro remedio anime mee et totius mei generis universaliter, volui scripto commendari et sigilli mei munimine confirmari : scilicet pratum commitale, in quo

1. KK. 1113 omet les deux témoins précédents.
2. Dans le cartulaire, l'acte est précédé de la note suivante : « Littera amortizationis feudi per helemosinam concessam domui Hospitalis Jherusalem ».

in honore Dei genitricis et beati Johannis Baptiste ecclesia est edificata, et domus similiter juxta ecclesiam, et molendinum ante portam et domum Fulcherii Guichardi, domum scilicet et vineam juxta domum et eleemosinam fratris Guidonis, qui debit(?) hoc quod habebat in macello, et mansum de Pontis, et mansum de Chavannes, que dedit pater meus, et quasdam species terre apud Calmon, quas ego dedi, et quandam terram, quam habebam apud Pinum, et quicquid juris habebam in illam domum quam acquisierunt infra Pontis, et quicquid de feudis meis quolibet modo acquirere poterunt, exceptis capitibus castrorum et villarum, que sunt clause, et casamentis militum, ita ut eorum dominium non amittam...[1] decime parrochie S. Mauritii perpetuo et pacifice possidenda et habenda. Nos, ad quem spectat feudum dicti castri, ad preces et petitionem B[ertrandi] de Barres, prioris S. Egidii, et fratrum suorum, ipsum castrum cum pertinentiis, et medietatem dicte decime eidem domui Hospitalis concedimus in perpetuum ex parte una, in eleemosinam nostri et nostr[or]um, salva garda nostra, quam ibidem tantummodo retinemus. In cujus rei testimonium, has patentes litteras supradicte domui Hospitalis dedimus jure perpetuo valituras, anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo nono, mense julii.

### 2236. — Juillet 1239.

*Le même, à la requête des Hospitaliers de Verrières et de Geoffroy, seigneur de Bussy, confirme l'accord, intervenu entre eux relativement aux pacages et au moulin de Bussy en mai* 1238*; par cet accord*[2] *les Hospitaliers avaient droit, moyennant une redevance annuelle de deux sous et de quatre fromages, de faire paître leurs bestiaux sur la terre de Bussy, et permettaient en échange aux habitants de Bussy de faire moudre leurs grains au moulin dudit seigneur, mais seulement pendant la vie de celui-ci.*

Source : Paris, Arch. nat., KK. 1113, f. 147 (copie du cartul. du comté de Forez, xix^e s.). Analyse : Huillard-Bréholles, *Titres de Bourbon*, I, 44, n° 206 c.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo nono, mense julii.

### 2237. — 28 août 1239, Anagni.

*Le pape Grégoire IX renouvelle la bulle de Lucius III, du* 6 *décembre* 1184 : « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut*, I, *n°* 702.)

Source : Berne, Arch. d'Etat, liasse Fraubrunnen (vidimus de l'official de Constance, du 3 juin 1318). — Analyse : Settler, *Die Regesten der... im Kantonstheil von Bern Klöster und kirchl. Stifte*, 112, dans Th. v(on) Mohr, *Die Regesten der Arch. in der Schweiz. Eidgenossenschaft*, I (Coire, 1854). — Texte : *Fontes rerum Bernensium*, II, 175.

Dat. Anagnie, v kalendas septembris, pontificatus nostri anno xii.

### 2238. — 29 août 1239, Striegau.

*Paul, fils du comte Hemeram, à la requête des Hospitaliers de Striegau, exempte*

1. Ce qui précède, depuis le début de l'acte, est emprunté textuellement à une pièce antérieure (V. plus haut, I, n° 593), et ce qui suit jusqu'à la fin à une confirmation de juillet 1239 (V. plus haut, n° 2234). Il y a donc lieu de suspecter l'authenticité de ce document. (Renseignement dû à M. Vincent Durand.)

2. V. Huillard-Bréholles, *Titres de la maison ducale de Bourbon*, I, 41, n° 199 a.

*les paroissiens de Striegau des redevances qu'ils lui devaient, et accorde aux Hospitaliers divers avantages et exemptions.*

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, C. I, command. de Striegau, n° 7 (orig. scellé). — Analyse : *Cod. dipl. Silesiæ*, VII, I, 201, n° 539.

Datum in Strigon, anno Domini M CC XXX IX, in die decollacionis sancti Johannis Baptiste.

## 2239. — 1 septembre 1239, Anagni.

*Le pape Grégoire IX charge Othon, cardinal de S. Nicolas in Carcere Tulliano, légat du S. Siège, de maintenir à Richard Gardiner, doyen de S. Patrick à Dublin, la cure de Tonbridge, au diocèse de Rochester, qu'il occupait avant d'avoir été promu à ce doyenné, et que les Hospitaliers d'Angleterre avaient conférée à un autre titulaire.*

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 19, f. 123 *b* (copie contemp.). — Analyse : Bliss, *Cal. of papal registers*, I, 183.

[Gregorius, etc.,] O[doni], S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali, apostolice sedis legato, [salutem, etc.]. Magister Ricc[ardus] de Gard., decanus ecclesie S. Patricii Dublinensis, sua nobis petitione monstravit quod, cum venerabilis frater noster archiepiscopus Dublinensis sibi a nobis dudum obtinuerit indulgeri ut cum duobus viris litteratis, quos ad suum consilium duceret advocandos, quod dua beneficia curam animarum habentia insimul obtinerent, posset auctoritate apostolice dispensare, dictus archiepiscopus ipsum Riccardum, rectorem ecclesie de Tunebrigg., Roffensis diocesis, ad consilium suum advocans, cum eo, auctoritate indulgentie supradicte, ut duo beneficia obtinere valeret curam animarum habentia, dispensavit, prout in ipsius archiepiscopi litteris exinde confectis plenius continetur. Cumque postmodum prefatus Ricardus fuisset canonice ad ipsius decanatus officium evocatus, illum recipiens demum auctoritate dispensationis hujusmodi, una cum ecclesia retinuit supradicta. Sed fratres Hospitalis Jerosolimitani in Anglia, eandem ecclesiam ex hoc de jure vacare credentes, hujusmodi dispensationis ignari, ad ipsam P., clericum Roffensis diocesis, tibi de facto, cum de jure nequeverint, presentarunt. Et cum super hoc in tua presentia inter prefatos R[iccardum] et P. questio verteretur, venerabilis frater noster Roffensis episcopus, loci diocesanus, utens arbitrio proprie voluntatis, Foberto, clerico de Doveria, Cantuariensis diocesis, conferre presumpsit eandem, in ipsius decani prejudicum et gravamen. Cum igitur invenerimus auctoritate indulgentie nostre secum fuisse legitime dispensatum, mandamus quatinus, amoto ab ecclesia ipsa quolibet illicito detentore, in possessionem ipsius decanum reducas eundem, ac reductum facias auctoritate nostra pacifica possessione gaudere, si aliud rationabile non obsistit; contradictores, etc. Dat. Anagnie, kalendis septembris, [pontificatus nostri] anno XIII.

## 2240. — Octobre 1239.

*André Polin, grand-prieur de France, avec l'assentiment des frères dudit Hôpital, donne à Simon Penul, chanoine de Montreuil, sa vie durant, deux muids de grain (seigle et avoine) et douze sous Parisis de cens annuel, que l'ordre percevait à Orsonville*

*sur le fief de Guy de Châteauneuf, moyennant trente livres Parisis, qui ont servi aux Hospitaliers à inféoder la dîme de Mincy. Après la mort de Simon Penul, le tout reviendra en toute propriété à l'ordre* (*vidimus du doyen de Melun, d'octobre* 1239).

Analyse : Paris, Arch. nat., S. 5749, f. 319 (invent. du prieuré de S. Jean en l'Isle, de 1738).

**2241.** — 24 novembre 1239, Latran.

*Le pape Grégoire IX renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 19 *juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Paci et quieti* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 429.)

Source : Paris, Bibl. nat., lat. 9001, f. 88 *b* (copie d'A. de Naberat, xvii[e] s.).

Dat. Laterani, viii kalendas decembris, pontificatus nostri anno xiii.

**2242.** — 24 novembre 1239, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 6 *décembre* 1184 : « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 702.)

Sources : Lyon, Arch. du Rhône, H. 22, f. 113 (copie d'A. de Naberat, xvii[e] s.) ; Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 16, n° 96 (vidimus de la cour épiscopale de Noves, du 31 mars 1338).

Dat. Laterani, viii kalendas decembris, pontificatus nostri anno xiii.

**2243.** — 26 novembre 1239, Latran.

*Le même renouvelle la bulle du* 1 *décembre* 1228 : « *Evangelice doctrine* ». (*V. plus haut, n°* 1931.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 206 (copie de S. Pauli, xviii[e] s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 12, n° 11 (orig.).

Dat. Laterani, vi kalendas decembris, pontificatus nostri anno xiii.

**2244.** — 16 décembre 1239, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 20 *avril* 1200 : « *Cum dilecti filii fratres* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1115.)

Source : Berlin, Arch. secr. d'état, ordre de S. Jean (orig. bullé et copie du 8 juillet 1407). — Analyse : J. G. Dienemann (éd. Hasse), *Nachrichten vom Johanniterorden,* 38 (à la date fausse de 1240).

Dat. Laterani, xvii kalendas januarii, pontificatus nostri anno xiii.

### 2245. — 1240, Acre[1].

*Pierre de Vieille-Bride, grand-maître de l'Hôpital, conclut un accord avec les Teutoniques, par lequel ceux-ci s'engagent à lui remettre le quart des revenus du casal Arabi jusqu'à concurrence de la somme de 5000 besants, pour laquelle ce casal lui avait été engagé.*

Source : Berlin, Arch. roy. d'état, ms. R. 94, V. E. b. 1, f. 31 *b* (copie, xiii^e^ s.). — Texte : Strehlke, *Tab. ord. Theut.*, 70, n° 89.

Nos frater Petrus de Veteri Privata, Dei gracia sancte domus Hospitalis Jerusalem magister humilis et pauperum Christi custos, et conventus ejusdem domus notum facimus tam presentibus quam futuris quod talis convencio sive paccio intervenit inter nos, ex una parte, et fratrem Gerardum de Malberch, mariscalcum domus Theutonicorum, locum magistri tenentem, et conventum ejusdem domus, ex altera : videlicet quod ipsi annuatim tenentur nobis dare redditus sive proventus quarte partis casalis, quod dicitur Arabia, cum pertinenciis suis ; et ipsi fratres Theutonicorum ponent ibi bajulum aliquem de fratribus suis, cui coram preceptore Hospitalis sancti Johannis injungetur et districte precipietur a magistro Theutonicorum, sive ab alio, qui fuerit loco sui, quod idem bajulus bona fide et sine fraude et vicio aliquo debeat reddere redditus sive proventus quarte partis casalis Arabie cum pertinenciis suis magistro et fratribus Hospitalis sancti Johannis. Et idem bajulus de comunibus redditibus casalis et pertinenciis predictis retinebit sibi expensas moderatas et necessarias ; et tam diu magister et fratres Hospitalis sancti Johannis percipient redditus quarte partis casalis Arabie cum pertinenciis suis, donec satisfactum fuerit Hospitali sancti Johannis de quinque milibus bisantiorum, pro quibus ipsum casale cum pertinenciis suis est penes magistrum et fratres Hospitalis sancti Johannis pignori obligatum. Et si aliqua sive secularis sive ecclesiastica persona, vel quicumque alius fuerit, qui moveret questionem contra fratres domus Teutonicorum, vel violenciam inferret eisdem de casali predicto et ejus pertinenciis, magister et fratres Hospitalis sancti Johannis, quantum de jure poterunt, assistent fratribus Theutonicis, et exibebunt eis secundum justiciam eorum suffragium et juvamen, sicuti de sua gaggeria, quousque sibi fuerit satisfactum. Et cum magister et fratres predicti Hospitalis sancti Johannis perceperint quinque milia bisantiorum de redditibus supradictis, nullum jus ulterius pro dictis v milibus bisanciorum in dicto casali vendicabunt, et dimittent ipsum quiete et pacifice fratribus Theutonicis possidere, et privilegium sive rationes, quod sive quas habent de predictis bisanciis, cum fuerit eis integre satisfactum, restituent fratribus Theutonicorum. Et si casu contingeret quod dictum privilegium amitteretur infra tempus predictum, talem fratribus Theutonicorum facient caucionem quod illud privilegium sive aliud, quodcumque repperietur de bisanciis antedictis, sint cassa, inutilia et inania, et nullas vires in judicio sive extra judicium habebunt. Et si evenerit, quod absit, quod dictum casale occupatum esset a Sarracenis, fratres Theutonicorum in nullo tenebuntur fratribus Hospitalis sancti Johannis, quamdiu a Sarracenis detinebitur occupatum. Et si contingeret idem casale, post longum vel breve tempus vel quandocumque, redire ad manus Theutonicorum, dicta paccio seu convencio in suo vigore debeat remanere. Et si contingeret quod dicto magistro et fratribus Hospitalis sancti Johannis infra tempus predictum esset de predictis bisanciis satisfactum, sive in parte sive in toto, fratres Theutonicorum super predictis ulterius non molestabunt.

1. L'indiction ici indiquée étant erronée, il y a lieu de faire des réserves sur la date d'année de cet acte.

Et ad majoris roboris firmitatem, presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Acta sunt hec in domo Hospitalis sancti Johannis, anno Domini M CC XL, indictione XII, coram talibus : fratre Guillelmo Silvanectensi, magno preceptore domus Hospitalis sancti Johannis ; fratre Arnaldo de Monte Bruno ; fratre Geraudo, preceptore domus Hospitalis in Joppen ; fratre Guillelmo de Correllis [*lisez* : Corcellis] ; fratre Gaufrido Baucitensi ; fratre Odone de Ermene. De fratribus Theutonicorum interfuerunt isti : frater Everardus, sacerdos ; frater Conradus, castellanus Montisfortis ; frater Petrus, drapperius ; frater Evrardus, thesaurarius.

## 2246. — 1240.

« *Donation de Guy de Dompierre* [*lisez : Dampierre*], *seigneur de S. Just*[1], *faite à l'ordre, d'une rente de* 50 *livres Tournois, à prendre après sa mort sur son moulin de la Chaucière, de l'an* 1240. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 257 (XVIII° s.).

## 2247. — 12 janvier 1240, Latran.

*Le pape Grégoire IX ordonne aux Teutoniques d'Acre de se faire représenter auprès du Saint-Siège pour soutenir leurs prétentions, contraires à la subordination dans laquelle le pape Célestin II les avait placés vis-à-vis de l'Hôpital de S. Jean de Jérusalem.* (*V. plus haut,* I, *n°* 154.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. 1, vol. 12, n° 10 (orig.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 10839. — Texte : Hennes, *Urkundenbuch des Deutschen ordens,* I, p. v ; Pauli, *Cod. dipl.,* I, 272 ; Strehlke, *Tab. ord. Theut.*, 354.

Gregorius, etc., dilectis filiis fratribus Hospitalis S. Marie Theutonicorum in Accon, salutem, etc. Dilecti filii magister et fratres Hospitalis Jerusolimitani nobis exponere curaverunt quod, cum felicis recordationis Celestinus papa, predecessor noster, volens ipsorum et vestre quieti ac paci paterna sollicitudine providere, duxerit statuendum ut domus vestra, cum reliquis sibi subjectis, sub obedientia et dispositione prioris sive magistri Hospitalis ejusdem, qui pro tempore foret, omnino maneret, ita tamen quod de gente Theutonicorum priorem et servientes idoneos constitueret in eis, qui Christi pauperibus in lingua sua responderent, ac eis necessaria ministrarent, et prefato priori sive magistro, sicut alii fratres ejus, humiliter obedirent, prout in ejusdem Celestini privilegio, a bone memorie Adriano papa postea roborato, plenius asserunt contineri : vos tamen postmodum, proponentes domum eamdem auctoritate apostolice sedis exemptam, et penitus a subjectione ipsorum immunem, conati estis privilegium infringere antedictum, ab eorumdem obedientia et aliis, in quibus ipsis tenemini, vos subtrahere indebite satagendo, in magnum Hospitalis predicti prejudicium et gravamen. Unde petierunt instanter ut sibi super hiis exhiberi justitiam, in qua tenemur, singulis faceremus. Volentes igitur unicuique sua jura servari, per apostolica vobis scripta mandamus quatenus, usque ad festum dedicationis beati Michaelis proximo venturum, quod

1. Fils de Guy II de Dampierre ; il fit une déclaration de fief à son frère aîné en 1226. Il mourut en 1275.

pro peremptorio termino vobis prefigimus, per responsalem sufficientem et idoneum coram nobis comparere curetis, prefatis magistro et fratribus super predictis, secundum quod justitie ordo dictaverit, responsuri. Dat. Laterani, II idus januarii, pontificatus nostri anno XIII.

**2248.** — 25 janvier 1240, Latran.

*Le même recommande à Bernard II le Chauve, évêque de Vich, au prieur de S. Paul de Barcelone (ordre de S. Benoit), à Pierre, infant de Portugal, seigneur des Baléares, aux Templiers et Hospitaliers du royaume de Majorque de prendre les mesures nécessaires pour empêcher que les Sarrasins ne réoccupent, autrement que comme serfs, les îles de Majorque et d'Iviça, dont ils venaient d'être chassés par les Chrétiens.* — « *Sicut salutis procurari* ».

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 19, f. 143 *b* (copie contemp.),

Dat. ut supra, [Laterani, VIII kalendas februarii, pontificatus nostri anno XIII].

**2249.** — 26 mars 1240.

« *Acte par lequel Agnès de Margat et Rainaud Barlais, son fils, déclarent, qu'en cas qu'ils puissent recouvrer le fief de Tripoli, ils rendront à l'ordre la donation de* 500 *besans qu'il leur avoit faite, et renoncent à ladite donation tant qu'ils tiendront ce fief, du* 26 *mars* 1240. » (*V. plus haut, n*° 2223.)

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 258 (XVIII^e s.).

**2250.** — 13 avril 1240.

« *Raymond de Baux I et Guillaume III, prince et co-prince d'Orange, donnent leur consentement à l'acte d'échange par lequel Guillaume Cornelis et sa femme abandonnent à Giraud Amic, commandeur de l'Hôpital S. Jean de Jérusalem, tout ce qu'ils possèdent au terroir de Martignan, sous la haute seigneurie des princes et du commandeur, et reçoivent, en contre-échange, de Giraud Amic tous les droits dûs à son Hôpital de Courtheson* ».

Source : Orange, mss. du D^r Millet[1]. — Analyse : Barthélemy, *Invent. des chartes de la maison de Baux,* 81, n° 285.

**2251.** — 26 avril 1240.

« *Acte par lequel les ordres de l'Hôpital et du Temple compromettent à Albert,*

1. Les manuscrits du docteur Millet ayant été vendus à la mort de celui-ci, il est impossible de savoir où se trouve actuellement celui qui contient le présent acte, et s'il s'agit d'un original, d'une copie ou d'une analyse.

*patriarche d'Antioche, légat du Saint-Siège, le différend qui étoit entr'eux pour le partage des terres qu'ils avoient dans le comté de Tripoli, du* 6 *des calendes de may* 1240. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 255 (xviii° s.).

## 2252. — 1 mai 1240, Grossowitz[1].

*Mesko II, duc d'Oppeln, attribue aux Hospitaliers la possession de Makau, que leur disputaient le comte Resco et son frère Stogner.*

Source : Breslau, Arch. roy. d'état, (copies du xviii° et du xix° s.). — Analyse : *Cod. dipl. Silesiæ,* VII, i, 207, n° 551.

In nomine trinitatis, amen. Prudentium virorum decrevit ratio ut ea, que nostro tempore peraguntur, ne simul cum fluenti tempore defluant, firmarentur testimonio et scripti memoria perennarentur. Igitur nos Mesoko, Dei gratia dux de Oppel, cum de causa, que pro hereditate Makow agebatur, judicium fecissemus, videlicet inter fratres Cruciferos, ejusdem hereditatis possessores, et comitem Resconem cum fratre suo Stogner(i)o, affluit testimonium sex virorum nobilium, quorum nomina sunt hec : Goslaus, Nicolaus, Falco, Andreas, Mauritius et Rasicha; qui ad juramentum judicate testabantur quod dictus frater [Resco] comes et frater suus injuste procederent, et nullum penitus jus ad idem haberent; ipsis autem terminum peremtorium, qui datus erat, negligentibus, et prefatos sex viros ad juramentum, prout erant parati, producere non volentibus, nostro judicio et baronum nostrorum Cruciferi justi possessores hereditatis nominate remanserunt. Ad quorum petitionem humilem piam acclinantes voluntatem, ne quis amplius eos valeat inquietare, quemadmodum coram nobis cautum est, memorialem conscripsimus literam, et eiisdem damus sigilli nostri munimine roboratam. Ideo acta sunt in Grossowitz, in die sanctorum apostolorum Philippi et Jacobi, anno ab incarnatione Domini M CC XL, in presentia multorum nobilium : comes Bertoldus, filius Thome; frater suus Stephanus; comes Chotes, cum fratre suo Jacoslavo; comes Crimislaus; comes Elias, filius Bogislavi; comes Marcus; Preudlin. Capellanorum[2]: Johannes, Stephanus, Robertus, et alii quam plures adfuerunt, quos omnes scribere non possumus.

## 2253. — 25 mai 1240, Makau.

*Le même accorde aux Hospitaliers le droit d'appliquer à Makau, à Repten et à Blossnitz le « jus theutonicum » et le droit de Neumarkt.*

Source : Breslau, Arch. roy. d'état (copies du xvii° et du xviii° s.). — Analyse : *Codex diplom. Silesiæ,* VII, i, 207, n° 552.

In nomine Domini, amen. Diligentibus Dominum omnia cooperantur in bonum, et mandatum dominicum primum et precipuum est diligere Dominum, quod conse-

1. Cette localité fortifiée fut donnée en 1224 aux Hospitaliers par Stogueus et Seteh, qui la possédaient. (Tzschoppe et Stenzel, *Schlesisch-Lausitzische Urkundensammlung zur Gesch. des Ursprungs der Städte*... (Hambourg et Berlin, 1832, p. 303.)

2. Une des copies donne : Castellanorum.

quitur dilectio proximi. Sed hec habent processum legitimum ex radice caritatis; que caritas Deus, et de qua qui pie disceptans cogitat, in Deo ponit mansionem, sicut et in alio loco sacra edocet pagina, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus[1]. Nos igitur Meschko, Dei gratia dux de Opel, licet in quibusdam dominii nostri temporali sumus constituti potestate, nihilominus sic optantes pie bona transire temporalia, ut non amittamus eterna, dilectione qua Deum diligimus, diffundimus, et ad proximum et videlicet fratres nostros Cruciferos domus Hospitalis gloriosi dominici Sepulcri, qui nos in fraternitatem suam et orationes pie susceperunt et devote. Volumus autem ut ipsorum tres hereditates, quas in dominio nostro jure hereditario possident, Makow, Repic, Blotnitza, libertatem habeant et jure Theutonico locentur ad eorum voluntatem, jus autem idem teneant quod in Novoforo in Silesia statutum celebratur; et quamvis ibidem de magnis judiciis quedam pene solutiones pertineant ad ducatum, sicut est de judicio capitis et consimilibus, de bona nostra voluntate et consensu baronum nostrorum, ut nostre libertatis plena sit donatio, dictis fratribus hec omnia plene decrevimus elargiri. Cognovimus enim eos in divina caritate firmatos cum fiducia, pro quibus et orandum est ut ab ejus integritate nullatenus divellantur, quorum opus sanctum et cura felix pauperes infirmos promovere, eorum servituti voluntarie subjacendo, qui sanis et quibuscunque quantum ad necessitatem consueverunt non deesse. Ne quis autem in posterum huic donationi juste, sicut intelligimus, et nobili temere presumat obviare, vel aliqua calumnia contraire, literam firmationis et memorie conscribimus, et sigilli nostri munimine roboramus. Cui facto plures testes adfuerunt : Nicolaus; Vasileus; Bertoldus; Macarius; Hotec; Jaroslaus; Paulus; Brzetzlau; Lascar; Johannes, sacerdos; Henricus, sacerdos; Stephanus, clericus; Bartholomeus, clericus; Robertus, et alii multi. Datum in Makow, anno Domini M CC XL, in die beati Urbani.

## 2254. — 15 juillet 1240, Valence.

*Jacques I, roi d'Aragon, de Majorque et de Valence, comte de Barcelone et d'Urgel, seigneur de Montpellier, et les Hospitaliers concluent un accord au sujet du château de Cullera et de ses dépendances, que le premier revendiquait comme faisant partie de la conquête de Valence, et que les seconds réclamaient en vertu d'une donation royale ancienne[2]; l'accord se fait sur la base d'un partage par moitié.*

Source : Madrid, Bibl. de l'Ac. del' Hist., I, 10, f. 2 (copie, fin xv[e] s.)[3].

Cum contencio esset inter dominum Jacobum, Dei gracia illustrem regem Aragonum et Majoricarum et Valencie, comitem Barchinone et Urgelli, et dominum Montispessulani, ex una parte, et magistrum et fratres Hospitalis Jherosolimitani, ex altera, super castro de Cullera et suis pertinenciis, predictus siquidem rex dicebat predictum castrum ad se expectare de jure communi, eo quod esset situm infra fines regni Valencie. Predicti vero magister et fratres dicebant dictum castrum ad seos (*sic*) expectare debere, ratione donacionum factarum a progenitoribus dicti regis Jacobi, que ab ipso eciam fuerant confirmate dicto Hospitali. Ad quod respondebat rex predictus dictas donaciones progenitorum suorum sibi non nocere, eo quod consuetudo sit in Inspania generalis, que videtur juri antiquo eciam consona, racione

1. S. Jean, 14, ℣ 23.

2. Il s'agit de la donation faite par Alphonse II en 1171. (V. plus haut, I, nº 426.)

3. On lit, en tête de l'acte : « Carta condicional que es entre lo senyor rey e l'orde del Espital sobre lo castell de Cullera. — [H]oc est translatum fideliter

quod aliqui regum ea dare non valeant, que tamen adquirere non possent vel nollent suis relinquere[1] heredibus adquirenda. Confirmacionem vero ab eo factam dicebat aliquatenus non noscere, eo quod generalis esset, et in etate minori ipsius regis et in simplici forma facta, que de dicto castro Cullarie nullam faciebat penitus mencionem. Unde cum hinc inde fuissent allegate hee et alie multiplices raciones, tandem sub forma, que sequitur, ad composicionem amicabilem devenerunt. Predictus igitur rex, pro se et suis successoribus, donavit et concessit imperpetuum predictis magistro et fratribus ac domui Hospitalis Jherosolimitani medietatem ab integro tocius predicti castri de Cullera et terminorum ac pertinenciarum suarum, et ipse rex retinuit sibi, pro se et suis successoribus, aliam medietatem, ita scilicet quod in ipso capite castri habeant Hospitale illud castrum, quod jam ibi est edifficatum ; rex vero in eodem capite castri possit sibi edifficare aliud castrum, sive domum infra portam castri superioris, si locus ibi abilis sit ; alioquin castrum ibi jam constructum per medium dividatur. De villa autem et toto termino tam terre quam aque, ab hominibus domini regis et Hospitalis omnes redditus communiter colligantur, ita quod tot homines ponat dominus rex in collectione reddituum et custodie castri quot et Hospitale, et de converso. Et exco redditus collecti fuerint, deductis expensis de comuni, tam in custodia castri quam in collectione reddituum, et aliis, que ad utilitatem comunem expectaverint, faciendis, equaliter dividant; hoc semper intellecto quod quicumque proventus servicii voluntarii vel coacti, sive cujuscunque alterius redditus vel proventus racione rerum vel eciam personarum proveniencium inde exiverint vel processerint, semper inter eos equaliter dividantur. Item quod illi (*sic*), qui prepositus fuerit ex parte domini regis illi castro, semper faciat homagium magistro Hospitalis, et fidelitatem de dicto castro et suis juribus bona fide et sine alio malo ingenio conservandis. Et idem homagium et fidelitatem faciat ipsi regi, pro castro predicto et suis juribus conservandis, ille, qui ibidem ex parte prefuerit Hospitalis ; dominus vero rex non possit predictum castrum vel aliquid de pertinenciis ipsius castri in solidum vel pro parte dare, vendere, impignorare, vel in honorem aut feudum dare, vel aliquo modo alienare alicui vel aliquibus, nisi ipsi Hospitali, vel alii de voluntate fratrum et magistri Hospitalis; possit tamen ipse rex et sui successores partem suam dicti castri cum suis pertinenciis transmittere ad heredes, sibi tam ex testamento quam ab intestato legittime in regno Valencie succedentes ; et eodem modo Hospitale non possit dare, vendere, impignorare, vel in honorem aut feudum dare vel aliquo modo alienare partem suam predicti castri et pertinenciarum suarum, in solidum vel pro parte, nisi ipsi regi vel ejus successoribus, vel alii de voluntate regis vel successorum suorum. Predicti vero magister et fratres Hospitalis, pro se et suis successoribus, donaverunt et concesserunt, remisserunt et diffinierunt, ac renunciarunt predicto regi et suis successoribus imperpetuum omnia jura, voces et acciones, que habebant vel habere poterant in illa medietate dicti castri, quam dominus rex sibi duxit superius retinendam. Fuit eciam conditum et compositum inter dictum regem et magistrum et fratres Hospitalis, et ita sibi ad invicem promisserunt. Quod si dictum castrum ad manus Sarracenorum aliquando deveniret, et postea quandocunque, semel vel pluries, reddiret ad manus Christianorum, vel domini regis, vel Hospitalis, hec presens composicio firma et irrevocabilis observetur. Promisserunt (*sic*) eciam rex predictus dicto magistro et fratribus quod treugam, quam habet cum Zaen a festo proximo sancti Michaelis ad quinque annos, non possit ulterius prorogare. Dat. Valencie, idus julii, anno Domini M CC XL.

sumptum a quodam instrumento publico, per alfabetum diviso, in archivo palacii Barchinone, illustrissimi ac magnifici principis et domini, domini Petri, Dei gracia regis Aragonum, recondito ; cujus quidem instrumenti tenor sequitur in hiis verbis ».

1. Le texte porte : relinquerint.

### 2255. — 18 juillet 1240, Valence.

*Le même donne à Rambaud, grand-commandeur d'Espagne, des maisons à Denia et dix journées de terre aux environs.*

Source : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, chartes roy. n° 135 (copie contemp.).

Noverint universi quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonie, Majorice et Valencie, comes Barchinone et Urgelli, et dominus Montispessulani, ob remedium anime nostre et salutem parentum nostrorum, donamus et concedimus, per nos et nostros, vobis venerabili et dilecto nostro fratri R[iombaldo], comendatori domorum Hospitalis Jherusalem in quinque regnis Ispanie, et per vos domui et fratribus ejusdem ordinis, vestris successoribus in eodem, in perpetuum quasdam bonas domos in Denia, et decem jovatas terre in ejusdem termino, ad habendum, tenendum, possidendum, expletandum, cum introitibus et exitibus, et affrontationibus et suis pertinentiis universis a celo in abissum, ad dandum, vendendum, inpignorandum, alienandum, et omnes vestras vestrorumque voluntates et cuicunque volueritis perpetuo faciendas. Datum Valencie, xv kalendas augusti, anno Domini M CC XL.

### 2256. — 24 juillet 1240, Latran.

*Le pape Grégoire IX confirme, à la requête des frères de l'Hôpital de S. Marie d'Osnello, au diocèse de Pise, l'arbitrage intervenu, sous la médiation de Rénier, cardinal de S. Marie in Cosmedin, entre eux et les Hospitaliers de Pise.*

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 20, f. 22 (copie contemp.) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 143 (copie de Smitmer, xviii$^e$ s., avec la date erronée du 24 juillet 1239).

[Gregorius, etc., dilectis filiis]... magistro et fratribus S. Marie de Osnello, Pistoriensis diocesis, [salutem, etc.] Ea que judicio [vel concordia terminantur, firma debent et illibata persistere, et ne in recidive contentionis scrupulum relabantur, convenit apostolico presidio] communiri. Ex vestra sane relatione accepimus quod, cum in causa, que olim inter vos, ex parte una, et... priorem et fratres Hospitalis Jerosolimitani Pisani, ex altera, super eo quod obedientiam et reverentiam exigebant a vobis et rebus aliis, vertebatur, dilectum filium nostrum R[aynerium], S. Marie in Cosmidin diaconum cardinalem, dedimus auditorem, tandem a procuratoribus partium, habentibus de compromittendo mandatum, fuit in cardinalem eundem super hoc, tanquam in arbitrum, concorditer compromissum ; qui demum, equitate pensata, equum inter partes arbitrium promulgavit, quod petivistis apostolico munimine roborari. Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, arbitrium ipsum, provide latum et ab utraque parte sponte receptum, et hactenus pacifice observatum, prout in litteris cardinalis ipsius plenius dicitur contineri, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, viiii kalendas augusti, [pontificatus nostri] anno xiiii.

## 2257. — Août 1240.

*André III, seigneur de Vitré*[1], *pèlerin en Terre Sainte, donne aux Hospitaliers une rente annuelle de quinze livres Tournois, à prendre sur sa dîme de Landelles.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 19 (orig.)[2]. — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 256.

Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Andreas, dominus de Vitriaco, peregrinus existens et moram faciens [in partibus] Terre Sancte, videns et attendens opera pietatis et misericordie, que fiunt cotidie et incessanter in sancta domo Hospitalis sancti Johannis Iherusalem, considerans etiam grata servitia mihi a magistro et fratribus dicti Hospitalis cum honore exhibita, ob remedium anime mee et predecessorum meorum, dono et concedo donatione inter vivos, in puram et perpetuam elemosinam, magistro et fratribus supradictis, et pauperibus dicte domus, quindecim libras Turonensium annui redditus, percipiendas singulis annis in nostra decima de Landeles in valle de Vire, in dyocesi Constanciensi. Ita tamen quod, si dicta decima aliquo casu minus aliquotiens valuerit, ego et heredes mei tenemur et tenebimur supplere et reddere quod deerit in eadem villa de Landeles, que villa nostra est et nostre jurisdictioni subjecta. Volo etiam et concedo quod istud donum meum et elemosina, post decessum meum et nunc in vitta mea, perseveret irrevocabiliter, ita quod a me, vel ab heredibus meis, vel aliis quibuslibet non possit aliquo modo vel tempore revocari. In cujus rei testimonium et munimen, presentes literas sigilli mei munimine roboravi. Actum anno gratie millesimo ducentesimo quadragesimo, mense augusti.

## 2258. — Août 1240.

*Geoffroy IV, seigneur de Preuilly, pèlerin en Terre Sainte, donne aux Hospitaliers son fief de Maleterre, situé entre la Claise et Villejésus.*

Source : Poitiers, Arch. de la Vienne, gr.-prieuré d'Aquitaine, $H^3$, liasse 255 (copie expédiée à Tours, du 4 mai 1321). — Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 256 (xviii^e^ s.).

Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Gauffridus, dominus de Prulliaco, peregrinus existens et moram faciens in partibus Terre Sancte, videns et attendens opera pietatis et misericordie, que fiunt cotidie et incessenter in sancta domo Hospitalis sancti Johannis, considerans eciam grata servicia michi a magistro et fratribus dicte domus cum honore exhibita, ob remedium anime mee et predecessorum meorum, dono et concedo donacione inter vivos, in puram et perpetuam elemosinam, magistro et fratribus supradictis totum feodum meum, quod vocatur feodum de Mala Terra, situm inter fluvium, qui vocatur fluvius Clesie, et Villam Ihesu, secundum quod se comportat ubicumque, cum omni juridictione,

1. Fils d'André II de Vitré et d'Eustachie de Retz. On ne savait pas jusqu'à présent d'une façon certaine qu'André III de Vitré eût été en Terre Sainte à ce moment ; on savait seulement qu'il avait fait ses préparatifs de départ. Le présent acte lève tous les doutes. Si l'on considère qu'en mars 1240, d'après le plus récent historien de la maison de Laval, André III était encore en France, et qu'en 1241 il était occupé à se remarier, on doit conclure que ce voyage en Terre Sainte fut de courte durée. (B. de Broussillon et P. de Farcy, *La Maison de Laval*, Paris, 1895, 301.)

2. Cet acte était scellé. Pauli a reproduit le sceau de cire d'André de Vitré (*Cod. dipl.*, I, pl. 7, n° 74), qui a été dessiné de nouveau dans la *Maison de Laval*, 303.

jure et dominio, quod ego et antecessores mei habuimus vel habere debuimus in feodo supradicto, tam in terris cultis quam in terris incultis et in aliis rebus quibuscumque. Ego siquidem in dicto feodo nichil omnino michi vel heredibus meis retineo, preterquam unam peciam terre, sitam inter Prulliacum et fluvium Clesie supradicta, et beneficia spiritualia dicte domus. Huic donacioni presentes fuerunt: Jobertus, miles, frater meus[1]; Kallo Loelh, miles; Gauffridus de Maio, presbiter; Gauffridus Frogerii, presbiter; Philippus Besadelli, laicus, et multi alii circonstantes. In cujus rei testimonium et munimen, presentes litteras sigilli mei munimine roboravi. Actum anno gratie M ducentesimo quadragesimo, mense augusti.

### 2259. — 27 août 1240, Ratibor.

*Mesko II, duc d'Oppeln, accorde aux Hospitaliers le droit d'avoir un marché au village de Makau.*

SOURCE : Breslau, Arch. roy. d'état (copie, XVII^e s.). — ANALYSE : *Cod. dipl. Silesiæ*, VII, I, 209, n° 558.

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti, amen. Noscat igitur tam presens hominum etas quam in posterum successura posteritas quod nos Mescko, Dei gratia dux de Oppel, ad salutem et remedium anime nostre, fratribus Hospitalis domus sancti Joannis Baptiste in Hierusalem, propter superabundantem ipsorum circa pauperes infirmos pietatem, contribuimus forum in villa Makow locandi, tenendi, et omni modo habendi, ita videlicet quod camerarius nec aliquis officialis noster ad hoc respectum habent, sicut et omnia jura et libertates cum nostre benevolentie munificentia et consilio baronum nostrorum perpetualiter confirmamus. Ut autem hujusmodi nostra donatio perpetuis temporibus rata et inviolabilis perseveret, presens scriptum sigilli nostri munimine jussimus insignari, testibus subscriptis, quorum sunt nomina subsecuta : Nicolaus, castellanus de Cozla, cum duobus filiis; Sudec, judex; Vasna, cum filiis; Bertoldus, subcamerarius ducisse; Henricus, notarius; Joannes, capellanus, et alii quam plurimi. Datum in Ratibor, per manus Henrici, notarii ducis, anno dominice incarnationis M CC XL, VI calendas septembris[2].

### 2260. — 5 octobre 1240, Westminster.

*Henri III, roi d'Angleterre, ordonne à sa trésorerie de verser à Richard de Werking, abbé de Westminster, mille livres, pour être payées à Hugues X de Lusignan, comte de la Marche, par l'intermédiaire du grand-prieur de France.*

SOURCE : Londres, Record office, Rot. de « Liberate », 24 Hen. III. — TEXTE : Fr. Devon, *Issue roll of the exchequeer* (Londres, 1837), 11.

Teste rege apud Westmonasterium, quinto die octobris.

1. Jobert, seigneur de la Roche-Posay.
2. Ce document pourrait être également daté du 1 septembre 1256. L'éditeur du *Cod. dipl. Silesiæ* s'est décidé pour le 27 août 1240, parce que la date du 1 septembre 1256 lui a paru trop rapprochée de la mort du duc Mesko, survenue le 18 ou le 21 octobre 1256 ; mais cette raison n'est pas péremptoire, et la question reste ouverte.

**2261.** — 5 novembre 1240, Latran.

*Le pape Grégoire IX écrit à Jacques Pecorari, évêque de Préneste, pour demander aux abbés et monastères de S. Benoit, de Cluni et des Prémontrés, ainsi qu'aux Templiers et Hospitaliers en France, afin de payer les dettes du S. Siège, de prêter de l'argent à Richard, chevalier du Temple, avec garantie de remboursement sur les subsides de l'église d'Angleterre, le subside de celle de France étant réservé*[1]. — « *Cum ecclesia Romana* ».

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 20, f. 53 (copie contemp.). — Analyse : Bliss, *Cal. of papal registers,* I, 195 (à la date erronée du 6 novembre 1241) ; Potthast, *Reg. pont. Roman.,* n° 10968 (à la date fausse du 5 décembre 1240). — Texte : Hoefler, *Kaiser Friedrich II* (Munich, 1844), app. 372, n° 29 ; Pertz-Rodenberg, *Epis.. sæculi XIII,* I, 693, n° 787.

Dat. Laterani, nonis novembris, [pontificatus nostri] anno XIIII.

**2262.** — 6 novembre 1240, Latran.

*Le même écrit à l'abbé de S. Vaast d'Arras*[2], *dans les mêmes termes à peu près qu'à l'évêque de Préneste* (*V. plus haut, n°* 2261), *pour lui demander de prêter mille livres Tournois à frère Richard, chevalier du Temple.* — « *Cum ecclesia Romana* ».

Source : Rome, Arch. du Vatican, 20, f. 53 (copie contemp.). — Texte : Pertz-Rodenberg, *Epist. sæculi XIII,* I, 693, n° 787, II.

Dat. Laterani, VIII idus novembris, [pontificatus nostri] anno XIIII.

**2263.** — 7 novembre 1240, Oxford.

*Henri III, roi d'Angleterre, mande au vicomte d'Oxford de ne pas exiger de Robert, fils d'Oweyn, une amende qu'il avait encourue, au cas où il serait un hôte libre des Hospitaliers.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 25 Hen. III, membr. 19 (copie contemp.).

Teste rege apud Oxoniam, VII die novembris.

**2264.** — 1241, Casteljaloux.

*Amanieu V, sire d'Albret, confirme à l'Hôpital de Cazalis les dîmes des moulins de Casteljaloux, de Castelnau de Sarnès et de Cazeneuve.*

Source : Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, layettes de Casteljaloux, liasse I, pièce 1 (vidimus de l'official de Bazas, du 12 août 1329). — Texte : Du Bourg, *Hist. du gr.-prieuré de Toulouse,* p. just. n° LXXIII.

In nomine sancte et individue trinitatis, scilicet patris, et filii, et spiritus sancti.

1. Il était destiné à armer un navire à Gênes pour mener les prélats au concile (Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. XIII,* I, n°s 784 et 792).

2. Un appel semblable fut adressé, le même jour, à 22 abbayes de France ; parmi celles-ci, l'abbaye de Saint Martin de Laon fut taxée à 2000 livres Tournois ; les grands-prieurés de France des ordres du Temple et de l'Hôpital à 2000 marcs chacun.

Notum sit universis ecclesie matris tam presentibus quam futuris quod nos Amanenus de Lebreto concedimus et confirmamus domino Deo, et beate Marie semper virgini, et beato Johanni Baptiste, et fratribus Hospitalis Jerosolimitani decimas molendinorum nostrorum Castrigelosii et Castrinovi de Sarnas, quas, sicut audivimus et pro certo didicimus a pluribus fidedignis, predecessores nostri, qui Hospitale de Casalis fundaverunt, donaverunt, et jurisdictionem atque justiciam temporalem super homines infra salvitatem de Casalis et alibi, in terra dicti Hospitalis, ubicumque inhabitant, hospitalariis prefati loci donaverunt et concesserunt, concedimus pleno jure, promittentes fratribus supradictis, per nos et per successores nostros, quod contra hanc donacionem et confirmationem nostram non veniamus nec venire faciamus aliquo modo, sed omnia jura dicti Hospitalis et bona custodiemus et deffendemus a nobis et ab aliis nostro posse. Damus etiam et concedimus, pro redemptione anime nostre et parentum nostrorum, decimam medietatis molendini nostri de Casanava Deo et predicto Hospitali de Casalis; promittentes quod, si aliam medietatem abquirere poterimus, eam dabimus, et quod aliquem de hominibus ipsorum hospitalariorum, preter eorum voluntatem, apud Casam Novam non recipiemus aliquathenus in burgensi, et, quos in tempore nostro recepimus, relinquimus et absolvimus nunc et semper. Et si aliquam jurisdictionem in Petro de Lucsreit, neque in Arnaldi, fratre ejus, neque in aliis omnibus, neque in heredibus eorum habebamus, absolvimus et relinquimus nunc et semper. Et ad hoc, ut hec omnia supradicta fortius et melius habeantur, hanc presentem paginam sigillo nostro duximus roborandam. Hujus rei testes sunt: Cenebrunus de Melinan, et P. de Melinan; en Arnaut Gassia de Sescas; en Bertran de Pompeiac; en Od de Noalan; en Lumbard de Socassa, et frater ejus; en B. d'Arbeil. Hoc datum apud Castrumgelosium, anno Domini millesimo CC XLI.

### 2265. — 26 janvier 1241, Marlborough.

*Henri III, roi d'Angleterre, garantit à l'Hôpital le paiement d'un cens annuel, que Béatrice de Savoie, comtesse de Provence, sa belle-mère[1], désirait faire à l'ordre, pour avoir la jouissance de la ville et du palais de Manosque tant qu'elle vivrait.*

Source: Londres, Record office, Rot. litt. pat., 25 Hen. III, membr. 9 (copie contemp.).

Rex priori Hospitalis sancti Johannis Jerusalem, salutem. Cum comitissa Provincie, sotria nostra, villam et pallacium de Manuasca, que in comitatu Folcacharii tenetis, a vobis et Hospitali sibi in vita sua ad certam firmam tradi desideret, nos, indempnitati domus vestre et ordinis et desiderio dicte comitisse consulere et satisfacere cupientes, super firma, de qua inter vos convenietis, vobis annuatim et dictis villa et pallacio domus vestre post decessum dicte comitisse reddenda, vos pro eadem comitissa per has litteras patentes vobis et domui vestre fidejussorio obligamus, promittentes quod super predictis pactis, que super hiis prefata comitissa vobiscum inhyet, vos et domum vestram indempnes servabimus bona fide. Teste rege apud Merleberge, XXVI die januarii.

### 2266. — 27 février 1241, Latran.

*Le pape Grégoire IX renouvelle la bulle d'Alexandre III, du 23 janvier 1168,*

1. Il avait épousé Eléonore, fille de Raymond-Bérenger IV, comte de Provence, et de Béatrice de Savoie.

1169 *ou* 1170 : « *Cum (dilectis) fratribus Hierosolymitani* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 392), *avec quelques additions.*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 16, n° 97 (orig.).

Le début est semblable à la bulle d'Alexandre III. La partie ci-dessous ne figure pas dans celle-ci : Apostolica quoque auctoritate, ob reverentiam ipsius venerabilis domus, statuimus ut hiis, qui eorum fraternitatem assumpserint, si forsan ecclesie, ad quas pertinent, a divinis fuerint officiis interdicte, ipsosque mori contigerit, sepultura ecclesiastica non negetur, nisi excommunicati vel nominatim fuerint interdicti aut etiam publice usurarii. Volumus autem ut liceat eis confratres suos, quos ecclesiarum prelati apud ecclesias suas malitiose non permiserint sepeliri, nisi excommunicati vel nominatim fuerint interdicti aut etiam publice usurarii, tumulandos deferre ad ecclesias Hospitalis, et oblationes, tam pro eis quam pro aliis, qui in eorum cimiteriis requiescunt, exhibitas, sine alieni juris prejudicio retinere. Hoc etiam addito ut receptores fraternitatis ejusdem seu salvo suorum sub beati Petri et nostra protectione consistant. Addicimus insuper ut, si qui eorumdem fratrum, qui ad easdem fraternitates missi fuerint vel collectas, in quamlibet civitatem, castellum vel vicum advenerint, si forte fuerit a divinis officiis interdictus, in eorum jocundo adventu semel aperiantur ecclesie annuatim, et, excommunicatis et nominatim interdictis ejectis, divina ibi officia celebrentur, salva in omnibus supradictis declaratione concilii generalis. Ad majorem quoque tumulum vestre mercedis, nichilominus vobis mandando precipimus quatinus hanc nostram constitutionem per parrochias vestras nuntiari propriis litteris faciatis. Mandamus etiam ut, si qui de clericis ecclesiarum vestrarum prefatis fratribus Hospitalis, cum licentia prelati et capituli sui, sponte ac gratis per annum vel biennium decreverint deservire, nequaquam impendiantur, et interim sua beneficia non ammittant. Dat. Laterani, III kalendas martii, pontificatus nostri anno XIIII.

## 2267. — 27 février 1241, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 6 *décembre* 1184 : « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 702.)

Sources : Lyon, Arch. du Rhône, H. 22, f. 115 (copie d'A. de Naberat, XVII^e^ s.) ; Paris, Arch. nat., L. 243, n° 109 (orig.).

Dat. Laterani, III kalendas martii, pontificatus nostri anno XIV.

## 2268. — 27 février 1241.

*Gilbert de Baux, fils de feu Hugues, seigneur des Baux, vend aux Hospitaliers, représentés par Bertrand de Barras, grand-prieur de S. Gilles, moyennant* 40,000 *sous de Raymondins, la ville de Villeneuve en Camargue, et donne quittance du prix.*

Sources : Marseille, Arch. des B.-du Rh., B. 333; Paris, Bibl. nat., coll. Dupuy, vol. 644, f. 59 (copie, XVII^e^ s.). — Analyse : Dr. Barthélemy, *Inv..... des chartes de la maison de Baux,* 83, n° 293.

Anno ab incarnatione Domini millesimo CC quadragesimo, scilicet tercio kalendas marcii, regnante Lodoico, Francorum rege..... Acta fuerunt hec in domo

Hospitalis Jherosolimitani S. Egidii supracripta, et interfuerunt testes vocati et rogati: frater Raymundus Guillelmi, preceptor domus Hospitalis Jherosolimitani S. Thome de Trenquatallia; frater Guillelmus de Beorgeto, preceptor domus Hospitalis Jherosolimitani S. Egidii; frater Guillelmus Brunellus, et frater Arnaldus, et frater Guillelmus de Rodor, sacerdotes; et frater Petrus de Bellicadro, hospitalarii. Et alii: Guillelmus Berengarius; Virgilius et Guillelmus Radulfus, jurisperiti; Raimundus Bertrandus ; Raynaldus de Mazalgas, miles ; Petrus Garinus, scriptor suprascripti domini prioris Hospitalis Jherosolimitani S. Egidii; Petrus Franciscus; Johannes Almeranus; Petrus Brunus; Raimundus Gairaudus ; Bertrandus de Margaritis. Et ego Bernardus Faber, notarius, qui utrinque rogatus hec scripsi et signavi.

## 2269. — 6 mars 1241, Cordoue.

*Ferdinand III, roi de Castille, de Tolède, de Léon, de Galice et de Cordoue, donne à Ferrand Rodriguez, prieur de Castille et Léon, et à Rodrigue Perez, commandeur de Consuegra, la ville et le château de Secefila, le château d'Almenara, la ville et le château de Lora.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue de Castille, liasse 1 (orig.).

(*Chrisma.*) Ut facta regum ac principum qua digna sunt memoria habeantur, dignum est ea scripture testimonio communiri. Idcirco notum facimus tam presentibus quam futuris quod ego Ferrandus, Dei gratia rex Castelle et Toleti, et Legionis, Gallecie et Cordube, ex assensu et beneplacito regine domine Berengarie, karissime genitricis mee, una cum uxore mea regina domina Johanna, et cum filiis meis Alfonso, Frederico, et Ferrando, et Henrico, facio cartam donationis, concessionis et confirmationis, et stabilitatis, Deo et ordini Hospitalis Jherosolimitani sancti Johannis, et vobis dompno Ferrando Roderici, existenti priori ejusdem ordinis in Castella et Legione, et vobis dompno Roderico Petri, existenti comendatori in Consogra, et successoribus vestris universis fratribus ejusdem ordinis, presentibus et futuris, perpetuo et irrevocabiliter valituram. Dono itaque et concedo vobis villam et castrum quod dicitur Secefila, et castrum quod dicitur Almenara, et villam et castrum quod dicitur Lora. Hec, inquam, tria loca supradicta dono vobis libere, ut ea semper jure hereditario integre habeatis, et in perpetuum possideatis pacifice et quiete, cum omnibus terminis suis, quos Sarracenorum tempore habuerunt, cum montibus et cum fontibus, et cum rivis et pascuis, et cum montaticis et portaticis, et cum ingressibus et egressibus, et cum omnibus directuris et pertinenciis suis. Et hec mee donationis et concessionis pagina firma et stabilis omni tempore perseveret. Si quis vero hanc cartam infringere seu in aliquo diminuere presumpserit, vel ei ausu temerario contrayre, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et cum Juda, Domini proditore, penas sufferat infernales, et regie parti mille aureos in cauto persolvat, et dampnum super hoc illatum ordini restituat duplicatum. Facta carta apud Cordubam, vi die marcii, era M CC LXX nona. Et ego prenominatus rex Ferrandus, regnans in Castella et Toleto, Legione, Gallecia et Corduba, Badallocio et Beacia, hanc cartam, quam fieri jussi, manu propria roboro et confirmo. Rodericus, Toletane sedis archiepiscopus, Hyspaniarum primas, confirmat. Infans dompnus Alfonsus, frater domini regis, conf. Johannes, Compostellane sedis archiepiscopus, conf. Johannes, Burgensis episcopus, domini regis cancellarius, conf. Tellius, Palentinus episcopus, conf. Bernaldus, Segobiensis episcopus, conf. Gonzalvus, Conchensis episcopus, conf. Lupus, Cordubensis episcopus, conf.

Ferrandus, Segontinus episcopus, conf. Petrus, Oxomensis episcopus, conf. Aznarius, Calagurritanus episcopus, conf. Dominicus, Beaciensis episcopus, conf. Adam, Placentinus episcopus, conf. Ecclesia Abulensis vacat. Garsias Ferrandi conf. Alfonsus Lupi conf. Alfonsus Tellii conf. Egidius Malrici conf. Gonzalvus Gonzalvi conf. Rodericus Ferrandi conf. Rodericus Roderici conf. Martinus, Legionensis episcopus, conf. Johannes, Ovetensis episcopus, conf. Martinus, Salamantinus episcopus, conf. Petrus, Zemorensis episcopus, conf. Nunius, Astoricensis episcopus, conf. Micael, Civitatensis episcopus, conf. Laurencius, Aurensis episcopus, conf. Micael, Lucensis episcopus, conf. Luchas, Tudensis episcopus, conf. Sancius, Cauriensis episcopus, conf. Rodericus Gomicii conf. Rodericus Ferrandi conf. Ramirus Frolez conf. Rodericus Frolez conf. Petrus Poncii conf. Ferrandus Johannis conf. Sebastianus Guterrii conf. Pelagius Arie conf. Pelagius Petri conf. Ordonius Alvari conf. Martinus Gonzalvi, major merinus in Castilla, conf. Munius Ferrandi, major merinus in Gallecia, conf. Garsias Roderici, major merinus in Legione, conf.[1] (*Signo rodado, dont la légende est*: Signum Ferrandi regis Castelle et Toleti, Legionis, Gallecie et Cordube.) *Autour du Signo rodado*: Rodericus Gonzalvi, majordomus curie regis, conf. Didacus Lupi de Faro, alferiz domini regis, conf.

## 2270. — 23 mars 1241, Latran.

*Le pape Grégoire IX ordonne aux Teutoniques d'Acre de se soumettre à l'autorité des Hospitaliers, et de comparaître devant lui par procureur pour s'entendre défendre de nommer leur prieur, et de répondre à la citation, quoique elle n'ait pas fait mention, à dessein, du grand-maître de l'ordre.* (*V. plus haut, n*° 2247.)

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 20, f. 63 (copie contemp.) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 144 (copie de Smitmer, xviii<sup>e</sup> s.).

[Gregorius, etc., dilectis filiis] fratribus domus Hospitalis S. Marie Teutonicorum in Accon, [salutem, etc.]. Olim dilecto filio magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani exponentibus nobis quod felicis recordationis Celestinus papa, predecessor noster, volens ipsorum et vestre quieti ac paci providere, duxit sollicite statuendum ut domus vestra, cum reliquis sibi subjectis, sub obedientia et dispositione prioris sive magistri Hospitalis ejusdem, qui pro tempore foret, omnino maneret, ita tamen quod de gente Teutonicorum priorem et servientes idoneos constitueret in eis, qui, Christi pauperibus in lingua sua respondentes, ipsis necessaria ministrarent, et prefato priori sive magistro, sicut alii fratres ejus, humiliter obedirent, prout in ejusdem C[elestini] privilegio, a bone memorie Adriano papa postea roborato[2], plenius asserunt contineri ; sed vos post modum proponentes domum eandem auctoritate apostolice sedis exemptam, et penitus a subjectione ipsorum immunem, conati estis privilegium infringere antedictum, ab eorum obedientia, et aliis, in quibus ipsis tenemini, vos subtrahere indebite satagendo, nos, volentes ipsis sua jura servari, vobis nostris dedimus litteris in mandatis ut, usque ad festum dedicationis beati Michaelis proximo preteritum, comparere coram nobis per responsalem sufficientem et idoneum curaretis, eis super hiis, secundum quod justitie ordo exposceret, responsuri. Procuratoribus igitur partium in nostra presentia constitutis, et predictorum magistri et fratrum procuratore petente vos cum omnibus domibus vestris compelli ad obediendum, et intendendum eidem magistro

1. Les signatures qui précèdent sont disposées, dans l'original, sur quatre colonnes.

2. La confirmation du pape Adrien IV, qui est indiquée ici, ne nous est pas parvenue.

suisque successoribus in omnibus supradictis, et per nostram sententiam declarari memoratam domum cum reliquis domibus suis ipsi magistro dictisque successoribus in premissis fore subjectam, ac vobis etiam inhiberi ne priorem eligeretis sive magistrum, cum jus eligendi eum ad vos non pertineat, sed ad magistrum Hospitalis predicti spectet constituere in eadem domo priorem, fuit inter alia pro parte vestra propositum quod, cum magister vester viam foret universe carnis ingressus, non tenebamini, prefata domo vacante, super hiis eisdem magistro et fratribus respondere, maxime quia procuratoribus, quos propter hoc ad sedem apostolicam destinatis, vacuam tradentes cedulam vestro sigillo munitam, quod, cum consilio et licentia magistri vestri, quem apud sedem eandem vel in vicino credebatis existere, in hujusmodi responderent negotio, scribi mandavistis in ea, propter quod ipsi procuratores, eo interim rebus humanis exempto, judicium cum parte altera ingredi non valebant, cum etiam ipso vivente causam tam arduam de assensu et mandato ejus tractare deberent, ne cum vellet ipsam sopitam etiam suscitaret. Sed e contra inter cetera extitit allegatum quod, cum magister vester viveret tempore quo littere citationis emanarunt a nobis, nosque ipsum in eisdem litteris scienter duxerimus omittendum[1], sicut fueratis eo pretermisso citati, sic respondere sine illo etiam debebatis. Alioquin videbantur dicti magister et fratres extitisse per nos in hac parte decepti, presertim cum iidem procuratores mandatum sufficiens ad respondendum et defendendum recepissent a vobis; contra quod, si non responderent, eos venire constabat, quos alias etiam sepedicte domus vacatio excusare non poterat, cum super institutione magistri ejusdem domus questio moveretur, unde in hoc casu locus hujusmodi exceptioni non erat. Nos itaque, hinc inde propositis diligenter auditis, providimus alium vobis ad respondendum, facientes in hoc gratiam specialem, terminum assignandum. Ideoque universitati vestre per apostolica scripta firmiter precipiendo mandamus quatenus, usque ad festum beati Andree apostoli proximo venturum, quod pro peremptorio termino vobis prefigimus, per procuratorem sufficientem et idoneum, sive magistrum habueritis sive non, vos nostro conspectui presentetis, sepefatis magistro et fratribus super premissis, prout juris ordo dictaverit, responsuri; alioquin ex tunc in negotio, quantum de jure poterimus, procedemus. Dat. Laterani, x kalendas aprilis, [pontificatus nostri] anno xv.

## 2271. — Avril 1241.

*André Polin, grand-prieur de France, certifie que l'ordre a abandonné à Robert, fils de Martin Charbon, la possession d'un four à Maisons-Ponthieu.*

Source : Paris, Arch. nat., S. 5060, n° 6 (orig.).

Omnibus presentes litteras inspecturis frater Andreas Pollin, sancte domus Hospitalis Jherusalem prior humilis in Francia, salutem in Domino. Notum facimus quod nos, de fratrum nostrorum consilio, dilecto nostro Roberto, filio Martini Carbonis, et heredibus ejusdem R[oberti] furnum nostrum, situm in villa de Domibus, tradidimus et concessimus perpetuo, quiete et pacifice possidendum, inserta condictione tali quod, in lucro dicti furni et eciam in dicto furno, in omnibus et per annuam medietatem percipiemus, licet expensas aliquas pro re aliqua, que ad dictum furnum pertineat vel conveniat, minime persolvamus. In cujus rei testimo-

1. Il s'agit de la bulle du pape Grégoire IX, du 12 janvier 1240. (V. plus haut, n° 2247.) Conrad I, landgrave de Thuringe, grand-maître des Teutoniques, mourut, en effet, le 24 juillet 1240.

nium, presentes litteras predicto Roberto dedimus, sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M CC quadragesimo primo, mense aprilis.

## 2272. — Mai 1241.

*Thibaut IV, roi de Navarre, comte de Champagne et de Brie, donne aux Hospitaliers cent arpents de terre et vingt-sept arpents de bois à Pailly (châtellenie de Bray sur Seine), qu'ils tenaient de Geoffroy du Plessis.*

SOURCE : Paris, Arch. nat., S. 5250 B, n° 8 (orig.) et n° 9 (copie, XVI^e s.). — ANALYSE : Mannier, *Command. du gr.-prieuré de France*, 338; Paris, Arch. nat., S. 6017, f. 24 (invent. de la command. de Launay, de 1745).

Nos Theobaldus, Dei gratia rex Navarre, Campanie et Brie comes palatinus, notum facimus universis, presentes litteras inspecturis, quod nos, attendentes sinceram dilectionem, quam dilecti nostri magister et fratres sancte domus Hospitalis sancti Johannis Jerusalem erga nos semper propensius habuerunt, concessimus eisdem centum arpenta terre et viginti septem arpenta nemoris, sita in parrochia de Pailliaco, in castellania de Braio, eisdem a defuncto Gaufrido de Plasseto, milite, bone memorie, in puram elemosinam concessa, de nostro feodo moventia, et que sunt de nostra custodia, in perpetuum ab eisdem fratribus in manu mortua possidenda. Dicti vero fratres nobis promiserunt quod dictam terram et nemus predictum in alia custodia nullo modo ponere poterunt quam in nostra. In cujus rei testimonium, presentes litteras sigilli nostri munimine duximus roborandas. Actum anno gratie millesimo quadragesimo primo, mense mayo.

## 2273. — 8 mai 1241, Ratibor.

*Mesko II, duc d'Oppeln, confirme aux Hospitaliers de son duché la possession des villages de Makau, Repten, Blottnitz et Chzissek, et la faculté d'être régis par le « jus teutonicum » en usage à Neumarkt en Silésie.* (*V. plus haut, n^os* 2214, 2252 *et* 2253.)

SOURCE : Breslau, Arch. roy. d'état (copie, XVII^e s.). — ANALYSE : *Cod. dipl. Silesiæ*, VII, I, n° 577 ; Grünhagen et Korn, *Reg. episcopatus Vratislaviensis*, I (Breslau, 1864), 34. — TEXTE : Tzschoppe et Stenzel, *Schlesisch-Lausitzische Urkundensammlung zur Gesch. des Ursprungs der Städte* (Hambourg et Berlin, 1832), 303.

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti, amen. Innotescat universis Christi fidelibus, tam presentis temporis quam futuri, quod nos Mescko, Dei gratia dux de Oppel, omnes possessiones, quas domus Hospitalis sancti Johannis Baptiste in Hierosolymis pauperum infirmorum Dei in nostro ducatu possidet, scilicet in Makow, Repze, Blotnicza, Ciska, propter superabundantem ipsorum circa pauperes infirmos et peregrinos pietatem, ab omni jure, quod ad nos, vel successores nostros, vel officiales terre pertinet, absolvimus, et ut a nemine super hec in posterum impetantur statuimus. Insuper concessimus fratribus domus predicte libertatem in omni jure, quod ad nostrum ducatum pertinet, secundum statuta Teutonicorum Novifori in Slesia, scilicet quicquid acciderit in furtis et homicidiis, ut sine diminutione totum eiisdem fratribus pertineat. Contribuimus preterea eiisdem fratribus potestatem clausuram faciendi et tabernam fundandi in Cziska, jure perpetuo possidentes, omni impedimento cessante castellani de Cosla et aliorum majorum.

Et ut habitantes Cziscam omnimoda gaudeant libertate, concedimus ut ab omni citatione et vexatione castrensium sint immunes, scilicet powoz, bobito, mirza, slrosa, stan, dan, prevod, targowe, et alia jura, si que sunt ad ducatum pertinentia. Insuper addimus in eadem Cziska sortem Secundam[1] cum filiis suis, fratribus eisdem jure perpetuo possidendas. Ut autem hec nostra donatio salva permaneat, nec ab aliquo injuriose nec quocumque alio modo immutari possit, nostri sigilli munimine fecimus confirmari, subdentes in testimonium nomina eorum, qui huic nostre donationi interfuerunt: Nicolaus, palatinus, cum filiis suis; magister Petrus, archidiaconus de Zamchest; Stephanus, notarius; Bertoldus, camerarius; Sudec Paulus, tribunus; Johannes, tribunus, cum filiis suis; Dobeslaus Chotec, subpincerna; Jaroslaus, subdapifer; Stasch; Kasica; Jacobus Thome; Michael Petroaisch; Czeslaus, castellanus; Johannes; Henricus; Bartholomeus, et alii quam plurimi. Ad hec etiam confirmanda petitionem nostram patri nostro Thome[2], Wratislaviensi episcopo, porreximus, qui nobis concessit ut, si quis, spretis consuetudinibus terre nostre, mandatis libertatem hujus nostri privilegii presumserit violare vel impugnare, censure ecclesiastice animadversione eum non differat coercere. Datum VIII idus maii, in Ratibor, anno incarnationis dominice M CC XLI.

## 2274. — Juin 1241.

*Jean III, d'Ibelin, seigneur d'Arsur, vend à Pierre de Vieille-Bride, grand-maître de l'Hôpital, et aux Hospitaliers, moyennant trois mille besants, la moitié des moulins des Trois Ponts.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 22 (orig.). — Texte : Delaville Le Roulx, *Arch. de l'ordre à Malte,* 176.

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti, amen. Notum sit omnibus, presentibus pariter et futuris, quod nos Johannes de Ibelino, dominus de Arsur, assensu et voluntate uxoris nostre domine Aeliz et filiorum nostrorum, damus, concedimus, et tradimus pro redemptione anime nostre parentumque nostrorum, in puram et perpetuam elemosinam, Deo et pauperibus infirmis Hospitalis Jerosolimitani, nec non fratri Petro de Veteri Brivata, ejusdem domus Hospitalis Jerosolimitani magistro, ac ceteris fratribus suis presentibus et futuris, medietatem molendinorum Trium Poncium, cum omnibus pertinenciis, juribus et rationibus spectantibus ad ipsa molendina. Quorum etiam molendinorum domus Hospitalis aliam medietatem jure et racionabiliter habebat et tenebat. Damus eciam ac concedimus predicto magistro et fratribus insulam, adjacentem ipsis molendinis, cum omni terra spectante ad insulam eandem, que posita est inter molendina predicta et Veterem Pontem per quem itur apud Arsur; que etiam durat usque ad rivulum magnum de Jorgilra, decurrentem subtus turonem, qui vocatur filie de Comar, et inde labitur usque ad Veterem Pontem supra dictum, ubi etiam meta erat dividens terram Hospitalis a terra domini de Arsur; alia vero coherencia terre ipsius insule est a predictis molendinis usque ad alium rivulum venientem de Jorgilia. Hanc itaque medietatem molendinorum, cum insula et aliis coherentiis nominatis, necnon cum omni alio jure et ratione, nobis vel heredibus nostris in premissis competente, sine revocatione vel inquietatione aliqua inde in posterum facienda, damus et concedimus, ac

1. L'original, mal lu par le copiste, devait porter : « Secundani » ou quelque forme analogue, *ni* ayant pu être pris pour *m* par le copiste.
2. Evêque de Breslau de 1232 à 1267.

scripto presentis pagine confirmamus Deo, pauperibus infirmis, ac sepedicto magistro Hospitalis Jerosolimitani, habendam, tenendam, et perpetuo possidendam, libere, pacifice et quiete, prout melius et utilius donum aliquod elemosine potest ab aliquo teneri, haberi et possideri, nichil juris vel racionis nobis vel heredibus sive successoribus nostris in predictis molendinis seu coherenciis nominatis retinentes. Promittentes insuper ab omni inquietatione et impedimento quorumlibet, qui se huic nostre donationi et concessioni opponere attemptarent, domum Hospitalis defendere et omnino expedire. Notamdum est insuper quod a memorato magistro et fratribus Hospitalis recepimus tria milia bizanciorum, quos ipsi sua nobis mera liberalitate donaverunt. Ut igitur premissa omnia robur obtineant perpetue firmitatis, presens privilegium inde fieri fecimus, sigilli nostri plumbei impressione et fidelium nostrorum testimonio communitum. Sunt igitur testes, qui huic nostre concessioni interfuerunt, de fidelibus nostris : dominus Johannes de Cauquelie[1]; dominus Johannes de Margato ; dominus Johannes de Merlo[2]; dominus Nicholaus de Barate ; dominus Johannes de Logia; dominus Hugo Joppensis; dominus Gervasius de Maugastel[3], et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo primo, mense junii.

## 2275. — Juin 1241, Cerisiers.

*André Polin, grand-prieur de France, règle les droits des vassaux de l'Hôpital à Cerisiers (amendes, tonlieu, droit de minage, glandée, etc.).*

Source : Paris, Arch. nat., S. 5250 B, n° 25 (vidimus scellé du prévôt de Paris, du 4 mai 1380). — Analyse : Mannier, *Command. du gr.-prieuré de France*, 343 ; Quantin, *Ordres relig. et milit. dans l'Yonne*, dans *Annuaire de l'Yonne*, 46e année, 100.

Universis presentes litteras inspecturis frater Andreas Polin, sancte domus Hospitalis Jherusalem prior humilis in Francia, salutem in Domino. Notum facimus quod, cum contentio verteretur inter nos, ex una parte, et homines nostros de Cerasariis, ex altera, qui non sunt homines nostri de corpore neque talliabiles, super hoc quod ipsi dicebant quod omnes emende sexaginta solidorum omnium hominum predictorum et feminarum, in dicta villa manencium, debebant venire ad quindecim solidos, et quod nullum debebant toloneum de quibuscunque venderent vel emerent in mercato ejusdem ville ad proprios usus suos; nos, de fratrum nostrorum et bonorum virorum freti consilio, voluimus et concessimus quod omnes emende sexaginta solidorum predictorum hominum et feminarum omnium, in dicta villa nostra de Cerasariis manencium, de cetero veniant ad quindecim solidos, et quod reddant pro clamore quindecim denarios de emenda, pro homine percusso sine sanguine quinque solidos. Si clamor inde factus fuerit, et percussor(e) convictus fuerit et pro deffectu sex denarios monete currentis in mercato ejusdem ville, et quod de cetero nullum persolvant toloneum de quibuscunque vendant vel emant ad proprios usus suos in dicta villa, tam in mercato quam aliis diebus. Voluimus eciam et concessimus quod singuli eorum habeant omnes mensuras

1. Ce personnage n'est connu que par une liste de 1261 des vassaux de la seigneurie d'Arsur. On trouve la famille « de Chauquelia » mentionnée dans l'histoire des comtes de Guines de la maison de Gand, par Lambert d'Ardes (Pauli, *Cod. dipl.*, I, 171 et 531).

2. Personnage inconnu, mort avant 1261, la liste des vassaux d'Arsur donnant à sa place, Raoul de Mello.

3. On ne sait si Gervais de Maugastel se rattache à la famille de Maugasteau. Il figure dans des actes de 1226 et 1236 (Strehlke, *Tab. ord. Theut.*, 48 et 66), et de 1245. A cette dernière date, il est vicomte d'Acre (Ducange, *Familles d'outre-mer*, 547 et 647).

ejusdem ville, qualescunque sint, ad peticionem suam sine minagio pro admodiacionibus et familiis suis persolvendis quam citius a servicio domus fuerint liberate bona fide, tanquam si deberent solvere minagium. Voluimus insuper et concessimus quod non persolvant de singulis contractibus nisi solum minagium, scilicet quando bladum cadet in mensura, quantum et quale videlicet usitatum et assuetum est in villa predicta; voluimus, inquam, et concessimus quod pro gagiis duelli, de quibus pacificatum fuerit, utraque pars persolvat tres solidos et dimidium, et quod panagium habeant in Faytum ad porcos suos, ita quod reddant pro singulis porcis, qui ibunt in Faytum tempore panagii, unum denarium. Et hec omnia predicta imperpetuum ipsi et homines sui possideant pacifice et quiete. Quod ut ratum et firmum permaneat in futurum, presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum apud Cerasarias, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo primo, mense junio.

## 2276. — 7 juin 1241.

« *Sentence arbitrale, rendue par Albert, patriarche d'Antioche, légat du Saint-Siège, entre frère Pierre de Vieille-Brinde, grand-maître de l'Hôpital, et frère Hermand de Périgord, grand-maître du Temple, pour le bornement des terres et casaux qu'ils avoient dans le terroir de Tripoli; par laquelle il est dit que ce qui* [*aura*] *été réglé à ce sujet par les personnes choisies de part et d'autre sera observée, du 7 des ides de juin* 1242. » (*V. plus haut, n*° 2251.)

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 261 (xviii° s.).

## 2277. — [Après juin] 1241.

« *Confirmation faite par Balian d'Ybelin, seigneur de Bérithe, de la donation que Jean* [*III*] *d'Ybelin, seigneur d'Arssur, son frère, avoit faite au grand-maître Pierre de Vieille-Brinde, de la moitié du moulin de Trois Ponts, du mois de may* 1241 [1]. » (*V. plus haut, n*° 2274.)

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 259 (xviii° s.).

## 2278. — 29 août 1241, Aix.

*Raymond-Bérenger IV, comte de Provence et de Forcalquier, donne aux Hospitaliers d'Aix, représentés par Bertrand de Barras, grand-prieur de S. Gilles, vingt mille sous, sur ses revenus de Nice et de Grasse, pour l'entretien de deux chapelains à Aix et de trois chapelains au château de Vinon.*

Sources : Arles, Arch. comm., GG, Malthe, gr.-prieuré de S. Gilles, V, n° 69 (orig. scellé); Carpentras, Bibl. publ., ms. Peiresc 48, f. 680 (copie, xvii° s.). — Analyse : Lambert, *Cat. des man. de Carpentras,* II, 294; Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, Invent. des titres de S. Jean d'Aix, f. 51 (xviii° s.).

In nomine domini nostri Jhesu Christi, anno ejusdem secundum carnem mille-

1. La date donnée par Raybaud, rédacteur de cet inventaire, est certainement erronée, car la vente (et non la donation), dont la confirmation est ici analysée, eut lieu au mois de juin 1241.

simo CC quadragesimo primo, quarto kalendas septembris, nos Raimundus Berengarius, Dei gratia comes et marchio Provincie et comes Forcalcherii, donamus Deo et beate Marie, et domui Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani de Aquis, et tibi [Ber]trando de Barre, priori S. Egidii, recipienti nomine dicte domus, pro anima patris nostri domini Ildefonsi bone memorie, quondam comitis Provincie, et in remissionem peccatorum nostrorum necnon et predecessorum nostrorum, viginti millia solidorum regalium correntium, qui volumus ut ponantur et expendantur in augmentatione terrarum et possessionum ad opus predicte domus de Aquis. Quos predictos XX millia solidorum assignamus tibi et domui predicte in solutum super albergis nostris Nicie et Grasse, ita videlicet quod predictas albergas tu, vel quicunque volueris seu mandaveris nomine dicte domus, a festo sancti Michaelis proxime venturo in annum incipias percipere et habere, et ab inde in anno tamdiu predictas albergas habeas et percipias in solutum, absque contradictione nostri et nostrorum, usque dum predicte summe plenariam perceperis solutionem. Promittentes nos predictam donationem firmam et ratam tenere, et contra in aliquem non venire, aliqua juris vel facti subtilitate. Et ut hec attendantur per nos et nostros, et firmiter observentur, nos juramus, corporaliter tactis euvangeliis sacrosanctis. Et est sciendum [quod, si que]cunque facta fuerit emptio terrarum seu possessionum dicte domui de XX millibus solidorum supradictis, licet dicta domus solutione albergarum dictarum nondum plenariam possessionem incontinenti facta emptione tenetur, dictus prior et domus predicta duos capellanos in eadem domo statuere pro predicta donatione, et tres capellanos teneantur similiter statuere pro castro de Vinono, quantum quidem castrum predicte domui volumus desamparare. Quod castrum confitemur nos donasse domui superius nominate[1]; tamen ipsum possumus retinere ad vitam nostram, si de nostra fuerit voluntate. Capellani autem predicti, ex quo fuerint statuti, teneantur, pro animabus patris nostri et predecessorum nostrorum, et pro nobis, in ecclesia domus Hospitalis de Aquis missas chotidie celebrare. Actum Aquis, in aula nova castelli domini comitis. Testes fuerunt : frater Arnulfus, commendator domus Hospitalis de Aquis; frater Raimundus, capellanus prioris predicti; frater Raimundus Petrus, commendator de Carpeagna; Gaufridus, prior de Conillo; W. Raimundus, judex domini comitis; Jachobus de Cuartes, et Arnaudus Catalanus. Et ego Raimundus, publicus notarius a d[omino] Berengario, illustri comite Provincie, institutus, qui, mandato ipsius, hanc cartam scripsi, et sigillo suo sigillavi, et hoc signum meum ap(*Seing manuel*)posui.

### 2279. — 15 octobre 1241, Barcelone.

*Guillaume d'Aquilon fait une donation à Hugues de Forcalquier, châtelain d'Amposte, à Guillaume de Jorba, commandeur de Cervera, et aux Hospitaliers de Cervera. Jacques I, roi d'Aragon, la confirme, au bas de l'acte, en y apposant sa signature.*

Source : S. Gervasio de Cassolas, Arch. du gr.-prieuré de Catalogne, 13 arm. de Barbera, sac J, n° 95 (orig,).

In Barchinona, mense et anno prefixis [idibus octobris, anno Domini M CC XL primo].

1. V. plus haut n° 2202, p. 531, la donation de Vinon à l'ordre de l'Hôpital.

## 2280. — 18 novembre 1241, Tripoli.

*Albert, patriarche d'Antioche et légat du S. Siège, promulgue un accord, intervenu sous sa médiation entre Pierre de Vieille-Bride, grand-maître de l'Hôpital, et les Hospitaliers, d'une part, et Bohémond V, prince d'Antioche et comte de Tripoli, d'autre part, relativement au château de Maraclée et au Chamel, que l'ordre cède au prince sous diverses conditions, et moyennant une rente annuelle de treize cents besants d'Acre.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 20 (orig.)[1]. — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 129. — Extraits : Taaffe, *The history of the... order of S. John of Jerusalem*, IV, app. n° LXVII.

Nos Albert, par la divine providence patriarch d'Antioche et legat de l'apostolial siege, faiçons asaver à toz ceaus qui orront et veiront cest present escrit que, cum ce fust chose que, entre le noble seignor Boemunz, par la grace de Deu prince d'Antioche et conte de Triple, de l'une part, et frere Pierre de Vieille Bride, honorable maistre de la sainte maison del Hospital de saint Johan de Jerusalem, por sey et por son covent, de l'autre, longuement eheust esté question et discorde demandée et de sa seignorie, et dou Chamel et de ses apartenances, par nos et par nostre amonestement, li devant dit princes, d'une part, et li maistres de la dite maison por soy et por son covent, d'autre, vindrent à tel covenant et à tele concorde : ce est assaver que li devantdit maistres, por sey et por son covent, quite, outreye, laisse et refuse au devantdit prince et à ses heirs pardurablement toz les dreis, et totes les raisons, et toz les privileges, que la devant dite maison ha, n'en ot ne post aveir en nul tenz, en quelque maniere qui fust, sur Mareclée et sur sa seignorie, et sur le Chamel et totes lur apartenances, et metra en garde de l'Hospital des Alemans toz les privileges, que la maison del Hospital ha dou prince B[oemunz] de bone memoyre, de Mareclée et dou Chamel et de lur apartenances ; et desores en avant en nul tenz li devant dit maistres et freres, par eaus ne par lur successors, ne par nulle autre partie por eaus, movront ne feront moveir au devant dit prince ne à ses heirs nulle question ne requeste, ne en cort d'iglize, ne en cort laye, sur Mareclée ne sur sa seignorie, ne sur totes ses apertenances, ne sur le Chamel, ne sur totes ses apartenances, ains sofferront, et vorront, et conssentiront que li devantdit princes et ses heirs teignent et posseyent come lur propre heirtage Mareclée et sa seignorie, et le Chamel et totes lur apartenances, franchement et quitement et pasiblement, sanz chalonge et sanz contredit, sauf ce que la maison de l'Ospital ou lur homes aveyent avant le contens en la terre de Mareclée et dou Chamel et en lur apartenances et dessus moties choses; le devantdit maistre ha fait au prince un privilege, seellé de son seel, le quel est en la garde del Ospital des Alemans, et y sera jusque au dreit ahage del heir de Mareclée[2]. Et por ice li devant dit princes et ses heirs chascun an pardurablement donent à la devantditte maison del Ospital mill et treis cent besanz Sarrazinas au peis d'Acre ; les queus besans la devantdite maison, par la volunté et par l'assentement dou nomé prince, aura et recevra en la chaene d'Acre, sur l'assize le prince, de treis en treis meis : ce est asaver chascuns treis meis treis cent et xxv besans ; et se iqui defailleit, ou de tot, ou de partie, le prince les assenne dou deffaut en cele meesmes

1. Cet acte était scellé de trois sceaux. Du temps de Pauli, les bulles de plomb du patriarche et du grand-maître subsistaient seules ; il les a décrites (*Cod. dipl.*, I, pl. 5, n° 55, et pl. 8, n° 7).

2. Meillour, fils d'Agnès de Maraclée et de Jean de Ravandel, dont Renaud Barlais était le tuteur.

maniere en la fonde de Triple, ou en la savonerie, ou en la tanerie, ou en la bocherie. Et si defaillet en ces lues motiz, le prince lur est tenus dou deffaut sur totes ses rentes dedenz Triple et defors meaus apparant. Et de ce le prince a fait un privilege, seellé de son seel, al Hospital de saint Johan ; et est en la garde del Hospital des Alemans, et issera jusque au dreit ahage del heir de Mareclée. Et le devantdit prince est tenuz tantost saisir le heir de Mareclée, et Renaut Barlais come baill, de toz les dreis, et de totes les raisons, et de totes les possessions enterinement et sanz amermement, en la quele et es queus le pere del heir moti, Johan de Ravandel, fu el tenz quant il fist feauté al Hospital por Mareclée. Et que por cestes chozes le prince, ne autre por lui, ne fera faire, ne sofferra que seyt fait moleste ne gregement al heir de Mareclée, ne à Renaut Barlais, nen à sa feme Agasse. Et le devantdit Renaut, hores sire de Mareclée, ha fait ligiece au prince por Mareclée et por ses dreis, jusque au dreit ahage del heir de Mareclée, selonc les covenans motiz en cest privilege ; et quant le heir de Marreclée verra en dreit ahage, ce est asaver de XV anz compliz, s'il veaut torner et estre sut la seignorie de l'Ospital, ce seit en sa volunté qu'il le puisse faire sanz moleste et sanz contredit d'aucun. Eussement, puis que le devantdit heir sera en dreit ahage, s'il veaut estre et remaneir sut la seignorie le prince, ce seit en sa volunté, et qu'il le puisse faire sanz moleste, et sanz contredit d'aucun estre en la seignorie le prince et de ses heirs ; et li nomez maistre et freres ont promis et prometent à bone fey, sur lur habit et sur lur armes, que, ne par eaus ne par autres por eaus, ne peraireront ne feront perairer que le devantdit heir de Mareclée laisse neu isse de la poeste ne de la seignorie le prince et de ses heirs. Et sel heir moti, puis qu'il sera en dreit ahage, veaut torner en la seignorie del Hospital, totes les choses devant moties seyent cassés et rien ne vaillent, ne privileges ne autres ; mais les privileges, qui sunt en garde del Hospital des Alemans, seront renduz, cil dou maistre au maistre, et cil dou prince au prince ; et tote le cause et la seignorie de Mareclée et dou Chamel seyent en cel meesmes estat où eles esteyent au jor que ces convenez furent faits ; et tot le dreit et tot le plait aussi, por la partie dou prince come por la partie del Ospital, seyent en cel meesmes estat où eles esteyent au jor que la concorde fu faite ; ce est assaver que li princes, par la propre auctorité e sanz requeste d'autrui, autrui, aura et recevra les mille et cinc cent bisanz et les quatre cent jarres de vin, et le casau Tolee, si com il teneit au jor que la concorde fu faite ; et aura et recoverra toz les bisanz, cest asaver chascun an M bisanz, les queus seront pris chascun an del assize des M et cinquecent bisanz, que le sire de Maraclée ha à Triple, et seront mis en garde del Hospital des Alemans jusque au dreit ahage del heir de Mareclée. Et la maison del Hospital par la propre autorité tornera et entrera sans requeste d'autrui en l'omage et en la saysine de Mareclée et dou Chamel, si com elle esteit au jor que la concorde fu faite ; et riens que seit contenue en ceste present composicion ne tornera à prejudice de l'une partie ne de l'autre. Et sel heir de Mareclée, puisqu'il sera en dreit ahage, remaint en la seignorie et en la ligece le prince, les bisanz, qui seront mis al Hospital des Alemans, ce est assaver chascun an M bisanz, torneront sans contredit à Renaut Barlais et à sa feme Agasse ou à lur heirs; et tos les convenans devant motis seront ferms et estables; et les privileges qui sunt en garde del Hospital des Alemans seront renduz, cil dou prince al Ospital, et cil del Hospital au prince et à les heirs pardurablement. Et devantdit maistres et frere Guillaume de Chastel, mareschal, et frere Guillelme de Fores, chastellain de Margat, et frere Arnaut de Mont Brun, chastellain dou Crac, et frere André Polin, et frere Johan de Montgrison, et frere Johan de Ronai, comandeur de la maison de Triple, por eaus et por tot le covent de la dite maison, en nostre presence et en la presence del avantdit B[oemunz], prince d'Antioch et conte de Triple, et en la presence de la cort, ont promis et prometent, sur lur habit et sur lur armes, de tenir et de garder les convenenz devantdis à bone fey, sans mal engin ; et

le princes a promis et promet en sa alme, come leaus princes et cuens, por li et por ses heirs, en nostre presence et en la presence dou nomé maistre et des freres, qui au jor esteyent presentz, qu'il tenira et gardera les convenenz devant motiz à bone fey, sanz mal engin. Et por ce que cest choze seit ferme et estable, nos Albert, patriarche d'Antioche et legat del apostoliau siege, à la requeste des susnomés prince et maistre, avons fait garnir et confermer cest present privilege de notre seel de plomb. Et li surnomés princes et maistre ont fait par nostre comandement garnir et confermer cestui meesme privilege de lur seaus de plomb. Garens de ceste chose: maistre Jofrey, elit[1] de Tabarie et chancellier d'Antioch ; Johan, fiuz dou seignor dou Botron. Et dou chapitle d'Antioche : maistre Moine, maistre Jacque, maistre Gerart. Et dou chapitle de Triple : maistre Hubert, acediaque de Triple et chanoine d'Antioche ; maistre André, chanoine d'Antioche et de Triple ; Guillelme d'Yvorie et Oste, chanoines de Triple. Des chevaliers homes liges dou prince : B[oemunz], sires de Botron ; Thomas de Ham, conestable de Triple ; Amauri Saleman ; I..... Porcelet ; Johan, mareschal de Triple ; Guillelme, visconte de Triple ; Thomas Arra ; Johan de Gibelet ; Johan de Farabel ; Henri de Camardais ; et Paschal de Gibeau, et plusors autres. Des freres dou Temple : P. de S. Romain, grant comandeor ; frere Richart de Bures, chastelleins du Chasteau Blanc ; frere Pierre de Marmont ; frere Pierre d'Aramont, le draper. Des freres del Hospital : frere Gui[llelme de] Chastel Nuef, mareschal ; frere Guillelme de Fores, chastellain de Margat ; frere Arnaut de Montbrun, chastellains dou Crac ; frere André Polin ; frere Johan de Montgrison ; frere Johan de Rona[i, comand]or de Triple ; frere André de Foges, l'avocat des assis de Triple ; Ogier et Damian, maistres chapelleins ; Bertran Galaf, et mults autres. Des Prehecheors : frere Robert, prior de Triple, et frere..... Des Menors : frere Gautier et frere Pascal. De Baumont : dans Thomas et dans Lantier, le cellerier. Des borgeis de Triple : Johan de Lambes ; Roland Vivien ; Bonacors Cismond ; Guarin de N..... ; Barteleme Rohard, et mults autres. Ce fu fait en l'an de l'incarnacion Jhesu Christi M CC XLI, el palais del evesque à Triple, el XVIII de novembres.

## 2281. — 17 décembre 1241.

*Extraits du testament de Nuño Sanchez, seigneur de Roussillon et de Cerdagne, relatifs aux Hospitaliers.*

SOURCE : Perpignan, Arch. des Pyr.-Orientales, B. 9 (vidimus notarié, du 7 août 1242).

Cum nil morte sit certius, quamvis hora ejus dubia sit et incerta, per tempora enim et momenta labendo properamus ad finem; sapientis enim et discreti est sua considerare novissima, ne, post transitum illius, culpa sua questio aliqua oriatur. Idcirco, in Dei nomine, nos, Nuno Sancii, filius quondam venerabilis comitis Sancii, egritudine detentus, timens penas inferni et cupiens pervenire ad gaudia paradisi, ideoque facio hoc meum testamentum, in meo bono sensu et in mea bona et plena memoria, in quo omnia bona mea mobilia et immobilia scripta et ordinata reperiantur..... Inprimis dimito corpus meum Deo et Hospitali Jerusalem de Bajolis, in cimiterio cujus corpus meum sepeliatur, et dimito eidem Hospitali de Bajolis equum meum, et arma, et garnimentum corporis et equi... Item, volo et mando quod decimam, quam teneo apud Caucumliberum, que est Hospitali Jerusalem, quam

1. Il s'agit de Geoffroy, évêque de Tibériade.

habebam tamen in vita mea, libere revertantur (*sic*) dicto Hospitali statim post finem meum..... Hec est mea extrema voluntas, quam semper inviolabiliter servari precipio ; quod si non valet jure testamenti, valeat saltem jure codicillorum..... Actum est hoc XVI kalendas januarii, anno Domini M CC XL primo. Sig(*Seing manuel*)num domini Nunonis Sancii predicti, qui hoc testamentum meum laudo et confirmo, testesque firmari rogo. Signa domini Bernardi, Dei gratia Elnensis episcopi predicti ; et fratris Deusde, ordinis Minorum ; et fratris Guilaberti, ejusdem ordinis ; et Lupi Eximenez de Licha ; et Guillelmi de Portella ; et R. Catella ; et fratris G. de Samuga, Hospitalis Hierusalem ; et Garssie Roboster ; et Raimundi Carles ; et magistri Egidii ; et Petri de Bula, testium rogatorum. Petrus Calvetus, scriptor publicus, mandato domini Nunonis Sancii, scripsit, et hoc sig(*Seing manuel*)num fecit.

## 2282. — [1242], Steinfurt.

*Rambert, grand-prieur d'Allemagne, approuve la donation, faite aux Hospitaliers de Steinfurt par Ludolphe de Steinfurt, d'une dîme à Albersloh, de six maisons à Wene, Clandorpe et Scherehorne, de biens et maisons achetés du seigneur de Volmunstein à Temmnic (cercle de Westerrode), à Beckum, à Vinhagen, à Druging, à Ykinc, à Wendelumdinck et à Halstdorpe.*

TEXTE : J. Niesert, *Codex dipl. Steinfordianus,* (Coesfeld, 1834, 5e vol. de *Münstersche Urkundensammlung*), 21 ; *Westfälisches Urkundenbuch,* III, 218.

Acta sunt hec in Steinvordia..... anno gratie [M CC XLII] [1].

## 2283. — 1242.

*Anne, duchesse de Silésie*[2], *fait avec les Hospitaliers de Striegau un échange de terres à Striegau.*

SOURCE : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, C. I, commmand. de Striegau, n° 8 (orig. scellé). — ANALYSE : *Cod. dipl. Silesiæ,* VII, I, n° 587. — TEXTE : *Zeitschrift des Vereins für Geschichte und Alterthum Schlesiens,* VII, 208.

In nomine Domini, amen. Noverint universi, presens scriptum inspecturi, quod nos Anna, ducissa major Zlesie, pro terra Cruciferorum de Stregom, ubi civitas Stregom Theutonico jure est locata, tantumdem eisdem nostre terre circa orreum ipsorum asignavimus. Et huic donacioni hii testes affuerunt : dominus Pantinus, canonicus Wratizlaviensis, rector dicte ducisse ; Themo, subcamerarius ejusdem domine ; Peregrinus, advocatus dicte civitatis ; Hunemirus, miles ; comes Nicholaus ; Yaltus ; Martinus ; Thomas..... Datum incarnacionis Domini anno M CC XL secundo.

1. Cette date manquait dans l'original, aujourd'hui disparu, auquel Niesert a emprunté le texte de cette confirmation ; la donation de Ludolphe de Steinfurt (*Westfälisches Urkundenbuch,* III, 217) étant de 1242, il est fort vraisemblable que l'acte de Rambert est de la même année.

2. Sœur du roi de Bohême Wenceslas I, et veuve d'Henri II, duc de Silésie.

## 2284. — 17 janvier 1242, Vienne.

*Bertrand de Barras, grand-prieur de S. Gilles, donne à Philippe de Savoie, en bénéfice viager, la maison de Bellecombe, sous diverses charges.*

Source : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, B. 11680 (orig.).

Nos frater Ber[trandus] de Barre, prior domorum Hospitalis Jerusalem in prioratu S. Egidii, notum facimus universis, presentes litteras inspecturis, quod nos, considerata utilitate Hospitalis et commodo ejusdem, de consilio fratrum nostrorum donavimus et concessimus domino Philipo de Sabaudia[1] in personali beneficio domum nostram de Bella Comba cum ejusdem apendiciis universis, ita quod domum ipsam aliis donare non valeat, et quod omnia melioramenta, que ibi faciet, accedant ad usum et proprietatem ipsius domus, cum dictus Philipus reliquerit dictam domum; fratres autem vi, quibus necessaria ministrentur, teneat in eadem domo, ita quod secundum possibilitatem dicte domus ipsis fratribus de necessariis provideatur ; et ad arbitrium domini archiepiscopi Viennensis, si esset dissensio inter nos et eundem, responsionem inde debitam, scilicet iiii libras Viennensium, solvet singulis annis capitulo Lugdunensi. Terras, possessiones, quas ibi inveniet, nec alienabit ; alienatas vero ad jus et ad proprietatem ejusdem domus revocabit. Bona Hospitalis pro posse suo tuebitur, et etiam conservabit. Nos vel preceptorem Burgundie, ad eandem domum accedentes causa visitationis, dictus Philipus vel procurator ejus honorifice recipiet et procurabit, prout consuetudo exigit Hospitalis. Nos Philipus de Sabaudia omnia supradicta recognoscimus esse vera, et promittimus nos fideliter atenturos. In quorum testimonium, tam nos prior quam Philipus predicti presentibus litteris sigilla nostra duximus aponenda, cum sigillo reverendi patris J[ohannis[2]], Dei gratia sancte Viennensis ecclesie archiepiscopi, in cujus presentia acta sunt supradicta. Nos predictus archiepiscopus presentibus litteris sigillum nostrum aposuimus ad preces parcium predictarum. Actum Vienne, anno Domini m cc xli, scilicet in festo beati Antonii.

## 2285. — 16 mars 1242.

*Hugues X de Lusignan, comte de la Marche et d'Angoulême, ratifie un accord, intervenu entre l'abbaye de la Valence et Simon, vice-prieur des Hospitaliers de France, relatif à des droits à Vivonne et à des biens à la Varnelière.*

Source : Poitiers, Arch. de la Vienne, gr.-prieuré d'Aquitaine, H[3], liasse 257 (orig. scellé).

Hugo de Lezignano, comes Marchie et Engolisme, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem et pacem. Noveritis quod nos pacta et convenciones, habitas inter... abbatem nostrum et conventum de Valencia, Cisterciensis ordinis, ex una parte, et fratrem Symonem, domus Hospitalis Jerosolimitani, vices gerentem magni prioris de Francia, ex altera, super quadam soma olei boni[1] et legitimi ad comedendum, apud Vivionam ad mensuram ejusdem ville reddenda annuatim, in festo sancte Katherine abbati et conventui supradictis confirmamus ; et est sciendum quod dicti abbas et conventus, ratione dicte some olei, quicquid ex dono nostro habebant juris

1. Fils de Thomas, comte de Savoie, et de Marguerite de Faucigny, né en 1207, devint comte de Savoie en 1268 et mourut en 1285.
2. Jean de Bournin, archevêque de 1219 à 1266.

et dominii in arbergamento de la Varneliere et omnibus pertinenciis suis, videlicet terris, terragiis, vineis, pratis et nemoribus, ex hereditate Simonis Veruo, filii Agnetis Vernole, moventibus, cum dicto Symone, qui donatus suus exstiterat, cum voluntate et assensu dicti Symonis Hospitali Jerosolimitano absque reclamacione aliqua bona fide in perpetuum quittaverunt. Nos vero dictum arbergamentum tenemur dicto Hospitali a nobis et a nostris deffendere et guarire. In cujus rei testimonium, nos, ad peticionem utriusque partis, presentibus litteris sigillum nostrum apposuimus. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo primo, die dominica qua cantatur Reminiscere.

### 2286. — 17 juin 1242, Gustrow.

*Nicolas I, comte de Werle*[1], *donne des terres aux Hospitaliers de Mirow.*

Source : Berlin, Arch. secr. d'état, ordre de S. Jean (orig.). — Texte : Buchholtz, *Brandenb. Gesch.*, IV, app. p. 70 (mal édité) ; *Jahrbücher und Jahresbericht des Vereins für Meklenb. Gesch.*, II (1837), 218 ; *Meklenburg. Urkundenbuch*, I, 520.

In nomine sancte et individue trinitatis, ego Nicolaus, dominus de Roztok, in perpetuum. Sciant tam presentes quam futuri quod nos, ad honorem Dei et beati Johannis Baptiste, fratribus Hospitalis ejusdem sancti Johannis Baptiste, in partibus transmarinis degentibus, ad ampliorem sustentationem fratrum eorundem, curie ipsorum, que in predio nostro sita est, Myrowe nomine, adjecimus, de bona voluntate liberaliter conferendo, quosdam agros adjacentes, cum omni jure et utilitate in agris, pratis, pascuis, silvis, super hec bona similiter omni nostro judicio renunciantes. Decernimus etiam hec bona esse libera ab omni exactione vectigalium, a constructione urbium et pontium, et ab omnibus hiis que dictam curiam valeant aliquatenus aggravare. Agros autem collatos sic circumscribimus disterminando : de Stytna usque in Wargalitz, deinde in Zmolnitz, deinde usque in terminos Myrowe. Ne igitur hoc racionabile factum nostrum a nobis vel a successoribus nostris in posterum valeat irritari, fratres memoratos et curiam suprafatam presenti privilegio cum appensione sigilli nostri ac testium inscriptione irrefragabiliter communimus. Testes hii sunt : Helyas, archidiaconus, canonicus de Guztrowe ; Reinerus, decanus ; Theodericus, camerarius de Doberan ; Vnizlaus ; Jarozlaus ; Heinricus Dargats, Johannes de Havelberch, castellani de Robele ; Heinricus Fulmen ; Albertus de Antiqua Villa ; Johannes de Duzcin ; Gerardus Scoke, tunc advocatus, et alii quam plures. Datum Guztrowe, per manum Conradi, scriptoris, anno gratie M CC XLII, XV kalendas julii.

### 2287. — 28 juin [1242][2], Daroca.

*Vincent d'Aragon, évêque de Saragosse, met la prieure et le monastère de Sigena en possession des églises de Montroig, qui leur étaient contestées par le commandeur d'Alcañiz, de l'ordre de Calatrava.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 131-2 (copie de Fernandez, de 1796, d'après un vidimus du 27 août 1243).

Datum Daroce, IIII kalendas julii.

1. Il était frère de Jean I, duc de Mecklembourg.
2. Le vidimus indique que l'acte de mise en possession avait été rendu depuis plus d'un an, ce qui donne la date du 28 juin 1242.

**2288.** — 25 juillet 1242.

*Othon II, comte de Tecklenbourg, donne aux Hospitaliers de Steinfurt son domaine de Severding (Sewerdinkhof).*

Source : Munster, Arch. roy. d'état, ms. Kindlinger, II, 13, 244 (copie, XVII^e s.). — Texte : Ledebur, *Allgemeines Archiv für die Gesch. des Preuss. Staates,* III, 115 ; *Westfälisches Urkundenbuch,* III, 215.

Datum anno Domini M CC XLII, ipso die Jacobi apostoli.

**2289.** — 8 août 1242, Narbonne.

*Raimond VII, duc de Narbonne, comte de Toulouse et marquis de Provence, et Amaury IV, vicomte de Narbonne, prennent sous leur protection les habitants de Narbonne, l'archevêque, le chapitre de S. Just, l'abbé et le chapitre de S. Paul, les frères Prêcheurs et Mineurs et les Hospitaliers.*

Sources : Narbonne, Arch. comm., AA. 99 (premier Thalamus), f. 34 *b* (copie, XIV^e s.); Paris, Bibl. nat., coll. Doat, vol. 50, f. 131 (copie, XVII^e s.).

Que acta jurata et laudata fuerunt in ponte Narbone..... die veneris ante festum beati Laurentii, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo.....

**2290.** — 14 novembre 1242, Lérida.

*Jacques I, roi d'Aragon, confirme les privilèges des Hospitaliers.*

Source : S. Gervasio de Cassolas, Arch. du gr.-pr. de Catalogne (sans cote).

Datum Ilerde, XVIII kalendas decembris, anno Domini M CC XL secundo.

**2291.** — 12 décembre 1242, Bordeaux.

*Henri III, roi d'Angleterre, mande au commandeur et aux Hospitaliers de Sherborne (de Salebruno), au comté de Dorset, qu'il a autorisé, en faveur de Guillaume de Lille (de Insula) et de ses héritiers, l'établissement au manoir de Buckland-Newton (Newetona) d'un marché, à tenir annuellement pendant trois jours, la veille, le jour et le lendemain de la fête de la sainte Croix*[1].

Source : Londres, Record office, Rot. pat. et chart. Vasc., 27 Hen. III, membr. 23 (copie contemp.). — Texte : Fr. Michel, *Rôles Gascons,* I (Paris, 1885), 94, n° 696.

Teste ut supra [apud Burdegalam, XII die decembris].

1. Il y a deux fêtes de la sainte Croix, l'invention (3 mai) et l'exaltation (14 septembre) ; la seconde étant plus honorée que la première chez les nations catholiques, il y a tout lieu de croire que c'est de celle-ci qu'il est ici question, et que le marché devait se tenir du 13 au 15 septembre.

## 2292. — 1243, Pisek.

*Venceslas I, roi de Bohême, confirme les donations de Strakonitz, d'Horka, de Sousedowice (Sausedowitz), de Mutěnice (Muttenitz), de Libětice (Libietitz), de Radǒsovice (Radoschowitz), de Milonovice (Millonowitz), de Ptakovice (Ptakowitz), de Lom et de Krty (Krt), faites par Bawarus, noble de Bohême, et de Lužice, faite par Dobroslava, aux Hospitaliers.*

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXI, n° 18 (orig. scellé). — Analyse : Erben-Emler, *Reg. Boh. et Mor.*, II, 1220, n° 2788.

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti, [W]enceslaus, Dei gratia Boemorum rex quartus, omnibus in perpetuum. Considerantibus nobis quod ea, que geruntur sub tempore, vetustas oblivionis confirmat, adeo ut factorum presentium non sit aput futuros recordatio, quippe cum in rebus humanis nichil constet esse durabile, placuit et visum fuit utile ut subscriptorum seriem gestorum in littera, cui nunquam vita deficit, transmittamus memorie posterorum. Cunctis igitur, tam presentibus quam futuris, fieri volumus manifestum quod, cum dilectus fidelis noster Bawarus [1], vir nobilis, divino tactus spiritu, villas quasdam subnotatas, has videlicet : ecclesiam et domum Hospitalis Ztraconiz, Horcam, Zuzedowiz, Mutiniz, Lubetiz, Radoseyowicz, Milonowiz, Ptacowitz, Lom, Chirti, cum suis apendiciis, matrona domina Dobrozlawa villam Lusiz, cum suis atinenciis, Hospitali sancti Johannis Baptiste in Jerusalem absolute de suis proprietatibus libere contulissent, ad nostram venientes presentiam devote et humiliter, nostre magnitudini suplicarunt quatenus easdem donationes Hospitalis predicti, domui procuratoribus tamen loci Ztraconiz jure perpetuo servitas, dignaremur de speciali regie magnificencie gratia confirmare. Dignum itaque arbitrati justis ipsorum et honestis postulationibus annuere, donationes predictas ratas et gratas habentes, et eas nichilominus, ut pote factas rationabiliter, approbantes, presentibus confirmamus. Ut autem hec nostra confirmatio robur habeat et perpetuam firmitatem, nomina virorum nobilium huic littere pro habundanti cautela in testimonium jussimus annotari : Vitco de Probiniz ; Zawisa, filius Vitconis ; Vito de Zepecow; Subizlaus, filius Swezt; Jarozlaus, Gallus, fratres; Neostup de Horowiz ; Zauuisa de Dobran; Conradus de Janowiz ; Fridricus cum filiis de Skin ; Zwoysa cum fratre de Boz ; Predotho cum fratribus de Blatna ; Petrus cum fratribus de Belsic ; Albertus de Mnechow ; Witmarus ; Techanus ; Johannes de Sesiz ; Saztolaus de Ztredca ; Reinhardus cum fratre de Brzchi ; Nicholaus, filius Mladothe; Alexius, capellanus regis. In cujus rei evidentiam, presentem litteram predicte domus fratribus duximus conferendam, nostri sigilli munimine roboratam. Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCXLIII, indictione prima. Data apud Pezch, per manum notarii nostri Reybotonis.

## *2293. — 1243, Parchanie [2].

*Michel Godziemba, évêque de Wladislaw, à la requête de Sambor, prince de*

1. La donation de Bawarus, faite à l'instigation de sa femme Bohuzlaba, est de 1243. Elle est conservée en original, scellée d'un sceau triangulaire, aux Archives du grand-prieuré de Bohême (A. XXI, n° 19). (V. *Append. synopt.*, n° XIX. Analyse dans Erben-Emler, II, 1220, n° 2787.)

2. Cet acte, d'après Perlbach, est faux, puisque les Hospitaliers ne reçurent Liebschau qu'en 1278 de Mestwin, duc de Poméranie (V. l'acte de donation dans Perlbach, *Pommerell. Urkb.*, n° 300, p. 256). Il avait été fabriqué, comme l'acte falsifié de Grimislaw de 1198. (V. plus haut, I, n° 1043), pour servir dans le procès que les Hospitaliers soutinrent contre l'évêque de Wladislaw au sujet des dîmes de Liebschau.

*Poméranie, renouvelle aux Hospitaliers de Liebschau (Lubesow), le privilège, mangé par les rats, que leur avait accordé son prédécesseur l'évêque Etienne*[1], *relativement aux dîmes de Liebschau de Taschau (Tessow) et de Vialla (Bale).*

Source : Königsberg, Arch. roy. d'état, tiroir 53, n° 9 (orig.), et ms. A. 18 (auj. 67), f. 50, n° 113. — Analyse : Perlbach, *Pommerellisches Urkundenbuch*, 67, n° 80. — Texte : Hasselbach, *Cod. Pomer. diplom.*, I, 674 ; Klempin, *Pommersches Urkundenbuch*, I, 324.

Datum in Parchan, anno Domini M CC XLIII.

## 2294. — 20 mars 1243, Pustoměř.

*Conrad, évêque d'Olmütz, confirme la translation de l'Hôpital du S. Esprit de Brünn avec ses biens à Brünn*[2], *Iglavia (Iglau)*[3] *et Krizanov aux Hospitaliers de S. Jean de Jérusalem, translation faite par frère Rudenger, maître de l'Hôpital du S. Esprit à Brünn.*

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, G. XXXVIII, command. de Brünn, n° 5 (orig. scellé). — Analyse : Erben, *Reg. Boh. et Morav.*, I, 511, n° 1072. — Texte : A. Boczek, *Cod. dipl. et epist. Moraviæ,* III (Olmütz, 1841), 24.

Actum in sinodo nostra in Suztemir, anno Domini M CC XLIII, XIII kalendas aprilis, pontificatus nostri anno secundo.

## 2295. — Mai 1243.

*André Polin, grand-prieur de France, reconnaît que l'Hôpital doit à l'abbaye de S. Geneviève de Paris une rente annuelle de cinq sous Parisis pour deux maisons, qu'il tient d'elle dans la rue Froidmantel, et une rente de cinquante sous pour droit de main-morte.*

Source : Paris, Arch. nat., S. 5115 B, n° 1 (vid. du prévôt de Paris, du 1 juillet 1357).

Datum anno Domini millesimo CC quadragesimo tercio, mense maio.

## 2296. — 31 mai 1243.

*Accord arbitral, intervenu entre les représentants du Temple et de l'Hôpital, relatif aux contestations des deux ordres au comté de Tripoli et à Margat, qui attribue à l'Hôpital les casaux des Fontaines, de la Mesquie et du Teres, et la gâtine d'Asor, et au Temple le casal de Betire et les gâtines de Genenn et de Reusemeine.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 24 (orig. bullé)[4]. — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 220.

Sachent tuit cil qui verront cest present escrit que je frere Guillaume de Chastel

1. Ce prélat est connu entre 1187 et 1198.
2. L'Hôpital du S. Esprit de Brünn venait d'être fondé par Roger, bourgeois de Brünn ; Robert, évêque d'Olmütz, confirma cette fondation en 1238.
3. Le droit de patronage d'Iglau, les villes de Lucz et de Radomilicz (localités disparues de Moravie) et les biens de Brünn avaient été confirmés à l'Hôpital du S. Esprit par Grégoire IX, le 17 mai 1240 (Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 10880), d'après les Archives du grand-prieuré de Bohême, G. XXXVIII, n° 42, vidimus de 1416).
4. La bulle de Guillaume de Châteauneuf subsiste, Elle a été reproduite par Pauli (*Cod. dipl.*, I, pl. 8. n° 8). V. notre *Note sur les sceaux de l'ordre de S. Jean de Jérusalem,* dans *Mém. de la Société des Antiquaires de France,* XLI (Paris, 1881), 70.

Nuef, mestre de la sainte meson de l'Ospital saint Johan, par le consel et par la volenté et par l'otroi de nostre covent, et je frere Pierre de S. Romain, comandeor en la terre de Triple, par l'otroi et par le commandement del maistre et le consel de nos freres, eslui frere Hugue Revel, chastelain del Crac, et frere Guillaume Chan, frere de l'Ospital. Et je devant dit maistre de l'Ospital eslui frere Richart de Bures, chastelain de Chastelblanc, et frere Reinaut de Claincort, chastelain de Tortouse, et lor donasmes plein poer de concorder les descorz qui sunt entre les dous mesons, c'est asavoir el conté de Triple et en la seignorie del Margat, et ce que il feroient nous auriom ferm et estable. Et se li devantdit quatre ne se puent acorder ensemble, que il esleussent le cinquiesme; et par ce je frere Huge Revel et frere Guillaume Chan, et je frere Richart, et je frere Reinaut de Claincort, parce que nous ne peumes concorder ensemble, esleumes Johan de Farabel, seignor del Pui, par la volenté del maistre devant dit et del commandeor, et alasmes tuit v sor le contenz, qui estoit del Crac et de Chastel Blanc, ce est à savoir en la pertenence del chastel del Sarc et del chastel de la Colée. Dont nous v en un acort nous concordames que le chasel de Fonteines et le chasel de la Mesquie, et le chasel qui s'apele le Teres, et la gastine de Asor doit remenoir à l'Ospital; et la gastine de Genenn, et le chasel de Betire, et la gastine de Reusemeine doit remenoir au Temple, jusque au devises qui sunt coneues entre ces lius motiz, ce est à savoir del ruissel Forchie, dont les deus parties conmencerent à monter, montant jusque au toron del Lucan, alant à un autre toron, descendant à la moitie de la cave de Asor jusque au fom de la cave au ruissel qui s'en vait contreval la cave. Et par ce que ceste devant dite concorde soit ferme et estable, je Richart de Bures, chastellain de Chastelblanc, par le consel et par la volenté et par l'otroi de frere Reinaut de Cleincort, chastelain de Tortouse, mon compeignon en cest fet, ai fet cest present escrit confermer et seeler de mon seel de cire. Ce fu fet en l'an de l'incarnacion nostre seignor M et CC et XLIII anz, à l'issue del mais de mai.

## 2297. — 20 juillet 1243, Bordeaux.

*Henri III, roi d'Angleterre, ordonne à Gautier de Gray, archevêque d'York, à Gautier Mauclerc, évêque de Carlisle, et à Guillaume II de Cantelupe de faire rendre justice à Jean, aumônier du roi, custode de l'hôpital d'Ospring*[1], *que le grand-prieur d'Angleterre avait expulsé d'une terre que ledit Jean avait affermée, parce que celle-ci relevait du fief du grand-prieur.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus. Vasc., 27 Hen. III, pars I, membr. 6 dorso (copie contemp.). — Texte : Fr. Michel, *Rôles Gascons,* I, 218, n° 1632.

Rex Eboracensi archiepiscopo, Karliolensi episcopo, et W[uillelmo] de Cantilupo, salutem. Nunciante nobis dilecto nobis fratre J[ohanne], elemosinario nostro, custode hospitalis de Ospryng., ad nos pervenit quod, cum quandam terram cepisset ad firmam de Henrico de Cornhull ad opus dicti hospitalis, prior Hospitalis sancti Johannis Jerusalem in Anglia, de cujus feodo terra illa est, ut dicitur, fratres dicti Hospitalis nostri de terra illa ejecit, in eo non solum dicto custodi et fratribus, set et nobis, qui ejusdem hospitalis patroni sumus, gravis existens et injuriosus. Et ideo vobis mandamus quod, inquisita rei veritate, omnem quam poteritis diligenciam, secundum legem et consuetudinem regni nostri, dicto custodi inde justiciam exhiberi faciatis. Teste me ipso apud Burdegalam, xx die julii.

1. Cet hôpital, situé dans le comté de Kent, près de Faversham, avait été fondé en 1235 par Henri III.

## 2298. — Août 1243.

*Jean, fils de Guillaume de Giblet, accorde à Guillaume de Châteauneuf, grand-maître de l'Hôpital, et aux Hospitaliers le droit de mouture à son moulin de Tripoli.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 23 (orig.). — Texte : Delaville Le Roulx, *Arch. de l'ordre à Malte*, 178.

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti, amen. Ge Johan de Gibeleth[1], fiz de Guillaume de Gibeleth, de bone memoire, faz asaveir à toz ceaus qui sunt present et qui sunt avenir que, d'un contens et une discorde, qui esteit de la sainte maison de l'Ospital de saint Johan de Jerusalem et de mei, — lesquels contens et laquele discorde esteit de la moture, que le devant dit Hospital requereit par le don qu'il aveit eu en almohne de mes ancessors en mon molin, li queus est apelé le molin de la Mer, — je me sui concordé par ma bone volenté o l'onorable maistre de la dessus motie maison de l'Ospital de saint Johan, frere Guillaume de Chasteaunuef, et o la devant nomée maison de l'Ospital, en tele maniere que je otrei et conferm en bone fei à la devant dite maison de l'Ospital que sur maison de Triple pardurablement à toz jors en mon devant dit molin de la Mer, por les freres et por les malades et por la mahnée, puissent modre chascune semaine cent marcibans de forment, o la mezure del port de Triple, franchement, sans payer moture ne nule dreiture. E par ensi que, se il avenoit que les freres de la devant dite maison de l'Ospital à Triple fausissent, que il n'en peusseent en aucune semaine modre les cent marcibans dessus nomez par la defaute des mouers, se comme en defaudreit des cent marcibans seit molu en l'autre semaine apres. E si la moture des devant diz cent marcibans de forment deffailliet par la defaute des freres ou des homes de la nomée maison de l'Ospital, ou parce que ledit molin del tot cessast de modre, la devant dite maison de l'Ospital ne deit ne peusse riens recovrer ne demander au tens qui vendra apres. Et si comand et otrei que, quant les cent marcibans de forment de la dite maison seront porté al molin dessus moti, que, en la premiere pierre qu'il treuveront vuede, seens molus, c'est asavere en chascune semaine endreit sei. Et por cestui otrei et cest confermement dessus moti, le devant dit maistre de lassus nomée maison de l'Ospital de saint Johan de Jherusalem, por lui et por la dite maison, et por les freres et por lur successors, a quité et claime quite mei et mes heirs de totes les requestes et de totes les demandes, que lassus dite maison de l'Ospital me requereit ne requerre me puet, por don ne por privilege qu'il ayent eu de mes ancessors sur le devant dit molin ; et en cele meehmes maniere m'a promis et otrée le dessus dit maistre de l'Ospital, por lui et por ses freres, et por la nomée maison et por lur successors, que, si nus privilege poet estre trové ne eu en la devant dite maison de l'Ospital, que il n'en deent greger à mei ne à mez heirs, et que il à mei ou à mes heirs le deivent rendre por dessirer. E por ce que cest otrei et cest confermement dessus moti, et totes les choses devant devizées, seent fermes et estables pardurablement, je ai fait faire ce present previlege, et l'ai garni et confermé de mon seel de plumb. De ce sunt garenz : Hue de Gibeleth ; Johan de Farabel, sire dou Pui ; Hue de Balaiz ; Johan Dedde. Ce fut fait en l'an de l'incarnacion nostre seignor Jhesu Crist M CC XLIII, el meis d'aoust.

*Au dos* (XIV^e^ s.) : L'otrez de Johan de Gibelet por la moture de C marcibans de froment chascune semaine en son molin, anno Domini M CC XLIII.

1. On ne trouve aucune trace de ce personnage parmi les seigneurs de Giblet.

**2299.** — 5 août 1243, Latran[1].

*Le pape Innocent IV autorise les Hospitaliers à posséder librement les biens meubles et immeubles qui auraient été dévolus à leurs confrères, si ceux-ci étaient restés dans le monde.*

Source : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, cartul. 393 G, f. 94 *b* (copie, xv$^e$ s.).

Innocentius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis sancti Johannis Iherosolimitani, salutem, etc. Devotionis vestre precibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus ut possessiones, terras, hereditates et alia quecunque bona, mobilia et immobilia, que personas fratrum vestrorum, qui de seculo fugientes in domo vestra professionem fecerint, contingissent in seculo permanendo, petere, extorquere, percipere et retinere libere et licite valeatis, statutis, plebicitis, consuetudinibus, privilegiis, indultis quoruncunque et aliis contrariis non obstantibus quibuscunque. Dat. Laterani, nonis augusti, pontificatus nostri anno I.

**2300.** — 5 août 1243, Anagni.

*Le même exhorte les fidèles, les prélats et les chapitres d'outremer, les chefs des Templiers, des Hospitaliers et des Teutoniques à se cotiser pour réparer les murs de Jérusalem, au moment où la discorde règne entre les Soudans.* — « *In succursum Terre Sancte* ».

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 21, f. 8 *b* (copie contemp.). — Analyse : Elie Berger, *Registres d'Innocent IV*, I (Paris, 1884), 14, n° 53 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 11108. — Texte : Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. XIII*, II, 6, n° 6 ; Raynaldi, *Ann. eccl.*, XXI, 300.

Dat. Anagnie, nonis augusti, [pontificatus nostri] anno I.

**2301.** — 31 août 1243, Melfi.

*L'empereur Frédéric II donne aux Hospitaliers la garde du château d'Ascalon, et s'engage à leur rembourser les dépenses qu'ils feront pour le mettre en état de défense.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 3, n° 78 (confirmation par Conrad IV, du 30 novembre 1243, auj. perdue). — Analyse : Boehmer (éd. Ficker), *Regesta imperii*, V, 592, n° 3382 (à la date erronée du 30 août 1243). — Texte : Huillard-Bréholles, *Hist. dipl. Frid. II*, VI, 116 ; Pauli, *Cod. dipl.*, I, 118.

Fridericus, Dei gracia Romanorum imperator semper augustus, Iherusalem et Sicilie rex. Notum facimus universis quod, accedens ad presentiam nostram frater Goffridus Balianus pro parte venerabilis magistri et fratrum Hospitalis sancti Johannis Hierosolimitani, nostrorum fidelium, nostre celsitudini supplicavit ut castrum Ascalone cum pertinentiis suis eorum cure et custodie committere digna-

1. Cette bulle ne nous étant parvenue qu'en copie, on ne peut affirmer qu'elle émane du pape Innocent IV ; l'itinéraire d'Innocent III permet aussi bien de l'attribuer à ce dernier pontife à la date du 5 août 1198, mais il y a tout lieu d'admettre qu'elle doit appartenir au pontificat d'Innocent IV.

remur, et utiles et necessarias expensas, quas faciunt pro custodia castri ejusdem, restitui mandaremus eisdem. Nos autem, de fide et devocione ipsorum, qui grata nobis obsequia exhibere procurant in partibus transmarinis, gerentes fiduciam specialem, ipsorum supplicationibus favorabiliter inclinati, Thome de Aquino, regis Iherosolimitani balio et sacri imperii in partibus transmarinis legato, dilecto fideli nostro, damus nostris literis et mandatis ut, statuto pro eis in castro predicto aliquo viro idoneo et fideli vel duobus, ad hoc statutis, si videbitur expedire, de quorum fide et industria merito plene confidat, qui sciant et videant expensas utiles et necessarias, quas per eosdem magistrum et fratres fieri continget pro custodia dicti castri, et qui diligenter inquirant et sciant proventus omnes, ad curiam nostram spectantes in castro predicto, ut compensetur proventuum ipsorum quantitas cum expensis, idem comes pro parte culminis nostri curam et custodiam dicti castri Ascalone cum pertinentiis suis magistro et fratribus supradictis, fidelibus nostris, committat usque ad nostre beneplacitum majestatis. Ita videlicet quod, ad requisitionem nostram seu dilecti filii nostri Conradi, Romanorum in regem electi semper augusti, et regni Iherosolimitani heredis, seu heredum ac specialium nuntiorum nostrorum, predictum castrum, necessariis et utilibus a nobis vel heredibus nostris eisdem restitutis expensis, sine dilatione qualibet debeant resignare. Verum si, quod absit, majorum impetu virium vel longe obsidionis instantia, Hospitalariis locum munientibus et custodientibus dictum castrum, ipsum amitti contingeret, ita quod in eis dolus, culpa aliqua vel negligentia notari non possent, nihilominus predictas expensas utiles et necessarias eis restituere teneamur. Ad cujus rei memoriam et stabilem firmitatem, presentes licteras fieri, et sigillo majestatis nostre jussimus communiri. Datum Melfie, ultimo augusti, prime indictionis.

## 2302. — Septembre 1243, Prague.

*Venceslas I, roi de Bohême, cède aux Hospitaliers de S. Jean et de S. Antoine de Brünn le droit qu'il percevait sur les vignobles des environs de Brünn.*

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, G. XXXVIII, command. de Brünn, n° 20 (orig.).

In nomine Domini, amen. Nos Wencezlaus, Dei gracia Boemorum rex quartus. Cum in humanis actibus plurimorum gesta virorum illustrium scriptorum inops delevit oblivio, ne simul et ea, que per nos et nostris geruntur temporibus, simili depereant racione, salubri providimus consilio ut gestorum seriem subscriptorum transmittamus inscripto memorie posterorum. Cunctis igitur, tam presentibus quam futuris, tenore presencium fieri volumus manifestum quod nos Hospitalis beati Johannis Baptiste sanctique Antonii confessoris fratribus universa jura, que in montibus sive vineis juxta Brunnam a nostris progenitoribus possedimus ab antiquo, vel quacunque racione possidere legitime videbamur, de vinea videlicet qualibet urnam vini et triginta denarios, liberaliter contulimus et absolute, volentes ut ipsi fratres easdem possessiones absque ullo inpedimento et quolibet obstaculo perpetuo possidere debeant pacifice et quiete, de nostre celsitudinis gracia speciali. Sane presenti decrevimus statuendum edicto ne quis predictos fratres, vel eorum domus, in premissis nostre donacionis redditibus impedire, molestare, vel perturbare presumat, sed perpetua ipsos in eisdem et firma permittat libertate gaudere. Ut autem hec ipsa nostra donacio majestatis rata semper et stabilis perseveret, nec eandem quisquam heredum aut successorum nostrorum debeat irritare, aut in predictorum fratrum aut ipsorum domuum prejudicium vel gravamen eandem valeat

inposterum immutare, presentem paginam, nostri sigilli munimine roboratam et perpetuo valituram, predictis fratribus et eorum domibus cum testimonio subscriptorum duximus conferendam. Testes : dominus Cunradus, episcopus Olomucensis ; Wytigo, filius Zawisch ; Henricus de Tvtleibe ; et Milo, filius Henrici de Sytavia ; Henricus, purchravius de Donin ; Jaros de Waldenberch, et alii multi. Acta sunt hec Prage, anno dominice incarnacionis M CC XLIII, mense septembris, prima indiccione. Data loco prescripto, anno, mense et indiccione prescriptis, per manum curie nostre notarii Reymbotonis.

## 2303. — Septembre 1243.

*Jean, comte de Réthel*[1], *ratifie la donation d'un muid de blé, à prendre annuellement à Amagne, faite aux Hospitaliers de Ramez par feu Renardin de Dampierre en Astenois, neveu du comte de Réthel.*

Source : Paris, Arch. nat., S. 5038, n° 24 (vid. de l'official de Reims, du 10 octobre 1282).

Johannes, Regitestensis comes, universis presentes litteras inspecturis, in Domino salutem. Noverint universi quod karissimus nepos meus Renardinus de Dompetra defunctus[2] legavit ecclesie beate Marie de Romes, que domus est Hospitalis Jherusolomitani, unum modium bladi moitaingii ; quod legatum Johannes, suus frater, meus nepos[3], similiter coram me laudavit, et modis omnibus approbavit dictum bladum annuatim in festo beati Remigii in capite octobris apud Amaignum percipiendum, dictam ecclesiam de Remeiz assignans. Quam assignationem ego tanquam dominus feodi laudavi, volui et approbavi. In cujus rei testimonium, presentes litteras munimine sigilli mei feci roborari. Actum anno Domini M CC quadragisimo tercio, mense septembris.

## 2304. — 13 octobre 1243, Anagni.

*Le pape Innocent IV renouvelle la bulle de Lucius III, du* 6 *décembre* 1184 *:* « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 702.)

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 17, n° 99 (orig.).

Dat. Anagnie, III idus octobris, pontificatus nostri anno I.

## 2305. — 2 novembre 1243, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 9 *mars* 1198*:* « *Dilecti filii fratres* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1013.)

Sources : Paris, Arch. nat., L. 244, n° 3 (orig.) ; Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds

1. Il était comte de Rethel dès juin 1243, bien que l'*Art de vérifier les dates* ne lui donne ce titre qu'à partir de 1244.
2. Félicité de Réthel, mère de Renardin, était sœur de Jean de Réthel et fille d'Hugues II de Réthel.
3. Jean, seigneur d'Epeuse, était frère de Renardin de Dampierre ; il est appelé à tort Jean de Réthel dans une charte du cartulaire de Réthel.

de Malte, bulles (collectanea) nos 231 (vidimus de l'official de Sarlat, de 1470) et n° 233 (vidimus de l'official de Toulouse, du 29 janvier 1404).

Dat. Laterani, IV nonas novembris, pontificatus nostri anno I.

**2306.** — 4 novembre 1243, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Grégoire IX, du 21 août 1227 : « Quieti vestre providere ». (V. plus haut, n° 1881.)*

Sources : Lyon, Arch. du Rhône, H. 22, f. 119 (copie d'A. de Naberat, XVIIe s.) ; Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 22, n° 149 (vidimus du 17 juillet 1290); Paris, Arch. nat., L. 244, nos 5 et 5 *bis* (originaux, dont un bullé) ; Bibl. nat., lat. 9001, f. 90 *b* (copie d'A. de Naberat, XVIIe s.).

Dat. Laterani, II nonas novembris, pontificatus nostri anno I.

**2307.** — 4 novembre 1243, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du 26 août 1180 : « Si discrimina que ». (V. plus haut, I, n° 590.)*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 17, n° 100 (orig., mauvais état).

Dat. Laterani, II nonas novembris, pontificatus nostri anno I.

**2308.** — 30 novembre 1243, Nuremberg.

*Conrad IV, roi des Romains, confirme l'acte de l'empereur Frédéric II, du 31 août 1243, par lequel celui-ci avait confié aux Hospitaliers la garde du château d'Ascalon. (V. plus haut, n° 2301.)*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 3, n° 78 (orig. auj. perdu). — Analyse : Boehmer (éd. Ficker), *Reg. imperii*, V, 815, n° 4481. — Texte : Huillard-Bréholles, *Hist. dipl. Frid. II*, VI, 848 ; Pauli, *Cod. dipl.*, I, 118.

Conradus, divi augusti imperatoris Friderici filius, Dei gratia Romanorum in regem electus semper augustus, et heres regni Iherusalem. Tenore presencium notum facimus universis quod nuper presentatas nobis pro parte venerabilis magistri et fratrum Hospitalis sancti Johannis Iherosolimitani, nostrorum fidelium, patentes literas ejusdem domini et genitoris nostri, ipsius majestatis cereo sigillo munitas, vidimus et intelleximus, continencie talis : « Fridericus, Dei gracia Romanorum imperator, etc. (V. le texte plus haut, n° 2301) ». Unde, cum ex parte dictorum magistri et fratrum Hospitalis sancti Johannis Iherosolimitani, nostrorum fidelium, fuerit nostro culmini supplicatum ut commissam eis curam et custodiam dicti castri Ascalone cum pertinentiis suis, ut dictum est, et que proinde in predictis literis imperialibus apertius continentur, rata habere et confirmare eis, de nostra certa scientia, dignaremur, nos, cum de constantia fidei et devotionis eorum plenarie confidamus, supplicationibus pro parte ipsorum nobis porrectis favorabiliter annuentes, custodiam et curam predicti castri Ascalone cum pertinentiis suis, ipsis magistro et fratribus sancti Hospitalis commissam, et alia omnia, que proinde fieri de predicti domini et patris nostri providentia et beneplacito processerunt, sicut ea omnia in predictis literis suis per seriem continentur, rata et firma habemus, et

eisdem magistro et fratribus ex certa nostra scientia confirmamus. Ad cujus rei memoriam et stabilem firmitatem, presentes literas fieri, et nostre majestatis sigillo jussimus communiri. Datum aput Nuorimberch, ultimo novembris, II indictionis.

### 2309. — 1 décembre 1243, Latran.

*Le pape Innocent IV renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 19 *juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Paci et quieti* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 429.)

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 30, n° XVII (orig.).

Dat. Laterani, kalendis decembris, pontificatus nostri anno I.

### 2310. — 1244.

*Cunégonde, reine de Bohême*[1], *ayant vendu le domaine de Tinec, dépendant de la chapelle de S. Didier à Lisa, assigne en échange aux Hospitaliers de Prague un revenu égal sur les biens de la couronne de Vrutice (Wrutitz).*

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, F. XLVI, command. de Prague, n° 2 *a* (copie ancienne). — Analyse : Erben-Emler, *Reg. Boh. et Morav.*, II, 1220, n° 2789.

In nomine Domini, amen. Quando labilis est memoria hominum, ne ea igitur que fiunt in tempore simul labantur cum tempore, solet scriptis et testibus communiri. Notum sit omnibus, quam presentibus tam futuris, quod nos Kunegundis, Dei gracia regina Boemie, attendentes comodum et honorem domus sancte Marie ad pedem Pontis Prage, curiam cum agris attinentibus in Tinec, pertinentem ad capellam nostram in Liza S. Desiderii, vendidimus pro quadraginta minus marcis, in perpetuum pacifice possidendam, et pro eadem vendicione in villa Nawrvici de bonis regni equipollens concambium fecimus assignari. Et ut vendicio nostra domui predicte sancte Marie, et commutacio capelle nostre S. Desiderii de Liza robur habeat perpetuo valiturum, presens scriptum pro majori cautela fecimus exhiberi, nostri sigilli munimine roboratum. Hiis testibus annotatis : Gothardo, subcamerario nostro, qui et circuivit ; domino Sviborio, judice terre ; Mztidruhone ; Heynrico et fratre suo Svaztolao ; Gallo, cum fratre suo Beneso ; Slavuico ; Wolkmaro ; Lambino ; Cressone ; domino Eppone, preposito Pragensi ; Vito, decano Pragensi ; Engelberto, decano Wissegradensi, et aliis multis. Anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, indictione quinta decima[2]. Datum per manum domini Fridrici, scolastici Wissegradensis, ac dilecti notarii nostri.

### 2311. — 1244, Breslau.

*Boleslas, duc de Silésie et de Pologne, reconnaît que le comte Michel a donné aux Hospitaliers (fratres Cruciferi) de Gross-Tinz les biens qu'il avait achetés à ses neveux, fils de Lucas, en échange de la ville de Grötsch (Grodische).*

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, C. VII, command. de Gross-Tinz, n° 4 (orig. scellé). — Analyse : *Cod. dipl. Silesiæ,* VII, I, n° 613.

Datum in Wratislavia, anno Domini M CC XL quarto, presentibus dominis comite

1. Femme de Venceslas I, fille de Philippe, roi des Romains.

2. L'indiction est fautive.

Boguslao, castellano de Nimichi; comite Ratslao, castellano de Wratislavia; comite Mroscone, castellano de Bethen; comite Lessocha, castellano de Legenic; comite Albrehto, venatore Slesie; comite Sbilutho, castellano de Sandues, et aliis quam pluribus.

### 2312. — 1244, Landshut.

*Othon II, comte palatin du Rhin et duc de Bavière, donne, conjointement avec sa femme Agnès et son fils Louis, aux Hospitaliers de Haimbach les cens qu'il levait à Königsbach.*

Source : Munich, Arch. roy. de Bavière, ordre de Malte, A. (Haimbach), liasse 92 (orig., mauvais état).

In nomine sancte et individue trinitatis, Otto, Dei gracia comes palatinus Rheni, dux Bavuarie, omnibus presens scriptum intuentibus, feliciter, amen. In noticiam cunctorum transfundimus presencium et futurorum quod nos, una cum dilecta uxore nostra Agnes palatina et filio nostro Lodwico, dilectis fratribus ac domui Hospitalis sancti Johannis jus censuale, tam in denariis quam in vino, quod annuatim ad nostros usus debuit provenire de villa, que Khungespach nuncupatur, libere donavimus et contulimus, pro nostris peccaminibus, beato Johanne suffragante misericorditer, diluendis. Condicionem et tale pactum per promissum dictorum fratrum adjecimus quod ammodo dicti fratres in proventibus nostris et jurisdictionibus n[ulla]m viam querere debent aliqua nobis et nostris attinencia emendi. Ut hec nullius succe[dente ca]lumpnia concucian[tur], sigillorum nostrorum vigore presens scriptum d[ecrevimus commun]iri. Facta sunt in kastro nostro Lanshut, Arbone, notario nostro..... [b]ense. Data anno Domini M CC XLIII, indictione ......

### 2313. — 1244.

*Eudes (Udo), commandeur de Werben (commendator in Werben Hospitalis Theutonice domus sancti Johannis), cède à Eberhard Brake les biens, que Bertrand et Arnold de Wischel tenaient en fief de l'Hôpital à Pogatz (Pogaetz) et à Danik (Dasnik).*

Analyse : P. G. Hempel, *Invent. dipl. historiæ Saxoniæ inferioris,* I, col. 243. — Texte : Lünig, *Spicil. eccles.* I, *contin.* I (*Reichs-Archiv,* XVI c), 86, n° 5; Riedel, *Cod. dipl. Brandeburg.,* I, VI, 14.

Datum anno millesimo ducentesimo quadragesimo quarto.

### 2314. — 5 février 1244, Latran.

*Le pape Innocent IV renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 23 *janvier* 1168, 1169 *ou* 1170 : « *Cum dilectis filiis* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 392.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 208 (copie de S. Pauli, XVIII^e s.); Malte, Arch. de l'ordre, bull. E, f. 243 (aujourd'hui perdu).

Dat. Laterani, nonis februarii, pontificatus nostri anno I.

## 2315. — 27 février 1244.

*Amanieu V, sire d'Albret, donne aux Hospitaliers une maison noble à Nérac.*

Source : Toulouse, Arch. de la H.-Gar., Hr. ordre de Malte, lay. Argenteins, liasse 2 *bis*, n° 30 (encarté dans une transaction de 1453). — Texte : Du Bourg, *Hist. du gr.-prieuré de Toulouse,* p. just., n° LXIX.

Notum sit omnibus hominibus, hanc cartam legentibus vel audientibus, presentibus et futuris, qu'el senhor n'Amaneos de Lebret, per amor de Deu et de sa ma, e de la anima de totz sos parents, per si e per toz sos successors, donec e autrejec, per almonia durable, a Deu e a sancta Maria, e a servizi dels senhors malautes de la maio del Hospital de San Johan de Jherusalem, e a frai Jordan de San Andreo, comandador de les maios del avandig Hospital que son en Agenes e en Caerci e en Lomanha, et a totz los autres fraires del predig Hospital, presens e endevenedors, per aras e per totz temps en durabletat e sens tot revocament, que li fraire del Hospital, quels que aras son ne ne per avant i seran, aio maio franca dins la vila de Nerac, e que lor a donat lezer e planer poder que pusco conquerir, per comprar o per don, o en autra maniera, e aquela que conqueran, que aio e tengo bonament en patz, e senes tot contrast e deliora, e senes tot embargament, salves los dreiz del senhor, de cui hom la devrio tenir. So es a saber que li fraire del sobrescriot Hospital ne paguesso los servicis, del aquei de cui hom la tenria, aisi cum li autre prohome de Neirac paguo los servicis, ad aquels de cui teno lors fieus. De rescaub, lo senher n'Amaneos de Lebret pres en garda e em amparansa de si e de tots sos amixs la maio del Hospital avandig, e totz los homes e las femnas del Hospital, e totas las cauzas dedins e de foras ; e dec lor que luhus hom de sa terra no n'a lezer de penhorar las cauzas del Hospital, si li fraire del Hospital volo fermar qu'el fazo dreit la on deio. Hoc fuit ita factum et concessum II die exitus mensis febroarii, anno M CC XLIII ab incarnatione Christi. Hujus rei sunt testes : Fort de Padern ; en B. de Malhina ; en B. de Nazare... E per maior fermetat, lo senhor n'Amaneos de Lebret fec aquestas lettras sagelar ab so sagel.

## 2316. — Mars 1244.

*Rodrigo Gil, prieur de l'Hôpital en Portugal, donne une charte de commune aux habitants de Proenca a Nova.*

Source : Lisbonne, Arch. roy. de Portugal, lay. 14, liasse 3, n° 26 (orig.). — Texte : *Portugaliæ monum. historica* (leges et consuetudines), I, 630. — Extraits : J. A. de Figueiredo, *Nova Malta Portugueza,* I, 542.

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti, amen. Hec est karta fori et firmissimi facti, quam ego dommus Rodericus Egidii, prior Hospitalis in Portugalia, una cum fratribus nostris, facio vobis hominibus de Proemcia Nova, presentibus et futuris, de illa terra de Proemcia Nova. Damus vobis ipsam terram ad possidendum et habendum, tali pacto quod nos habeamus quartam partem de tota terra ipsa, tam de mala quam de bona, et vos habeatis tres partes, et domus Hospitalis habeat semper omnes ecclesias de ipsa terra integras et liberas, cum suis decimis et premiciis, et morturiis, et cum omnibus suis pertinenciis ; in omnibus

aliis causis et rebus habeatis totum forum de Oleiros. Mandamus siquidem ut duas partes de cabalariis vadant in fossado Hospitalis, et tercia pars remaneat in villa cum pedonibus ; et una vice faciant fossadum in anno. Et qui non fuerit in fossadum, pectet pro foro v solidos pro fossadeira. Et pro homicidio, c solidos palatio. Et pro casa derota cum armis, scutos et spados, pectet ccc solidos, vii^a palacio. Et qui furtaret, pectet pro uno novem, et habeat intentor duos quiniones, et vii^a parte palacio. Et qui mulier aforciar, et illa clamando dixerit quod ab illo est aforciada, et ille negaret, det illa in outorgamento tres homines tales qualis ille fuerit, et ille juret cum xii quod non fecit. Et si mulier non habuerit autorgamento, juret ipse solus : et si non potuerit jurare, pectet ad illam ccc solidos, et vii^a palatio. Et testimonia mentirosa, et fidele mentiroso, pectet lx solidos ; medietas detur palatio, et medietas concilio, et de medietate concilii vii^a detur palatio. Et homo qui fuerit gentilis, aut erdator, non sit majordomus. Et qui in villa pignus invenerit aut fidejussorem, et ad montem fuerit pignorare, duplet pignora, et pectet lx solidos, et vii^a palatio. Et qui non fuerit ad signum judicis, et pignus de manu sagionis acceperit, pectet judici i solidum. Et qui non fuerit ad apelidum, milites aut pedones, exceptis his qui non sunt in alieno servicio, miles pectet x solidos vicinis, pedo vero v solidos. Et qui habuerit aldeyam, et unum jugum bouum, et xxxx oves, et unum asinum, et ii lectos, emat caballum. Et qui fregerit signum cum sua muliere, pectet judici i solidum. Et mulier de benedictionibus, que maritum suum reliquerit, pectet ccc solidos, et vii^a palatio. Et qui dimiserit uxorem suam, pectet unum denarium judici. Et qui caballum alienum equitaverit pro uno die, pectet unum arietem ; et si magis, pectet pro uno die vi denarios, et pro una nocte i solidum. Et qui vulneraverit cum lancea, aut cum gladio pola entrada, pectet x solidos ; et si transierit ad aliam partem, pectet vulnerato xx solidos. Et qui fregerit occulum, aut branchium, aut dentem, pro unoquoque menbro pectet vulnerato c solidos, et ille det vii^a palacio. Qui mulierem alienam ante maritum suum percusserit, pectet xxx solidos, vii^a palacio. Qui marcum alienum in sua hereditate mutaverit, pectet v solidos, vii^a palatio. Qui limidem alienum fregerit, pectet v solidos, vii^a palacio. Qui conductarium alienum mataverit, pectet homicidium suo amo, et det vii^a palacio ; similiter de suo ortolano et de quarteiro, et de suo molneiro et de suo solarengo. Qui habuerit vasallos in suo solar aut in sua hereditate, ubicumque in toto regno Portugalis hereditates habuerint, non pectent nec serviant ad alterum hominem de tota sua facienda, nisi dominis hereditatum. Moratores de Proemcia per totum regnum Portugalis non pectent nullam calumpniam, nisi per forum de Oleiros. Tendos et molinos et fornos de hominibus de Proemcia sint liberi de foro. Milites de Proemcia sint in judicio pro pudestades et infanzones de Portugal ; clerici vero habeant forum militum ; pedones sint in judicio pro caballariis vilanis de altera terra. Qui venerit vozeiro suo vicino pro homine foris ville, pectet x solidos, vii^a palacio. Ganatum de Proemcia non sit montadu in nulla terra. Et miles qui perdiderit suum caballum, quamvis habeat alium, sit excusatus per unum annum. Mancipium, qui mactaverit hominem fores ville et fugerit, suus amus pro eo non pectet homicidium. Pro totis querelis de palacio judex sit voceiro. Qui in villa pignoraverit cum sagione, et sacudirent ei pignus, concedat sagion, et prendat concilium de tribus collationibus, et pignoret pro lx solidos, medios concilio et medios rancuroso. Homines de Proemcia non sint em prestano dados. Et si homines de Proemcia habuerint judicium cum hominibus alie terre, non currat inter illos firma, sed currat per inquisa, aut reto. Et homines qui voluerint pausare cum suo ganato in terminis de Proemcia, accipiant de illis montadigo, scilicet a grege ovium iiii carnarios ; et de busto de vaccis, unam vacam ; iste montadigo est de concilio. Et omnes milites, qui fuerint in fossado vel in gardia, omnes caballos, qui se perdiderint in alguara vel in lite, primum erectetis eos sine quinta, et postea detur nobis quinta directa. Et omnis homo de Proemcia, qui inve-

nerit aliquem hominem alie ville in suis terminis tollando aut levando madeira de montibus, prendat totum quod ei invenerit sine calumpnia. De azarias et de gardiis quintam partem nobis date sine ulla affectione (*sic*). Quicunque ganatum domesticum pignorare vel rapere fecerit, pectet palacio LX solidos, et duplet ganatum suo domino. Testamus vero et perhenniter firmamus ut quicumque pignoraverit mercatores vel viatores, Christianos, Judeos sive Mauros, nisi fuerit fidejussor vel debitor, quicumque hoc fecerit pectet palatio LX solidos, et dupplet ganatum medietatem, et concilium medietatem. Si quis ad vestram villam per vim venerit cibos aut aliquam rem accipere, et ibi mortuus vel percussus fuerit, non pectet pro eo aliquam calumpniam, nec suorum parentum habeat homicidium; et si rancura de ipso ad regem vel dominum terre venerit, pectet C morabitinos, medietas palatio et medietas detur concilio. Mandamus et concedimus quod, si aliquis fuerit latro, et si jam per unum annum vel duos furari vel rapere reliquerit, et postea si pro aliqua re repetitus fuerit, quodcunque commiserit salvet se tanquam latro; et si latro est et latro fuit, omnino pereat et subeat penam latronibus; et si aliquis repetitur pro furto, et non est latro neque fuit, respondeat per suum forum. Si aliquis homo filiam alienam habuerit, si donet eam suis parentibus, et pectet illis CCC morabitinos, et VII[a] palatio, et insuper sit homicida. De portagem : foro de trossel de caballo, de pannis, de lana vel de lino, I solidum; de trossel de fustanes, V solidos; de trossel de pannis de color, V solidos ; de carrega de pescado, I solidum ; de carrega de asino, VI denarios; de carrega de pellibus Christianorum conilios, V solidos; de carrega de Mauris de conilios, I morabitinum; portagem de caballo, qui vendiderint in mercado, I solidum; de mulo, I solidum; de asino, VI denarios ; de bove, VI denarios; de carnario, III medalias; de porco, II denarios; de furon, II denarios ; de carrega de pane, vel de vino, III medalias; de carrega de peon, I denarium; de Mauro, qui vendiderint in mercato, I solidum ; de Mauro, qui se redimeret, decimam ; de Mauro, qui talia cum suo domino, decimam; de corio de vaca, vel de zeura, II denarios; de corio de cervo vel de gamo, III medalias; de carrega de cera, V solidos ; de carrega de azeite, V solidos ; iste portagem est de hominibus foris ville, tercia pars de isto portagine detur suo hospiti, et duas partes domino terre. Moratores de Proemcia non dent portagem. Et concedimus ut omnis Christianus, quamvis sit servus, ex quo in Proemcia habitaverit per unum annum, sit liber et ingenuus, tam ipse quam omnis progenies ejus. Et homines de Proemcia habeant concilium circa terminos de Proemcia. Nos etiam frater Rodericus Egidii, prior Hospitalis, volumus et confirmamus omnia supradicta, que continentur in presenti karta; et si aliquid deest in presenti karta, omne forum et consuetudines, que habentur in Oleirios, que sunt scripta in presenti karta vel non sunt scripta, volumus et confirmamus quod, tam per fratres nostros quam per concilium de Proemcia, in omnibus adinpleantur, exceptis quod ecclesiis, decimis, primiciis, et omnibus ad ecclesiam pertinentiis, que omnia libere et pacifice debet precipere domus Hospitalis; et dictum concilium de Proemcia tenetur obedire per omnia eidem domui Hospitalis et ejus fratribus, et fidelitate[m] et bonam fidem eis in omnibus observare. Et si quis hanc kartam, vel hoc factum et conventionem, in aliquo infringere voluerit, aut forte temptaverit, tam de fratribus quam de concilio, et, monitus a dictis fratribus semel vel bis vel a concilio, emendare noluerit, sit maledictus a summo Deo et excommunicatus, et cum Datam et Abiram in perpetuum deleatur. Hanc vero presentem cartam nos dictus frater Rodericus Egidii, prior Hospitalis, et asensu concilio fratrum nostrorum, nostra propria manu confirmamus, et meo sigillo munimus. Facta karta fori et consuetudinis mense marcii, era M CC LXXXII. Damus etiam et confirmamus vobis terminos assignatos, scilicet per cima de cabeza de Porca, et inde ad cimalia de Meigion Friu, et quomodo vadit aqua de Meigion Friu et intrat in Paracana, et quomodo exit de Paracana et vadit ad vallem de Suerio Menendi, et inde ad cimam de serra ad

directum o ataliadoiro de Mouru, et inde ad taliada de Guilelme, et inde ad Giinbral, quomodo vadit directum ad Ucresa, et quomodo vadit per venam de Ucresa ad Infestum, et per aquam de Cerzedinam ad Infestum, et inde per a azambugeira ad Infestum, et inde ad cimaliam de serra de Pelagio Martini, et quomodo nacit Yona a sopee aa Foz du Bregum, et inde quomodo intrat aqua de Bregum in a Yona. Et de omnibus ganatis de Hospitali non sint montados in Proemcia nec in suis terminis. Ego frater R[odericus] Egidii prioris cum proprias manus roboro. Frater Johannes Menendi confirmat. Frater Martinus Gomecii conf. Frater Johannes Garsie conf. Frater Pelagius Monioniz conf. Frater Petrus Petri de Mugia conf. Frater Martinus de Amendoa conf. Frater Alfonsus Farine conf. Frater Sugerius Egee conf. Frater Sugerius Barcarius conf. Frater Stephanus Petri, capellanus, conf. Laurentius Petri, alcalde, et Sesmeiro testis. Laurentius Johannis testis. Et Alcalde et Seimero testis. Martinus Gomecii testis. Dominicus Johannis, judex, testis.

### 2317. — 7 mars 1244, Latran.

*Le pape Innocent IV renouvelle la bulle de Lucius III, du* 2 *août* 1184 *ou* 1185 : « *Cum inter vos* ». (*V. plus haut*, I, *n*° 682.)

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 21, f. 86 (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 152 (copie de Smitmer, xviii° s.). — Analyse : Berger, *Reg. d'Inn. IV*, I, 92, n° 525.

Dat. Laterani, nonis martii, pontificatus nostri anno i.

### 2318. — 9 mars 1244, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 19 *juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Paci et quieti* ». (*V. plus haut*, I, *n*° 429.)

Source : Mons, Arch. de l'État, invent. des command. belges, n° 15 (orig.).

Dat. Laterani, vii idus martii, pontificatus nostri anno i.

### 2319. — 15 mars 1244, Augsbourg.

*Conrad, roi des Romains, fils de l'empereur Frédéric II, confie aux Hospitaliers la garde du château d'Ascalon, et s'engage à leur rembourser les dépenses qu'ils feront pour la défense de cette place forte.* (*V. plus haut*, *n*° 2301.)

Extraits : Carpentras, Bibl. publ., ms. Peiresc 48, f. 571 [1] et f. 675 *b* (copies, xvii° s.). — Analyse : Lambert *Cat. des man. de Carpentras*, II, 290.

Datum Auguste, xv martii, secunde indictionis.

1. L'original, vu par Peiresc, était scellé d'un sceau en cire représentant Conrad assis (sceau de majesté).

## 2320. — 3 avril 1244.

« *Rémission du château d'Ascalon au grand-maître de Châteauneuf par le comte Thomas d'Acquin, ensuite du pouvoir à luy donné par l'empereur Frédéric II et par le roy Conrad, son fils*[1], *en présence de Boémond, Ve du nom, prince d'Antioche et comte de Tripoly, d'Almary Salaman, Henry, seigneur de Camerdes, Odon de Celles et Thomas de Lambert, du* 3 *avril* 1244. » (*V. plus haut, n°* 2301).

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 264 (xviiie s.).

## 2321. — 15 avril 1244, Latran,

*Le pape Innocent IV renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 23 *janvier* 1168, 1169 *ou* 1170 : « *Cum (dilectis filiis) fratribus* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 392.)

Source : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, bulles n° 74 (orig.).

Dat. Laterani, xvii kalendas maii, pontificatus nostri anno i.

## 2322. — 5 mai [1244-1249[2]], Acre.

*Guillaume de Châteauneuf, grand-maître de l'Hôpital, demande au chevalier Briton, de Marseille, ses bons offices pour obtenir de la municipalité de Marseille que les agents de l'ordre soient autorisés à acheter et à embarquer des blés à destination de la Terre Sainte.*

Source : Marseille, Arch. munic. (orig.). — Texte : J. H. Albanès, *La chron. de S. Victor de Marseille,* dans *Mél. d'arch. et d'hist. publ. par l'Ec. franç. de Rome,* VI (1886), 459.

Viro nobili, sapienti et provido, domino Britoni, milite Massilie, amico suo karissimo et speciali, frater Guilelmus de Castro Novo, sancte domus Hospitalis Jerosolimitani magister humilis et pauperum Christi custos, salutem et semper prosperis habundare. Naturalis ratio ac humana equitas postulant et requirunt ut, in neccessitatis articulo, ad illorum presidium recurratur qui amoris vinculo diuturnis temporibus extiterunt colligati. Hinc est quod divino judicio terra Syrie

1. Le pouvoir de Conrad est du 30 novembre 1243. (V. plus haut, n° 2308.)

2. Cette approximation, fixée par l'abbé Albanès, semble vraisemblable. Peut-être pourrait-on songer aussi à l'année 1243, puisque nous connaissons un acte du grand-maître Guillaume de Châteauneuf du 31 mai 1243 (V. plus haut, p. 602, n° 2296); peut-être même à l'année 1242, si celui-ci avait déjà succédé à cette époque à Pierre de Vieille-Bride; mais rien n'est moins certain. Peut-être, d'autre part, doit-on exclure l'année 1245; Guillaume de Châteauneuf fut, en effet, fait prisonnier à la bataille de Gaza (17 octobre 1244), mais nous savons que sa captivité fut courte, et il se peut fort bien qu'en mai 1245 il fût déjà remis en liberté. Quant aux années postérieures à 1249 (Guillaume de Châteauneuf figurant comme grand-maître jusqu'en 1257), elles semblent devoir être écartées. L'année 1250 est hors de cause, le grand-maître étant cette année-là prisonnier des Sarrasins à la suite de la bataille de la Mansourah ; l'année 1257 est dans le même cas, la disgrâce de Briton étant précisément rapportée au 5 mai 1257 dans la chronique de S. Victor de Marseille (*Ibid.,* 323). Il y a plus ; depuis le retour de Charles d'Anjou de la croisade, vers la fin de 1249, la position de Briton fut ébranlée au profit de celui-ci. Si le grand-maître avait écrit aux Marseillais en mai 1251 ou années suivantes, il n'eût pas manqué de tenir compte de ce déplacement d'influence, et n'eût pas considéré Briton comme la plus haute personnalité à mettre dans ses intérêts. Il semble donc qu'il faille s'en tenir aux années 1244-9 comme date probable de cette pièce.

flagellatur, et multum care frumentum ibi venditur, ita quod ad usus nostros, immo Christi pauperum, vix credimus sufficere, nisi nobis super tante neccessitatis articulo vestra providentia suffragetur, quia in vestris negociis, tanquam in nostris propriis, semper extitimus promtiores, et adhuc semper erimus, et vestra tanquam nostra propria habebimus fideliter commendata. Et licet, ex indulgenciis a communi Massilie domui nostre factis, plures naves in quolibet passagio in portu Massiliensi honerare possimus victualibus, ad usus nostros, immo pauperum, deputatis, hoc tamen absque communis et vestrum, quem in consilio majorem esse intelleximus, licencia facere nolumus, cupientes servare honorem vestrum pariter et amorem. Ideo nobilitatem vestram, de qua plene confidimus, quanto plus possimus duximus deprecandam quatinus nobis ac Christi pauperibus, quorum tutores existimus, in partibus cysmarinis talis procurator existatis, si placet, quod procuratores nostri, ad partes illas venientes, mediante vestra providentia, libere et sine contradictione, aliquod frumentum habere valeant ac ordeum, si neccesse fuerit, et in navibus nostris seu aliis, cum nostris sumptibus, in portu Massilie honerare; predicta taliter effectui mancipantes quod amor, inter nos et vos ac vestrum commune diucius habitus, de cetero dupplicetur. Valete. Datum in Accon, III nonas maii.

*Au dos*: Nobili et sapienti militi domino Britoni, Massil[ie].

**2323.** — 23 mai 1244, Latran.

*Le pape Innocent IV renouvelle la bulle d'Innocent II, du 7 février* 1137 : « *Christiane fidei religio* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 122.)

SOURCE : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXVI, n° 17 (vidimus de l'official de Breslau, du 7 octobre 1450).

Dat. Laterani, per manum fratris Jacobi, de ordine Predicatorum, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, X kalendas junii, indictione II, incarnationis dominice anno M CC XLIIII, pontificatus vero domini Innocentii pape quarti anno I.

**2324.** — 28 mai 1244, Westminster.

*Henri III, roi d'Angleterre, donne à Thierry de Nussa, grand-prieur d'Angleterre, le manoir de Serington et des terres à Thurmaston.*

SOURCE : Londres, Record office, Rot. chart., 28 Hen. III, membr. 3 (copie contemp.).

Rex archiepiscopis, etc., salutem. Sciatis nos concessisse, et hac carta nostra confirmasse Therrico, priori Hospitalis sancti Johannis Jerusalem in Anglia, et fratribus ejusdem domus donaciones subs[criptas] : manerium de Serningtone, cum pertinenciis et cum advocacione ecclesie ejusdem manerii, que quidem habent de dono Hugonis de S. Martino, in comitatu Suthamtonie, et XII..... terre, unum mesuagium et unum gardinum cum pertinenciis in Thurmodestone, que habent de dono Reginaldi de Mark., in comitatu Notingeham. Quare volumus, testibus : Ricardo, comite Cornubie, fratre nostro ; Willelmo Lungespe ; Willelmo de Cantilupo ; Galfrido Dispensario ; Roberto Passeleive ; Roberto de Tateshal ; Paulino Peyvre ; Nicholao de Bolevilla ; Waltero de Luton..... et aliis. Datum per manum nostram, apud Westmonasterium, XXVIII die maii. — Et mandatum est vicecomiti Notingeham quod eis talem seisinam inde habere faciat qualem inde.....

## 2325. — 30 mai 1244, Chroberz.

*Boleslas V, duc de Cracovie et de Sendomir*[1], *confirme aux Hospitaliers de Zagost les privilèges, qu'ils tenaient des ducs Henri et Leszek*[2] *pour leurs possessions de Zagost, de Janina, de Wloschowa et de Januszowic.*

Source : Prague, Arch. du gr.-pr. de Bohême, diplomat. I, n° 81 (copie de Smitmer, xviii^e^ s.).

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Quoniam sepe facta absorbet oblivio propter instabilitatem humane nature, quia generatio preterit et generatio advenit, et ideo ego divina miseratione dux Boleslaus Cracovie et Sendomirie, una cum carissima matre mea domina Grimislava, notum facimus tam presentibus quam futuris quod, nobis in Chrober cum domino Fulcone, Gnesdnensi archiepiscopo, et domino Prandota, Cracoviensi episcopo, et baronibus nostris colloquium celebrantibus, fratres Hospitalis beati Joannis Baptiste de Zagost accesserunt ad nos, rogantes ut privilegia eorum, que, per avum meum bone memorie ducem Henricum et patrem meum ducem Lestconem, ad libertatem dicte ecclesie et villis eisdem attinentibus collata fuerunt, scripto nostro innovaremus, donationi predecessorum assentientes. Quorum justis petitionibus acquiescentes, presentem paginam construi precepimus, libertatem dictam perpetuo confirmantes, quia dignum est ut omnis ecclesia semel sibi reddito privilegio libertatis sine aliqua molestia debet gaudere perpetuo. Nomina autem villarum, que plena libertate sunt declarate, hec sunt : prenominata Zagost, in qua ipsa domus fratrum est sita, alia Janina, tertia Wloschowa, quarta Januszowici, et omnes alie, que in senibus privilegiis scripte continentur. Modus enim libertatis hic est, ut homines in dictis villis sedentes powoz non ducant neque strosam solvant, neque post boves solcant, neque hospitem, neque falconarios, neque canum ductores, neque venatores castrorum pascant, neque castro vel alicui aliorum judiciorum subditi sint preter ipsos dominos, nec citati respondeant eorum aliquo, nec ad edificia castrorum neque ad expeditionem vadant, sed solummodo suis dominis sint subditi. Ut autem in privilegiis antiquis est, ab omni jurisdictione Polonicali prefati homines liberi maneant. Ut autem hanc libertatem nullus ultra audeat violare, sigilli nostri munimine roboravimus, omnibus perpetuo observanda. Si quis eam violare presumpserit, ultioni divine committimus puniendum. Testes hujus rei : archiepiscopus Fulco ; episcopus Prandota ; Theodoricus, cancellarius ; Clemens, palatinus Cracoviensis ; Florianus Sandomiriensis ; Nicolaus, palatinus de Siradz ; Pribislaus Laurentii Cevik; Gerardus, abbas de Clara Tumba, et alii qua plures. Datum in Chrober, anno Domini M CC XLIIII, die secundo exeunte maio.

## 2326. — 2 juin 1244, Krivoklat (Pürglitz).

*Venceslas I, roi de Bohême, donne aux Hospitaliers le moulin de Hradek (Erdberg), pour l'usage de la commanderie de Mailberg.*

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, G. XXXIV, command. de Mailberg, n° 19 (orig.). — Analyse : Erben, *Reg. Bohemiæ et Moraviæ,* I, 523, n° 1097. — Texte : A. Boczek, *Cod. diplom. et epistol. Moraviæ,* III, 40.

In nomine Domini, amen. Nos Wencezlaus, Dei gratia rex Bohemorum

1. V. plus haut ce privilège (I, n° 213).

2. Père de Boleslas V et duc de Cracovie (1206-27.)

quartus, fratribus Cruciferis domus Hospitalis sancti Johannis Baptiste in Jerusalem, inperpetuum. Cum cuncta hominum lapsu temporis plerumque oblivionis caligine a memoria hominum contingat abscedere, congruum et honestum est ut ea, que perpetuo sunt observanda effectu, memorie, artius ne labantur, mancipentur, et maxime per litteram, que est baculus memorie, veritatis indicium, certitudinis argumentum. Notum itaque volumus esse omnibus, tam presentibus quam futuris, quod nos, considerata virorum venerabilium fratrum Cruciferorum domus Hospitalis sancti Johannis Baptiste quanta apud peregrinos et pauperes Christi elemosinarum prefulgeant erogatione, bonis eorum actibus in subsidium, orationumque ipsorum apud Deum cupientes participatione gaudere, molendinum in Erpurch, cum omnibus proventibus et attinentiis, utilitati et commodo fratrum in Mewrperch contulimus, ad robur ordinis et nostrorum in remedium peccatorum, libere et perhenniter jure hereditario possidendum. Volentes [igitur] nostre donum collationis ratum et stabile modo debito in posterum observari, presentis scripti paginam nostri sigilli munimine decrevimus more solito communiri. Acta sunt hec dominice incarnacionis millesimo ducentesimo quadragesimo IIII anno, indictione III. Datum apud Burgleis in castello, IIII nonas junii. Hujus rei testes sunt: dominus Bosceco, burcravius de Znoim; dominus Cerho, burcravius de Meidperch; Marchardum (*sic*) de Teintz; Reimboto, scriba regis; dominus Chuno, prepositus; Eberhardus Suevus; Ulricus de Hittendorf.

### 2327. — 20 juin 1244, Cività Castellana.

*Le pape Innocent IV renouvelle la bulle de Grégoire IX, du* 27 *mars* 1235 : « *Jam non tam militia* ». (*V. plus haut, n°* 2105.)

SOURCE : Paris, Arch. nat., L. 244, n° 50 (orig.).

Dat. apud Civitatem Castellanam, XII kalendas julii, pontificatus nostri anno I.

### 2328. — 14 juillet 1244.

*Matthieu II, duc de Lorraine, donne aux Hospitaliers du Vieil Atre les droits qu'il avait à Chalinsroy et le droit d'usage dans la forêt de Heys.*

SOURCE : Nancy, Arch. de Meurthe-et-Moselle, H. 3044, f. 7 (copie, fin XVII$^e$ s., d'après un vidimus de la cour du duc à Nancy, du 27 novembre 1329). — ANALYSE : H. Lepage, *Notice sur quelques établiss. de l'ordre de S. Jean... en Lorraine,* dans *Annuaire de la Meurthe pour* 1853, 30.

Je Matheus, duc de Lorraine et marchis, faict connoissant à tous ceux qui ces lettres verront et oirront que je ay acquitté les hommes de l'Hospitaux du Viel Astre que m'avient à Laxou au freres du devant dit Hospital, et lor ay donné en amour tel droict et tel raison que j'avoye à Chalinsroy en devant dict homme, et à ses mesmes hommes aye acquitté les levées que j'avoye en eux, et leur ay octroyé l'usuaire en ma forés de Heys pour fourasse, pour maissoner et pour lour chamées sens arracher; et dedans les bornes nouvelles qui sont mises lor aye octroyé l'usuaire pour voigny et pour lor prange. Cest amour et cest don aye fait et octroyé aux freres de l'Hospital de Hierusalem en France, et le chapitre ont donné à maistre Arnould, mon chere, lour devant dict maison du Viel Astre et les appandisse à sa vie. Et fut fait en l'an que le melliaire couroit par mil et dous cent et quarente et quatre, en la vigille de la division des apostres.

## 2329. — 19 août 1244.

*Wolfger, prieur de l'Hôpital en Autriche, acense à Pelerin de Winchel, moyennant un talent de rente, une maison sise à Krems (Cremis), que frère Ulrich Wincheler avait jadis donnée aux Hospitaliers de Mailberg.*

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, G. XXXIV, command. de Mailberg, n° 18 (orig. scellé)[1].

Acta sunt autem hec anno gracie M CC XLIIII, XIIII kalendas septembris.....

## 2330. — 20 août 1244, Acre.

*Jean de Rocherouge donne à Guillaume de Châteauneuf, grand-maître de l'Hôpital, et aux Hospitaliers le casal d'Esckas, au territoire de Naplouse. Douce, femme de Jean de Rocherouge, avait reçu ce casal du seigneur Rénier « Hostiarius », qui le tenait lui-même de Guy VIII de Lusignan, roi de Jérusalem.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 25 (orig.). — Analyse : Delaville Le Roulx, *Arch. de l'ordre à Malte*, 179.

Acta sunt hec in Accon, in domo Hospitalis predicti, coram dominis Balduino de Pinckinni[2]; Guilielmo de Malembech[3]; Santoro, judice[4]; Guilielmo, priore S. Michaelis, presbitero; Bonifatio, canonico S. Crucis Acconensis; Guilielmo Cotenna de S. Gilio, campsore; magistro Johanne Medico; Bernardo de Caselles; Johanne Marescalco, et Johanne de Skalona, requisitis testibus, sub anno dominice incarnationis millesimo CC XLIIII, die vigesimo mensis augusti, secundo indictione.

## 2331. — Septembre 1244.

« *Confirmation faite par le comte Thomas d'Acquin, vicaire du S. Empire Romain en Syrie et bailly du royaume de Hierusalem, suivant le pouvoir à luy donné par l'empereur Frédéric II et le roy Conrad, son fils, de la donation, que Jean de Rocherouge avoit faite au grand-maître Guillaume de Châteauneuf, d'un casal, apellé Eskal, du mois de septembre* 1244. » (*V. plus haut, n°* 2330.)

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 265 (XVIII^e s.).

1. Le sceau du prieur d'Autriche, en cire jaune, appendu sur double queue de parchemin, est rond et sans contre-sceau. Au centre il porte une aigle éployée; la légende, qui se déroule entre deux cercles concentriques, est fruste.

2. Il n'est mentionné qu'en 1229 (Ducange, *Familles d'outre-mer,* 586), mais il est cité dans des actes de 1236, 1242, 1244 des *Tab. ord. Theutonici.*

3. Un personnage du même nom figure dans des actes de 1179, 1183-6 (*Tab. ord. Theut.,* 12, 16-20); nous ne saurions dire si c'est le même. Il figure, sous le nom de Gillinus, dans un acte du 2 décembre 1233 (Mas-Latrie, *Hist. de Chypre,* II, 57).

4. 30 avril 1242, Sanctorus (Strehlke, *Tab. ord. Theut.,* 73); 16 octobre 1286, Sanctorus de Messana, jurisperitus (Rey, *Recherches...,* 53).

**2332.** — 13 septembre 1244, Gênes.

*Le pape Innocent IV renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 20 *avril* 1200 : « *Cum dilecti filii* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 1115.)

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 135 *b* (copie, xvi<sup>e</sup> s.) ; Paris, Arch. nat., L. 244, n° 53 (orig.), et MM. 11 (bullaire), f. 25 *b* (copie, xv<sup>e</sup> s.).

Dat. Janue, idibus septembris, pontificatus nostri anno ii.

**2333.** — 15 septembre 1244, Gênes.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 19 *juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Paci et quieti* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 429.)

Source : Poitiers, Arch. de la Vienne, gr.-prieuré d'Aquitaine, $H^3$, liasse 1 (orig. bullé).

Dat. Janue, xvii kalendas octobris, pontificatus nostri anno ii.

**2334.** — 17 septembre 1244, Gênes.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 15 *mai* 1166, 1167, 1178 *ou* 1179 : « *Pervenit ad nos ex conquestione* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 357.)

Source : Paris, Arch. nat., L. 244, n° 55 (orig.).

Dat. Janue, xv kalendas octobris, pontificatus nostri anno ii.

**2335.** — 17 septembre 1244, Gênes.

*Le même renouvelle la bulle de Grégoire IX, du* 23 *février* 1228 : « *Cum abbates Cisterciensis* ». (*V. plus haut, n*° 1908.)

Sources : Paris, Arch. nat., L. 244, n° 54 (orig.) ; Bibl. nat., lat. 9001, f. 91 (copie d'A. de Naberat, xvii<sup>e</sup> s.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 11457. — Texte : D'Escluseaulx, *Privilèges*..... (Paris, 1700), 89.

Dat. Janue, xv kalendas octobris, pontificatus nostri anno ii.

**2336.** — 18 septembre 1244, Gênes.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 6 *décembre* 1184 : « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 702.)

Source : Poitiers, Arch. de la Vienne, gr.-prieuré d'Aquitaine, $H^3$, liasse 2, cahier de copies de bulles, p. 24 (copie, fin xv<sup>e</sup> s.).

Dat. Janue, xiv kalendas octobris, pontificatus nostri anno ii.

### 2337. — 25 septembre 1244, Gênes.

*Le même ordonne aux prélats d'empêcher leurs ouailles de favoriser le passage des Hospitaliers dans un autre ordre religieux.*

Source : Paris, Arch. nat., L. 244, n° 56 (orig. bullé).

Innocentius, etc., archiepiscopis, etc., salutem, etc. Fratrum Hospitalis Jerosolimitani professio, sicut in scriptis eorum et privilegiis continetur, est talis ut, ne cui, post factam professionem, semel assumptam crucem dominicam et habitum ipsius abicere, vel ad alium locum seu etiam monasterium, majoris sive minoris religionis obtentu, invitis sive inconsultis fratribus aut eo qui magister extiterit, liceat transmigrare, nullique ecclesiastice secularive persone ipsos suscipere liceat vel retinere. Cum enim ipsi ad defendendam orientalem ecclesiam et paganorum sevitiam reprimendam, relictis pompis secularibus, Dei sint servitio mancipati, si transeundi ad alia loca et sumptum habitum reliquendi daretur eis licentia, magnum ecclesie Dei possit exinde contingere detrimentum. Ideoque universitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus quatinus, si quis ex ipsis in parrochiis vestris vel locis vobis commissis id attemptare presumpserit, tam ipsum quam qui eum ausu temerario retinere temptaverit, omni occasione remota, excommunicationis vinculo innodetis. Dat. Janue, VII kalendas octobris, pontificatus nostri anno II.

### 2338. — Octobre 1244.

*André Polin, grand-prieur de France, acense à la Grande Confrérie de Notre-Dame une maison sise à Paris.*

Source : Paris, Arch. nat. LL. 435, f. 10 (cartul. de la confrérie de N.-D. aux Bourgeois, copie, XIV^e s.).

Universis[1] presentes litteras inspecturis frater A[ndreas], prior Hospitalis Jerosolimitani in Francia, salutem in Domino. Notum facimus quod, cum nos haberemus et possideremus domum quamdam, sitam Parisius in vico magistri Henrici organiste defuncti, in censiva Confratrie magne beate Marie Parisiensis, — quam domum idem defunctus magister Henricus et Matildis, quondam ejus uxor, nobis in elemosinam contulerunt, — eandemque domum in manu mortua absque voluntate et assensu ministrorum confratrum dicte confratrie nobis nequaquam esset licitum possidere, tandem, de fratrum nostrorum consilio, voluntate pariter et assensu, considerantes istud posse nobis existere fructuosum et ad commodum cedere confratrie pretaxate, volumus et concedimus ut, pro eo quod nos dictam domum in manu mortua absque coactione vendendi aut extra manum nostram ponendi perpetuo teneamur, dicta confratria ex nunc in posterum habeat et percipiat annis singulis super dicta domo triginta duos solidos et dimidium, una cum septem solidis et dimidio capitalis census, quos prius in dicta domo habebat confratria prenotata, videlicet XX solidos in natali et XX solidos in nativitate beati Johannis

1. Cet acte porte le titre suivant : « Carta prioris Hospitalis Jerosolimitani ».

Baptiste. Preterea volumus et concedimus venditionem cujusdam camere, site in ruella ante Hospitale, in censiva dicte confratrie, quam fecit dicta Matildis pro XL solidis confratrie supradicte. Ad hec volumus pariter et concedimus quod, si contigerit dictam confratriam, procedente tempore, aliquid emere vel alias adquirere in censiva Hospitalis Jerosolimitani, ut dicta confratria, ad valitudinem dicte domus in manu mortua concesse, in censiva nostra tantum pro equivalenti recompensatione census in manu mortua perpetuo teneat et possideat in futurum. Promittimus insuper, stipulatione legittima interjecta, quod contra premissa in posterum nullatenus veniemus. In quorum omnium testimonium et munimen, sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini M CC XLIIII, mense octobris.

## 2339. — [Novembre 1244[1]].

*Guillaume de Châteauneuf, grand-maître de l'Hôpital, écrit à M. de Merlay pour lui annoncer que les Tartares ont pris Jérusalem, que les Chrétiens ont été battus à Gaza, qu'à cette rencontre Herman de Périgord, grand-maître du Temple, Pierre de Vieille-Bride, grand-maître de l'Hôpital, et Philippe de Montfort ont péri, que Gautier IV, comte de Brienne, a été fait prisonnier, que dix-huit Templiers et seize Hospitaliers seulement se sont échappés.*

Source : Cambridge, Bibl. du Corpus Christi, ms. 16, f. 170 *b* (copie, XIII[e] s.). — Texte : *Matthæi Parisiensis chronica majora* (éd. H. R. Luard), IV (Londres, 1877), 307. — Analyse : *Hist. litt. de la France*, XXI, 796.

## 2340. — 25 novembre 1244, Acre.

*Robert, patriarche de Jérusalem, Henri, évêque de Nazareth, J., archevêque élu de Césarée, Raoul, évêque d'Acre, G., évêque de Tyr, Guillaume de Rochefort, vice-maître du Temple, H., prieur du S. Sépulcre, les abbés de S. Samuel, du Mont des Oliviers, du Temple du Seigneur, du Mont-Thabor et du Mont-Sion, écrivent aux prélats de France et d'Angleterre pour leur annoncer l'invasion des Tartares et la défaite de Gaza[2]; parmi les détails qu'ils donnent, ils mentionnent que* 33 *Templiers,* 26 *Hospitaliers et* 3 *Teutoniques ont échappé au désastre, et que le grand-maître de l'Hôpital et Gautier IV, comte de Brienne, ont été conduits en captivité au Caire.*

Sources: Cambridge, Bibl. du Corpus Christi, ms. 16, f. 174 *b* (copie, XIII[e] s.) ; Londres, Musée Brit., fonds Cotton, Vespas. E. III, f. 24 (copie, XIV[e] s.). — Texte : *Annales de Burton*, dans *Annales Monastici* (éd. H. R. Luard), I (Londres, 1864), 257 ; *Matthæi Parisiensis chronica majora* (éd. H. R. Luard), IV, 337 ; Pauli, *Cod. dipl.*, I, 321; Vertot, *Hist. des chev. de S. Jean,* I, preuves, 615.

Datum apud Acon, vigesimo quinto die novembris, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto.

1. Cette date est celle qu'a adoptée Röhricht (*Regesta regni Hierosolymitani*, 299, n° 1125), qui fait observer que Guillaume de Châteauneuf, ayant été fait prisonnier à la bataille de Gaza (17 octobre 1244), ne peut être l'auteur de cette lettre qu'à la condition de supposer qu'il fut relâché peu de temps après être tombé aux mains de l'ennemi.

2. La bataille de Gaza eut lieu le 17 octobre 1244.

**2341.** — 13 décembre 1244, Lyon.

*Le pape Innocent IV renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 23 *janvier* 1168, 1169 *ou* 1170 : « *Cum (dilectis filiis) fratribus* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 392.)

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXVI, nos 18 (orig. bullé), 18 *bis* (vidimus de 1396) et 18 *ter* (vidimus de 1487).

Dat. Lugduni, idibus decembris, pontificatus nostri anno II.

**2342.** — 13 décembre 1244, Lyon.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 20 *avril* 1200 : « *Cum dilecti filii* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1115.)

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXVI, nos 19 (orig. bullé), 19 *bis* (vidimus du 31 janvier 1494) et 19 *ter* et *quater* (vidimus de 1515).

Dat. Lugduni, idibus decembris, pontificatus nostri anno II.

**2343.** — 16 décembre 1244, Lyon.

*Le même renouvelle la bulle de Grégoire IX, du* 21 *août* 1227 : « *Quieti vestre providere* ». (*V. plus haut, n°* 1881.)

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXVI, n° 20 (orig. bullé).

Dat. Lugduni, XVII kalendas januarii, pontificatus nostri anno II.

**2344.** — 17 décembre 1244, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 20 *avril* 1200 : « *Cum dilecti filii* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1115.)

Source : Berlin, Arch. secr. d'état, ordre de S. Jean (orig. et copie du 26 juin 1495 d'un vidimus du 16 septembre 1434). — Texte : *Privilegia, immunitates et indulgentias venerabili ordini S. Joannis Hierosolymitani Rhodiane militie summis a pontificibus et hoc tempore foeliciter moderante concesse, elargite et confirmate hic optimo ordine candidissimus habebit lector* (Leipzig, Melchior Lotther, novembre 1520), 19.

Dat. Laterani, XVI kalendas januarii, pontificatus nostri anno II.

**2345.** — 21 décembre 1244, Lyon.

*Le même ordonne à Siegfried III, archevêque de Mayence, de ne pas exiger des*

*Hospitaliers de Bohême le paiement de la double dîme, imposée par le pape sur les revenus ecclésiastiques dans la province de Mayence.*

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXVIII, n° 80 (orig. bullé). — Analyse : Erben, *Reg. dipl. nec non epistol. Bohemiæ et Moraviæ,* 1, 525 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.,* n° 11485. — Texte : A. Boczek, *Cod. diplom. et epistol. Moraviæ,* III, 45.

Innocentius, etc., venerabili fratri [Sigfriedo], archiepiscopo Maguntino, salutem, etc. Sua nobis dilecti filii... magister et fratres Hospitalis Jerosolimitani in Boemia petitione monstrarunt quod, cum universis ecclesiarum prelatis et clericis provincie Maguntinensis nostris dederimus litteris in mandatis ut quintam partem ecclesiasticorum proventuum tibi solvant, tu [in] ipsos, pro eo quod tibi quintam partem de suis proventibus non solvebant, post appellationem ab eis ad nos interpositam, excommunicationis sententiam promulgasti. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus, si est ita, sententiam ipsam sine qualibet difficultate relaxans, eos super hoc de cetero non molestes. Dat. Lugduni, xii kalendas januarii, pontificatus nostri anno ii.

## 2346. — 22 décembre 1244, Lyon.

*Le même prend sous sa protection le commandeur et les Hospitaliers de Raissac, au diocèse d'Albi, et confirme leurs possessions.*

Source : Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles n° 52 (orig.).

Innocentius, etc., dilectis filiis preceptori et fratribus Hospitalis Jerosolimitani de Rossiaco, Albiensis diocesis, salutem, etc. Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propentius diligere consuevit, et, ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tamquam pia mater sue protentionis munimine confovere. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras et locum, in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum justis modis, prestante Domino, poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, specialiter autem de Bar et de Cammaiac, de S. Cirico, de Gorgoz, de Noella, de Benaiam, de S. Genesio et de Maderas ecclesias cum pertinenciis suis, possessiones, terras, domos ac alia bona vestra, sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos ipsi Hospitali auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Lugduni, xi kalendas januarii, pontificatus nostri anno ii.

## 2347. — 23 décembre 1244, Lyon.

*Le même déclare que les curés sont tenus d'ouvrir leurs églises, une fois l'an, aux Hospitaliers pour leur permettre d'y quêter.*

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 21, f. 128 *b* (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 153 (copie de Smitmer, xviii[e] s.). — Analyse : Berger, *Reg. d'Inn. IV,* I, 141, n° 844.

[Innocentius, etc., dilectis filiis] magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, [salutem, etc.]. Ex parte vestra fuit propositum coram nobis quod, cum

ordini vestro a sede apostolica sit indultum ut fratres vestri, ad querendas eleemosinas destinati, libere, sine contradictione, ad colligendas eleemosinas admittantur, ac ecclesie semel in anno in eorum jocundo aperiantur adventu, nonnulli parrochialium ecclesiarum rectores et curati, pro eo quod in indulgentia hujusmodi de ipsis in salutationis alloquio mentio non habetur, quamquam archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis et aliis ecclesiarum prelatis apostolice super hoc litere dirigantur, fratres ipsos ad colligendas helemosinas, juxta tenorem apostolice indulgentie, plerumque recipere pro sue denegant arbitrio voluntatis, in vestrum non modicum prejudicium et gravamen. Quare nobis humiliter supplicastis ut providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, quod sub illo generali verbo, videlicet « et aliis ecclesiarum prelatis », quod in eisdem litteris continetur, rectores et curati ecclesiarum intelligi debeant in hoc casu, auctoritate presentium declaramus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Lugduni, x kalendas januarii, [pontificatus nostri] anno II.

## 2348. — 9 janvier 1245, Lyon.

« *Bulla* [*Innocentii IV*] *ne fratres, pro citatione facta coram conservatoribus, coram secularibus judicibus trahantur.* »

Analyse : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1119 (bull. C), f. 7 (xvi^e s.) ; Paris, Bibl. nat., lat. 13824, f. 13 (xvi^e s.).

Dat. Lugduni, v idus januarii, pontificatus nostri anno II.

## 2349. — 17 janvier 1245, Westminster.

*Henri III, roi d'Angleterre, mande aux barons de l'Echiquier de donner quittance au grand-prieur d'Angleterre de cent marcs, qu'il a versés au roi à Newcastle upon Tyne, le 1 août précédent, pour rentrer en possession du manoir de Servinton, qui avait été mis dans la main du roi comme terre d'étrangers.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 29 Hen. III, membr. 16 (copie contemp.).

Teste rege apud Westmonasterium, XVII die januarii.

## 2350. — [14 janvier-13] février 1245, Lyon.

*Le pape Innocent IV ordonne au doyen de Tudela et à l'archidiacre de S. Geme, au diocèse de Pampelune, de terminer le différend, pendant entre les Hospitaliers de Navarre et le curé de S. André de Sanguesa, à propos des dîmes.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 696 (orig., mauvais état).

Innocentius, etc., dilectis filiis decano ecclesie Tutelane, et archidiacono S. Geme, Tyrasonensis et Pampilonensis diocesium, salutem, etc. Dilecti filii... prior et fratres Hospitalis Jerosolimitani in regno Navar[re nobis con]querendo monstrarunt quod rector ecclesie S. Andree de Sangossa, P. de Seg[ovya]..... et quidam alii clerici et

laici Pampilonensis diocesis, post..... quandam ecclesiam in fundo ipsius Hospitalis constit..... [presum]pserunt in eorum prejudicium et gravamen. Iidem quoque .............. super decimis, terris, possessionibus et rebus aliis in[juriantur eisdem. Ideoque dis]cretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, partibus convocatis,............... appellatione remota, fine debito terminetis, facientes quod [decreveritis per censuram eccle]siasticam firmiter observari. Testes autem, qui fue[rint nominati, si se gratia, od]io vel timore subtraxerint, per censuram eandem, appel[latione postposita, cogatis] veritati testimonium perhibere. Dat. Lugduni,.... februarii, pontificatus nostri anno II.

### 2351. — 5 mars 1245, Lyon.

*Le même charge Pierre Parvus, chancelier de l'église de Paris, d'astreindre les clercs et religieux, même appartenant aux ordres du Temple, de l'Hôpital, de Citeaux et des Prémontrés, qui possèdent des maisons à Paris, à accepter les répartiteurs nommés pour taxer le loyer de leurs maisons en faveur du logement des étudiants de l'Université de Paris.* — « *Sua nobis dilecti* ».

Sources : Cheltenham, Bibl. de S. Thomas Philipps, ms. 876, f. 14 (copie, comm. XIVe s.); Paris, Arch. nat., L. 244, n° 68 (orig. bullé); Rome, Arch. du Vatican, reg. 406, f. 13 *b* (copie, comm. XIVe s.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 11573. — Texte : Bulaeus, *Hist. univers. Parisiensis* (Paris, 1665-73), III, 195; Denifle et Châtelain, *Chartularium univers. Parisiensis,* I (Paris, 1889), 179.

Dat. Lugduni, III nonas martii, pontificatus nostri anno II.

### 2352. — [25-31] mars 1245 ou [1-24 mars 1246].

*Géraud V de Barras, évêque de Cahors, donne l'église d'Issendolus à l'hôpital, fondé par Guibert de Thémines et par Aigline, sa femme, entre Thémines et Gramat.*

Source : Paris, Bibl. nat., coll. Doat, vol. 123, f. 193 (copie, XVIIe s., d'après les Arch. de l'Hôpital de Beaulieu, de la confirmation scellée de cette donation par le chapitre de Cahors, du 21 mai 1250).

G[eraldus], Dei gratia Caturcensis episcopus, universis Christi fidelibus, presentes literas inspecturis, salutem in Domino. Cum nobilis vir Guirbertus de Theminas, ad honorem Dei et intuitu anime sue et parentum suorum, quoddam hospitale cum quadam capella, de licentia et voluntate expressa clare memorie domini Pontii, predecessoris nostri[1], in nostra diocesi construxisset, in stracta videlicet publica, que ducit a castro de Theminas ad castrum de Gramat, et ipsum hospitale de bonis suis juxta possibilitatem suam satis competenter dotasset, attendentes magnam devotionem ipsius et sue merita probitatis, amore Dei et ad magnam instantiam et humilem petitionem nobilis memorati, ecclesiam d'Yssandoluts cum omnibus pertinentiis suis, in cujus parrochia est dictum hospitale fundatum, eidem hospitali, communicato bonorum virorum consilio, liberaliter duximus concedendam, volentes quod proventus ipsius ecclesie et redditus universi, juxta dispositionem dicti Guisberti quamdiu vixerit, vel domine Aygline, uxoris sue, si Guisbertum predecedere contigerit supradictum, vel post mortem ipsorum juxta

1. Pons d'Antejac n'occupe le siège de Cahors que peu de temps, vers 1235.

dispositionem preceptoris Hospitalis ipsius, integraliter commitant, excepta tamen congrua portione, quam capellano qui deservierit in eadem de bonis ipsius ecclesie volumus assignari. Verum cum dictam ecclesiam vacare contigerit, volumus quod ad ipsam vacantem dictus Guisbertus vel domina Aiglina predicta, si premoreretur Guisbertus predictus, aut per decessum eorum preceptor dicti Hospitalis de consilio fratrum et sororum ipsius Hospitalis, nobis vel successoribus nostris clericum presentet, et presentatus, si honestus fuerit, a nobis vel a nostris successoribus instituatur in ea, et cura animarum ipsius ecclesie comittatur eidem, et, ne propter inopiam reddituum et deffectum contingat in futurum quominus in dicto Hospitali pauperes possint recipi et etiam peregrini, et alia exerceri in eo opera caritatis, volumus et statuimus quod predicta ecclesia a questis et oneribus omnibus, que jure diocesano quandoque ecclesiis imponuntur, preterquam a procurationibus, ratione visitationis debitis, sit libera et immunis; in ipsa vero ecclesia in signum subjitionis cathedraticum et sinodaticum retinemus. In cujus rei testimonium, presentes litteras sigilli nostri munimine duximus muniendas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, mense martii.

## **2353.** — 3 avril 1245, Acre.

*Jean et Simon de Treucis, avec l'assentiment de leur mère Agathe, donnent à Jean de Ronay, grand-précepteur de l'Hôpital et lieutenant du grand-maître, et aux Hospitaliers les biens qu'ils possédaient au casal Blanc, situé dans la plaine d'Acre, près du casal Coquet.*

Source : Malte, Arch. de l'Ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 27 (orig.)[1]. — Texte : Pauli, *Cod. dipl.,* I, 257.

Notum sit omnibus, presentibus pariter et futuris, quod nos Johannes et Symon de Treucis, fratres ac milites, attendentes inmensa opera caritatis, que in domo Hospitalis Jerosolimitani jugiter exercentur, laudante et concedente matre nostra domina Agatha, pro redemptione anime nostre et predecessorum nostrorum, damus, concedimus et tradimus, in puram et perpetuam elemosinam, Deo et beato Johanni Baptiste, ac pauperibus infirmis sancte domus Hospitalis Jerosolimitani, in manibus videlicet fratris Joannis de Ronay, preceptoris generalis ejusdem domus, vices magistri gerentis, tres carrucatas terre, et aream unam, et domum unam, quas habemus apud Casale Album, quod est situm in plano Accon, juxta viam que vadit apud Coquetum, casale Hospitalis. Prenominate vero terre sunt mete tales : a parte siquidem orientis coheret terre predicti casalis Coquet Hospitalis ; in parte vero occidentis per longum continuatur terre domus Templi et terre S. Thome ; ex parte vero meridei adheret alteri terre Hospitalis nominati ; ex parte autem boree jacet terra S. Samuelis in longum. Hanc itaque terram, et aream et domum prescriptas, cum omnibus juribus et pertinenciis nobis competentibus vel competituris, damus, concedimus et tradimus predictis pauperibus et fratribus Hospitalis, in puram et perpetuam elemosinam possidendas, tenendas et habendas perpetuo, libere, integre et quiete, prout donum aliquod elemosine potest melius et utilius ab aliquo possideri, absque ulla contradictione, inquietatione aut calumpnia nostri heredumque nostrorum et successorum facienda inde amodo domui Hospitalis. Et est sciendum quod prenominatus preceptor frater Johannes de Ronay et fratres alii Hospitalis,

1. Cet acte était scellé de la bulle de plomb de Raoul, évêque d'Acre ; celle-ci subsistait encore du temps de Pauli, qui l'a reproduite (*Cod. dipl.,* I, pl. 6, n° 57) ; mais aujourd'hui elle a disparu.

ob gratiam collati sibi a nobis beneficii, de bonis pauperum domus sue sexcentos bizantios Sarracenatos recte ponderatos nobis dederunt liberaliter et gratantur (*sic*). Nos autem, considerantes quod domus Hospitalis de exhibita nobis liberalitate non debet dampnum incurrere vel incomodum sustinere, convenimus et promisimus bona fide, pro nobis et heredibus nostris, ab omni calumpnia et questione, que moveri posset contra ipsos de dono predicte elemosine, domum Hospitalis i[n]dempnem per omnia conservare, et omnino omni tempore expedire. Verum si, prout promisimus et tenemur, nos et heredes nostri donum prefate elemosine defendere et salvare Hospitali non possemus, volumus et constituimus quod omnia bona nostra ac heredum nostrorum, qui pro tempore fuerint, habeant et teneant fratres Hospitalis pignori obligata, quousque de predictis sexcentis bizanciis nobis traditis sit eisdem integre satisfactum; recepta vero solutione pecunie, instrumentum privilegii, de predicta terra confectum, cum ipsa terra, quam ipsis tradidimus, nobis restituere tenebuntur. In pleniorem igitur et firmiorem securitatem omnium premissorum, presens inde privilegium fieri fecimus, testimonio subscriptorum virorum communitum. Preterea quia sigillum autenticum habere non consuevimus, venerabilem patrem et dominum Radulfum, episcopum Acconensem, rogavimus ut presentem paginam sigilli sui plumbei impressione roboraret. Nos autem Radulfus, Dei gracia episcopus Acconensis, testificantes predicta omnia in nostra presentia facta fuisse completa et concessa, ad preces et instanciam suprascriptorum Johannis et Symonis de Treucis, presens privilegium sigilli nostri plumbei impressione jussimus roborari. Testes igitur, qui huic donationi et concessioni interfuerunt, sunt : dominus Rolandus de Luca; dominus Gervasius Malguastel, vicecomes Acconensis; dominus Stephanus de Salvingni; dominus Alardus; Symon Bartolomei; Johannes de Nefin; Guido Aurifaber; Johannes Philippi; Petrus Michaeli. Actum Accon, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, tercia die mensis aprilis.

## 2354. — 8 avril 1245, Prague.

*Venceslas I, roi de Bohême, prend sous sa protection les Hospitaliers de Bohême et de Moravie.*

Sources : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXI, n° 21 (2 orig. scellés)[1]; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 76, f. 120 (copie de Smitmer, xviii° s.). — Analyse : *Appendix synoptica...*, n°s xx et xxi. — Texte : Erben-Emler, *Reg. Boh. et Morav.*, II, 1221, n° 2790.

Wencezlaus, Dei gratia Boemorum rex, universis baronibus, militibus, officialibus, et aliis omnibus fidelibus suis, quocumque nomine censeantur, per districtum sui dominii constitutis, gratiam suam et omne bonum. Cum non solum per circuitum regni nostri plantare sanctam religionem tanquam princeps catholicus, verum etiam plantatam fovere teneamur, ut sic diem messionis extreme misericordie possimus operibus prevenire, decet serenitatem regiam vigilanti studio providere qualiter religiosi viri, qui, vanitatibus seculi renunciantes, elegerunt Domino in paupertate nimia ministrare, a vexationibus secularium et temporalium strepitu sint immunes. Vera namque religio quietem appetit, et, dum mundanis dispendiis

1. L'archive du grand-prieuré de Bohême à Prague contient deux documents (A. XXI, n°s 20 et 22), de même teneur que celui-ci; l'un porte la même date d'année, l'autre celle de 1246; tous deux sont passés au nom de Premisl. Ces actes sont faux ; une étude attentive des sceaux qui les authentiquent, du titre « rex Boemorum » pris par le roi, et des caractères paléographiques de ces pièces ne laisse aucun doute à cet égard ; on se demande seulement à quel mobile a obéi le faussaire, et quel pouvait être l'objet d'un pareil faux, exécuté avec la même date que celle du document vrai que nous publions ici.

*Jacques I, roi d'Aragon, confirme la donation d'un juif de Saragosse, Alazar Alfaquimo, fils du Juif Alazrach, faite par le roi Pierre II, le 31 mars 1212, aux Hospitaliers. (V. plus haut, n° 1381.)*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. magno, II, 187 (copie, fin xiv^e s.).

Datum Ilerde, ix kalendas octobris, anno Domini M CC XL sexto.

1. Nous avons pu, grâce à la mention inscrite au dos (1246), rétablir la date de l'acte.

2. La rubrique de cet acte porte : « Privilegio del rey don Sancho de quitacion do castello de Coimbra ».

**2425**. — Octobre 1246, S. Germain en Laye.

*Louis IX, roi de France, en exécution des conventions intervenues à Gênes, le* 13 *septembre* 1246, *entre Albert de Mandello, podestat de Gênes, d'une part, et André Polin, grand-prieur de l'Hôpital en France, Renaud (de Vichier), précepteur du Temple en France, Renaud Gaulard (Gallarum), chevalier de l'hôtel, et Jean de Paris, clerc de l'hôtel, représentants du roi de France, d'autre part, nolise seize navires Génois pour la croisade qu'il prépare.*

Source : Gênes, Arch. d'état, Matières politiques, liasse 4 (orig.). — Texte : *Arch. de l'Orient Latin,* II, II, 231 [1].

Actum apud S. Germanum in Laia, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, mense octobri.

**2426**. — 1 octobre 1246, Lyon.

*Le pape Innocent IV confirme aux Hospitaliers de Pologne le droit de patronage de l'église de S. Pierre de Striegau, que leur avait donné feu le comte Hemeram* [2].

Source : Prague, Arch. du gr.-pr. de Bohême, C. II, command. de Striegau, n° 9 (orig. bullé.)

Innocentius, etc., priori et fratribus Hospitalis Jerosolimitani in Polonia, salutem, etc. Cum a nobis petitur, etc. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, jus patronatus, quod bone memorie comes Hermrammus in ecclesia S. Petri de Stregon se habere dicebat, vobis, ut asseritis, ab eodem comite pia liberalitate concessum, prout in litteris ejus super hoc confectis dicitur plenius contineri, sicut illud juste ac pacifice obtinetis, vobis et per vos Hospitali vestro auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Lugduni, kalendis octobris, pontificatus nostri anno IV.

**2427**. — 10 octobre 1246, Lyon.

*Le même ordonne au doyen et au prévôt de Ratisbonne de donner à la réclamation des Hospitaliers de Prague, qui se plaignaient que les frères de l'Etoile* [3]

1. Le texte de la convention, passée à Gênes, avait déjà été donné, mais d'une façon incomplète, par Belgrano, *Doc. riguardanti le due crociate di S. Luigi IX* (Gênes, 1859), et par Champollion-Figeac, *Doc. historiques inédits*, II (Paris, 1843), 51.

2. Cette donation est des premières années du XIII[e] siècle (1201-1203). V. plus haut, n° 1130.

3. Il s'agit des frères de l'Etoile Rouge (Cruciferi de Rubea Stella, Kreuzherren am Rothen Stern). Cet ordre, qui subsiste encore aujourd'hui en Bohême et y possède des biens considérables, suit la règle de S. Augustin; quoique militaire, il ne se compose que d'ecclésiastiques et ne s'adonne qu'au soin des âmes. Venus de Terre Sainte à Prague vers 1217 pour s'y établir, les chevaliers de l'Etoile furent protégés par Agnès, fille du roi de Bohême Premysl Ottakar I, et ne tardèrent pas, sous ce patronage, à posséder de puissants établissements en Bohême ; leur bulle de fondation leur fut donnée par le pape Grégoire IX, le 14 avril 1237 (Potthast, *Reg. pont. Roman.*, I, n° 10321-2). Leur couvent est situé à Prague, à la tête du pont, sur la rive droite de la Moldau, tandis que les Hospitaliers occupaient, sur la rive gauche, une position analogue. La tradition veut qu'en Terre Sainte ils n'aient porté qu'une croix rouge sur manteau noir ; ils ajoutèrent, sous la croix, une étoile à cinq pointes par reconnaissance pour leur premier grand-maître, Albert de Sternberg, qui portait une étoile dans ses armoiries.

*Rouge (Stellarii) de Prague détinssent leurs biens et leur église de Mies*[1], *la solution qu'elle comporte.*

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXVIII, n° 81 (orig. bullé).

Innocentius, etc..., dilectis filiis decano et preposito ecclesie Ratisponensis, salutem, etc. Dilecti filii prior et fratres Hospitalis Jerosolimitani in Praga nobis conquerendo monstrarunt quod preceptor et fratres domus Stellariorum Pragensis ecclesiam eorum de Misa, terras, possessiones et alias res ipsorum contra justitiam detinent, occupantes in eorumdem prejudicium et gravamen. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, partibus convocatis, audiatis causam, et, appellatione remota, fine debito terminetis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, etc., constitutione de duabus dietis in generali concilio edita non obstante, dummodo ultra terciam vel quartam extra suam diocesim auctoritate presentium altera pars ad judicium non trahatur. Dat. Lugduni, VI idus octobris, pontificatus nostri anno IV.

## 2428. — 31 octobre 1246, Manosque.

*Rostang Carbonel vend à Jean du Pont, commandeur de Manosque, ses droits sur la vigne de G. Paian.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre. div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 26 (orig.). — Texte : Delaville Le Roulx, *Arch. de l'ordre à Malte,* 180.

In nomine domini nostri Jhesu Christi, anno incarnationis ejusdem M CC X LVI, pridie kalendarum novembris, notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod Rostagnus Carbonellus, per se et per suos, vendidit et justo titulo vinditionis tradidit fratri Johanni de Ponte, baiuli (*sic*) Hospitalis vallis Manuasce, nomine dicti Hospitalis, karto[nem] et omnem vis (*sic*), et actiones reales et personales, que et quas habebat vel habere debebat in vinea G. Pagani, que confrontatur ab una parte cum vinea quondam Clarifane et ab alia cum terra Arnaudorum, pro precio XI solidorum Villelmensium. Quod precium dictus Rostagnus fuit confessus et contentus a dicto fratre, nomine Hospitalis, se habuisse in numerata peccunia et recepisse ; qui predictus Rostagnus de dicto kartone nec non de actionibus, ut supradictum est, se et suos devestivit ; et dictum fratrem, nomine predicti Hospitalis, investivit habendo et possidendo nunc et in perpetuum sine aliqua contradictione et infestatione. Item, per sollempnem stipulacionem promisit eidem, nomine quo supra, dictam vendicionem sub obligatione omnium bonorum suorum presentium et futurorum solvere et deffendere ab omnibus hujus mundi hominibus, sicut melius dici vel intelligi potest,..... cum suis expensis, et si aliquid abinde evinceretur, rem evictam cum gravaminibus et sumptibus utilibus inde factis resarcire, ipsamque indempnem servare, et credendo in suo simplici verbo, eciam renunciando ex certa sciencia omni juri et rationi canonico et civili, per quod vel per quam contravenire posset, et exceptioni non numerate et non tradite peccunie, et facti errori, et specialiter illi legi que dicit : « si venditor fuerit deceptus ultra dimidium justi precii, venditio rescinditur, vel justum precium ei restituatur ». Hec omnia predicta dictus Rostagnus promisit, et super sancta Dei evangelia corporaliter juravit attendere, et contra aliquam juris vel facti subtilitatem non

1. Cette ville, appelée aussi Stribro et Argentaria, est située sur la rivière Mza (*Misa*).

venire. Acta sunt hec in domo placitatoria Manuasce. Testes sunt presentes, videntes et audientes, et ad hoc vocati et rogati : frater Johannes Faber ; R. Baudoini ; R. Adalgus ; Stephanus. Et ego R[aimundus] Robaudi, publicus in valle Manuasce pro Hospitali notarius, interfui, et rogatu utriusque partis cartam istam inde feci, et signum meum atque bullam Hospitalis apposui. Raimundi... (*Seing manuel*[1].)

## 2429. — 3 novembre 1246, Lyon.

*Le pape Innocent IV annonce au doyen de Concordia que les Templiers et les Hospitaliers sont exemptés d'un impôt mis sur les églises et abbayes de Styrie et de Carinthie, pour compenser la diminution de biens subie par l'église de Trévise du fait de l'empereur Frédéric II et de ses adhérents.*

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 21, f. 339 *b* (copie contemp.). — Texte : Berger, *Reg. d'Innoc. IV*, I, 329, n° 2214 ; Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. XIII*, II, (Berlin, 1887), 191, n° 256.

Innocentius, etc., decano Concordiensi, salutem, etc. Etsi sedes apostolica quibuslibet indigentibus consueverit pietatis gremium aperire, illis tamen facilius ac libentius subvenire tenetur, qui, pro ecclesiastica libertate tuenda, destructis fere omnibus bonis suis, persecutiones ab inimicis ecclesie continuas patiuntur. Cum igitur, sicut accepimus, bona ecclesie Tervisine per Fridericum, quondam imperatorem, et adherentes eidem adeo sint destructa ut canonici, residentes in ipsa, non habeant unde valeant sustentari, nos, gerentes super hoc circa ipsos pie compassionis affectum, mandamus quatinus sex canonicis, ..... primicerio et totidem capellanis, in eadem ecclesia continue servituris, facias auctoritate nostra in centum marcis argenti pro sustentatione ipsorum hac vice ab aliquibus ecclesiis vel monasteriis Carinthie et Stirie provideri ; non obstante si ecclesie et monasteria eadem, in quibus eisdem providendum duxeris, sint auctoritate nostra super simili provisione gravata, seu aliqua sedis apostolice indulgentia ipsis concessa, quod non possint ad receptionem seu provisionem alicujus compelli per litteras apostolicas, nisi expressam de ipsa indulgentia fecerint mentionem, vel qualibet alia, per quam posset hujusmodi gratia impediri vel etiam retardari, aut constitutione de duabus dietis edita in consilio generali ; proviso ne fratres militie Templi et Hospitalis Jerosolimitani ad provisionem hujusmodi compellantur. Dat. Lugduni, iii nonas novembris, [pontificatus nostri] anno iv.

## 2430. — 8 novembre 1246, Pina.

*Jacques I, roi d'Aragon, de Majorque et de Valence, comte de Barcelone et d'Urgel, seigneur de Montpellier, renouvelle à Ozende d'Urrea, prieure de Sigena, et au monastère la donation d'Alcala, près de Cambor, faite par son père Pierre II, et des privilèges concédés aux habitants qui s'établiront entre Pina et Albar.*

Source : Sigena, Arch. du monastère (copie notariée, xiv° s.).

Noverint universi quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, Majoricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli, et dominus Montispessulani, per nos et

1. Le seing manuel de Raymond Roubaud représente une rose, formant le centre d'une étoile à six pointes.

nostros concedimus vobis venerabili et dilecte O[zende], priorisse, et universis et singulis sororibus monasterii Sexene, presentibus et futuris in perpetuum, quod habeatis perpetuo villam de Alcala, sitam juxta Cambor, secundum quod plenius continetur in instrumento donationis, a domino rege Petro nostro patre inde dicto monasterio confecto. Concedimus etiam vobis et dicto monasterio quod in eadem villa possitis populare quot et quos homines et mulieres volueritis. Et illi populatores possint laborare et scalizare per omnes montes et terminos de Pina in Albaribus. Et quod illi non teneantur servire in aliquibus sive de aliquibus, nisi tantum vobis dicte priorisse et sororibus et monasterio predicto. Et quod populatores dicte ville pascant ganatos suos in boalare de Pina, et utantur eo in omnibus et per omnia sicut alii vizini de Pina. Volumus etiam quod dicta villa, a clausura ipsius ultra versus Albar, ex tribus partibus habeat pro laboratione ibidem habitatorum sive populatorum unam ballestatam sine impedimento et contrario alicujus. Mandamus itaque universis subditis nostris quatinus contra predicta non veniant, nec aliquem venire permittant. Datum Pine, VII idus novembris, anno Domini M CC XL sexto. S.(*Seing manuel*) Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, Majoricarum et Valentie, comitis Barchinone et Urgelli, et domini Montispessulani. Testes sunt : Eximinus Petri ; A[ssalitus] Gu[d]al ; Gr. de Granyana ; Dompni Acorellya ; Eximinus de Lusia. Signum (*Seing manuel*) Eloni, scribe, qui, mandato domini regis, hoc scribi feci, locho, die et anno prefixis.

## **2431**. — 13 novembre 1246, Lyon.

*Le pape Innocent IV renouvelle la bulle de Grégoire IX, du* 23 *février* 1228 : « *Cum abbates Cisterciensis* ». (*V. plus haut, n*° 1908.)

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 19 (orig.).

Dat. Lugduni, idibus novembris, pontificatus nostri anno IV.

## **2432**. — 1247.

*Jean Martinez de Maineru, grand-prieur de Navarre, achète à Lop Sanchez de Cizur divers biens à Barbatain et à Cizur.*

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 646 (charte-partie, en espagnol).

Actum est anno Domini M CC XL VII.

## **2433**. — 1247.

« *Vidimus en parchemin par Conrad, tabellion à Nancy, de la donation faitte* « *en l'année* 1247 *par Mathieu* [*II*], *duc de Lorraine, à la commanderie Saint Jean* « *de Vieil Astre, en considération de frère Morel et à cause des services que S. A. a* « *receu de luy, de la corvée des terres et d'un prey finage d'Amance ; ledit vidimus* « *scellé et signé : Conrardus de Nanceio.* »

ANALYSE : Nancy, Arch. de Meurthe-et-Moselle, H. 3045, f. 117 (fin XVII^e^ s.) ; H. Lepage, *Notice sur quelques établ. de l'ordre de S. Jean..... en Lorraine*, dans *Ann. de la Meurthe pour 1853*, 30.

### 2434. — 13 janvier 1247, Lyon.

*Le pape Innocent IV recommande au roi d'Aragon le prieur et les Hospitaliers d'Aragon.*

SOURCE : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, bullaire, liasse 9, n° 26 (orig. bullé).

Innocentius, etc., carissimo in Christo filio Aragonum regi illustri, salutem, etc. Ad regie pertinet dignitatis honorem personas religiosas diligere, ac eas, cum expedit, a malignorum incursibus defensare. Cum itaque dilecti filii prior et fratres Hospitalis Jherosolimitani in Aragonia sincera in Domino diligamus caritate, celsitudinem tuam monemus, rogamus et hortamur attente quatinus, proinde pensans quod collata celitus tibi potestas tunc erit tibi utilis et salubris si ad divine dirigitur beneplacitum voluntatis, ut, per ea que potenter operaris in terris, supernus conditor honoretur in celis, predictos priorem et fratres ac eorum bona, ob reverentiam apostolice sedis et nostram, sic habeas more solito commendatos, ac eis presidio favoris assistas, illorum audaciam, qui eisdem super bonis et personis suis presumunt injuriari, compescens, quod exinde meritum apud Deum et penes homines nomen bonum plenius consequaris, et nos excellentiam tuam exinde dignis possimus in Domino laudibus merito commendare. Dat. Lugduni, idibus januarii, pontificatus nostri anno IV.

### 2435. — [15 ou 24] février 1247, Lyon.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du 22 janvier* 1168, 1169 *ou* 1170 : « *Cum (dilectis filiis) fratribus* ». (*V. plus haut*, I, *n°* 392.)

SOURCE : Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles n° 54 (orig., mauvais état).

Dat. Lugduni, [XV *sive* VI] kalendas martii, pontificatus nostri anno IV.

### 2436. — 11 mars 1247, Lyon.

*Le même autorise les Hospitaliers d'Angleterre à appliquer à leurs besoins, dans certaines limites, les revenus de l'église de Risley, dont ils ont le patronage.*

SOURCES : Rome, Arch. du Vatican, reg. 21, f. 368 (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 155 (copie de Smitmer, XVIII° s.). — ANALYSE : Bliss, *Cal. of papal registers*, I, 230. — TEXTE : Berger, *Reg. d'Inn. IV*, I, 366, n° 2463.

[Innocentius, etc.,] priori et fratribus Hospitalis Jerosolimitani in Anglia, [salutem, etc.] Exigentibus vestre devotionis meritis, votis vestris libenter annuimus, et petitiones vestras, quantum cum Deo possumus, favorabiliter exaudimus. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris supplicationibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus ut ecclesiam de Rasleng, Lincolniensis diocesis, in qua jus patronatus habetis, in usus vestros, cum vacaverit, convertere libere, salvo jure diocesani episcopi, valeatis, dummodo ipsius ecclesie proventus valentiam triginta quinque marcarum argenti annis singulis non excedant; proviso ut eadem ecclesia

debitis obsequiis non fraudetur, etc. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Lugduni, v idus martii, [pontificatus nostri] anno IV.

### 2437. — 11 mars 1247, Lyon.

*Le même autorise les mêmes à appliquer à leurs besoins, dans certaines limites, les revenus de l'église de Stabbing, dont ils ont le patronage.*

SOURCES : Rome, Arch. du Vatican, reg. 21, f. 368 (copie contemp.) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 156 (copie de Smitmer, XVIII<sup>e</sup> s.). — ANALYSE : Berger, *Reg. d'Inn. IV*, I, 366, n° 2464 ; Bliss, *Cal. of papal registers*, I, 231.

[Innocentius, etc.,] eisdem [priori et fratribus Hospitalis Jerosolimitani in Anglia, salutem, etc.] Exigentibus vestre devocionis meritis, votis vestris libenter annuimus, et petitiones vestras, quantum cum Deo possumus, favorabiliter exaudimus. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris supplicationibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus ut ecclesiam de Stabbing., Londoniensis diocesis, in qua jus patronatus habetis, in usus vestros, cum vacaverit, convertere libere, salvo jure diocesani episcopi, valeatis, dummodo ipsius ecclesie proventus valentiam triginta quinque marcarum argenti annis singulis non excedant ; proviso ut eadem ecclesia debitis obsequiis non fraudetur, etc. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Lugduni, v idus martii, [pontificatus nostri] anno IV.

### 2438. — 28 mars 1247, Lyon.

*Le même ordonne à l'archidiacre de Venasque et à Raymond de Spelunca de sévir contre ceux qui molestent le châtelain et les Hospitaliers d'Amposte et leurs biens.*

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Cartul. Magno, II, 45 (copie, fin XIV<sup>e</sup> s.).

.....-luntatis[1] libito abstinencie, ruptis habenis ad illicita relaxato, personas religiosas, Dei timore postposito, multipliciter molestare presumant, consuevit apostolica sedes personis ipsis contra pravitatem talium defenssionis remedio misericorditer subvenire, per quod eorum bona tuta permaneant, molestatorum ipsorum conpescatur temeritas, et aliis aditus commitendi similia precludatur. Cum itaque, sicut dilecti filii castellanus et fratres Hospitalis Jerosolimitani de Empost[a] in regno Aragonie nobis exponere curaverunt, a nonnullis, qui nomen Domini recipere invacuum non formidant, super bonis suis molestias multiplices paciantur, [nos, volentes] eisdem contra insolenciam et conatus malignancium providere, discrecioni vestre per apostolica scripte mandamus quatinus, prefatis castellano et fratribus contra predonum, raptorum et invasorum audaciam favoris presidio eficaciter assistentes, non permittatis ipsos contra indulta privilegiorum apostolice sedis ab aliquibus indebite molestari ; molestatores hujusmodi per censsuram ecclesiasticam, appellacione postposita, conpescendo ; presentibus post quinquennium minime valituris. Dat. Lugduni, v kalendas aprilis, pontificatus nostri anno IV.

1. Cette bulle est tronquée, les deux premières lignes manquent ; le scribe a réservé un blanc pour les transcrire, mais les a omises. Une cote marginale permet de restituer l'adresse.

### 2439. — 2 avril 1247, Tecklenbourg.

*Othon II, comte de Tecklenbourg, ratifie l'acquisition du domaine d'Hisinkhof à Ochtrup, faite de Gérard de Brochterbeck, vassal du comte, par les Hospitaliers de Steinfurt, et renonce en faveur de ceux-ci à ses droits sur ce domaine.*

SOURCE : Rheine, collège Weddige, cartul. de Steinfurt (copie, XIII$^e$-XIV$^e$ s.). — TEXTE : *Jahresbericht über das Gymnasium Dionysianum zu Rheine*, XX (1881-2), 12.

Datum Tckeneburg, anno Domini M CC XLVII, quarto nonas aprilis.

### 2440. — Mai 1247.

*Robert I, comte d'Artois*[1], *vidime et confirme un acte d'Adam de Vincy, son clerc*[2], *par lequel celui-ci ratifie, moyennant deux cents livres Parisis, la vente, faite au grand-prieur et aux Hospitaliers de France par l'abbaye de Loos (de Laude), d'une maison, sise à Arras, dans le fief de Baudimont, appartenant audit Adam. Il est convenu que, si l'ordre y construit un four, les habitants de Baudimont n'en auront pas l'usage, et que l'Hôpital ne pourra faire de nouvelles acquisitions en ce lieu sans l'assentiment du comte d'Artois et du seigneur de Baudimont.*

SOURCES : Arras, Arch. du Pas-de-Calais, A. 118 (vidimus du grand-prieur de France, d'octobre 1247) ; Paris, Arch. nat., S. 5208, n° 9 (orig.), n° 11 (orig., mauv. état), et n° 10 (orig. scellé de la donation d'A. de Vincy). — ANALYSE : Mannier, *Command. du gr.-prieuré de France*, 670. — TEXTE : Ch. d'Héricourt, *Titres de la commanderie de Haute-Avesnes*, dans *Mém. de l'Ac. d'Arras*, 2$^e$ série, X (1878), 44.

Actum anno Domini M CC quadragesimo septimo, mense maio.

### 2441. — 11 mai 1247, Lyon.

*Le pape Innocent IV invite les prélats à ne pas exiger des Templiers et des Hospitaliers de subvention pour l'Eglise, et à veiller à ce que les membres de ces ordres ne soient pas molestés.*

SOURCE : Rome, Arch. du Vatican, reg. 21, f. 390 *b* (copie contemp.). — ANALYSE : Berger, *Reg. d'Innoc. IV*, I, 401, n° 2692.

[Innocentius, etc.], archiepiscopis et episcopis ad quos littere, etc., [salutem, etc.] Licet Ecclesia pro instanti negotio noscatur pecuniario subsidio non modicum indigere, attendentes tamen quod Templum et Hospitale Jerosolimitanum, propter miserabilem casum qui eis accidit, succursum expetunt et expectant ab eorum domibus et ecclesiis cismarinis, universitati vestre mandamus quatinus ab ipsis eorumque personis, pro bonis ipsorum, que in domibus et suis ecclesiis obtinent, occasione subventionis ecclesie nichil penitus exigatis, nec patiamini eos super hiis quilibet vestrum in sua civitate ac diocesi ab aliquibus molestari, sed revocetis in irritum si contra eos hac occasione aliquid est presumptum. Non obstantibus

1. Second fils de Louis VIII, roi de France.
2. Ce personnage, qui figure en mai 1239 dans un acte, paraît être mort en 1262. Il était seigneur de Baudimont, et porte ce titre sur son sceau, qui représente Adam et Eve (Sceau ogival, cire verte; légende : S. A. DE VIMIACO DNI DE BALDUINOMONTE).

aliquibus litteris super hoc a sede apostolica impetratis. Contradictores, etc. Dat. Lugduni, v idus maii, [pontificatus nostri] anno iv.

### 2442. — 26 mai 1247, Orange.

*François de Barcanto, prieur de S. Gilles, arbitre entre les habitants révoltés de la communauté d'Orange, Raymond I et Guillaume de Baux III, prince et co-prince d'Orange, et Géraud Amic, précepteur de l'Hôpital S. Jean de Jérusalem, déclare que les princes pardonnent au peuple sa révolte à main armée, fixe le cérémonial de la réconciliation, et ajoute que désormais le peuple ne contractera plus aucune alliance sans le consentement des princes, prêtera serment tous les dix ans, etc.*

Mention : De la Pise, *Tableau de l'histoire des princes et de la principauté d'Orange* (La Haye, 1639), 74, d'après les Archives du royaume des Pays-Bas à La Haye ; mais cet acte ne se retrouve plus dans ce dépôt. — Analyse : Barthélemy, *Inv. des chartes de la maison de Baux*, 94, n° 331.

### 2443. — 30 mai 1247, Lyon.

*Le pape Innocent IV annonce à Guillaume de Broue, archevêque de Narbonne, et à ses suffragants qu'en demandant aux Hospitaliers de participer à l'imposition destinée aux besoins de l'Eglise, il a entendu que la contribution des églises paroissiales de l'ordre compterait dans le subside dû par le diocèse de Narbonne et non dans celui que les Hospitaliers avaient à verser.*

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1196, f. 180 (copie de la Porte du Theil, xviii° s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 21, f. 397 *b* (copie contemp.). — Texte : Berger, *Reg. d'Inn. IV*, I, 410, n° 2755.

[Innocentius, etc.], archiepiscopo Narbonensi et ejus suffraganeis, [salutem, etc.] Licet ab Hospitalariis per se subsidium pro subventione Romane ecclesie postulemus, nolumus tamen ut eorum parrochiales ecclesie, que vobiscum consueverunt contribuere, a subventione hujusmodi excludantur, vel cum eis contribuant in subventione hujusmodi, sed vobiscum, prout est hactenus consuetum. Dat. ut supra [Lugduni, iii kalendas junii, pontificatus nostri anno iv].

### 2444. — Juin 1247.

*Michel I, abbé de N.-D. de Silly, reconnaît l'accord, intervenu entre lui et les Hospitaliers de France, représentés par André Polin, grand-prieur de France, au sujet de la dîme de S. Lambert, qui appartiendra désormais à l'abbaye.*

Source : Paris, Arch. nat., S. 5051, n° 5 (orig.). — Analyse : Mannier, *Command. du gr.-prieuré de France*, 450.

Datum anno Domini m cc xl septimo, mense junio.

### 2445. — 2 juin 1247.

*Bela IV, roi de Hongrie, donne aux Hospitaliers des possessions étendues dans la petite Valachie (ancien banat de Szörcny).*

Sources : Guyulfchervar, Battyanyanum, ms. Batthyany (copie, xviii° s.); Rome, Arch.

du Vatican, reg. 22, f. 75 (dans une confirm. d'Innocent IV, du 20 juillet 1250, copie contemp.); Vienne, Arch. imp. roy., ms. 100, vol. 2, f. 42 (copie de Smitmer, xviii[e] s.). — TEXTE : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, IV, I, 447; Katona, *Hist. crit. reg. Hung.*, VI, 45. — FRAGMENTS : Pray, *Dissert. de prioratu Auranæ,* 117.

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis, amen. Bela, Dei gratia Ungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Cumanieque rex, in perpetuum. Regum celsitudo requirit, et sublimium dignitati debetur, ut inter cetera eo studiosus ad multiplicationem invigilet subditorum, quo ipsorum gloria in subjecte plebis multitudine specialius exaltatur, presertim cum regum omnium et regnorum potentia, pax et securitas in suorum robore consistere dignoscantur. Accedit nihilominus ad modicam sollicitudinis regie partem, eos benignioribus intueri et amplioribus prosequi beneficiis, in quorum personis et utilitas temporalis provenire speratur. Hac itaque consideratione inducti, cum venerabili viro Rembaldo, domorum Hospitalis Jerosolymitani magno preceptore in partibus Cismontanis (*var*: Cismarinis), dilecto amico nostro, super populatione regni nostri, quod, per hostilem barbare nationis incursum, que Tartari appellantur, sicut in bonorum amissione, sic incolarum interentione grave sustinuit dispendium, longo prehabito tractatu cum principibus et baronibus regni nostri, in hoc nostra resedit communiter deliberatio ut, quia idem preceptor, nomine domus Hospitalis, in subsidium regni nostri, intuitu defensionis fidei christiane, arma assumere, secundum formam inferius annotatam, et in populanda terra nostra consilium et auxilium impendere, bona fide, nec non alias subire conditiones, paulo post presentibus insertas, se ac domum Hospitalis sponte obligavit, damus et conferimus sibi, et per eum dicte domui, totam terram de Zeurino, cum alpibus ad eam pertinentibus, et aliis attinentiis omnibus, pariter cum kenazatibus Joannis et Farcasii usque ad fluvium Olte, excepta terra kenazatus Lyrtioy waiwode, quam Olahis relinquimus, prout iidem hactenus tenuerunt; ita tamen quod medietatem omnium utilitatum et redituum ac servitiorum, de tota terra Zeurini memorata et kenazatibus supra nominatis provenientium, nobis et successoribus nostris reservamus, medietate alia ad usum domus supradicte cedente, exceptis ecclesiis constructis et construendis in omnibus terris supradictis, de quarum reditibus nihil nobis reservamus; salvis tamen reverentiis et juribus archiepiscoporum et episcoporum, que habere dignoscuntur; exceptis etiam molendinis omnibus, infra terminos prenotatarum terrarum ubicumque factis vel faciendis, preterquam intra Lytira, nec non edificiis et agriculturis omnibus, sumtibus fratrum dicte domus etiam factis, fanetis quoque, seu animalium et pecorum suorum pascuis, piscinis, que nunc sunt vel fient per ipsos, que omnia ad ipsorum fratrum usum integraliter volumus retineri, preter piscationes Danubii ac piscine de Cheley, quas nobis et ipsis communes reservamus. Contulimus etiam quod medietatem omnium proventuum et utilitatum, que ab Olahis, terram Lityra habitantibus, excepta terra Hotsat cum pertinentibus suis, regi colligentur, domus Hospitalis percipiat antedicta. Volumus etiam quod memorati Olahi ad defensionem terre et ad injurias propulsandas seu ulciscendas, que ab extraneis, nostre ditioni non subjectis, inferentur, jam dictis fratribus cum apparatu suo bellico assistere, et e converso ipsi fratres in casibus consimilibus eis subsidium et juvamen juxta posse impendere teneantur. Ad hec de salibus, quos ad usum dicte terre et illarum partium versus Bulgariam, Greciam et Cumaniam sufficienter deferri concedimus, de quacunque salis fodina Ultrasilvana commodius, sumtibus nobis et ipsis communibus, extrahi potuerint, salvo in omnibus jure episcopali, nec non de moneta, que illic de voluntate regia et consilio preceptoris domus illius, pro tempore constituti, curret, medietatem nobis reservamus, sicuti de ceteris reditibus est pretactum; medietate alia ad usum dicte domus convertenda, salvis juribus

ecclesiarum. Ordinationes, quas nobilibus ac aliis, tam super libertatibus ipsorum quam super judiciis ad inhabitandam terram jam dictam, aliunde venientibus concesserit, salva parte nostra redituum et utilitatum inde provenientium, dicta domus, nec non sententias, quas tulerit in eosdem, ratas habebimus atque firmas; hoc addito quod, si contra majores terre aliqua sententia de sanguinis effusione prolata fuerit, in qua senserint se gravari, ad nostram curiam valeant appellare; hoc insuper adjecto quod, si excercitus regnum nostrum, quod absit, invadere attemptaret, quinta pars armatorum terre jam dicte pro defensione terre nostre in excercitu nostro ad bella procedere teneatur; si autem versus Bulgariam, Greciam et Cumaniam exercitum moverimus, tertia pars omnium ab bella habilium precedet, et de aquisitionibus tam mobilium quam immobilium portionem recipiet domus jam dicta, pro numero personarum exercitus de Zeurino pariter et armorum. Ad hec contulimus preceptori antedicto et per ipsum domui Hospitalis a fluvio Olte et alpibus Ultrasilvanis totam Cumaniam sub eisdem conditionibus, que de terra de Zeurino superius sunt expresse, excepta terra Szeneslai, woiavode Olahorum, quam eisdem reliquimus, prout iidem hactenus tenuerunt, sub eisdem etiam conditionibus per omnia, que de terra Lytira sunt superius ordinata. Hoc autem nolumus preterire quod, a primo introitu sepe dictorum fratrum usque ad viginti quinque annos, omnes reditus Cumanie terre integraliter domus percipiat jam prefata, preterquam de terra Szeneslai antedicta, de qua tantum medietatem redituum et utilitatum obtinebit. Ex tunc vero medietas omnium proventum, utilitatum et servitiorum per fratres ejusdem domus, a celsitudine regia approbatos et juratos, fisco regio ministratur, ita tamen quod, de quinquennio in quinquennium, per nostrum hominem specialem proprii reditus, servitia et utilitates, exinde provenientes, debeant computari; sumtus vero, qui in castrorum seu munitionum custodiis fient, sicut nobis et ipsis fratribus debent esse communes, salvis aliis conditionibus pro parte nostra, et exceptionibus pro parte domus Hospitalis in terra Cumanie, ut puta de ecclesiis, de molendinis et aliis omnibus, que singillatim superius de Zeurino sunt expressa. Ad castra etiam edificanda in dicta terra Cumanie, nec non contra quoslibet impugnatores terre Cumane, consilium et vires ipsis fratribus impendemus, quum necesse fuerit et ab ipsis fratribus fuerimus requisiti, etiam cessantibus impedimentis aliis, illuc personaliter accedendo. Concedimus etiam eisdem terram quingentorum[1] aratrorum in Feketig, vel alibi ultra silvas complebimus hunc numerum, ubi magis ad introitum terre Cumane vel Zeurini dictis fratribus videbimus expedire; super qua donatione litteras nostras dabimus speciales. Denique, ut sepe dicta domus Hospitalis commodius sibi necessaria per mare valeat procurare, pro utilitatibus regni nostri et suis, contulimus sibi juxta maritima civitatem Scardonam, cum omnibus suis pertinentiis et juribus, ipsam contingentibus, nec non predium Peczath, cum suis terminis et utilitatibus, prout charissimus frater noster inclyte memorie Colomanus rex tenuit[2], et quemadmodum ad ipsum predium pertinere digoscuntur, salvis ecclesiarum juribus in eisdem. Insuper etiam terram nomine Woyla juxta Danubium, non longe a Zemilen existentem, a castro de Crassou exemtam, cum omnibus pertinentiis et utilitatibus suis, sicut Nicholaus, frater Ugolini, in perpetuitatibus tenuerat, fratribus contulimus predictis. Porro sepedictus preceptor ob concessiones nostras, quas propter caussas infra scriptas facimus seu fecimus, obligavit se, nomine dicte domus, arma assumere contra omnes paganos, cujuscumque nationis, nec non contra Bulgaros; contra alios autem schismaticos, si regnum aut regni confinia invadere attemptarent, nomi-

1. Fejer corrige ce chiffre en: cccc.

2. Il était duc et roi d'Esclavonie, et mourut en 1220.

natim ac precise introducere in regnum nostrum in presente, ad nostrum et regni nostri servitium, centum fratres, militaribus armis et equis decenter et bene preparatos ; contra excercitum autem christianorum, regnum nostrum intrare volentem, obligavit se nomine dicte domus dare quinquingenta fratres armatos ad custodiam et defensionem castrorum et munitionum in confiniis existentium, ut est Posonitum, Musunium, Suprunium, Castrumferreum, Castrum Novum, et etiam infra, ubicunque rex voluerit, collocare, et sexaginta contra Tartaros, si regnum nostrum ipsos intrare contingat, quod absit. Quibus omnibus, quamdiu sunt in custodiis castrorum et munitionum, regia proposit[i]o faciet sumtus necessarios ministrare. Adjunctum est etiam nomine domus quod preceptor seu magister, qui pro tempore ad gubernationem domorum in regnis nostris existentium mittetur de partibus transmarinis vel aliis, in introitu suo promittere teneatur, data fide juxta consuetudinem sui ordinis, omnem fidelitatem regi et regno, et observare facere atque attendere in se et suis, sine fraude, universa et singula supra dicta ; et quod curam et operam dabit ad populandum non solum dictas terras, sed etiam alias terras regni nostri ; et quod rusticos de regno nostro, cujuscumque conditionis et nationis, ac Saxones vel Teutonicos de nostro regno non recipiant ad habitandum terras supradictas, nisi de licentia regia speciali. Adjunctum insuper fuit a nobis et a preceptore jam dicto, nomine prefate domus recipiente, quod, si premissa, vel aliqua seu aliquid de premissis, ad que dictus preceptor se et predictam domum superius obligaverat, per ipsum vel per alium preceptorem seu magistrum, pro tempore constitutum, omitti contingeret, et, tertio sollempniter admonitus, satisfacere non curaret, magnusque magister transmarinus, super hec modo debito pro parte regia sufficienter requisitus, non emendaret infra annum, post factam requisitionem, quod omissum est seu neglectum per dictum magistrum seu preceptorem, pro tempore existentem, emendam seu ultionem, per subtractionem redituum vel alio modo, juxta quantitatem et qualitatem excessus, regia deliberatio recipiet juxta sue beneplacitum voluntatis. Ut igitur universa et singula supradicta, coram nobis et baronibus nostris recitata, perpetue firmitatis, quantum est ex persona nostra, robur obtineant, que fide data porrectione dextere regalis nostre promisimus, durantibus obligationibus ex parte domus factis, inviolabiliter observare, et facere observari, presentem tradidimus paginam, charactere bulle nostre auree communitam ; et sepe dictum preceptorem, nomine domus Hospitalis prefate, per dilectum fidelem nostrum magistrum Achillem, Albensem prepositum, aule nostre vice-cancellarium, in possessionem predictorum corporalem auctoritate regia fecimus introduci. Datum per manus reverendi patris Benedicti, archiepiscopi Colocensis et aule nostre cancellarii. Venerabili patre Stephano, archiepiscopo Strigoniensi ; Bartholomeo, Quinque Ecclesiensi ; Stephano, Zagrabiensi ; Basilio, Cenadiensi ; Pouza, Bosnensi ; Arnolpho, Jauriensi ; Zalando, Wesprimiensi ; Wicentio, Waradensi ; Heymone, Waciensi ; Gallo, Transilvano ; Lamperto, Agriensi episcopis, ecclesias Dei feliciter gubernantibus ; Ratislao, illustri duce Gallicie et bano totius Sclavonie ; Stephano, comite palatino ; Laurentio, waywoda Transilvano ; Dionysio, magistro tavernicorum et comite Posoniensi ; Rolando, judice aule nostre ; Mauritio, magistro dapiferorum et comite Nitriensi ; Chak, magistro Agazonum, et comite Supruniensi ; Bagin, magistro pincernarum et comite de Bana ; Paulo de Zounuk ; Benedicto Musun ; Nicholao, Zaladiensi ; alio Nicholao, de Ferreo Castro ; Henrico, Simighiensi ; Severico, Albensi comitibus, et aliis quam pluribus comitatus et magistratus regni nostri tenentibus. Anno ab incarnatione Domini M CC XL VII, quarto (*var* : III) nonas junii, regni autem nostri anno duodecimo.

**2446.** — 5 juin 1247, Lyon.

*Le pape Innocent IV permet à Henri de Tanne, évêque de Constance, d'interdire dans son diocèse aux Hospitaliers, aux Teutoniques et aux frères du S. Esprit de donner aux personnes frappées d'excommunication ou d'interdit la sépulture ecclésiastique.*

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 21, f. 400 (copie contemp.). — Analyse : Ladewig, *Reg. episc. Constantiensium*, I, 191, n° 1657. — Texte : *Acta pontificum Helvetica*, I, 217 (à la date fausse du 3 juin 1247); Berger, *Reg. d'Innoc. IV*, I, 415, n° 2781 ; Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. XIII*, II, 281, n° 383.

[Innocentius, etc., Henrico], episcopo Constantiensi, [salutem, etc.] Tua nobis fraternitas intimavit quod Hospitalis sancti Johannis et domus Theutonicorum ac S. Spiritus magistri et fratres, tue diocesis, excommunicatos et interdictos, privilegiorum suorum auctoritate, non attendentes quantum ex hoc detrahatur Ecclesie negotio, presumunt, cum decedunt, ecclesiastice tradere sepulture ; propter quod interdictum a plerisque contempnitur, et eidem negotio non modicum derogatur. Quocirca fraternitati tue presentium auctoritate concedimus ut eisdem religiosis, instanti Ecclesie turbatione durante, hujusmodi sepulturas interdicere et cohibere eos, quod de cetero similia non attemptent, per excommunicationis, suspensionis et alias sententias libere valeas, prout eidem negotio videris expedire ; non obstantibus, etc. Dat. Lugduni, nonis junii, [pontificatus nostri] anno IIII.

**2447.** — 6 juillet 1247, Lyon.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 19 *juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Paci et quieti* ». (*V. plus haut*, I, *n°* 429.)

Source : Wurtzbourg, Arch. roy., reg. 141, f. 160 (copie, XVI<sup></sup>e s., d'après un vidimus de l'official de Wurtzbourg, du 12 janvier 1317).

Dat. Lugduni, II nonas julii, pontificatus nostri anno V.

**2448.** — 7 juillet 1247, Lyon.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 18 *février* 1199 : « *Religiosos viros fratres* ». (*V. plus haut*, I, *n°* 1071.)

Sources : Aarau, Arch. d'état, command. de Rheinfelden, n° 5 (orig. bullé); Colmar, Arch. de l'anc. dép. du Haut Rhin, H. ordre de Malte, carton 1 (vidimus de l'officialité de Mayence, de 1292).

Dat. Lugduni, nonis julii, pontificatus nostri anno V.

**2449.** — 8 juillet 1247, Lyon.

*Le même renouvelle la bulle de Grégoire IX, du* 23 *février* 1228 : « *Cum abbates Cisterciensis* ». (*V. plus haut*, *n°* 1908.)

Sources : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, cartul. 393 G, f. 125 (copie, XVe s.) ;

Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXVII, n° 61, f. 3 *b* (cah. de copies de bulles de l'official de Trèves, de 1496); Strasbourg, Arch. de l'anc. dép. du Bas-Rhin, H. 1351, n° 5 (orig.).

Dat. Lugduni, VIII idus julii, pontificatus nostri anno V.

**2450.** — 9 juillet 1247, Lyon.

*Le même renouvelle la bulle de Grégoire IX, du 23 février 1228 : « Cum abbates Cisterciensis ». (V. plus haut, n°* 1908.)

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXVI, n° 26 (orig. bullé).

Dat. Lugduni, VII idus julii, pontificatus nostri anno V.

**2451.** — 9 juillet 1247, Lyon.

*Le pape Innocent IV renouvelle la bulle d'Innocent III, du 18 février 1199 : « Religiosos viros fratres. » (V. plus haut,* I, *n°* 1071.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 217 *b* (copie de S. Pauli, XVIII^e s.); Malte, Arch. de l'ordre, bull. E, f. 270, n° 2 (auj. perdu); Munich, Arch. roy. de Bavière, ordre de S. Jean, command. de Wurtzbourg, liasse 4 (vidimus du doyen et du prévôt de S. Victor de Mayence, du 6 avril 1290); Strasbourg, Arch. de l'anc. dép. du Bas-Rhin, H. 1351, n° 5 (orig.).

Dat. Lugduni, VII idus julii, pontificatus nostri anno V.

**2452.** — 11 juillet 1247, Lyon.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du 6 décembre 1184 : « Non absque dolore ». (V. plus haut,* I, *n°* 702.)

Sources : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, cartul. 293 G, f. 124 *b* (copie, XV^e s.); Munich, Arch. roy. de Bavière, ordre de S. Jean en général, liasse 1 (orig. bullé).

Dat. Lugduni, V idus julii, pontificatus nostri anno V.

**2453.** — 18 juillet 1247, S. Aignan.

*Gaucher de Châtillon, seigneur de S. Aignan, donne aux Hospitaliers de Rougeon le droit de pâturage et d'effouage au bois Bifaut et sur sa terre de Chemardois, à charge de lui rendre chaque année un muid d'avoine.*

Sources : Paris, Arch. nat., S. 5019, n° 10 (vidimus de l'évêque d'Orléans, du 27 juillet 1248); Bibl. nat., lat. 12776, p. 451 (mauvaise copie de D. Estiennot, XVII^e s.). — Analyse : Mannier, *Command. du gr.-prieuré de France,* 168.

Gie Gauchiers de Chasteillon, sires de S. Aignien en Berri, faz asavoir à toz ceaus qui ces letres verront que gie ai doné et otroié aus freres de la meison de l'Ospital de Rouguel e à luer omes le pasturage e l'effoucherer en bois Bufaut e

en ma terre de Chemardois, fors de mes autres bois, ausi come mi autre ome l'ont. E en recompensation de ce, il m'en ont doné pardurablement un mui d'avoine à la mesure de Rougeul, à recevoir chascun an en leur grange de Rougeul à la saint Remi. E en tesmoig de ceste chose e que ele soit ferme e estable, gie lor en ai doné mes letres pendanz, seelées de mon seel. Ce fut fet en l'an mil et dous cenz e quarante set, à S. Aignien en Berri, el mois de juignet, le juesdi devant la Madeleigne.

### 2454. — 26 juillet 1247, Lyon.

*Le pape Innocent IV ordonne à Henri III, évêque de Strasbourg, de faire exécuter la sentence d'excommunication, portée par lui contre les Bâlois, qui, partisans de l'empereur Frédéric II, avaient détruit de fond en comble le palais de leur évêque. Il défend aux frères Prêcheurs et Mineurs et aux Hospitaliers de célébrer les offices dans leurs chapelles en présence des Bâlois.* — « *Gravem venerabilis fratris* ».

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 21, f. 446 (copie contemp.). — Analyse : Berger, *Reg. d'Inn. IV*, I, 469, n° 3109 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 12622. — Texte : Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. XIII*, II, 301, n° 415 ; Sbaralea, *Bullarium Franciscanum*, I, 474.

Dat. Lugduni, VII kalendas augusti, [pontificatus nostri] anno V.

### 2455. — 30 juillet 1247, Huesca.

*Jacques I, roi d'Aragon, de Majorque et de Valence, comte de Barcelone et d'Urgel et seigneur de Montpellier, confirme l'acte de Pierre II, son père, du* 26 *février* 1210. (*V. plus haut, n°* 1325.)

Source : Sigena, Arch. du monastère (conf. scellée de Jacques II, roi d'Aragon, du 7 juillet 1304).

S. Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, Majoricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli, et domini Montispessulani, qui predicta omnia laudamus et confirmamus post lectionem et recitationem coram nobis factam, presentibus Eximino Petri, et dompno P. Cornelii, et Eximino de Focibus, appositum per manum magistri B. de Solerio, notarii sui, in Osca, III kalendas augusti, anno Domini M CC XL septimo[1].

### 2456. — 30 août 1247.

« *Inventaire des vases sacrés et ornements qui étoient dans l'église du château de Crat et dans celle de Nostre-Dame du Bourg, fait par frère Arnaud d'Arène, prieur de l'église de Crat, du* 3 *des calendes de septembre* 1247. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 267 (XVIII$^e$ s.).

1. Cette confirmation consiste uniquement dans l'addition à l'acte du 26 février 1210 de la mention reproduite ici ; ce mode de ratification fut souvent employé à cette époque en Espagne.

### 2457. — 18 septembre 1247.

*André Polin, grand-prieur de France, autorise Milon de Crimolois, Jean Chanlart et Eudes Bocut, habitant près de Crimolois, à racheter, moyennant un cens annuel de cent sous de Dijon, la taille à laquelle ils étaient soumis.*

Source : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, gr.-prieuré de Champagne, H. 1206 (vidimus du doyen de Dijon, de septembre 1254).

Omnibus presentes litteras inspecturis frater Andreas Polin, sancte domus Hospitalis Jherusalem prior humilis in Francia, salutem in Domino. Notum facimus quod nos, de fratrum nostrorum consilio, Milonem de Crimolois, Johannem Chanlart et Odonem Bocutum, manentes in maso sito inter masum Hospitalis et masum Roberti Rousselli, videlicet inter duas aquas, absolvimus et quittavimus ab honere tallie, in quo nobis et domui Hospitalis tenebantur ratione dicti masi, et ipsorum heredes, pro centum solidis Divionensis monete. Quod nobis vel ballivo domus nostre Divionensis, qui pro tempore fuerit, in festo sancti Remigii perpetuo reddere tenebuntur annuatim, salvis tamen omnibus aliis redibitionibus, in quibus tenebantur ante datam presentium nobis et domui Hospitalis. Si vero dicti homines vel ipsorum heredes masum aliud in villa de Crimolois acquisierint, talliam dicti masi adquisiti nobis vel ballivo nostro predicto tenebuntur reddere, sicut homines alii dicte ville. Si autem masum predictum abonatum ad centum solidos reliquerint, et exierint omnino, nos predictum masum retinebimus tanquam nostrum proprium, et sine contradictione qualibet de ipso nostram poterimus facere voluntatem. Quod ut ratum sit, presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Actum anno Domini M CC quadragesimo septimo, die mercurii post exaltationem sancte Crucis.

### 2458. — Octobre 1247, Paris.

*Le même vidime et accepte un acte de Robert I, comte d'Artois, de mai 1247, relatif à l'achat, par les Hospitaliers, d'une maison à Arras, au fief de Baudimont.* (*V. plus haut, n°* 2440.)

Source : Arras, Arch. du Pas-de-Calais, A. 11, n° (orig. scellé [1]).

Actum Parisius, anno Domini M CC quadragesimo septimo, mense octobri.

### 2459. — 20 novembre 1247, Lyon.

*Le pape Innocent IV renouvelle la bulle de Grégoire IX, du* 20 *novembre* 1228 : « *Cum de viris* ». (*V. plus haut, n°* 1929.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 65 (copie, XVI° s.).

Dat. Lugduni, XII kalendas decembris, pontificatus nostri anno V.

1. Le sceau d'André Polin représente une tête de femme (intaille). Légende : + SECRETVM. A. PRIORIS. Il est décrit dans Demay, *Inv. des sceaux de l'Artois et de la Picardie* (Paris, 1877), Artois, 309, n° 2850.

**2460.** — 22 novembre 1247, Lyon.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du 20 avril 1200 : « Cum dilecti filii ». (V. plus haut, I, nº 1115.)*

Source : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, gr.-prieuré de Champagne, H. 1146, liasse 1, nº 38 (vidimus du 29 janvier 1431 et du 29 avril 1444).

Dat. Lugduni, x kalendas decembris, pontificatus nostri anno v.

**2461.** — 24 novembre 1247, Lyon.

*Le même autorise le témoignage en justice des Hospitaliers dans les causes qui concernent l'Hôpital.*

Sources : Paris, Arch. nat., L. 246, nº 151 (orig. bullé) ; Bibl. nat., lat. 9001, f. 90 *b* (copie d'A. de Naberat, xviie s.).

Innocentius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jherosolimitani, salutem, etc. Justis petentium desideriis, etc. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulacionibus grato concurrentes assensu, ad exemplar felicis recordacionis Alexandri pape, predecessoris nostri, auctoritate vobis apostolica duximus indulgendum ut in causis vestris fratres vestros possitis ad testimonium ferendum producere, nec, pro eo quod fratres vestri sint, si alia causa rationabilis et manifesta non obstat, a ferendo testimonio repellantur, dummodo, sicut censura canonum et legum sancit auctoritas, velint testimonium perhibere. Nulli ergo, etc. Dat. Lugduni, viii kalendas decembris, pontificatus nostri anno v.

**2462.** — 21 décembre 1247, Lyon.

*Le même ordonne à Eudes de Châteauroux, évêque de Tusculum, légat du S. Siège, de remettre entre les mains des Hospitaliers de France le produit du rachat des vœux de croisade provenant des fidèles soumis à leur juridiction.*

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 21, f. 495 (copie contemp.) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 157 (copie de Smitmer, xviiie s.). — Analyse : *Reg. d'Innoc. IV*, I, 527, nº 3504.

[Innocentius, etc.], venerabili fratri [Odoni], episcopo Tusculano, apostolice sedis legato, [salutem, etc.]. Per evidentiam patet operis quod dilecti filii fratres Hospitalis Jerosolimitani Terre Sancte negotium illo prosequantur affectu quod pro ipso non solum bona, set personas eciam indifferenter exponunt. Cum autem dilectus filius prior et fratres Hospitalis ejusdem in Francia in favorem ejusdem negotii a nobis foveri debeant gratia speciali, nos, eorum precibus annuentes, tibi presentium auctoritate mandamus quatinus, cum quidam ex eorum hominibus, sub ipsorum jurisdictione manentes, in Terre Sancte cruce signati subsidium, prout asserunt, velint redimere vota sua, redemptiones hujusmodi diligenter colligi facias, et dictis... priori et fratribus pro jam dicto subsidio integre assignari. Dat. Lugduni, xii kalendas januarii, [pontificatus nostri] anno v.

## 2463. — 13 janvier 1248, Lyon.

*Le même informe le doyen de l'église S. Gengoul de Tulle que l'impôt du vingtième n'est exigible ni des Cisterciens, ni des Hospitaliers, ni des Templiers, ni des Teutoniques dans le diocèse de Tulle.*

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 21, f. 499 *b* (copie contemp.). — Texte : Berger, *Reg. d'Innoc. IV*, I, 534, n° 3551 ; Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. XIII*, II, 340, n° 479.

[Innocentius, etc.], decano S. Gengulphi Tullensis, [salutem, etc.] Consultationi tue breviter respondemus quod, super vicesima exigenda ab ecclesiis et personis ecclesiasticis, tam exemptis quam non exemptis, civitatis et diocesis Tullensis, juxta litterarum formam super hoc tibi a sede apostolica directarum, abbates et monachos Cisterciensium, qui oblata eis pietatis intuitu quasi totaliter dispensant per opera caritatis, ac Templarios et Hospitalarios seu fratres Hospitalis sancte Marie Theotonicorum, qui se ac ipsorum bona deputant Redemptoris obsequiis, rerum dispendia seu personarum pericula minime metuentes, non intelligimus nec volumus sub generalitate personarum hujusmodi comprehendi. Dat. Lugduni, idibus januarii, [pontificatus nostri] anno v.

## 2464. — Février 1248.

*André Polin, grand-prieur de France, reconnaît que les Hospitaliers doivent aux chanoines de S. Marcel de Paris un chef cens de 15 deniers Parisis et un croit de cens de 24 sous Parisis pour une maison sise à Paris, derrière S. Hilaire, dépendant de la censive desdits chanoines, et ayant appartenu à frère Orange du Sable*[1].

Source : Paris, Arch. nat., S. 5115 B, n° 32 (vidimus scellé de l'official de Paris, du 14 mai 1254).

Datum anno Domini M CC XL septimo, mense februarii.

## 2465. — 15 mars 1248, Lyon.

*Le pape Innocent IV accorde quarante jours d'indulgence à tous ceux qui visiteront dans l'octave de la fête de S. Jean-Baptiste, l'église des Hospitaliers de Marseille.*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 699 (orig.).

Innocentius, etc., dilectis filiis..... preceptori et fratribus domus Hospitalis Jerosolimitani Massiliensis, salutem, etc. In sanctorum festivitatibus, que a Christi fidelibus votiva celebritate coluntur, dignis laudibus glorificatur Omnipotens, sanctis ipsis debitus honor impenditur, et animorum profectus devotione congrua procuratur. Unde nos, qui fidelium ipsorum curam gerimus generalem, cum pre omnibus, que nostre incumbunt sollicitudini, ad eorumdem salutem intendere teneamur, multo desiderio cupimus ut illorum memoriam, quos exutos jam corpore

1. La donation de cette maison aux Hospitaliers par l'abbé et par le chapitre de S. Marcel, datée de février 1248, est annexée à l'acte du grand-prieur de France (Paris, Arch. nat., S. 5115 B, n° 33, orig.).

stolam glorie induit rex celestis, venerabiliter recolentes, ipsorum festa et celebri agant observantia, et sollempnitate annua prosequantur, ac ut tanto accuratius ad eorum cultum se preparent quanto plus ipsum animabus senserunt profuturum, eum nonnumquam insigniis quibusdam spiritualibus, indulgentiis videlicet et remissionibus, magnificare studemus, ipsas devote illum exequentibus benignitate apostolica largiendo. Hinc est quod, cum, sicut intimantibus vobis accepimus, ecclesia domus Hospitalis vestri sit in honore sancti Johannis Baptiste constructa, nos ipsam digna coli reverentia cupientes, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad eandem ecclesiam in festo ejusdem sancti et usque ad octabas ipsius pura intentione accesserint annuatim, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, auctoritate confisi, quadraginta dies de injuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Dat. Lugduni, idibus marcii, pontificatus nostri anno v.

### 2466. — 26 mars 1248.

*Othon, comte de Bentheim, certifie que Rodolphe, commandeur de Steinfurt, a acheté, moyennant 35 marcs, de Conrad de Hyert, chevalier, la maison de Dikhausen.*

Sources : Rheine, Collège Weddige, cartul. de Steinfurt (copie, XIII^e-XIV^e s.); Steinfurt, Arch. du prince de Bentheim-Steinfurt (orig.). — Analyse : *Jahresbericht über das Gymnasium Dionysianum zu Rheine*, XX (1881-2), 9. — Texte : Niesert, *Cod. dipl. Steinfordiensis* (Coesfeld, 1834, 5^e vol. de *Münstersche Urkundensammlung*), 37 ; *Westfälisches Urkundenbuch*, III, 262.

Data sunt hec anno Domini M CC XL VIII, septimo kalendas aprilis.

### 2467. — 6 avril 1248, Lyon.

*Le pape Innocent IV fait connaître à Pierre d'Albalat, archevêque de Tarragone, et à ses suffragants, que les Hospitaliers sont exempts de la contribution pécuniaire, imposée sur les bénéfices ecclésiastiques par le concile de Lyon pour la défense de l'empire d'Orient, et interdit à ces prélats de molester lesdits Hospitaliers.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 723 (orig. bullé).

Innocentius, etc., venerabilibus fratribus [Petro], archiepiscopo Terraconensi, [et suis] suffraganeis, salutem, etc. Attendentes quod, ex constitutione, quam pro subsidio imperii Romanie in consilio Lugdunensi [ed]idimus, illi, qui personaliter in Terre Sancte proficiscuntur succursum, eximuntur a prestatione subventionis, que de proventibus beneficiorum, in quibus per beneficiatos per sex menses ad minus non residetur personaliter annuatim, prefato imperio per constitutionem eandem extitit deputata ; considerantes etiam quod dilecti filii fratres Hospitalis Jerosolimitani memorati succursui terre insistunt continue, pro ipsius defensione indefesso brachio decertantes, ac nolentes ex hoc ut de proventibus prebendarum ecclesiarum et beneficiorum suorum teneantur eidem imperio subvenire, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eosdem fratres a quoquam in hac parte, non obstantibus quibuscumque litteris super hoc a sede apostolica impetratis, per quas presentium effectus impediri valeat vel differri, vel de quibus oporteat in eisdem fieri mentionem, molestari minime permittatis, revocantes in irritum, si quid contra ipsos super hiis occasione litterarum nostrarum est forsitan

attemptatum; molestatores hujusmodi per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Dat. Lugduni, VIII idus aprilis, pontificatus nostri anno V.

### 2468. — Mai 1248, Etampes.

*Louis IX, roi de France, confirme, en le vidimant, un accord, intervenu entre André Polin, grand-prieur de France, et les habitants de Vaumort et de Theil, relativement aux défrichements.*

SOURCE : Paris, Arch. nat., S. 5250 B, pièce sans n° (orig.). — ANALYSE : Paris, Arch. nat., S. 6017, f. 34 (invent. de la command. de Launay, 1745).

Ludovicus, Dei gratia Francorum rex, universis, presentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus quod nos litteras dilecti nostri fratris Andree Polin, domus Hospitalis Jherusalem prioris in Francia, vidimus in hec verba :

« Universis presentes litteras inspecturis frater Andreas Polin, sancte domus « Hospitalis Jherusalem prior humilis in Francia, salutem in Domino. Notum facimus « quod, cum controversia verteretur inter nos, ex una parte, et homines parrochie « Vallis Mauri et de Tillia, ex altera, super eo quod dicebant quod essartaveramus « quasdam terras, in quibus dicebant dicti homines se debere habere usuarium quan-« tum ad pasturagia et ad ligna, tandem amicabilis compositio intervenit inter nos « et ipsos in hunc modum quod nos, extra metas de novo positas de communi nostro « et ipsorum assensu, que posite fuerunt anno Domini M CC quadragesimo septimo, « nichil poterimus essartare, et infra dictas metas nobis et ipsis erunt pascua « communia terris existentibus vacuis ; mediante vero pace ista, consensum est « inter nos et ipsos quod, extra metas predictas, nichil assartabimus de cetero, hoc « retento quod nobis..... maneat usuarium et quicquid nobis et hominibus nostris « datum est et concessum a bone memorie Ludovico rege, patre felicis recorda-« tionis regis Philippi, prout in ipsius litteris continetur[1]. Et si forte contigerit « quod dicte terre culte redigantur ad nemora vel forestam, volumus quod dicti « homines in ipsis usagium habeant sicut ante, ita tamen quod terre assartate « superius expresse ab omni usuario nobis remaneant quite, libere et immunes, « salvis tamen eisdem pasturagiis modo predicto; et hec omnia promittimus fideliter « imperpetuum observare. In cujus rei testimonium, presentes litteras sigillo « nostro fecimus sigillari. Datum Parisius, anno Domini M CC quadragesimo « octavo, mense maio. »

Nos autem predictam compositionem, prout superius continetur, volumus et concedimus, salvo jure nostro et alieno, et ad petitionem partium presentes litteras sigillo nostro in hujus rei testimonium fecimus sigillari. Actum apud Stampas, anno Domini M CC quadragesimo octavo, mense maio.

### 2469. — 11 mai 1248, Lyon.

*Le pape Innocent IV renouvelle la bulle de Grégoire IX, du* 21 *août* 1227 : « *Quieti vestre providere* ». (*V. plus haut, n°* 1881.)

SOURCE : Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, ms. Y. 72, p. 105 (copie, XV^e s.)[2].

Dat. Lugduni, V ydus maii, pontificatus nostri anno V.

1. Il s'agit de l'acte de Louis VII, roi de France, de 1152 (V. plus haut, I, n° 206).

2. La rubrique de la table des matières du manuscrit porte : « Require Argentine ».

### 2470. — 25 mai 1248, Lyon.

*Le même ordonne au patriarche de Jérusalem, légat du S. Siège, aux prélats et barons de Terre Sainte, aux Templiers, Hospitaliers et Teutoniques de faire expulser du comté de Tripoli Thomas, comte d'Acerra, partisan de l'empereur Frédéric II.* — « *Cum, sicut accepimus* ».

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1197, f. 165 (copie de la Porte du Theil, xviii^e s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 21, f. 558 (copie contemp.). — Analyse : Berger, *Reg. d'Innoc. IV*, I, 624, n° 4103 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 12941. — Texte : Huillard-Bréholles, *Hist. dipl. Frid. II*, VI, 623 ; Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. XIII*, II, 399, n° 564.

Dat. Lugduni, viii kalendas junui, [pontificatus nostri] anno v.

### 2471. — 25 mai 1248, Lyon.

*Le même défend à Jean de Ronay, vice-maître de l'Hôpital, et aux Hospitaliers de favoriser les menées de Frédéric II, jadis empereur, et de son fils Conrad, pour s'emparer du royaume de Jérusalem*[1].

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1197, f. 170 (copie de la Porte du Theil, xviii^e s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 21, f. 558 (copie contemp.). — Analyse : Berger, *Reg. d'Innoc. IV*, I, 625, n° 4107 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 12943. — Texte : Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. XIII*, II, 401, n° 568; Huillard-Bréholles, *Hist. dipl. Frid. II*, VI, 624.

[Innocentius, etc.,] vicemagistro et conventui domus Hospitalis Jerosolimitani, [salutem, etc.] Cum, sicut accepimus, quidam de partibus vestris, tam religiosi quam alii, seditiose procurent qualiter regnum Jerosolimitanum possit ad manus F[riderici], quondam imperatoris, et C[onradi], nati ejus, inimicorum ecclesie, pervenire, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, firmiter precipiendo mandantes quatinus persistentes in devotione Romane ecclesie constantia inconcussa non inmutetis, nec, quantum in vobis est, ab aliquo permittatis ipsius regni dominium aliquatenus inmutari. Alioquin tam vos quam alii privilegiati de partibus illis, qui contra presumpserint, poterunt merito formidare quod omnibus privilegiis, libertatibus et inmunitatibus, vobis et eis ab apostolica sede concessis, in perpetuum privabuntur. Dat. ut supra [Lugduni, viii kalendas junii, pontificatus nostri anno v].

### 2472. — 27 mai 1248.

*Rodrigue Gil, grand commandeur d'Espagne, avec l'assentiment du prieur de Navarre et du commandeur de Cizur, donne à Dominique de Gaizariain des biens sis à Gaizariain, qui avaient appartenu à Sanche Ximenès, à charge de redevance annuelle envers la commanderie de Cizur.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, invent. du gr.-prieuré de Navarre de 1785 (*Extracto de todos los instrumentos.....* par J. A. Fernandez), p. 348, n° 5.

1. Des bulles de même teneur furent adressées, le même jour, par la chancellerie pontificale aux Templiers, aux Teutoniques, aux prélats et aux barons du royaume de Jérusalem, aux consuls que les Génois, les Vénitiens et les Pisans entretenaient en Terre Sainte, et aux habitants d'Acre.

## 2473. — 30 mai 1248, Laufenbourg.

*Rodolphe II, le Taciturne, comte de Habsbourg, et ses fils donnent aux Hospitaliers de Bubikon un terrain, situé dans les faubourgs de Laufenbourg, avec exemption des charges attachées à cette propriété.*

Sources: Aarau, Arch. d'état, command. de Leuggern, n° 5 (orig. scellé), et cartul. de Leuggern, f. 386 (copie de 1535); Fribourg, Bibl. cant., L. 44, f. 395 *b* (cartul. de Leuggern, de 1536). — Analyse: *Argovia, Jahresschrift der hist. Gesellschaft des K. Aargau,* X (Aarau, 1879), 137, n° 68; J. F. Boehmer, *Reg. imperii,* 1246-1313 (Stuttgart, 1844), p. 472. — Texte: M. Herrgott, *Genealog. dipl. aug. gentis Habsburgicæ,* II (Vienne, 1737), 288; *Urkundenbuch der Stadt und Landschaft Zürich,* II (Zürich, 1890), 210.

Universis, tam presentibus quam futuris, Rudolfus, comes senior de Habisburch, cum suis filiis, rei geste noticiam cum salute eterna. Quoniam ea, que aguntur in tempore, ne labantur cum tempore, scripturarum beneficio perennantur, noverint igitur omnes, quos scire fuerit oportunum, nostre mentis intentionem et desiderium future salutis. Audivimus quoque in terra viventium neminem aliquid gloriose possidere, nisi hic vivens fundamentum certum ante posuerit, et postea supra sapienter mediante justicia cum salute edificaverit, et sic quemlibet in patria in operibus propriis quiescere, torpentem autem absque domicilio remanere. Unde vero nos, in remedium animarum parentum nostrorum et pro salute nostra, aream cum pomerio contiguo, in anteriori villa Lǒfenberch, que dicitur in Cespite, juxta portam ejusdem ville, in plenitudine libertatis contulimus sancti Johannis in Bůbinchon Hospitali, ita videlicet quod ab omni persolutione thelonii, stipendii, collecte, vigiliarum vel cujuscunque exactionis a nobis et a successoribus nostris in perpetuum in eis residentes sint absoluti, et pro voluntate sua ibidem edificia construere possint. Fratres etiam dicte domus sub nostra defensione recepimus, salvo tamen in omnibus jure Seconiensis ecclesie, ad cujus proprietatem predicta spectare videntur. Ut autem hec rata sint et in posterum inconvulsa permaneant, sigilli nostri munimine roboravimus. Acta sunt autem hec anno Domini millesimo cc xl viii; Gotfrido, filio domini comitis [1]; et Chůnrado, milite de Wulvelingen; Růdulfo, plebano de Louphenberch; et Hugone, notario domini comitis; et Rudegero, subdiacono; et fratre Růdolfo [2], et aliis quam pluribus fide dignis. Datum apud Lǒphenberch, iii kalendas junii.

## 2474. — Juin 1248.

*André Polin, grand-prieur de France, avec l'assentiment du chapitre des Hospitaliers de France, vend à l'abbaye de la Clarté-Dieu la maison de Beaujeu en Touraine, située dans le fief de l'abbaye, moyennant mille livres Tournois.*

Sources: Paris, Bibl. nat., coll. Clairambault, vol. 1313, f. 76 (copie, xviii^e^ s.); Tours, Arch. d'Indre-et-Loire, H. 148 (orig.).

Omnibus presentes litteras inspecturis frater Andreas Poulins, sancte domus Hospitalis Jerosolimitani prior humilis in Francia, salutem in Domino. Noveritis quod nos, de consilio et assensu capituli nostri Francie generalis, pro conmuni utilitate domus nostre, vendidimus ab[bati et] conventui Claritatis Dei, Cisterciencis

1. Godefroy I, comte de Habsbourg (branche de Lauffenbourg-Klettgau), succéda à son père en 1249.

2. Le personnage qui figure ici comme témoin était probablement un frère de l'Hôpital.

ordinis, Turonensis diocesis, domum nostram, que vocatur Bellus Jocus in Turonia, sitam in feodo d[ictorum] abbatis et conventus, cum omnibus pertinenciis dicte domus, videlicet pratis, terris, vineis, decimis, hominibus, redditibus, rupibus, possessioni[bus], et omnibus rebus aliis ad dictam domum Belli Joci specialiter pertinentibus, tam in feodo dictorum abbatis et conventus quam extra sitis, tam in censivis quam allodiis, videlicet in parrochiis de S. Christoforo, de S. Albino Depedicto, de Nogento et de S. Paterno, et quodam homine, videlicet Gaufrido de Pane Perdito, cum omni jure et dominio, quod habebamus et habere poteramus in quatuor parrochiis supradictis, libere et pacifice in perpetuum possidendam, pro mille libris Turonensium, in usus neccessarios domus nostre utiliter convertendis ; quam summam pecunie a dictis abbate et conventu recepimus in pecunia numerata, et eos de ipsa quitavimus penitus et expresse. Tenemur autem dictis abbati et conventui super dicta domo et aliis supradictis contra omnes portare guarentiam ad usus et consuetudines patrie, promittentes bona fide supradictas conventiones, non obstante aliquo privilegio impetrato vel impetrando, in perpetuum observare. Quod ut ratum sit firmumque permaneat, presentes litteras sigilli nostri munimine duximus roborandas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, mense junii.

## 2475. — *19 juin 1248, Schlawe.

*Swantopluk, duc de Pomérélie, remet les Hospitaliers en possession de Mahlin*[1], *qui leur avait été donné par Sambor II, son frère, et de Turse, qu'ils tenaient de ses ancêtres.*

Source : Königsberg, Arch. roy. d'état, tiroir 48, n° 17 (orig. scellé), et ms. A. 18 (auj. 67), f. 49, n° 110. — Analyse : Klempin, *Pommersches Urkundenbuch,* I, 363. — Texte : Dreger, *Cod. dipl. Pomeraniæ,* I, 269 ; Hasselbach, *Cod. Pomeraniæ diplom.,* I, 787 ; Perlbach, *Pommerellisches Urkundenbuch,* 88[1].

In nomine Domini, amen. Quoniam dignum est divinis obsecundare mandatis, et veritati testimonium peribere, nos, Dei gratia dux Suantopolcus Pomoranie, protestamur cum hiis nostris nobilibus palatino Gniuomiro, et palatino Arnoldo de Suecza, Venceszlao, subcamerario, Vogen de Golambe, Varczon, castellano de Lubessou, Vireno, Cristec, Siszla, quod frater noster dux Samborius, de mera gratia, in remissionem peccatorum suorum, Hospitali sancti Johannis dedit villam, que Malenino vocatur, jure perpetuo possidendam. Item protestamur quod jam olim preteritis temporibus parentes nostri dederunt villam jure perpetuo, que Ture vocatur. Sed frater S[amborius] noster, quo ductus spiritu nescimus, bis sine causa predictas recepit possessiones, et, cum de patrimonio exularet fratres Hospitalis beati Johannis, in quietam restituimus possessionem jam secundo. Unde, ne acta et nostra vera protestacio noticiam effugiant futurorum, presentem paginam sigilli nostri munimine digne duximus roborandam. Actum anno gratie M CC XLVIII, in Zlauena, in die sanctorum martirum Gervasii et Protasii.

## 2476. — 22 juin 1248, Lyon.

*Le pape Innocent IV recommande au patriarche de Jérusalem, aux Templiers,*

1. Perlbach, en comparant entre elles les habitudes orthographiques des scribes des divers actes concernant les Hospitaliers de Poméranie, — dont quelques-uns sont notoirement faux, — fait d'expresses réserves sur l'authenticité de la présente pièce ; il suppose qu'elle doit avoir été fabriquée à l'occasion du procès que les Hospitaliers soutinrent en 1287 à l'occasion de Mahlin ; celle conjecture semble fondée.

*Hospitaliers et Teutoniques, et aux prélats des royaumes de Jérusalem, d'Arménie et de Chypre, Eudes de Châteauroux, évêque de Tusculum, envoyé comme légat apostolique en Terre Sainte.* — « *Ut nichil omnino* ».

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1197, f. 138 (copie de la Porte du Theil, xviii<sup>e</sup> s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 21, f. 540 (copie contemp.). — Texte : Berger, *Reg. d'Innoc. IV*, I, 599, n° 3965.

Dat. Lugduni, x kalendas julii, [pontificatus nostri] anno v.

## 2477. — 24 juin 1248, Lyon.

*Le même exhorte le précepteur et les Hospitaliers de Hongrie à faire prendre la croix contre les Tartares, et rappelle les indulgences attribuées aux croisés par le concile général de Lyon.*

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988 (copie de S. Pauli, xviii<sup>e</sup> s.), p. 216 *b* (d'après le bullaire C, f. 270, des archives de Malte, auj. perdu) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 21, f. 542 *b* (copie contemp.). — Analyse : Berger, *Reg. d'Innoc. IV*, I, 605, n° 4000 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 12969. — Texte : Katona, *Hist. crit. reg. Hung.*, VI, 93 ; Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, IV, i, 465 ; Pauli, *Cod. dipl.*, I, 324 ; Theiner, *Vet. monum. hist. Hung. sacr. illustr.*, I, 206 ; *Monum. Hung. hist.*, dipl. VII, 205 ; Bosio, *Dell' istoria...*, I, 634. — Extraits : Taaffe, *The history of the... order of S. John of Jerusalem*, IV, app. n° xcv.

[Innocentius, etc.,] dilectis filiis preceptori et fratribus Hospitalis Jerosolimitani in Ungaria, [salutem, etc.] Reliquie fidelium, in partibus Ungarie positorum, suspiriis et lacrimis redundantes, pietatem sollicitant matris ecclesie, ut sibi de illo provideat defensionis auxilio, per quod ipse, si gens impia Tartarorum suam in eis experiri sevitiam moliretur, possint ab exilio preripi vel exterminio preservari, universitate christiani populi consequente per hoc salubris provisionis effectum, cum sit argumentum evidens quod ipsa secura maneat et tranquilla consistat, si gens illa sevissima, divina dextera triumphante, valeat conteri, seu contritorum confinio profligari. Hec enim dum nos, qui curam generalis ecclesie, licet immeriti, Deo disponente, suscepimus, nostre mentis oculis presentamus, reddimur corde solliciti ut illis intendamus remediis, per que in predictis partibus celebris juxta morem sit gloria Redemptoris. Cum autem vos, qui, per assumptum habitum crucis, ostenditis quod corpus et animam ponere pro Crucifixi gloria gaudeatis, ad hoc, prout in Domino exultantes accepimus, tota sitis mente solliciti ut per vos et alios Christi fideles deici valeant christiani nominis inimici, universitatem vestram rogamus et hortamur attente, in remissionem vobis peccatorum injungentes, quatenus circa tam pium negocium sic vestre virtutis exemplo aliorum inflammetis affectum, ut, si necessitas, quod absit, exegerit, Dei familia de regno Ungarie per vos potenti brachio defendatur, et pars opposita, Deo propitio, ruine grandis incurrat opprobrium, ac redempti pretioso Jesu Christi sanguine obtate salutis consequantur effectum. Nos enim, ut quod tam pie quam juste cupimus, letanter et leviter fieri gaudeamus, vobis, familie vestre ac omnibus aliis, qui vobiscum, signo crucis assumto, in Ungariam contra Tartororum processerint feritatem, illam indulgentiam idemque privilegium elargimur, que transeuntibus in Terre Sancte subsidium in generali consilio sunt concessa. Dat. Lugduni, viii kalendas julii, pontificatus nostri anno v.

## 2478. — 28 juin 1248, Ludgershall.

*Henri III, roi d'Angleterre, prie le grand-prieur de l'Hôpital en France de se*

*substituer au maître du Temple en France pour payer une somme de quatre cents livres Sterling à Gaucher de Châtillon, au cas où le maître du Temple n'effectuerait pas ce paiement*[1].

Source : Londres, Record office, lettres royales n° 879 (orig.[2]), et rot. litt. pat., 32 Hen. III, membr. 5 (copie contemp.). — Texte : *Royal and other histor. letters of Henry III,* II, 49.

Teste me ipso apud Lutegareshal, vicesimo octavo die junii, anno regni nostri XXXII.

## 2479. — 1 juillet 1248, Lyon.

*Le pape Innocent IV autorise les Hospitaliers à porter des manteaux larges, avec une croix sur la poitrine.*

Sources : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 17, n° 106 (orig.) ; Paris, Bibl. nat., lat. 4039 (reg. orig. de la 6e année d'Innocent IV), f. 2 *b*, n° 36 (copie contemp.). — Analyse : Höfler, *Albert von Beham und Regesten Pabst Innocenz IV,* 202, n° 36 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 13426-36. — Texte : Berger, *Reg. d'Inn. IV,* II, 3, n° 4121.

Innocentius, etc., magistro et fratribus domus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Fuit ex parte vestra nobis humiliter supplicatum ut, cum ex eo quod capis clausis utimini super armis, quasi manibus impeditis et brachiis, tribuatur inimicis vestris facilius vos offendendi facultas, et vobis adunatur defendendi libertas, providere super eo misericorditer curaremus. Vestris itaque supplicacionibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus ut, cum vos morari in locis suspectis aut per illa transire contigerit, liceat vobis supertunicalibus largis uti, gerendo super eis in pectore signum crucis. Nulli ergo, etc. Dat. Lugduni, kalendis julii, [pontificatus nostri] anno VI.

## 2480. — 6 juillet 1248, Lyon.

*Le même charge le prieur de S. Thomas d'Athy Cokildare (Achi) au diocèse de Dublin, doyen de Kildare, etc., d'examiner et de juger la plainte des Hospitaliers d'Irlande, relative aux dîmes des églises de Dumbeughi, de Dumler et de Keren, que leur disputaient Thomas d'Eymule, clerc, Richard d'Heddesore, chevalier, et d'autres habitants d'Armagh, de Kildare et de Dublin. — « Dilecti filii preceptor ».*

Sources : Dublin, Record office, Chartes de Christ Church, n° 65 (orig. bullé, mauvais état) ; Arch. du chapitre, New register of Christ Church (copie, milieu du XVIIIe s.).

Dat. Lugduni, II nonas julii, pontificatus nostri anno VI.

## 2481. — 11 juillet 1248.

*Féraud de Barras, grand-prieur de S. Gilles, renouvelle à Raymond Bour-*

1. La lettre royale au maître du Temple en France est du même jour (Londres, Record office, rot. litt. pat., 32 Hen. III, membr. 5, copie contemp.).

2. Il semble, à première vue, qu'une lettre originale d'Henri III ne doive pas se trouver aux Archives de la couronne d'Angleterre ; sa présence dans ce dépôt s'explique cependant, soit parce que l'argent demandé par le roi ne lui a pas été prêté, soit parce que le messager chargé de cette lettre n'a pu la faire parvenir à destination ; en ces deux cas, la lettre a été retournée à la chancellerie royale. Enfin si l'argent a été réellement prêté au roi, quand le prêteur a été intégralement remboursé, il a rendu au trésorier du roi la lettre qui cessait pour lui d'être un titre de créance.

*guignon, avec l'assentiment de P. Chaptard, lieutenant de Raimbaud de Boasono, grand-précepteur de l'ordre, et du chapitre assemblé à S. Gilles, le bail d'une maison sise à Arles, en la paroisse de S. Julien.*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 1050 (orig. notarié).

Anno ab incarnatione Domini M CC XL VIII, scilicet V idus julii, domino Alberto de Lavania potestate Arelatensi existente.

## 2482. — 7 août 1248, Acre.

*Pérégrin, abbé de S. Marie Latine, donne en emphytéose aux Hospitaliers, représentés par Jean de Ronay, grand-précepteur et vice-maître de l'Hôpital, moyennant un cens annuel de huit cents besants d'or, les casaux de Mondisder et de Tour Rouge et les possessions de l'abbaye au casal Caco.* (*V. plus haut, n°* 2141.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 28 (vidimus d'Henri, archevêque de Nazareth et de Gautier, évêque d'Acre, du 30 novembre 1248, mauvais état). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 258. — Extraits : Taaffe, *The history of the... order of S. John of Jerusalem*, IV, app. n° XCVI.

In nomine Dei eterni, anno incarnacionis ejusdem millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, indicione sexta, mense augusti, die septima ejusdem mensis, feliciter, amen. Ne ea, que inter mortales aguntur, longi processu temporis incomodum oblivionis incurrant, ad cautelam recordacionis testimonium scripture successit, que preterita recolit et presencia representat. Inde est quod nos Peregrinus, divina paciencia abbas monasterii sancte Marie de Latina, et conventus ejusdem monasterii per presentem paginam declaramus universis, tam presentibus quam futuris, quod pro utilitatibus monasterii nostri damus et concedimus in perpetuam emphitiosim religioso viro fratri Johanni de Ronay, magno preceptori et vice-magistro domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, et conventui ipsius domus nomine ejusdem domus, casale nostrum de Mondisder cum omnibus juribus et pertinenciis suis, et aliud casale nostrum, quod dicitur Turris Rubea, similiter cum juribus et pertinenciis suis, et omnes terras et possessiones, quas nos et monasterium nostrum habemus vel habere videmur in territorio casalis quod dicitur Caco, videlicet cum hominibus, mulieribus, nemoribus, gastinis, planis et montanis, pascuis, terris cultis et incultis, aquis et aquarum discursibus, et omnibus aliis scriptis et non scriptis, pertinentibus ad casalia et tenimenta predicta. Ipsi autem pro casalibus et rebus predictis concesserunt et promiserunt solvere et reddere in perpetuum annuatim nomine census, in thesauro domus sue apud Accon, nobis et successoribus nostris nomine monasterii nostri octingentos bisancios auri Sarracenatos ad pondus Acconense, de quibus tenentur solvere quadringentos bisancios in nativitate beate virginis Marie, et alios quadringentos in festo dominice ascensionis. Predictos autem octingentos bisancios promiserunt et concesserunt solvere in terminis constitutis omni tempore, tam in guerra quam in pace, sive tempore fertili, sive tempore pestis, et sive percipiant proventus et redditus possessionum et casalium predictorum, sive non, et eciam si totum regnum Jerosolimitanum amitteretur per potenciam Sarracenorum vel aliorum infidelium, quod Deus avertat, dummodo civitas Acconensis vel civitas Tyrensis sit in manu Christianorum et potestate ipsorum. Et si contingeret, quod absit, quod utraque civitas amitteretur et essent sub dominio infidelium, cessabit dicta domus Hospitalis a solucione census superius nominati interim, dum in dominio infidelium

permanebunt. Set altera civitatum jamdictarum in Christianorum dominium existente vel etiam revertente, predicta domus Hospitalis tenetur solvere integraliter nobis et successoribus nostris predictos octingentos bisancios in terminis pretaxatis, in thesauro suo, in quacumque civitatum jamdictarum conventus moraretur. Promiserunt etiam nichilominus bona fide quod nunquam, per se vel alios, impetrabunt nec dabunt operam ad impetrandum a Romana ecclesia vel alio modo quod eximiantur a solucione census predicti, et, si impetraverint, quod nullum sit ipso jure, et quod pro aliquo debito vel alia questione seu controversia, quam aliquo tempore habuerint ipsi vel successores eorum, aut habent vel habituri sunt contra nos vel successores nostros, sive pro aliqua occasione, non detinebunt vel arrestabunt, nec facient detineri censum bisanciorum predictorum, set, cessante omni occasione, solvent eos nobis et successoribus nostris sine difficultate quacumque. Et si forte in aliquo predictorum terminorum differrent solucionem predicti census per quindecim dies post terminum, obligaverunt se et bona domus sue ad penam quinquaginta bisanciorum, solvendam nobis et successoribus nostris, ita ut quot, [quociens] ipsius census post terminum solucionem differrent, tociens incurrant predictam penam, et ad solucionem census nichilominus integraliter tenebuntur. Hoc etiam adjectum est inter nos et jamdictos vice-magistrum et conventum domus Hospitalis predicti, de voluntate communi, quod hujusmodi contractus emphitioticus, et promissiones et pacta, in hoc instrumento contenta, renovabuntur de vigintiquinque annis in vigintiquinque, et fient hinc inde de novo similia instrumenta, juxta formam instrumenti hujus, quod sepedicti vice-magister et conventus habent a nobis, et juxta formam illius similiter quod nos habemus ab ipsis super contractu predicto, nichil addito vel minuto aut etiam immutato preter datam et annum et indicionem, que secundum cursum temporis apponentur; et factis novis instrumentis et renovato contractu, ut dictum est, priora instrumenta, facta hinc inde penes utramque partium, remanebunt. Nos autem totum jus quod monasterio nostro competit vel posset competere in predictis casalibus et possessionibus et pertinenciis eorumdem, in jus et potestatem predictorum vice-magistri et conventus nomine domus Hospitalis transferimus pleno jure, salvo censu superius nominato, et salvo quod tenentur solvere singulis annis decimas integras ecclesie Cesariensi de casalibus, gastinis, tenimentis et possessionibus supradictis, et apaltacionibus eorumdem, exceptis terris illis, quas propriis manibus excolent vel expensis. Renunciamus etiam omnibus privilegiis impetratis vel impetrandis, et omni juri, per quod vel per que posset contractus hujusmodi irritari, nichilominus promittentes quod, per nos vel successores nostros aut personas interpositas, numquam impetrabimus vel impetrari faciemus litteras apostolicas, vel eciam alias, per quas posset contractus hujusmodi irritari vel revocari; et si forte impetrarentur ab aliquo, nulle sint ipso jure. Hoc insuper est appositum de voluntate communi quod, adveniente vicesimo quinto anno, quo debet innovari contractus hujusmodi, nos requiremus vice-magistrum et conventum predictos de renovando contractu, et neque nos, neque ipsi poterimus resilire a predicto contractu, nec aliquam difficultatem adhibebimus in renovandis instrumentis, nec censum augmentari petemus, nec ipsi similiter innovari. Et si aliqua verba sunt dubia in instrumento presenti, recurretur ad sanum et communem intellectum; interpretacio fiet semper pro contractu quod teneat, et quod pacta et condiciones, apposite ab utraque parcium, inviolabiliter observentur. Ut autem ad observacionem omnium predictorum nos abbas et conventus predicti teneamur strictius et firmius obligati, promittimus pro nobis et successoribus nostris, bona fide et in verbo veritatis, et juramento super habitum religionis nostre, quod omnia et singula supradicta inviolabiliter observabimus et complebimus per omnia, sicut superius continetur, nec umquam aliquo tempore, per nos vel personas interpositas, veniemus,

vel aliquid attemptabimus contra pacta, condiciones et promissiones predictas. Ad evidenciam igitur premissorum et majorem certitudinem in memoriam posteris relinquendum, fecimus fieri presens privilegium, bulla nostra plumbea roboratum. Hujus rei testes sunt : dominus Henricus, abbas de Josaphat; dominus Hugo, abbas Montis Syon ; dominus A., prior Dominici Sepulcri ; G., Cesariensis archidiaconus ; T., decanus Sydoniensis ; Helyas et Matheus, canonici Liddenses ; frater Johannes et frater Henricus, monachi ; et frater Bernardus ; et frater Gualterius, monasterii de Latina. Item de fratribus predicti Hospitalis sancti Johannis : frater Willelmus de Corcellis, marescalcus ; frater Petrus de Aleage ; frater Johannes, prior Hospitalis ; frater Johannes de Bubi, castellanus de Crato ; frater Petrus, castellanus de Margat ; frater Martinus Sanche, draperius ; frater Joseph, thesaurarius ; frater Guillelmus de Moret, ballivus Tyri ; frater Clemens, ballivus de Tripoli ; frater Ancelmus, ballivus Antiochie ; frater Guischardus, ballivus Armenie ; frater Willelmus Pijon, ballivus Cypri ; frater Bernardus de Rome ; frater Hugo de Loroil ; frater Aymarus de la Roche ; frater Petrus de Sardines, turcoplerius ; frater Willelmus de Vals, socius vice-magistri ; frater Adam de Herovile ; frater Johannes de Malengh, magister scutiferorum ; frater Bernardus Corbel, infirmarius ; frater Jocelinus de Tonel, et plures alii. Actum apud Accon, anno, mense, die et indicione pretitulatis.

### 2483. — 19 août 1248.

« *Vente faite en présence de G*[*autier*], *évêque d'Acre, par Simon de la Chaine et Oriente, sa femme, à frère Jean de Ronay, grand-commandeur* [*de l'Hôpital*], *d'une maison à Acre, à la rue de Chypre, relevant de la directe dudit ordre, moyennant* 900 *besans, du* 19 *aoust* 1248 ».

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 270 (xviii° s.).

### 2484. — 5 septembre 1248, Lyon.

*Le pape Innocent IV renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 20 *avril* 1200 : « *Cum dilecti filii* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1115.)

Source : Edimbourg, Bibl. des avocats, Registrum album, f. 6 (copie, mil. xiv° s.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 13012. — Texte : *Registrum episcopatus Aberdonensis*, II, 261.

Dat. Lugduni, nonis sepembris, pontificatus nostri anno vi.

### 2485. — 23 septembre 1248, Lyon.

*Le même renouvelle la bulle de Grégoire IX, du* 21 *août* 1227 : « *Quieti vestre providere* ». (*V. plus haut, n°* 1881.)

Source : Paris, Arch. nat., MM. 11, bullaire, f. 29 *b* (copie, xv° s.).

Dat. Lugduni, ix kalendas octobris, pontificatus nostri anno vi.

## 2486. — 6 octobre 1248, Lyon.

*Le même renouvelle, avec quelques variantes, la bulle d'Alexandre III, du 23 janvier 1168, 1169 ou 1170 : « Cum (dilectis filiis) fratribus ». (V. plus haut, 1, n° 392.)*

Source : S. Gervasio de Cassolas, Arch. du gr.-prieuré de Catalogne, bulles, n° 235 (orig.).

Dat. Lugduni, II nonas octobris, pontificatus nostri anno VI.

## 2487. — 15 octobre 1248, Lyon.

*Le même étend à Eberard II, évêque élu de Constance, la faculté, qu'il avait donnée au prédécesseur de celui-ci, d'empêcher les Hospitaliers, les Templiers, les Teutoniques et les Lazaristes de célébrer la messe et d'enterrer les morts dans leurs établissements pendant l'interdit du diocèse. (V. plus haut, n° 2446.)*

Source : Fribourg, Arch. archiépiscopales (orig.). — Analyse : Ladewig, *Reg. episc. Constantiensium,* I, 197, n° 1726.

Innocencius, etc., dilecto filio [Eberardo], electo Constanciensi, salutem, etc. Te intimante accepimus quod nos, olim intellecto quod Hospitalis Jerosolimitani, militie Templi, S. Marie Theotonicorum et S. Lazari fratres ac quidam alii religiosi, privilegiorum et indulgenciarum, que sunt eis ab apostolica sede concessa, necnon et confratriarum suarum pretextu, cum accedebant ad loca occasione generalis discordie supposita ecclesiastico interdicto, faciebant apud eas domos et hospitalia celebrari divina, et tradi mortuorum corpora sub interdicto hujusmodi ecclesiastice sepulture, bone memorie [Henrico], Constantiensi episcopo, predecessori tuo, quasdam litteras concessimus contra ipsos, unde ad personam tuam extendi volumus auctoritatem hujusmodi litterarum. Dat. Lugduni, idibus octobris, pontificatus nostri anno VI.

## 2488. — 20 octobre 1248.

*Martin I, évêque d'Evora, et Jean Garcias, prieur de Portugal, règlent, d'un commun accord, leurs droits et obligations réciproques à l'occasion des églises de Crato, Moura, Serpa et Portalegre.*

Source : Lisbonne, Arch. roy. de Portugal, lay. XIV, liasse 1, n° 9, et Extras, f. 195 *b* (copie, fin XV° s.). — Texte : J. A. Figueiredo. *Nova historia da militar ordem de Malta,* II, 3.

Notum sit presentibus et futuris quod nos M[artinus], Dei gracia Elborensis episcopus, una cum capitulo Elborensi, et nos frater Johannes Garsie, humilis prior Hospitalis in Portugalia, et ejusdem ordinis fratres in dicto regno Portugalie, facimus inter nos amicabilem compositionem : videlicet nos dicti prior et fratres recepimus domnum M[artinum], Elborensem episcopum, nomine sue ecclesie, in Crato et in suis terminis episcopum et pastorem, salvis nostris privilegiis; et pro ecclesia nostra de Crato promictimus ei dare semel in anno episcopalem procuratorem; pro aliis vere suorum terminorum, in quibus capelani instituti fuerint vel parrochiam habuerint, promictimus ei dare semel in anno procuratores, secundum quod suficerint secundum ipsarum ecclesiarum facultates, et recipere ab eo consecrationes ecclesiarum et altarium et ordinationes clericorum et alia ecle-

siastica sacramenta. Et concedimus ut episcopus audiat confessiones episcopales, causas matrimoniales et usurarum, concubinatus, apostatas reconciliet, sacrillegos puniat, clericos venientes de ordinibus examinet, ornamenta ecclesie videat, et clericos doceat qualiter debent divina officia celebrare et penitentias injungere et suum officium exequi, et predicto clero et populo cum audierit expedire; et ista tamen debet Elborensis episcopus presens, vel qui pro tempore fuerit, in predictis ecclesiis exercere et habere, nequitquam amplius debet exigere in eisdem. Et nos M[artinus], episcopus Elborensis, cum capitulo Elborensi, pro nobis et successoribus nostris, promittimus vobis priori et fratribus Hospitalis bona fide quod nunquam aliud a vobis in ipsis ecclesiis exigamus, nec in aliquo molestemus, sed illis tamen contenti simus que superius sunt scripta ; et vos prior et fratres omnes fructus et proventus ipsarum ecclesiarum integre et libere habeatis. Et nos supradicti prior et fratres Hospitalis recipimus domnum M[artinum], Elborensem episcopum, nomine ecclesie sue, in Maura et in Serpa et eorum terminis in episcopum et patrem[1] animarum nostrarum, salvis nostris privilegiis ; et promitimus bona fide eidem et successoribus suis solvere quintam partem omnium decimarum et mortuariorum, exceptis equis et armis. Si autem aliquis de nostris confratribus, qui sunt vel erunt tempore subsequenti, mortuus fuerit infra annum sue receptionis, de omnibus, que reliquerit ordini vel ecclesie, promitimus ei solvere quintam partem ; si autem annum trasegerit a tempore confratie, omnia, que ratione confratrie ordini reliquerit, habebimus, sed que ecclesie reliquerit solvere promitimus dictam quintam. De hiis vero qui, in egritudine positi, ingresi fuerint ordinem Hospitalis, ita statuimus ut, si de illa egritudine mortui fuerint, de omnibus, que ordini vel eclesie reliquerint, promitimus partem solvere memoratam. Et si de ipsa infirmitate convaluerint, quitquid ordini Hospitalis contulerint totum predictus ordo poterit retinere. Item promitimus quod capellanos, tam fratres quam seculares, ad eclesias de Maura et de Serpa et earum terminis episcopo presentabimus, qui in manibus episcopi jurabunt quod fideliter tam ordini quam episcopo jura sua dabunt et hec omnia observabunt ; dictos autem capellanos, sive sint fratres sive seculares, prior Hospitalis, si necesse fuerit, amovebit, et alios secundum dictam formam episcopo presentabit; si vero episcopo eos errantes vel negligentes intellexerit, priori denuntiabit quod eos corrigat et emendet. Quod si noluerit vel non potuerit, alios episcopo presentabit, ut superius est expressum. Episcopus autem in eclesia clero et populo jurisditionem episcopalem licite exequatur, salvis privilegiis Hospitalis. Persone autem fratrum ibidem comorantium, sive sint clerici sive laici, a jurisditione episcopali debent esse libere exempte, cum laboribus et nutrimentis eorum, si in eorum privilegiis continetur. ltem cum ad visitandum venerit episcopus, eum procurabimus, secundum quod suffecerint facultates ; ordinationes clericorum et ecclesiarum consecrationes et omnia sacramenta ecclesie a dicto episcopo recipiemus. Item promitimus de eclesiis nostris de Portalegre, tam acquisitis quam acquirendis, persolvere jura episcopalia, prout alie eclesie de Portalegre solvere tenentur ; et ad eos capellanos presentabimus, sicut superius est expressum. Et nos supranominati M[artinus], episcopus Elborensis, cum capitulo Elborensi, frater J[ohannes] Garsie, prior Hospitalis, et fratres ejusdem ordinis in Portugalia promitimus bona fide vos invicem honorare, defendere et juvare ; et nos M[artinus], Elborensis episcopus, promitimus vobis domno J[ohanni] Garsie, priori, et fratribus Hospitalis in toto nostro episcopatu, secundum posse nostrum, ampliationem et comodum ordinis procurare. Et ut hec in dubium non veniant, presens amicabilis compositionis instrumentum sigillis nostris facimus communiri ; et quia nos fratres

1. Le texte des Extras donne : partem.

sigillum commune non habemus, appositionem sigilli prioris nostri rata habemus et firma. Hec omnia suprascripta utraque pars per juramentum promitit firmiter observare; et pars, que concepto juramento renuerit que sunt placita observare, tenetur solvere parti mile aureos observanti, et post solutionem rata maneat nihilhominus universa. Facta carta apud Repressam in termino de Crato, XIII kalendas novembris, era M CC LXXX VI.

## 2489. — 27 octobre 1248, Valence.

*Bertrand de Mornantor, commandeur de Valence, avec l'autorisation de Bertrand, commandeur de S. Gilles, vend à Pons, abbé de Léoncel, les biens que la commanderie possédait dans les paroisses de Chatuzanges et de Charlieu.*

SOURCE : Valence, Arch. de la Drôme, H., abbaye de Léoncel, Mo. 236 (orig. scellé). — TEXTE : Abbé C. U. J. Chevalier, *Cartul. de l'abb. N.-D. de Léoncel* (Montélimar, 1869), 163, dans *Coll. de cartul. Dauphinois,* III.

Acta sunt hec anno Domni M CC XL octavo, in vigilia apostolorum Symonis et Jude, apud Valentiam, in dicta domo Hospitalis. Testibus presentibus: fratre Petro de Chartio Novo, monacho; fratre Odilione, converso; et W. Guiniterii. Ut autem predicta perpetua gaudeant firmitate, nos W., officialis Valentinus,.... rogatu parcium presentem cartam sigillari fecimus sigillo curie Valentinensis.

## 2490. — 20 novembre 1248, Lyon.

*Le pape Innocent IV renouvelle la bulle de Grégoire IX, du* 23 *février* 1228: « *Cum abbates Cisterciensis* ». (*V. plus haut, n°* 1908).

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 30, n° 13 (orig.).

Dat. Lugduni, XII kalendas decembris, pontificatus nostri anno VI.

## 2491. — 30 novembre 1248, Acre.

*Henri, archevêque de Nazareth, et Gautier, évêque d'Acre, vidiment, à la requête de Jean de Ronay, vice-maître de l'Hôpital, l'acte de l'abbé de S. Marie Latine, du* 7 *août* 1248. (*V. plus haut, n°* 2482.)

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 29 (orig.). — TEXTE : Pauli, *Cod. dipl.,* I, 258. — EXTRAITS : Taaffe, *The history of the... order of S. John of Jerusalem,* IV, app. n° XCVI.

Datum apud Accon, M CC XL VIII, mense novembris, ultima die ejusdem mensis.

## 2492. — Décembre 1248.

« *Donation d'Hugues de la Chapelle, chevalier, et de Marie, sa femme, du*

*consentement de Reynaud, son fils, faite à l'ordre, d'une vigne près de Valanie, joignant celle de l'Hôpital, du mois de décembre* 1248 ».

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 269 (xviii$^e$ s.).

## 2493. — 1249, Hall et Wurtzbourg.

*Clément, grand-prieur d'Allemagne, Bohême, Moravie et Pologne, à la requête des bourgeois de Hall, accepte la charge pour les Hospitaliers de desservir l'hôpital de cette ville, sous certaines conditions.*

Texte : *Zeitschrift des historischen Vereins für das Wurtemb. Franken,* IV (Mergentheim et Stuttgart, 1856-58), 231 ; *Wirtembergisches Urkundenbuch.* IV, 185[1].

Frater Clemens, magnus preceptor sancte domus Hospitalis Jherosolimitani in Alemannia, Bohemia, Moravia et Polonia, scultetus, scabini ceterique cives in Hallis, universis salutem. Noverint quod, cum nos cives Hallenses jam longo tempore multis petitionibus magistros et fratres Hospitalis sancti Johannis in Alemannia sollicitassemus, ut hospitale nostrum in suam reciperent procurationem, et bona hospitalis nostri et fratrum Hospitalis sancti Johannis nobiscum degentium unirentur, tandem frater Clemens, magnus preceptor, de consilio fratrum suorum, petitioni nostre acquievit in hunc modum quod quadringinta urnas salis, quocunque modo acquisitas, seu emtione seu fidelium collatione, nos eis perpetuo liberas ab omni exactionis impetitione faciemus. Preterea domum fratrum predicti Hospitalis ab omni theloneo quietari procurabimus. Numerus autem infirmorum erunt viginti, non ceci, non claudi, non egritudine continua laborantes ; insuper singulis dominicis diebus et festivis fratres Hospitalis petitiones habebunt in ecclesia nostra ad infirmorum sustentationem. In messe vero singulis annis petetur infirmis annona, et in autumno vinum, cum nullatenus eis suppetant facultates unde infirmi valeant sustentari. Nullatenus etiam fratres ad ulteriorem numerum infirmorum recipiendorum compellentur, sed tantum sicut prescriptum est, et talium, quales Hospitale sancti Johannis recipere consuevit. Testes, qui et interfuerunt : frater Johannes de Wicense ; frater Theodericus de Rotenbach ; frater Otto, Herbipolensis ; frater Henricus, de Halle commendatores ; frater Conradus de Buchele et frater Ekkehardus de Holehus... ex una parte. Ex altera, laici : Trillere, scultetus de Hallis ; Hermannus, scultetus, et filii sui ; Cunradus de Nordlingen ; Cunradus Holzhusere ; et magister salis junior, et alii quam plures. S. fratris Clementis, magni preceptoris, et burgensium nostrorum. Actum Hallis, datum Herbipoli, anno Domini M CC XXXX IX.

## 2494. — 28 janvier 1249, Lyon.

*Le pape Innocent IV renouvelle la bulle de Grégoire IX, du* 21 *août* 1227 : « *Quieti vestre providere* ». (*V. plus haut, n°* 1881.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 174 (copie de S. Pauli, xviii$^e$ s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, bull. orig. d'Innocent IV, n° 31 (auj. perdu).

Dat. Lugduni, v kalendas februarii, pontificatus nostri anno vi.

1. L'original est perdu.

**2495.** — 28 mars 1249, Lyon.

*Le même informe l'abbé de Poblet, au diocèse de Tarragone, que les Hospitaliers sont exempts du paiement de l'impôt du vingtième, décrété par le concile général de Lyon pour la Terre Sainte, et du subside voté pour l'Empire d'Orient.* (*V. plus haut, n°* 2467.)

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, *Cartul. Magno,* II, 51 (copie, fin XIV<sup>e</sup> s.).

Innocencius, etc., dilecto filio abbati de Populeto, Cisterciensis ordinis, Terranconensis diocesis, salutem, etc. Cum dilecti ffilii ffratres Hospitalis Jerosolimitani, defenssioni Terre Sancte in personis et rebus viriliter insistendo, non propriam sed tocius populi christiani causam agere dinoscantur, digne ipsos duximus a solucione vicesime, universis prelatis et clericis pro ipsius terre subsidio inposite in Lugdunensi concilio, et etiam ab imperii Roman[ie] subsidio eximendos. Sed venerabiles ffratres nostri archiepiscopus Terraconensis[1] et ejus sufraganei, nec non et quidam alii ecclesiarum prelati Terraconensis provincie, mandato et litteris nostris super hiis directis ad ipsos, temere, ut ipsi ffratres asserunt, vilipensis (?) super solucione predictorum vicesime ac subsidii eosdem fratres motu proprio multipliciter inquietant. Volentes igitur graciam, super hec sibi factam, firmiter observari, discreccioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, si est ita, prefatos archiepiscopum, sufraganeos et alios ut ab hujusmodi eorumdem fratrum indebita super hiis inquietacione desistant, monicione premissa, districcione que convenit, appellacione remota, conpescas ; et si quas sentencias, in ipsos, vel ecclesiarum deputatorum ipsorum usibus clericos, aut ipsas in ecclesias a quibuscumque cujuscumque auctoritate, occasione vicesime ac subsidii predictorum, constiterit forte latas, sine qualibet dificultate relaxes. Non obstantibus aliquibus litteris super hoc a sede apostolica impetratis, per quas hujusmodi nostra gracia seu mandatum impediri valeat aut differri, vel de quibus fieri oporteat inpresentibus mencionem, et constitucione de duabus dietis, edita in concilio generali, dummodo ultra terciam vel quartam aliquis extra suam diocesim auctoritate presencium ad judicium non trahatur. Dat. Lugduni, V kalendas aprilis, pontificatus nostri anno VI.

**2496.** — 29 mars 1249, Lyon.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du 6 décembre* 1184 : « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 702.)

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXVI, n° 27 (orig. bullé).

Dat. Lugduni, IV kalendas aprilis, pontificatus nostri anno VI.

**2497.** — 17 avril 1249, Lyon.

*Le même ordonne aux Hospitaliers de Toscane, de la Marche d'Ancône, de Spolète, du patrimoine de S. Pierre, de Campanie, de la province Maritime, de*

1. Pierre d'Albalat.

*Romagne et du royaume de Sicile de prêter assistance à Pierre, cardinal de S. Georges ad Velum Aureum, légat apostolique.* — « *Cum dilectum filium*[1] ».

Source : Paris, Bibl. nat., lat. 4039 (reg. orig. de la 6e année d'Innocent IV), f. 72 (copie contemp.). — Analyse : Berger, *Reg. d'Innoc. IV*, II, 120, n° 4706 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 13289. — Texte : Höfler, *Albert von Beham*, 218 ; Pertz-Rodenberg, *Epist. sæc. XIII*, II, 497, n° xx.

Dat. Lugduni, xv kalendas maii, [pontificatus nostri] anno vi.

**2498.** — 26 mai 1249, Lyon.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 7 *mars* 1185 : « *Dilecti filii fratres* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 752.)

Source : Arnheim, Arch. de la prov. de Gueldre, fonds S. Jean, n° 16 (copie, xviie s., d'après un vidimus du chapitre des Hospitaliers d'Allemagne, du 26 mai 1323).

Dat. Lugduni, vii kalendas junii, pontificatus nostri anno vi.

**2499.** — 12 juin 1249, Lyon.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 20 *avril* 1200 : « *Cum dilecti filii* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1115.)

Sources : Lyon, Arch. du Rhône, H. 22, f. 133 (copie d'A. de Naberat, xviie s.); Paris, Arch. nat., L. 246, n° 164 (orig.).

Dat. Lugduni, ii idus junii, pontificatus nostri anno vi.

**2500.** — 15 juin 1249, Lyon.

*Le pape Innocent IV renouvelle la bulle de Lucius III, du* 6 *décembre* 1184 : « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 702.)

Source : Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles (collectanea), n° 231 (vidimus de l'official de Sarlat, de 1470).

Dat. Lugduni, xvii kalendas julii, pontificatus nostri anno vi.

**2501.** — 16 juin 1249, Lyon.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 19 *juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Paci et quieti* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 429.)

Source : Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles n° 55 (orig.).

Dat. Lugduni, xvi kalendas julii, pontificatus nostri anno vi.

1. Mêmes bulles, adressées, le même jour, aux Templiers et aux Teutoniques.

### 2502. — 17 juin 1249, Lyon.

*Le même renouvelle la bulle de Grégoire IX, du* 23 *février* 1228 : « *Cum abbates Cisterciensis* ». (*V. plus haut, n*° 1908.)

Sources : Lyon, Arch. du Rhône, H. 22, f. 135 (copie d'A. de Naberat, xvii^e^ s.) ; Paris, Arch. nat., L. 246, n° 166 (orig.) ; Bibl. nat., lat. 9001, f. 93 (copie d'A. de Naberat, xvii^e^ s.).

Dat. Lugduni, xv kalendas julii, pontificatus nostri anno vi.

### 2503. — 17 juin 1249, Lyon.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 7 *mars* 1185 : « *Dilecti filii fratres* ». (*V. plus haut*, I, *n*° 752.)

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, *Cartul. Magno,* II, 45 (copie, fin xiv^e^ s.).

Dat. Lugduni, xv kalendas julii, pontificatus nostri anno vi.

### 2504. — 9 juillet 1249, Westminster.

*Henri III, roi d'Angleterre, autorise Geoffroy Bauzan, frère de l'Hôpital, à venir, avec ou sans son supérieur, en Angleterre, en Irlande et au pays de Galles.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 33 Hen. III, membr. 4 (copie contemp.). — Analyse : *Cal. of doc. relat. to Ireland,* I, 447, n° 2997.

Teste rege apud Westmonasterium, ix die julii.

### 2505. — 28 juillet 1249, Lyon.

*Le pape Innocent IV exempte les Hospitaliers d'Allemagne, de Moravie, de Bohême et de Pologne des impositions du quart, du cinquième, du dixième ou du vingtième, dont les légats apostoliques voulaient souvent les frapper.*

Sources : Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, ms. Y. 72, p. 20 (copie, xv^e^ s.[1]) ; Paris, Bibl. nat., lat. 8998, n° 21 (orig. bullé) ; Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXVIII, n° 82 (orig. bullé) ; Strasbourg, Arch. de l'anc. dép. du Bas-Rhin, H. 1351, n° 6 (copie, xv^e^ s.), et H. 1615, f. 25 (copie, xiv^e^ s.).

Innocentius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis in Alamania, Moravia, Boemia et Polonia, salutem, etc. Ex tenore vestre peticionis accepimus quod nonnulli ecclesiarum prelati ac nuncie, legati sedis apostolice, pretextu subsidii ecclesie Romane, aliquando quartam, quandoque quintam, quandoque vel decimam seu vicesimam partem vestrorum proventuum a vobis exigere et extor-

1. La rubrique de la table des matières du manuscrit porte : « Require Colonie et Basilee ».

quere presumunt. Cum itaque nostra ferventer ad hoc desudet intencio ut bona vobis proveniencia refundatis in Terre Sancte subsidium, et convertatis assidue in auxilium egenorum, et ex hoc dignum sit vobis, in necessitatibus continue constitutis, articulo subveniri, pocius quam de proventibus ipsis subsidium aliquod postulari, nos igitur, vestris supplicacionibus annuentes, ut ad predictam quartam, seu quintam, aut decimam vel vicesimam solvendas minime teneamini, vobis auctoritate presentium concedimus de gratia speciali. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Lugduni, v kalendas augusti, pontificatus nostri anno VII.

**2506.** — 11 août 1249, Lyon.

*Le même au prieur et aux Hospitaliers d'Aragon, de Catalogne et d'Espagne. Il renouvelle la bulle du* 28 *juillet* 1249 : « *Ex tenore vestre petitionis* ». (*V. plus haut, n°* 2505.)

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 19 (orig.).

Dat. Lugduni, III idus augusti, pontificatus nostri anno VII.

**2507.** — 23 août 1249, Lyon.

*Le même renouvelle la bulle de Grégoire IX, du* 27 *mars* 1235 : « *Jam non tam milicia* ». (*V. plus haut, n°* 2105.)

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, *Cartul. Magno*, II, 45 (copie, fin XIV^e s.) ; Marseille, Arch. des B.-du-Rh., H. 17, n° 107 (orig.).

Dat. Lugduni, x kalendas septembris, pontificatus nostri anno VII.

**2508.** — 5 septembre 1249, Lyon.

*Le même renouvelle la bulle de Grégoire IX, du* 27 *mars* 1235 : « *Jam non tam milicia* ». (*V. plus haut, n°* 2105.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 218 (copie de S. Pauli, XVIII^e s., d'après l'orig.) ; Malte, Arch. de l'ordre, bullaire orig. d'Innocent IV, n° 42 (auj. perdu).

Dat. Lugduni, nonis septembris, pontificatus nostri anno VII.

**2509.** — 24 septembre 1249, Lyon.

*Le même renouvelle, en faveur des Hospitaliers de S. Gilles, la bulle du* 28 *juillet* 1249 : « *Ex tenore vestre petitionis* ». (*V. plus haut, n°* 2505.)

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., H. 21, n° 139 (copie notariée de 1332).

Dat. Lugduni, VIII kalendas octobris, pontificatus nostri anno VII.

**2510.** — 4 décembre 1249, Lyon.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 6 *décembre* 1184 : « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 702.)

Source : Paris, Arch. nat., MM. 11, bullaire, f. 42 (copie, xv^e^ s.).

Dat. Lugduni, II nonas decembris, pontificatus nostri anno VII.

**2511.** — 6 décembre 1249, Lyon.

*Le même renouvelle la bulle de Grégoire IX, du* 21 *août* 1227 : « *Quieti vestre providere* ». (*V. plus haut, n°* 1881.)

Source : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, gr.-prieuré de Champagne, H. 1146, liasse 1, n° 42 (orig.).

Dat. Lugduni, VIII idus decembris, pontificatus nostri anno VII.

**2512.** — 7 décembre 1249, Lyon.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 20 *avril* 1200 : « *Cum dilecti filii* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1115.)

Sources : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, gr.-prieuré de Champagne, H. 1146, liasse 2, n° 8 (orig.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 135 *b* (copie, xvi^e^ s.); Paris, Arch. nat., L. 247, n° 172 (orig.) ; Bibl. nat., lat. 9001, f. 93 *b* (copie d'A. de Naberat, xvii^e^ s.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 13877. — Texte : Lünig, *Codex Italiæ diplomaticus,* IV, 1463 ; d'Escluseaulx, *Privilèges* (éd. de 1700), 89, (à la date erronée du 7 décembre 1240) ; Marquessac, *Hospitaliers de S. Jean de Jérusalem en Guyenne* (Bordeaux, 1866), 59 (à la date erronée de 1240).

Dat. Lugduni, VII idus decembris, pontificatus nostri anno VII.

**2513.** — 29 décembre 1249, Winchester.

*Henri III, roi d'Angleterre, ordonne que les revenus de l'Hôpital en Angleterre continueront, malgré ses ordres antérieurs, à être envoyés en Terre Sainte.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 34 Hen. III, membr. 17 (copie contemp.).

Rex vult quod, non obstante mandato suo, quod prius fecit de proventibus reddituum et terrarum domus ipsius Hospitalis sancti Johannis Jerusalem in Anglia, qui consueverunt transmitti in Terram Sanctam, retinendis quousque rex aliud inde mandaret, iidem proventus in eamdem terram, sicut fieri consuevit, mittantur. Et ita mandatum est fratre Roberto, priori predicti Hospitalis, quod sic fieri faciat. Teste ut supra [apud Wintoniam, XXIX die decembris].

### 2514. — Février 1250.

*Philippe d'Egly, grand-prieur de France, renonce à l'exemption du droit de vente et de toutes autres coutumes, de laquelle jouissait un homme de son ordre demeurant au Marché Neuf de Provins, et obtient en échange de Thibaut IV, roi de Navarre, comte de Champagne et de Brie, la permission de bâtir une chapelle au Marché Neuf de Provins.*

Source : Paris, Arch. nat., J. 203, n° 65 (orig.). — Analyse : D'Arbois de Jubainville, *Hist. des comtes de Champagne,* V, 441, n° 2907. — Texte : Teulet, *Layettes du trésor des chartes,* III, 96.

Universis presentes litteras inspecturis frater Philippus de Eglis, sancte domus Hospitalis Jherosolimitani prior humilis in Francia, salutem in Domino. Notum facimus quod, cum nos incepissemus edificare quandam capellam apud Pruvinum in loco nostro, sito in Foro Novo de Pruvino, illustris rex Navarre, Campanie et Brie comes palatinus, nobis inhibuit ne consummaremus edificium antedictum. Cum vero a predecessoribus suis nobis concessum fuisset quod homo noster, in dicto loco commorans, liber esset a prestatione ventarum et ab omnibus aliis consuetudinibus ad mercimoniam pertinentibus, nos, de consilio fratrum nostrorum, eidem regi quitavimus libertatem antedictam quantum ad premissa, volentes et concedentes quod, si homo noster, commorans in dicto loco, de bonis suis vel de aliis, nostris tamen exceptis, uti voluerit officio mercatoris, eidem regi teneatur ad prestationem ventarum et eciam ad omnes alias consuetudines ad mercimoniam pertinentes, salvis tamen omnibus aliis libertatibus dicti loci, secundum quod nobis et predecessoribus nostris date sunt et concesse. Prefatus vero rex nobis edificandi capellam in dicto loco et in eadem divina officia celebrandi plenariam concessit facultatem, hoc addito quod ostium, quod est a parte vie, perpetuo claudetur, nec aliquid ostium poterit ibi esse. In cujus rei testimonium, presentibus litteris sigilli nostri robur apposuimus et munimus. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo nono, mense februario.

### 2515. — 27 Février 1250.

*Le même confirme la vente, moyennant 50 livres Parisis, de 10 arpents de terre à Roquemont, faite par frère Simon, bailli de l'Hôpital de Paris et de Senlis, à l'abbaye de Chaalis*[1].

Sources : Beauvais, Arch. de l'Oise, H., fonds de Chaalis, Roquemont (orig.); Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 171, f. 67 (copie d'Afforti, xviii° s.).

Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo nono, dominica qua cantatur « Oculi mei ».

### 2516. — 15 mars 1250.

*Berthold, comte de Ziegenhain, donne, pour le repos de l'âme de son frère*

1. L'acte de vente est d'août 1248; il est conservé aux Archives de l'Oise (H. fonds de Chaalis, Roquemont).

*Geoffroy et de son cousin Rodolphe, aux Hospitaliers de Nidda des biens à Geraha, rapportant un cens annuel de deux talents, et les exempte du service dû pour deux manses et demie, sis à Wanoldeshusen, que Jean de Scrupheim leur avait donnés.*

SOURCE : Darmstadt, Arch. du gr.-duché de Hesse, div. Oberhessen, dossier Geraha (orig. scellé). — TEXTE : L. Baur, *Hessische Urkunden*, I (Darmstadt, 1860), 75 (à la date erronée du 15 mai 1250).

Actum anno gratie MCCL, idibus marcii.

**2517.** — 18 mars 1250, Lyon.

*Le pape Innocent IV exhorte Guillaume de Cardona, maître du Temple en Catalogne et Aragon, et Pierre d'Alcala, châtelain d'Amposte, à assister Jacques I, roi d'Aragon, dans sa lutte contre les Maures.*

SOURCE : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, bullaire, liasse 11, n° 50 (orig. bullé). — TEXTE : H. Prutz, *Entwicklung und Untergang des Tempelherrenordens* (Berlin, 1888), 283.

Innocentius, etc., dilectis filiis G[uillelmo] de Cardona, magistro militie Templi in Cathalonia et Aragonia, et fratri P[etro] de Alcalano, castellano de Emposta, Tortuensis diocesis, salutem, etc. Cum personam carissimi in Christo filii nostri Aragonum regis illustris inter alios orbis principes sincera diligamus in Domino caritate, libenter petitionibus suis benignum accomodamus auditum, eas precipue ad exauditionis gratiam admittendo, que pro augmentanda fide catholica porrigi dinoscuntur. Cum itaque dictus rex, tanquam princeps catholicus, ad augmentum ipsius fidei perseveranter intendat impugnando assidue Saracenos, nos, ejusdem regis supplicationibus inclinati, devotionem vestram monemus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus eidem regi contra Saracenos predictos et Christianos in hoc faventes eisdem, ob reverentiam apostolice sedis et nostram, detis consilium et auxilium oportunum, ita quod exinde divinam gratiam uberius promereri possitis, nosque devotionem vestram dignis valeamus in Domino laudibus commendare. Dat. Lugduni, XV kalendas aprilis, pontificatus nostri anno VII.

**2518.** — 5 avril 1250.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du 20 avril 1200 : « Cum dilecti filii ». (V. plus haut, I, n° 1115.)*

SOURCE : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. 29, n° 9 (vidimus de l'officialité de Grenoble, de 1325).

Dat. Lugduni, nonis aprilis, pontificatus nostri anno VII.

**2519.** — 30 avril 1250, Lyon.

*Le même renouvelle la bulle de Grégoire IX, du 21 août 1227 : « Quieti vestre providere ». (V. plus haut, n° 1881.)*

SOURCES : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 171 (copie, XVI° s.) ; Paris, Arch. nat., L. 247, n° 184 (orig.).

Dat. Lugduni, II kalendas maii, pontificatus nostri anno VII.

## 2520. — 30 avril 1250, Westminster.

*Henri III, roi d'Angleterre, à l'exemple de son père Jean sans Terre, confirme au grand-prieur d'Angleterre le droit de faire du bois à Stowes (forêt de Northumberland).*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 34 Hen. III, membr. 13 (copie contemp.).

Quia rex accepit per inquisitionem, quam fieri precepit, quod prior Hospitalis sancti Johannis Jerusalem in Anglia, tempore nostro et tempore J[ohannis] regis, patris sui, consuevit habere rationabilia estoveria sua in bosco de Stoweswod., qui est infra metas foreste de Norhumberland, mandatum est G[alfrido] de Langele, justiciario foreste, quod eidem priori prefata estoveria habere permittat, sicut ea habere consuevit temporibus predictis. Teste ut supra [apud Westmonasterium, xxx die aprilis].

## 2521. — [Vers mai] 1250.

*Lettre d'un Hospitalier*[1] *aux Hospitaliers de France, pour leur faire connaître la bataille de Mansourah*[2] *et la capture par les Sarrasins de Louis IX, roi de France. Il raconte que, dans la dernière bataille, tous les Hospitaliers ont péri, excepté le vice-maître et frère Jean de Bonay [lisez Ronay] ; quatre ont été faits prisonniers, et un cinquième a subi le même sort en compagnie du roi. De l'ordre du Temple, trois chevaliers seulement ont échappé, couverts de blessures.*

Source : Londres, Musée Brit., fonds Cotton, Nero D. 1, f. 102 (copie, xiiie s.). — Texte : H. R. Luard, *Matth. Paris. chronica majora,* VI, additamenta (Londres, 1882), 191.

## 2522. — 21 mai 1250, Lyon.

*Le pape Innocent IV ordonne aux archidiacres de Vénasque et de Tarrencona de terminer un procès, pendant entre le précepteur et les frères de l'Hôpital en Espagne et l'abbaye cistercienne de Benifaza, au diocèse de Tortose, au sujet du village de Rosell.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, *Cartul. Magno,* II, 46 (copie, fin xive s.).

Innocencius, etc., dilectis filiis... de Benasch et... de Tarrencon[a], archidiachonis in ecclesia Illerdensi, salutem, etc. Ex parte vestra nobis extitit intimatum quod vos causam, que inter preceptorem et ffratres Hospitalis Jerosolimitani in Ispania, ex parte una, et abbatem ac conventum de Benefaça, Cisterciensis ordinis, Dertusensis diocesis, super villari de Rossello, ex altera, vertitur, vobis auctoritate apostolica comittentes mandavimus ut eam, inffra sex mensses a recepcione literarum nostrarum, studeretis fine debito terminare ; alioquin ipsam suficienter instructam ad nostrum remittetis examem. Verum cum in causa ipsa, lite coram

1. La rubrique de cette lettre est ainsi formulée : « Eventus infortunii transmarini secundum Templariorum mandatum ». Cette rédaction est évidemment erronée ; la lettre émane certainement d'un Hospitalier, puisque celui-ci, en parlant de l'Hôpital, dit « conventus noster » (*Matth. Paris. chron.,* vi, 196), et n'emploie pas cette forme en parlant du Temple.

2. Il eut deux batailles de Mansourah, les 8 et 11 février 1250, dans ces deux rencontres S. Louis conserva ses positions. Il ne se rendit que le 6 avril 1250.

vobis legitime contestata, receptis utriusque partis probacionibus et atestacionibus publicatis, sit quasi conclusum in ipsa, tandem, petente parte dictorum preceptoris et ffratrum ut causam ipsam ad nostrum remitteretis examen, parte altera e contrario postulante ut eam deberetis sententialiter terminare, ac allegante quod procurator eorumdem preceptoris et ffratrum in Romana curia ei caucionem fecerat quod deberetis dictam causam sententialiter difinire, si de carissimi in Christo filii nostri [Jacobi], regis Aragonie illustris, procederet voluntate, vos, dubitantes quid vobis sit super hoc faciendum, nos consulere voluistis. Quo circa discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, non obstante caucione hujusmodi, prefatam causam ad examen sedis apostolice remittatis, juxta priorum continenciam literarum. Dat. Lugduni, XII kalendas junii, pontificatus nostri anno VII.

### 2523. — Juillet 1250.

*Philippe [d'Egly], grand-prieur de France, approuve la cession, faite par Pierre, dit le Chêne, chanoine de Péronne, à l'abbaye de N. D. de Biache (ordre de Citeaux) d'une terre, située entre la route de Péronne à Barleux, Soboltécluse, Bayencourt et Eterpigneul, qu'il tenait de l'Hôpital à cens annuel, à condition que l'abbaye paiera un cens annuel (double de l'ancien) aux Hospitaliers d'Eterpigny.*

Source : Paris, Arch. nat., S. 5223, n° 38 (orig.). — Analyse : H. Cocheris, *Notices et extraits des doc. manuscrits..... relatifs à l'hist. de la Picardie,* II (Paris, 1858), 51.

Actum anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo, mense julio.

### 2524. — 15 juillet 1250, Jaca.

*Jacques I, roi d'Aragon, de Majorque et de Valence, comte de Barcelone et d'Urgel, et seigneur de Montpellier, donne à Pierre d'Alcala, châtelain d'Amposte, pour vingt ans, l'usage et les revenus du canal d'irrigation d'Urdan.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, *Cartul. Magno,* II, 100 (copie, fin XIV<sup>e</sup> s.).

Noverint universi quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, Majoricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli, et dominus Montispessulani, per nos et nostros damus et concedimus vobis fratri P[etro] de Alcalano, castellano Emposte, et vestris successoribus, hinc ad XX annos continue completos, cequiam de Urdam, cum omnibus que pertinent ad ipsam cequiam, ita quod vos et successores vestri, et quos volueritis, teneatis ipsam cequiam, et percipiatis omnes redditus et exitus ipsius cequie integre et sine aliqua diminucione per totum dictum tempus, et teneatis eam condirectam, et bene mundari faciatis eandem sicut unquam melius fieri consuevit, et partitoria ejusdem faciatis dirigi secundum quod esse solebant antiquitus ; volentes et concedentes quod ille vel illi, quem vel quos vos vel vestri successores elegeritis ad colligendum alfardam dicte cequie, coligent ipsam alfardam pro vobis et pro vestris successoribus per totum dictum tempus. Mandantes universis, habentibus hereditates in rigadivo dicte cequie, quod vobis et vestris successoribus, vel illis, quos vos vel successores vestri eligeritis ad dictam alfardam coligendam, respondeant de ipsa alfarda per totum tempus dictorum

xx annorum, sine aliquo contradicto. Datum Jacce, idus julii, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo. S. (*Seing manuel*) Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, Majoricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli, et domini Montispessulani. Testes sunt : P[etrus] Corneli ; G. de Montecathano ; Egidius de Rada ; J. de Castro Novo ; P. Martini de Luna. S. (*Seing mannel*) Petri Andree, qui, mandato domini regis, pro G. Scriba, notario suo, hoc scribi fecit, loco, die et anno prefixis.

## 2525. — 20 juillet 1250, Lyon.

*Le pape Innocent IV confirme aux Hospitaliers de Hongrie le don, que Bela IV, roi de Hongrie, avait fait, le 2 juin 1247, à Raimbault, précepteur de l'Hôpital en deçà de la mer.* (*V. plus haut, n° 2445.*)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988 (copie de S. Pauli, xviii^e s.), f. 222 *b* (d'après le bullaire C, f. 287, des Arch. de Malte, auj. perdu) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 22, f. 75 (copie contemp.) ; Vienne, Arch. imp. et roy., ms. 100, vol. 2, f. 48 (copie de Smitmer, xviii^e s., d'après une copie auth. du 15 décembre 1700). — Analyse : Berger, *Reg. d'Innoc. IV*, II, 224, n° 5266 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 14016. — Texte : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, IV, ii, 75 ; Katona, *Hist. crit. reg. Hung.*, VI, 136 ; Theiner, *Vet. mon. hist. Hung. sacr. illustr.*, I, 208.

Innocentius, etc., dilectis filiis... magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Magnum caritatis et providentie opus per vos intelleximus carissimum in Christo nostrum Belam, Hungarie regem illustrem, divine pietatis intuitu, et consideratione etiam utilitatis publice regni sui, Hospitali vestro fecisse, conferendo videlicet dilecto filio fratri Rembaldo, preceptori domorum Hospitalis Jerosolimitani in partibus cismarinis, nomine Hospitalis ejusdem, in regno suo terram non modicam, jurisdictiones et alia, que in confecto privilegio, aurei sigilli sui munimine roborato, plenius exprimuntur, adjectis conditionibus pro ipsius regni defensione ac statu prospero, sibique quibusdam juribus reservatis. Nos igitur et regni predicti conservationem zelantes, et Hospitalis ipsius cupientes commodum et augmentum, concessionem predictorum, sicut provide a rege predicto facta est, ratam habentes et gratam, illam auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, tenorem ipsius privilegii de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est : « In nomine sancte trinitatis, etc. (V. plus haut, n° 2445.). » Nulli ergo, etc. Dat. Lugduni, xiii kalendas augusti, pontificatus nostri anno viii.

## 2526. — 22 juillet 1250.

*Bela IV, roi de Hongrie, ratifie l'accord conclu, à la requête de frère Raimbault, précepteur de l'Hôpital en Italie, Hongrie et Esclavonie, entre les Hospitaliers et les bourgeois de Soprony (Œdenbourg), grâce à l'arbitrage de Chak, chambrier du roi et comte de Soprony.*

Source : Budapest, Bibl. de l'Université, coll. Hevenessi, XIII, 363 (copie, xviii^e s., d'après un vid. authentique de Charles I, de 1325). — Texte : Fejer, *Cod. diplom. Hung.*, IV, ii, 62.

Bela, Dei gratia Hungarie, Dalmatie, Chroatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque rex, omnibus Christi fidelibus, presens scriptum inspecturis, salutem in omnium salvatore. Que regali stabiliuntur vigore, dignum est ut eliminatis

scrupulis nullis unquam debeant temporibus infirmari. Proinde ad universorum, tam presentium quam futurorum, notitiam harum serie volumus pervenire quemadmodum accedens ad personam nostram dilectus et fidelis noster frater Rembaldus, magister domorum Hospitalis Jerosolimitani per Italiam, Hungariam et Sclavoniam, nostre celsitudini supplicavit ut, cum supra domo et curia in castro Suproniensi, quam idem frater Rembaldus magister asserebat de jure sue domui pertinere, lis et questionis materia, que vertebatur inter eum et cives castri prenotati, de nostro foret mandato ac permissione per dilectum et fidelem nostrum Chak, magistrum tavarnicorum nostrorum et comitem Supruniensem, determinata de consensu partium et decisa, eandem compositionem nostris dignaremur litteris confirmare, litterasque, compositionis facte seriem continentes, sub sigillo dicti Chak magistri nobis exhibuit, quarum tenor de verbo ad verbum talis erat :

« Nos Chak, magister tavarnicorum et comes Supruniensis, significamus uni-
« versis, presentes litteras inspecturis, quemadmodum, cum dominus noster Bela,
« rex Hungarie, nobis precepisset ut super curia et domibus, quas fratres Hospi-
« talis in castro Supruniensi dicebant se habere, justitiam eisdem faceremus, tandem
« inter ipsos fratres et burgenses dicti loci, de voluntate utriusque partis, nobis
« mediantibus, talis compositio est facta quod in castro prememorato burgenses
« predicti turrim quamdam, cum curia et domibus attinentibus, domui Hospitalis
« ex communi consensu et consilio concesserunt, sub eadem conditione et cum tot
« reditibus quibus alie turres civibus in sepedicto castro commorantibus sunt col-
« late. In cujus rei testimonium et memoriam roborisque firmitatem, presentes de-
« dimus, sigillo nostro communitas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo
« quinquagesimo. »

Nos igitur, quia petitionibus nostrorum fidelium grato debemus occurrere consensu, considerata utilitate, que nobis, regno ac ipsi castro ex custodia dicte turris poterit multipliciter provenire, ordinationem pretaxatam, que nobis consentientibus facta est, in omnibus approbantes, cum rati habitione auctoritate presentium litterarum perpetuo confirmamus, et in testimonium ac roboris firmitatem sigilli nostri duplicis munimine roboramus. Datum anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo quinquagesimo, undecimo kalendas augusti, regni vero nostri anno quinto decimo.

## 2527. — 23 juillet 1250, Lyon.

*Le pape Innocent IV défend aux évêques d'excommunier les hommes qui font cuire aux fours ou moudre aux moulins de l'Hôpital.*

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 228 (copie de S. Pauli, XVIII[e] s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, bull. A. (auj. perdu), f. 211, 2.

Innocentius, etc., venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, in quorum civitatibus et diocesibus ecclesie aut domus Hospitalis Hierosolimitani consistunt, salutem, etc. Sicut dilecti filii magister et fratres Hospitalis Hierosolimitani sua nobis petitione monstrarunt, quidam vestrum, cum in eos non possint excommunicationis et interdicti proferre sententias, pro eo quod super hoc apostolice sedis privilegiis sunt muniti, in homines eorum aut eos, qui molunt in molendinis vel coquunt in furnis eorum, aut causa emendi vel vendendi ad villas ipsorum accedunt, vel..... quique, emendo seu vendendo vel alias, eis communicant, sententias proferunt memoratas, et sic, apostolicorum privilegiorum non vim, set sola verba servantes, ipsos quodammodo excommunicant, dum ipsis alios communicare non sinunt ; ex quo illud evenit inconveniens, ut dicti magister et

fratres quantum ad hoc judicentur indicio Judeorum, et qui eis communicant in predictis majorem excommunicationem incurrant, quam communicando excommunicatis fuerant incursuri. Nolentes igitur hec, crebris clamoribus jam prolata, ulterius sub dissimulatione transire, vobis universis et singulis per apostolica scripta mandamus quatenus hujusmodi sententias in fraudem privilegiorum vestrorum de cetero non feratis, quia, si super hoc ad nos denuo clamor ascenderit, non poterimus conniventibus oculis pertransire, quin promulgatores talium sententiarum severitate debita castigemus. Dat. Lugduni, x kalendas augusti, pontificatus nostri anno VIII.

## 2528. — 23 juillet 1250, Huesca.

*Ferrand Rodriguez, grand-commandeur d'Espagne, et Pierre d'Alcala, châtelain d'Amposte, donnent à Marquesia Sa Guardia et à Giralda, sa fille, la commanderie de Cervera, avec les châteaux de Zamella et de Llorach, et celle d'Alguayre, avec les villages et châteaux de Portella et de Racera, pour édifier sur cette dernière un monastère de sœurs Hospitalières.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., langue d'Aragon, liasse 5, *Memorial ajustado*, etc. (Madrid, 1802, gr. 4°), f. 26 (dans une bulle de Clément IV, du 21 décembre 1265).

In nomine Domini nostri Jhesu Christi, notum sit cunctis hominibus, tam presentibus quam futuris, quod nos frater Ferrandus Roderico, domorum Hospitalis Jerosolimitani in quinque regnis Hispanie commendator, et frater Petrus de Alcala[no], humilis Emposte castellanus, atendentes et considerantes devoto corde unum ex operibus misericordie domum sanctam edificare et constituere, in quam venientes hujus mundi falacis contagia valeant diluere, et suorum peccaminum veniam obtinere, et celestis regni coronam possidere, ad honorem Dei omnipotentis et beatissime virginis Marie ac beati Johannis et sanctorum suorum omnium, volentes dicte... icationis esse patronos et participes, ut fratres et sorores ordinis nostri Deo valeant devotius famulari, cum consensu, voluntate et consilio fratris Petri de Grayana, preceptoris de Banyoles, et fratris Johannis de Villalope, et fratris Martini, preceptoris Majoricarum, et fratris Arnaldi de Spaillargues, preceptoris Herdensis, [et fratris Petri de Spallargues], prioris ejusdem, et fratris Johannis de [Paris], preceptoris Valentie, et fratris Guillermi Demote Drago (*sic*), et fratris Guillermi de S. Maria, et fratris Petri de Artes, et fratris Michaelis, capellani castellani prelibati, et fratris Petri de Bero, et fratris Bartholomei, prioris de Alguayra, et aliorum preceptorum et fratrum apud Oscam in capitulo generali congregatorum, per nos et totum conventum nostrum presentem pariter et futurum, et per omnes nostros, donamus, et cum presenti publico instrumento in perpetuum tradimus et concedimus vobis domine Marquesie de la (*sic*) Guardia, et domine Guiralde de la Guardia, filie vestre, et sororibus dicti ordinis nostri, et successoribus vestris domum et preceptoriam nostram de Algayra [*lisez* : Cervaria], cum castris de Zamenla et de Lorahc, et castrum et villam et preceptoriam nostram de Alguayra, cum castris et villis de Gaportella et Ratera. Hec autem omnia et singula donamus et concedimus vobis et vestris, ut dictum est, cum militibus, castellanis et cum omnibus hominibus ibi habitantibus et habitaturis, et cum dominicaturis, domibus, vineis, hortis, hortalibus, linaris et terra, maris, areis et ferriginalibus, alodiis, honoribus et possessionibus, cultis et incultis, heremis et populatis, compris acquisitionibus, et ex amplis molendinis, aquis, aqueductibus et reductibus, furis et palumvariis, et caulibus a celo usque in abysu, cum ingressibus et egressibus, affrontationibus et melioramentis, cunctisque suis pertinentiis per omnia loca, cum terris, rupibus, lapid[ib]us,

planis et montanis, glebis et decimis, jovis, traginis, batutis, censibus, maticis, pernis, servitiis, ademprivis, plantis, stacamentis et firmamentis, exercitibus et cavalcatis, garrigiis et garrietis, lignis, nemoribus, pratis, hervis, paigicis, venationibus et piscationibus, guerris, pacibus, cum omnibus exitibus et redditibus, proventibus, fructibus et expletis, et cum omnibus aliis universis et singulis juribus, quos et que ibi habemus et accipimus, et habere et accipere debemus jure, gratis, vel vi, et que ad unum hominem pertinent vel pertinere debent, ac videntur pertinere quocumque modo, jure, ratione, voce, occasione vel causa, que dici, scribi, numerari, intelligi vel excogitari possit ad totum bonum, sanum et utilem intellectum vestri et vestrorum, et etiam ad habendum, te(r)nendum, accipiendum, possidendum et expletandum, et ad omnes voluntates et intellectus vestri et vestrorum, pro commoditate et melioramento jam dicti monasterii, ut inferius declaratur, perpetuo faciendum. Omnia vero supradicta et singula damus vobis et vestris, ut superius dictum est, sub tali conditione quod construatis et edificetis monasterium dominarum ordinis nostri apud castrum de Alguaiira, quod monas[terium] in perpetuum castellanus Emposte et succesores sui, et quod priorisa et conventus eidem (*sic*) teneant et observent regulam et consuetudines Hospitalis. Item statuimus quod priorissa ejusdem monasterii et succesores sui sint in perpetuum obedientes dicto castellano Emposte, et exhibeant ei reverentiam cum obedientia. Item quod castellanus Emposte, de consilio conventus dicti monasterii, possit priorissam corrigere, si excederet secundum regulas et consuetudines Hospitalis. Item volumus quod conventus ejusdem monasterii eligat priorissam, et eam castellanus Emposte presentet, si legitima fuerit confirmanda electa. Item volumus quod priorissa et conventus possint subpriorissam, sacristanam, cellarariam, et ceteras officiales ibidem necessarias, et etiam deponere et corrigere sine consilio dicti castellani, quotiens noverit expedire ad utilitatem monasterii prelibati ; et si forte discordaverint in electione priorisse ceterarumque oficialum, castellanus Emposte possit instituere priorissam et ceteras oficiales de dicto monasterio vel aliunde ordinis nostri, de consilio tamen et voluntate conventus memorati. Item statuimus quod priorissa vel conventus non possint recipere fratrem, vel sororem, nec donatum facere sine voluntate castellani ; nec castellanus possit in dicto monasterio fratrem vel sororem ponere sine consilio priorisse. Item statuimus quod castellanus Emposte teneatur dare preceptorem dicto monasterio, si dicta priorissa illum petierit, et indiguerit, nisi dictus fratrer fuerit in alia bajulia comendator, et quod castellanus jam dictus teneatur dare dicte priorisse fratrem vel fratres, sororem vel sorores sibi necesarios, quos ipsa querat. Item volumus quod priorissa et successores ejus teneantur venire ad capitulum generale, si castellanus ei mandaverit. Item statuimus quod in dicto monasterio non sint ultra viginti sorores al[i]quo tempore, nisi de voluntate processerit castellani. Item statuimus quod dicta priorissa vel conventus dicti monasterii non possint de possesionibus habitis vel habendis quidquam vendere, obligare, vel etiam alienare, nec contractum aliquem celebrare sine asensu dicti castellani et succesorum suorum. Volumus etiam et statuimus quod, ab hec presenti die ad octo annos proxime et continue completos, non teneantur dare decimam nec aliquod aliud castellano Emposte ; dictis vero octo annis completis, ex tunc donent decimam integram omnium fructuum, et reditum bonorum supradictorum et omnium aliorum possesionum sive rerum, quocumque titulo, ratione vel causa ad dictum monasterium fuerint devolute, exceptis hortis, virgultis et nutrimentis animalium, de quibus nihil nobis, vel dicto castellano, nec successoribus dare teneantur ; et preter decimam supradictam nihil aliud teneantur. Item statuimus quod, si contingeret, propter sterilitatem temporis vel aliam rationabilem causam, fratres et sorores non habeant vite sue neccesaria, castellanus Emposte et succesores sui eis teneantur providere. Item statuimus quod

castellanus Emposte et succesores ejusdem defendant et manuteneant dictum monasterium, et omnia bona ipsius, tanquam propria, in eternum. Si qua vero fuerint in premissis ordinanda vel melioranda, subtraenda vel corrigenda ad utilitatem dicti monasterii, fiant per predictum castellanum, de consilio et voluntate priorisse et conventus sepedicti. Predicta itaque omnia et singula, sicut superius distincta et nominata, volumus et statuimus firmiter et inviolabiliter penitus in perpetuum observari. Insuper promitimus atque bona fide convenimus vobis et vestris, per stipulationem legitime interpositam cum presenti publico instrumento, statuentes firmiter, per nos et omnes nostros, quod nos et totus conventus noster, presens silicet et futuris (*sic*), et nostri faciemus vos, et monasterium predictum, et vestros omnia supradicta et singula habere, tenere, accipere, possidere et expletare potenter in pace in eternum; vos tamen et vestri attendendo et complendo ea omnia et singula, ut superius liquide declarantur. Ad majorem autem hujus negotii firmitatem, hanc cartam sigilli nostri munitam [*lisez*: munimine] duximus roborandam, sub his tamen modis omnibus et conditionibus supramissis. Domina Marquisia de Saguarda, et domina Guiralda de Saguarda, filia ejus, consilio, assensu et voluntate Ermesendis de Castronovo, et Eliesendis de Jorba, et aliarum sororum nostrarum, per nos et omnes successores nostros, recipimus gratanter et ampletimur dictam donationem et concesionem omnium supradictorum et singulorum, que superius dicta sunt a vobis dominis fratribus Ferrando Roderici commendatore, et Petro de Alcala[no] castellano predictis, et vestris. Et laudamus, concedimus, aprobamus et confirmamus, in omnibus et per omnia, penitus inperpetuum ad plenum omnia predicta et singula, ut superius scripta sunt et notata, et a nobis vobis concessa, promitentes ea omnia et singula in perpetuum firmiter et inviolabiliter tenere et observare. Quod extractum in decimo kalendas augusti, anno Domini millesimo duocentessimo quinquagessimo. S. fratris Ferrandi Roderici, in quinque regnis Hispanie commendatoris. S. fratris Petri de Grayana, preceptoris de Baynoles. S. fratris Joannis de Vilalops. S. fratris Martini, preceptoris Majoricarum. S. fratris Guillermi de Montdrago. S. fratris Michaelis, capellani magni [*lisez*: magistri]. S. fratris Bartolomei, prioris de Alguaiira. S. fratris Petri de Alcala[no], humilis castellani Emposte. S. fratris Arnaldi de Sparllargues, preceptoris Illerdensis. S. fratris Petri de Sparllargues, preceptoris [*lisez*: prioris] ejusdem. S. fratris Joannis de Paris, preceptoris Valentie. S. fratris Guillermi de S. Maria. S. fratris Petri de Artes. S. fratris Petri de Sero. S. domine Marquesie de Saguardia. S. domine Guiralde de Saguardia, filie sue. S. Ermesendis de Castronovo. S. Eliesendis de Jorba. Nos omnes, qui hoc concedimus et firmamus, per nos et omnes alios preceptores et fratres, in capitulo generali apud Oscam congregatos, et per totum conventum nostrum, presentem pariter et futurum, et per omnes nostros testes, que firmare rogamus. S. Jacobi de Cervaria. S. Guillermi de Fluviano. S. Bernardi de Bellohc. S. Petri de Bellohc. S. Guillermi de Torrentpregon, testium. Guillermus Gagol, notarius publicus Illerdensis, scripsit, et hoc sig(*Seing manuel*)num fecit.

## 2529. — 26 juillet 1250, Lagopesole.

*L'empereur Frédéric II défend à Gervais de Martina, justicier impérial en Capitanate, de molester ou de laisser molester les hôpitaux que l'ordre de l'Hôpital, le monastère de Montevergine et le S. Sépulcre possèdent à Troja.*

Source : Naples Arch. d'état, abbaye de Montevergine, parch. orig., vol. 124, n° 73 (dans un vidimus du 2 août 1250). — Texte : Huillard-Bréholles, *Hist. dipl. Frid. II*, VI, 781.

Datum in castris prope Lacum Pensilem, vicesimo sexto julii, octave indictionis.

## 2530. — 10 août 1250, Globa.

*Casimir II, duc de Łęczyca et de Kujavien, assigne aux Hospitaliers la terre de Niemierowice, à laquelle prétendait le comte Janusius.*

SOURCE : Prague, Arch. du gr.-pr. de Bohême, diplomataire I, n° 94 (copie de Smitmer, XVIII° s.).

In nomine Domini, amen. Ne res gestas aboleat processus temporum, confirmat illas solennis titulus literarum. Nos igitur Casimirus, Dei gracia dux Laucicie et Cujavie, notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod, cum vir nobilis comes Janusius a fratribus de Hospitali sancti Joannis, videlicet Alberto et Burgardo, hereditatem Nemorowo coram nobis et quam pluribus nostris nobilibus requireret, nos, rei veritate diligenter investigata, prefatis fratribus et eorum successoribus jam dictam hereditatem adjudicavimus, jure hereditario perpetuo possidendam. In cujus facti testimonium, presentem paginam sepedictis fratribus contulimus, sigilli nostri munimine roboratam. Hujus facti testes sunt : Budislaus ; Swentoslaus, filius Virostoi, et ejus frater Polubcus ; Christianus, subcamerarius, constit[ut]us subdapifer ; Joannes, subpirawna [subpincerna ?] ; Mauritius, subcancellarius ; Gerardus, Albraitus et Elias. Actum in Globa, in die beati Laurencii, anno M CC quinquagesimo.

## 2531. — 11 août 1250, Lyon.

*Le pape Innocent IV ordonne à Geoffroy de Loudon, évêque du Mans, à Gilon, archidiacre de Sens, et à Pierre, official de Sens, d'empêcher qu'on ne moleste les Hospitaliers de France à l'occasion d'un mandement pontifical, par lequel les évêques du comté de Bretagne avaient reçu l'ordre de percevoir une imposition sur les monastères et les églises, exemptes ou non, de leurs diocèses.*

SOURCE : Paris, Bibl. nat., lat. 12776, p. 453 (copie de D. Estiennot, XVII° s., d'après le cartul. de la command. de S. Marc d'Orléans, dans un vidimus de l'official de Sens, du 24 novembre 1250).

Innocentius, etc., venerabili fratri episcopo Cenomanensi, et dilectis filiis Giloni, archidiacono, et magistro Petro, officiali Senonensibus, salutem, etc. Dilecti filii prior et fratres Hospitalis Jerosolymitani in Francia sua nobis insinuatione monstrarunt quod, cum nos dudum nostris episcopis comitatus Britannie in Senensi, Rothomagensi et Turonensi provinciis nec non in diocesi Pictaviensi a monasteriis et ecclesiis, tam exemptis quam non exemptis, non obstantibus quibuslibet privilegiis seu indulgentiis apostolicis, personis vel locis quibuscunque concessis, quod ad provisionem alicujus in pensionibus sive subsidiis et [*lisez* : per] litteras apostolicas compelli non possint, necnon et quibuslibet et aliis indulgenter [*lisez* : indulgentiis], de quibus in nostris litteris oporteat fieri mentionem, in certa quantitate pecunie mandavimus provideri, vobis super hoc executoribus deputatis vel hujus aucthoribus mandati, dictos priorem et fratrem (*sic*) super provisione hujus[modi], ab eis exhibenda proportionaliter jam dictis episcopis, molestatis. Cum igitur idem Hospitale pro Terre Sancte subsidio quotidie gravia, et nunc graviora solita [*lisez* : solito] subire cogatur onera expensarum, propter quod ad exhibitionem provisionum hujus[modi] merito debet esse immune, discretioni vestre per apostolica scripta

mandamus quatenus supradictos priorem et fratres, domos eorum et ecclesias super ipsa provisione, premissi occasione mandati, ullatenus molestetis. Dat. Lugduni, III idus augusti, pontificatus nostri anno VIII.

## 2532. — 23 août 1250, Lyon.

*Le même déclare que, lorsque les Hospitaliers ne sont pas spécialement mentionnés dans une concession émanée du S. Siège, cette omission ne saurait être interprétée à leur préjudice.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 723 (orig.).

Innocentius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolymitani, salutem, etc. Ipsa nos cogit pietas honestis petitionibus vestris exauditionis gratiam non negante [*lisez* : negare], quibus efficax ex eo favoris patrocinium suffragatur, quod, pastorem alium preter Romanum pontificem non habentes, pro Terre Sancte tutela, cui perpetuum religionis vestre obsequium dedicastis, in fervore caritatis intrepide, sub devota sedis apostolice obedientia, prudenter exponitis contra impetus infidelium res et vitam. Hoc jam manifeste probavit frequens fratrum vestrorum et numerosus occubitus, qui gloriosa in conspectu Domini morte, per quam aditus vite patet, de crucis Christi hostibus hactenus triumpharunt. Hoc nunc clamat in auribus omnium illud, pro dolor, sacri sanguinis profluvium copiosum, quo recenter in illis partibus laverunt de modernis fratribus vestris quamplurimi stolas suas. Super quibus nimirum et aliis ecclesie filiis, quos idem casus evexit ad palmam, percusa vehementer in nobis jaculo intime compassionis humanitas, ingenite gravitatis paulisper laxato rigore, super effluentem palpebris nostris fontem aperuit lacrimarum, licet ad consolationem invitet exultationis festive gaudium, quod de ipsis inexterminabilis proculdubio vite pace fruentibus coram Deo ducitur in excelsis. Vestris igitur precibus liberaliter annuentes, devotioni vestre auctoritate presentium indulgemus ut, per gratias, vel indulgentias, seu litteras quaslibet, quibuscumque ecclesiis aut ecclesiasticis secularibusve personis sub quacumque forma verborum ab apostolica sede concessas, vel etiam concedendas, mentionem non facientes de Hospitali vestro subjectisque sibi domibus et fratribus earumdem ac ordine vestro, vobis vel ipsis nullum prejudicium generetur, nec gratie, indulgentie ac littere hujusmodi, ad dictarum domorum et Hospitalis ac ipsorum fratrum dispendium aliquatenus extendantur, presentibus post quinquennium minime valituris. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Lugduni, X kalendas septembris, pontificatus nostri anno VIII.

## 2533. — 3 septembre 1250, Lérida.

*Jacques I, roi d'Aragon, de Majorque et de Valence, comte de Barcelone et d'Urgel, seigneur de Montpellier, et Pierre d'Alcala, châtelain d'Amposte, autorisent Jean de Paris, commandeur de Valence, et Raymond de Rocafull, frère de l'Hôpital, à peupler les alquéries du château de Cullera.*

Source : Madrid, Bibl. de l'Ac. de l'Hist., I, 10, f. 4 (copie, fin xv$^{e}$ s.).

Noverint universi quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, Majoricarum

et Valencie, comes Barchinone et Urgelli, et dominus Montispessulani, et nos frater Petrus de Alcalano, castellanus Emposte humilis, per nos et omnes successeros nostros, damus et concedimus vobis fratri Johanni Parisius, preceptori domus Hospitalis Valencie, et vobis Raymundo de Rochafolio plenariam potestatem stabiliendi et populandi ad octavum omnes alquerias et terminum castri nostri de Cuyllera, mittendo ibi populatores ydoneos, personalem residenciam ibidem facientes. Quos compellatis actoritate nostra ut ad dies, terminos competentes per vos eisdem assignatos, ibi veniant moraturos; ratum habituri et firmum perpetuo quitquid per vos fuerit procuratum et factum, confirmando omnia, que ad utilitatem nostram et ordinis nostri et populationis duxeritis faciendum. Que omnia de cetero non valeant revocari, immo perpetua[m] obtineant firmitatem. Datum Ilerde, III nonas septembris, anno Domini M CC L. S. Arnaldi Struch, notarii publici Valencie, testis. S. Berengarii Egidii, publici Valencie notarii, testis.

### 2534. — 24 septembre 1250, Lyon.

*Le pape Innocent IV renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 23 *janvier* 1168, 1169 *ou* 1170 : « *Cum (dilectis filiis) fratribus* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 392.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 219 (copie de S. Pauli, XVIII[e] s.); Malte, Arch. de l'ordre, bull. A, f. 144 (auj. perdu).

Dat. Lugduni, VIII kalendas octobris, pontificatus nostri anno VIII.

### 2535. — 28 septembre 1250, Lyon.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 18 *février* 1199 : « *Religiosos viros fratres* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 1071.)

Source : Paris, Arch. nat., MM. 11, bullaire, f. 19 (copie, XV[e] s.).

Dat. Lugduni, IV kalendas octobris, pontificatus nostri anno VIII.

### 2536. — [8-14] octobre 1250, Lyon.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 23 *janvier* 1168, 1169 *ou* 1170 : « *Cum fratribus Hierosolimitani* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 392.)

Source : Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles, n° 56 (orig., mauvais état).

Dat. Lugduni,..... idus octobris, pontificatus nostri anno VIII.

### 2537. — 11 octobre 1250, Westminster.

*Henri III, roi d'Angleterre, accorde au grand-prieur et aux Hospitaliers d'Angle-*

*terre le droit de garenne dans leurs terres d'Ossington, de Melchbourn, de Risley, de Dean, de Salwedrop, d'Hampton, de Bothemescomb et de Maplested.*

Source : Londres, Record office, Rot. chart., 8 Edw. I, n° 43 (vidimus d'Edouard I, du 8 juin 1280).

Henricus, Dei gratia rex Anglie, dominus Hibernie, dux Normannie, Aquitannie, et comes Andegavensis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, prepositis, ministris et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem. Sciatis nos concessisse, et hac carta nostra confirmasse dilectis nobis in Christo priori et fratribus Hospitalis sancti Johannis Jerusalem in Anglia quod ipsi et successores sui imperpetuum habeant liberam warennam in omnibus dominicis terris suis maneriorum suorum de Ossinton., Melcheburn., Rysle., Dene., Salwedrop., Hampton., Bothemescomb. et Mapeldersted., ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis, vel ad aliquid capiendum quod ad warennam pertineat, sine licencia et voluntate ipsorum prioris et fratrum vel successorum suorum, super forisfacturam nostram decem librarum. Quare volumus et firmiter precipimus, pro nobis et heredibus nostris, quod predicti prior et fratres et eorum successores imperpetuum habeant liberam warennam in omnibus dominicis terris suis maneriorum suorum de Osinton., Melcheburn, Risle., Dene, Salwedrop., Hampton., Bothemescumb. et Mapeldersted., ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis, vel ad aliquid capiendum quod ad warennam pertineat, sine licencia et voluntate ipsorum prioris et fratrum vel successorum suorum, super forisfacturam nostram decem librarum, sicut predictum est. Hiis testibus : venerabili fratre W[illelmo], Sarisberiensi episcopo ; Willelmo de Valencia, fratre nostro[1] ; Johanne Maunsell., preposito Beverlaci ; Roberto Passelewe, archidiacono Lewensi ; magistro Willelmo de Kilkenny, archidiacono Coventrensi ; Radulfo, filio Nicholai ; Paulino Peyver. ; Roberto Waleraundi ; Willelmo de Cheenny ; Anketillo Mallore, et aliis. Datum, per manum nostram, apud Westmonasterium, undecimo die octobris, anno regni nostri tricesimo quarto.

## 2538. — 14 octobre 1250, Lyon.

*Le pape Innocent IV autorise le grand-prieur et les Hospitaliers de France à se confesser aux prêtres de l'ordre.*

Source : Paris, Arch. nat., L. 247, n° 189 (orig.).

Innocentius, etc., priori et fratribus Hospitalis Jerosolimitani in Francia, salutem, etc. Vobis, per sacre confessionis lavacrum celestem ingredi patriam cupientibus, favorem volentes ad hoc apostolicum impertiri, ut sacerdotibus ordinis vestri discretis, cum necesse fuerit, possitis vestra confiteri peccata, quibus auctoritate nostra liceat vestras confessiones audire, cum oportunitas eos super hoc suaserit requirendos, et vobis injungere penitentiam salutarem, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Lugduni, II idus octobris, pontificatus nostri anno VIII.

5. Il était demi-frère d'Henri III, étant fils d'Hugues X, comte de la Marche, et d'Isabelle, mère d'Henri III. Celle-ci, devenue veuve du roi Jean sans Terre, en 1216, avait bientôt après épousé en secondes noces Hugues X de Lusignan, dont elle eut neuf enfants, parmi lesquels Guillaume, comte de Valence.

### 2539. — 15 octobre 1250, Lyon.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 18 *février* 1199 : « *Religiosos viros fratres* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 1071.)

Source : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, gr.-prieuré de Champagne, H. 1146, liasse 2, n° 10 (orig.).

Dat. Lugduni, idibus octobris, pontificatus nostri anno viii.

### 2540. — [Après le 17 octobre 1250[1].]

*Guillaume de Châteauneuf, grand-maître de l'Hôpital, annonce à Gautier de S. Martin, frère prêcheur, la délivrance de Louis IX, roi de France, le retour de celui-ci à Acre, et la discorde qui a éclaté entre les soudans d'Alep et du Caire.*

Source : Londres, Musée Britannique, fonds Cotton, Nero, D. I, f. 121 (copie, xiii^e s.). — Texte : H. R. Luard, *Matthæi Parisiensis chronica majora,* VI (Londres, 1882), 203.

Religioso[2], egregio et prudenti amico precipuo et specialissimo, fratri Gualtero de S. Martino, predicatori, frater Guillelmus de Castro Novo, sancte domus Hospitalis Jerusalem Dei gratia magister humilis, salutem et se totum ad ejus voluntatem. Sperantes quod de Terra Sancta vos delectet nova qualia sunt audire, de ipsis significandum duximus. Quia post ruinam illam inexplicabilem, quam dominus rex Francorum et totus exercitus christianus, superatus et captus ab hostibus, passus est in Egypto, divina clementia operante prefatus rex miraculose liberatus venit in civitatem Acconiam[3], cum fratribus suis et aliquibus nobilibus principibus, quibus Dominus in confusione vitam de interitu conservavit. Et quia sine derogatione sullimitatis regie absque treuga terram Syrie in casu amissionis relinquere non poterat, fratres suos et alios nobiles omnes remisit in Franciam pro succursu, deliberans moram facere, donec per subsidium gentis sue et aliorum Christi fidelium posset superbiam perfidorum conterere, aut treugis mediantibus Terram Sanctam in statu prospero ordinare. Licet autem in presentium confectione inter Alapensium et Babiloniorum soldanos[4] discordia magna esset, per quam sperari poterat quod compositio treuge competentis intervenire deberet, non tamen nobis apparebat, quia experti sumus versutias paganorum, quod incentivo aliquorum et plurium ad hoc concordantium speratum veniret ad effectum. Processu vero temporis, cum res clarius patebunt, de eventu ipsarum prudentiam vestram reddere curabimus certiorem. Vale[5].

### 2541. — [Après le 17 octobre 1250.]

*Le même annonce au même que, grâce à l'intervention de Louis IX, roi de France, lui et trente Hospitaliers, ainsi qu'un grand nombre de prisonniers, internés au Caire,*

1. La pièce suivante permet d'assigner à cette lettre cette date approximative.
2. La rubrique du manuscrit porte : « Mandatum magistri Hospitalis ».
3. Le roi de France arriva à Acre vers le 12 mai 1250.
4. Malek el Nazer Yousouf, soudan d'Alep, et Malek el Moadham Turan Schah, soudan du Caire.
5. Cf. *Matth. Paris. chron.*, V, 202.

*ont été relâchés et sont rentrés à Acre le 17 octobre; il confirme la nouvelle de la discorde survenue entre les soudans d'Alep et du Caire.*

SOURCE : Londres, Musée Britann., fonds Cotton, Nero D. I, f. 121 (copie, XIII[e] s.). — TEXTE : H. R. Luard, *Matthæi Parisiensis chronica majora*, VI (Londres, 1882), 204.

Religioso[1] et honesto viro, amico carissimo et speciali Hospitalis, fratri Gualtero de S. Martino, predicatori, frater Guillelmus de Castro Novo, Dei gratia sancte domus Hospitalis Jerusalem magister humilis et pauperum Christi custos, salutem et paratam ad beneplacita voluntatem. Quia intelleximus quod vestri gratia domum Hospitalis et fratres semper sincere dilexistis, et ad ejus voluntates fideliter aspirastis, liberalitati vestre grates inde referimus copiosas, significantes quod ex hoc nos et fratres omnes Hospitalis vobis debitores constituistis, et habebitis ad quelibet beneplacita perpetuo obligatos. De nobis, si audire delectat, notificantes quod per Dei gratiam, cum triginta de fratribus nostris et aliis religiosis et secularibus multis, domini regis Francie interventu, de carcere Babiloniorum liberati, decimo septimo die mensis octobris civitatem intravimus Acconiam, multitudinem maximam fidelium in captivitate Egypti relinquendo, quam speramus cum Dei auxilio in proximo liberandam. Inter soldanos Babiloniorum et Alapensium discordia magna viget, per quam confidimus quod, si succursus militie de transmarinis partibus venerit, conditio Terre Sancte prosperabitur et hostium superbia conteretur. Vale[2].

## 2542. — 18 octobre 1250, Lyon.

*Le pape Innocent IV charge l'abbé de S. Samuel d'Acre de faire rentrer les Hospitaliers en possession des biens qu'ils avaient aliénés illégalement.*

SOURCES : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 228 *b* (copie de S. Pauli, XVIII[e] s.); Malte, Arch. de l'ordre, bullaire orig. d'Inn. IV, n° 44 (auj. perdu).

Innocentius, etc., dilecto filio..... abbati S. Samuelis Acconensis, salutem, etc. Ex parte dilectorum filiorum... vice magistri et fratrum Hospitalis Jerosolimitani fuit propositum coram nobis quod tam ipsi quam predecessores eorum decimas, castra, villas, possessiones, jurisdictiones et jura, ad dictum Hospitale spectantia, nonnullis religiosis et clericis secularibus ac laicis quibusdam eorum perpetuo, aliquibus ad firmam, et nonnullis ad tempus non modicum concesserunt, in ipsius Hospitalis lesionem enormem, juramentis interpositis, penis adjectis, concessis literis et aliis publicis instrumentis, ac obtentis etiam confirmationis litteris apostolicis in forma communi. Quare dicti vice magister et fratres indempnitati Hospitalis ipsius super hiis subveniri a nobis humiliter postularunt ; ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, premissis omnibus nequaquam obstantibus, ea, que de bonis dicti Hospitalis per concessiones hujusmodi alienata inveneris ac distracta, ad jus et proprietatem ipsius legitime revocare [facias], contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Dat. Lugduni, XV kalendas novembris, pontificatus nostri anno VIII.

1. La rubrique porte : « Idem eidem W[altero] ».
2. Le copiste a reproduit ici les deux faces de bulle du grand-maître, qui était appendue à cette lettre. (Cf. *Matth. Paris. Chron.*, V, 211.)

**2543.** — 11 novembre 1250, Lyon.

*Le même ordonne aux prélats de France de laisser le grand-prieur et les Hospitaliers de France jouir librement du bénéfice des lettres apostoliques.*

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 229 (copie de S. Pauli, xviii$^e$ s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 49 *b* (copie, xvi$^e$ s.), et bull. E, f. 272 (auj. perdu); Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1201, f. 30 (copie de la Porte du Theil, xviii$^e$ s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 22, f. 31 *b* (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 160 (copie de Smitmer, xviii$^e$ s., d'après un exemplaire adressé aux prélats de Provence pour les Hospitaliers de S. Gilles). — Analyse : Berger, *Reg. d'Innoc. IV*, II, 166, n° 4957.

Innocentius, etc., venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, per regnum Francie constitutis, salutem, etc. Credentes dudum contra literarum vestrarum abusores congruum remedium adhibere, aliquibus vestrum litteras nostras concessimus ut possitis procedere contra tales ; sed, sicut ex frequenti clamore audivimus, vos magis ac magis hujusmodi literis abuti videmini, dum nemo possit, nisi prius coram nobis vel hiis, quibus in hac parte vices vestras de facto committitis, impetratores litterarum ipsarum suam causam examinent, ipsis uti. Ex quo id evenit ut, rescriptis apostolicis ab approbatione vel reprobatione vestra pendentibus, impetratores ipsi pro eadem causa duo subire judicia compellantur, sicque multiplicantur litigia, et interdum justitia ipsa perit. Super hiis igitur generaliter omnibus, et specialiter dilectis filiis priori et fratribus Hospitalis Jerosolimitani in Francia, qui super talibus gravem nobis obtulere querelam, providere volentes, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus ipsos et eorum homines literis apostolicis uti, et eorum delegatis judicibus suam justitiam prosequi libere de cetero permittatis, nec eos super hiis, per vos vel alios commissarios vestros, cum in hoc casu vices vestras aliis non possitis committere, aliquatenus molestetis. Alioquin, cum nolumus tantam presumptionem sustinere ulterius, dilecto filio cantori Senonensi[1] nostris dedisse noveritis in mandatis ut vos ab hiis cessare auctoritate nostra, monitione premissa, sublato impeditionis impedimento, compellat, non obstante constitutione de duabus dietis, edita in concilio generali, dummodo ultra tertiam et quartam extra suam diocesim auctoritate litterarum nostrarum aliquis ad judicium non trahatur. Dat. Lugduni, iii idus novembris, pontificatus nostri anno viii.

**2544.** — 25 novembre 1250, Rocamadour.

*Pierre II de Vart, abbé de Tulle, certifie qu'Amaury de Godor, damoiseau, a vendu à Douce, fille de Gilbert de Thémines, et à l'Hôpital de Puecuilanges, bâti par ledit Gilbert entre Gramat et Thémines, la métairie de Diegas, moyennant* 1200 *sous de Cahors et moyennant l'abandon de la terre de Roquefort, consenti en faveur dudit Amaury.*

Source : Paris, Bibl. nat., coll. Doat, vol. 123, f. 190 (copie, xvii$^e$ s., d'après les Arch. de l'Hôpital de Beaulieu).

Datum apud Rupem Amatorem, in festo beate Catharine virginis, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo.

1. On peut hésiter entre le préchantre et le chantre ; ce dernier était une sorte de vicaire, maître de chapelle, qui ne semble pas avoir été visé ici. Il est très probable qu'il s'agit du premier ; Guillaume de Broce, titulaire de cet office depuis 1245, devint doyen du chapitre en 1254 et archevêque de Sens en 1258.

### 2545. — 28 novembre 1250.

*Pierre, évêque de Valanie, certifie que Théodore et Georges de Laodicée, frères, confrères de l'Hôpital, se sont mis, eux, leurs familles et leurs biens, sous la protection des Hospitaliers de Margat; ils abandonnent à ceux-ci, au cas où ils mourraient sans enfants, la moitié de leurs biens, et, dans le cas contraire, une part d'enfant; ils paieront aussi, leur vie durant, une rente annuelle de deux besants à l'ordre.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 30 (orig.)[1]. — Texte : Pauli. *Cod. dipl.*, I, 222.

Frater Petrus, Dei gratia Valeniensis episcopus, universis, presentes literas inspecturis, salutem in Domino. Noveritis quod Theodorus et Georgius, frater ejus, de Laodicia, filii defuncti Romanoldi, in nostra presencia constituti, recognoverunt se ipsos, uxores et liberos eorum, sua mobilia et immobilia in protectione et custodia fratrum domus Hospitalis Hierosolimitani de Margato posuisse, volentes et concedentes dicti Theodorus et Georgius quod, si de hac luce sine liberis decederent, dicti fratres medietatem rerum suarum, tam in mobilibus quam immobilibus, sine contradictione aliqua vel molestia perciperent, aliam medietatem pro voluntate sua facienda dicti Theodorus et Georgius penes se retinentes. Si autem sepedicti Theodorus et Georgius haberent liberos vita decedente, voluerunt et concesserunt quod jam dicti fratres in rebus suis mobilibus et immobilibus talem partem acciperent qualem quilibet liberorum suorum jure hereditario percipiet vel habebit. Confessi sunt etiam dicti Theodorus et Georgius coram nobis se esse confratres domus Hospitalis predicti, et quod predicte domui duos besancios, quamdiu vixerint, pro recognicione fraternitatis reddent annuatim. Et hoc factum fuit coram his testibus, quorum nomina inferius sunt expressa : videlicet coram domino Johanne dicto Ballivo, canonico nostro ; et domino Raimundo Girardo, sacerdote ; et magistro Simon Cimentario. Et ut hoc firmum et inconcussum perhempniter permaneat, ad peticionem dictorum Theodori et Georgii de Laodicia, presentem cedulam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum anno Domini M CC quinquagesimo, mense novembris, die lune proxima ante festum beati Andree apostoli.

### 2546. — 7 décembre 1250, Lyon.

*Le pape Innocent IV renouvelle la bulle du* 11 *novembre* 1250 : « *Credentes dudum contra* ». (*V. plus haut, n°* 2543.)

Source : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, gr.-prieuré de Champagne, H. 1148 (orig.).

Dat. Lugduni, VII idus decembris, pontificatus nostri anno VIII.

### 2547. — 1251, Cologne.

*Clément, grand-prieur de l'Hôpital en Allemagne, Bohême, Moravie et Pologne,*

1. Le sceau de l'évêque de Valanie, aujourd'hui perdu, a été reproduit par Pauli (*Cod. dipl.*, I, pl. 2, n° 22).

*vend, moyennant cent livres de Deventer, à Othon II, comte de Gueldre, les droits que l'ordre avait sur le tonlieu d'Arnheim.*

SOURCE : Arnheim, Arch. de l'état, chartes de la chambre des comptes de Gueldre, n° 722 (orig.).— TEXTE : P. Bondam, *Charterboek der Hertoghen van Gelderland* (Utrecht, 1783-1809), 483 ; Baron Sloet van do Beele, *Oorkondenboek von Gelre et Zutfen* (La Haye, 1872-6), 724, n° 731. — ANALYSE : Wauters, *Tab. chron. des ch. et dipl..... conc. l'hist. de la Belgique,* V, 26.

Frater Clemens, humilis preceptor domus Hospitalis Iherusalem per Alemaniam, Boemiam, Moraviam et Poloniam, universis, presentes litteras inspecturis, salutem in omnium Salvatore. Universitatem vestram scire volumus quod nos, de consilio et unanimi consensu fratrum et capituli generalis, vendidimus nobili viro domino Othoni, comiti Ghelrie, suisque heredibus imperpetuum omne jus et consuetudinem, quod vel quam actenus habuimus, vel usque in hodiernum diem habere potuimus in theloneo aput Arnheym infra cimiterium et extra, pro pretio centum librarum Daventriensium, nec de cetero impediemus forum, quod usque modo esse consueverat in cimiterio supradicto. Huic autem contractui interfuerunt frater Conradus, preceptor ejusdem domus in Colonia ; frater Gheldolphus ; frater Cesarius de eadem domo ; item frater Albertus, lector fratrum Predicatorum in Colonia ; frater Gherardus, dictus Heymo, ordinis fratrum Minorum ; Otto, prepositus Aquensis ; Engelbertus, decanus beate Marie Trajectensis ; Arnaldus, dominus de Disth ; Ruthgerus, dominus de Bronch[orst], et alii quam plures fide digni. Sed ne aliquis successorum vel fratrum nostrorum hoc factum nostrum laudabile valeat infringere, presentem scedulam proinde conscriptam tali nostro sigillo dignum duximus roborandam. Actum et datum apud Coloniam, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo.

## 2548. — 1251, Netholicz.

*Premysl, margrave de Moravie et duc d'Autriche, confirme les donations faites à l'Hôpital de Jérusalem par lui, par Bawarus et par Dobislawa* [1].

SOURCE : Prague, Arch. du grand-prieuré de Bohême, A. XXI, n° 23 (orig. scellé). — ANALYSE : Erben, *Reg. diplom. nec non epistol. Bohemiæ et Moraviæ,* I, 592, n° 1279 ; *Appendix synoptica.....* (s. l. n. d., XVIII<sup></sup>e s.), n° XXIII. — TEXTE : A. Boczek, *Cod. dipl. et epistol. Moraviæ,* III (Olmütz, 1841), 142 ; Dobner, *Monum. historica Boemiæ* (Prague, 1764-86), IV, 264.

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti, amen. Premilz, divina clementia marchio Moravie et dux Austrie, omnibus in perpetuum. Considerantibus nobis quod ea, que geruntur sub tempore, vetustas oblivionis consumat adeo ut factorum presentium non sit aput futuros recordatio, quippe, cum in rebus humanis nichil constet esse durabile, placuit et visum fuit utile ut subscriptorum seriem gestorum in littera, cui nunquam vita deficit, transmittamus memorie posterorum. Cunctis igitur, tam presentibus quam futuris, fieri volumus manifestum quod, cum dilectus fidelis noster Bawarus, vir nobilis, divino tactus spiritu, villas quasdam subnotatas, has videlicet : ecclesiam et domum Hospitalis Ztraconiz, Horasowiz, Horca, Zuzedowiz, Mutiniz, Lubetiz, Radoseyowiz, Milonowiz, Ptacowiz, Lom, Chirti cum suis appendiciis, et matrona domina Dobislaua villam Lusiz cum suis attinentiis Hospitali, et predictus marchio villam Mocarow addidit sancti Johannis Baptiste in Jerusalem absolute de suis proprietatibus libere contulissent, ad nostram

1. Les donations de Bawarus et de Dobislawa furent confirmées par Venceslas I dès 1243. (V. plus haut, n° 2292).

venientes presentiam, devote et humiliter nostre magnitudini supplicarunt quatenus easdem donationes Hospitalis predicti domui, procuratoribus tam[en] loci Ztraconiz jure perpetuo servituras, dignaremur de speciali nostre magnificentie gratia confirmare. Dignum itaque arbitrati justis ipsorum et honestis postulationibus annuere, donationes predictas ratas et gratas habentes, et eas nichilominus, utpote factas racionabiliter, approbantes, presentibus confirmamus. Ut autem hec nostra confirmatio robur habeat et perpetuam firmitatem, nomina virorum nobilium huic littere pro habundanti cautela in testimonium jussimus annotari : Vitco de Novo Castro ; Zawisa, filius Vitconis ; Vitco de Zepecow ; Sulizlaus, filius Suezt ; Iarozlaus, frater Galli ; Cunradus de Ianowiz ; filius suus Burchardus ; Whilhelmus de Podebrad ; Wocco de Rosental ; Zwoysa, cum fratre de Bor ; Predotha, cum fratribus de Blatna ; Ulricus, filius Budizlai ; Ulricus Lepus ; Zeyzt de Budoyurz ; Smilo de Luochtenburc, cum filio suo ; Petrus Ywani de Zeyewiz ; Wernherus de Serdow ; Ywanus de Repiz, cum fratre ; Desiderius de Hraniz ; Withmar de Sesiz ; Bovhuzlaus de Yedsow ; Dobez de Bucovnik ; Halrec de Dubrawiz ; Gaudencius, capellanus marchionis. In hujus rei evidentiam, presentem litteram predicte domus fratribus duximus conferendam, nostri sigilli munimine roboratam. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M CC L I, indictione VIII[1]. Datum apud Netholiz, per manus nostrorum notariorum Wilhelmi et Gothschalci.

### 2549. — 6 janvier 1251, Znaim.

*Le même concède à l'Hôpital S. Antoine de Brünn*[2] *une taverne à Brünn, libre de tous droits et redevances.*

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, G. XXXVIII, n° 6 (orig.). — Analyse : Erben, *Reg..... Boh. et Moraviæ*, I, 585, n° 1261. — Texte : A. Boczek, *Cod. dipl. et epist. Moraviæ*, III, 134.

Acta autem sunt hec anno dominice incarnationis M CC LI, IX indictione. Datum apud Znoym, per manum Wilhalmi, curie nostre notarii, VIII idus januarii.

### 2550. — 1 février 1251.

*H., maître de l'Hôpital de N.-D. de Duisbourg, certifie qu'Adélaïde et ses fils Hermann et Gérard ont renoncé à un champ à Rellinghausen (Rulenchusen), qu'ils tenaient des Hospitaliers, et que ceux-ci l'ont concédé à Gotschalc.*

Source : Düsseldorf, Arch. d'état, command. de Herrenstrunden, n° 16 (orig.).

Datum quarta feria proxima ante purificationem beate Marie Virginis, anno Domini M CC L primo.

### 2551. — 15 février 1251, Lyon.

*Le pape Innocent IV concède aux Hospitaliers d'Espagne le privilège de ne*

1. L'indiction est fautive.
2. L'Hôpital de S. Antoine ou du S. Esprit de Brünn avait été donné aux Hospitaliers le 20 mars 1243. (V. plus haut, p. 602, n° 2294.)

*pouvoir être contraints à la collation de bénéfices ecclésiastiques par lettres apostoliques.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, *Cartul. Magno,* II, 47 (copie, fin xiv<sup>e</sup> s.).

Innocencius, etc., dilectis filiis... preceptori et ffratribus Hospitalis Jerosolimitani in Hyspania, salutem, etc. Gravaminibus Hospitalis vestri volentes inposterum obviare, presentium vobis auctoritate concedimus ut ad provisionem cujusquam in beneficiis ecclesiasticis vel pensionibus comppelli per litteras apostolicas inviti minime valeatis, que plenam et expressam non fecerint de hac indulgencia mencionem. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Lugduni, xv kalendas martii, pontificatus nostri anno viii.

## 2552. — 21 février 1251, Lyon.

*Le même déclare que les sceaux des prieurs de l'Hôpital, bien que ne portant pas le nom des prieurs, sont valables.*

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 30, n° xix (orig.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 22, f. 51 (copie contemp.). — Analyse : Berger, *Reg. d'Innoc. IV,* II, 196, n° 5108.

Innocentius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Ex parte vestra fuit propositum coram nobis quod, licet ab antiquo vestri ordinis sigilla secundum diversitatem provinciarum distincta fuerint, ita quod nequaquam mutentur, etiamsi preceptores vel priores in eisdem provinciis mutari contingat, quidam tamen sigilla ipsa in dubium revocant, pro eo quod nomina preceptorum vel priorum provinciarum ipsarum non continentur in illis; quare nobis humiliter supplicastis ut super hoc providere vobis paterna diligentia curaremus. Quia vero satis videtur esse difficile ut nova sigilla fiant quociens mutantur preceptores in provinciis vel priores, vestris postulationibus inclinati, presentium auctoritate statuimus ut antiquis sigillis provinciarum ipsarum, dummodo vera sint, firma et indubitata fides adhibeatur de cetero in causis, contractibus omnibusque negociis vestris, licet nomina preceptorum vel priorum non contineant. Nulli ergo, etc. Dat. Lugduni, viiii kalendas marcii, pontificatus nostri anno viii.

## 2553. — 25 février 1251, Lyon.

*Le même charge les abbés de Beaumont (diocèse de Tripoli) et de S. Samuel d'Acre, et le chantre de l'église de Beyrouth d'examiner la cause, pendante entre l'évêque et le chapitre de Tortose, d'une part, et [Jean de Ronay], vice-maître des Hospitaliers, d'autre part, relativement à des dîmes contestées.*

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 22, f. 54 (copie contemp.). — Extraits : Berger, *Reg. d'Innoc. IV,* II, 200, n° 5129.

[Innocentius, etc...] Bellimontis, Tripolitane diocesis, et... S. Samuelis abbatibus, Cisterciensis et Premonstratensis ordinis, et... cantori Beritenensi, [salutem, etc.]. In causa, que inter venerabilem fratrem nostrum...episcopum et capitulum Anteradenses, ex parte una, et dilectum filium vicemagistrum Hospitalis Jerosoli-

mitani super quibusdam decimis et rebus aliis, ex altera, vertitur, dilectum filium nostrum J[ohannem][1], S. Nicolai in carcere Tulliano diaconum cardinalem, dedimus auditorem. In cujus presentia, lite legitime contestata, et factis positionibus ex parte ipsius episcopi, ac responsionibus subsecutis et exhibitis articulis, ac etiam factis interrogatoriis super illis per ea que fuerunt coram ipso proposita, sibi de cause meritis fieri non potuit plena fides, maxime cum procurator dicti vicemagistri viam sit universe carnis ingressus, et nullus alius procurationis onus ipsius vicemagistri posset assumere, in ejusdem cardinalis presentia compareret. Ut autem providentibus nobis suum in hac parte justitia consequi posset effectum, mandamus quatinus, convenientes apud Betroron., Tripolitane diocesis, vel civitatem Bibliensem aut alibi, prout vestre circumspectioni videbitur, et vocato vicemagistro seu magistro ejusdem Hospitalis, ipsum respondere positionibus memoratis, quibus adhuc responsum non extitit, ac etiam illis, quibus est facta responsio, si forte ipse responsionibus jam factis nolit esse contentus aut renuat easdem ratas habere, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, si necesse fuerit, compellatis. Si vero idem vicemagister aut magister aliquid probare voluerit, positiones et articulos faciat post citationem vestram infra tempus quod eis ad hoc duxeritis deputandum, et ex parte ipsius episcopi fiant interrogatoria super illis. Deinde si altera pars presens fuerit vel absens, per contumaciam testes, quos idem episcopus infra duos annos aut amplius, si vobis expediens videatur, a receptione presentium producendos duxerit super articulis, vobis cum interrogatoriis ab eodem cardinali sub ejus sigillo transmissis, prudenter recipere ac juxta eadem interrogatoria diligenter examinare curetis, et testes, quos altera pars producere forte voluerit, infra spatium dictorum duorum annorum aut amplius, recipiatis similiter, prout in precedentibus est expressum, certo termino peremptorio partibus assignato, infra quem omnia privilegia et instrumenta, que, contingentia causam ipsam, ad sedem apostolicam propter viarum pericula deferre noluerint, producere studeant coram vobis ; et si forte contra privilegia et instrumenta hujusmodi, postquam producta fuerint, aliquid ab alterutra partium apponatur, audiatis hinc inde proposita, et ea nobis vestris litteris fideliter exponatis, expressuri per illas qualis et quanta fides sit eisdem instrumentis ac privilegiis adhibenda. Depositionem vero testium eorumdem, cum omnibus predictis positionibus, articulis et interrogatoriis, necnon transcripta privilegiorum et instrumentorum ipsorum ac aliorum legitimorum munimentorum, que coram vobis ab eisdem partibus producentur, sub vestris inclusa sigillis, ad nostram partem quam citius transmittatis, prefixo partibus termino peremptorio competenti, quo per procuratores idoneos sufficienter instructos cum omnibus rationibus et munimentis suis coram nobis compareant, justam, dante Domino, sententiam recepture. Testes autem, etc., *usque* perhibere. Non obstante si aliquibus sit indultum quod suspendi, interdici aut excommunicari non possint sine aliqua indulgentia, per quam hujusmodi processus impediri vel differri valeat, et de qua in litteris nostris plenam, etc., *usque* mentionem. Quod si non omnes, etc. Dat. Lugduni, v kalendas marcii, [pontificatus nostri] anno VIII.

## **2554.** — Mars 1251, Wurtzbourg.

*Hermann de Lobdenbourg, évêque de Wurtzbourg, donne en fief aux Hospitaliers de Wurtzbourg dix-huit manses à Biebelrieth, que ceux-ci avaient achetés de Frédéric,*

1. Jean Caetani, cardinal du titre de S. Nicolas de 1244 à 1264, devint pape sous le nom de Nicolas III.

*comte de Castell, et que celui-ci tenait en fief de l'évêque; l'évêque reçoit une compensation sur des biens à Schernau (Schernowe) et à Urvelt.*

Source : Munich, Arch. roy. de Bavière, command. de Wurtzbourg, liasse 5 (orig. scellé). — Analyse : C. H. de Lang, *Regesta sive rerum Boïc. autogr.*, III (Munich, 1825), 5. — Texte : *Monumenta Boïca*, XXXVII, 352; P. Wittmann, *Monumenta Castellana* (Munich, 1890), 42, n° 137.

Actum apud Wirceburc, anno Domini M CC LI, mense marcio, indictione nona, pontificatus nostri anno vicesimo sexto.

## 2555. — 18 mars 1251, Lyon.

*Le pape Innocent IV autorise les Hospitaliers à se faire délivrer l'argent provenant du rachat des vœux de croisade, et les legs faits en vue de secourir la Terre Sainte par les habitants et les hôtes de leurs terres.*

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 22, f. 59 (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 161 (copie de Smitmer, xviii<sup>e</sup> s.). — Texte : Berger, *Reg. d'Innoc. IV*, II, 207, n° 5165.

[Innocentius, etc., dilectis filiis] magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, [salutem, etc.]. Digne agimus si de bonis, piis usibus deputatis, vobis, qui, pro Christi nomine militantes, Terram Sanctam, quam ipse proprio sanguine consecravit, de manibus odientium nomen illud eripere, ac servare modicam partem ejus, que cultui christiano remansit, satagitis, in gravibus laboribus et expensis et mortis periculis subvenire curamus. Hinc est quod nos vobis quecumque legata, que ab hominibus et mansionariis seu habitantibus in terris, domibus et villis vestris in ipsius terre subsidium hactenus sunt relicta, necnon et votorum crucis redemptiones hominum, mansionariorum et habitantium predictorum, jam crucesignatorum, presentium auctoritate concedimus in ejusdem terre subsidium eroganda, ut ea, non obstantibus quibuscumque gratiis et litteris, quibuscunque personis sub quacumque forma verborum ab apostolica sede concessis, de quibus sive de ipsarum toto tenore, seu de personis quibus sunt concesse oporteat in nostris litteris fieri mentionem, et per quas hujusmodi concessio queat quomodolibet impediri, recipere ac petere, tanquam de gratia nostra vobis debita, valeatis. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc. Dat. ut supra [Lugduni, xv kalendas aprilis, pontificatus nostri] anno VIII.

## 2556. — 18 mars 1251, Lyon[1].

*Le même informe le chantre de l'église de Sens qu'il a exempté les Hospitaliers de la juridiction de l'ordinaire.*

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, *Cartul. Magno*, II, 48 (copie, fin xiv<sup>e</sup> s., adressée au gr.-maître et aux frères de l'Hôpital); Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 221 (copie de S. Pauli, xviii<sup>e</sup> s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 175 *b* (copie, xvi<sup>e</sup> s., adressée au gr.-maître et aux frères de l'Hôpital), et bull. E, f. 275, (auj. perdu); Marseille, Arch. des B.-du-Rh., H. 17, n° 112 (orig. adressé au gr.-maître et aux frères de l'Hôpital); Paris, Arch. nat., L. 247, n° 193 (orig.); MM. 11, f. 24 *b* (bullaire, xv<sup>e</sup> s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 22, f. 70 (copie contemp., adressée au

1. V. plus haut, p. 700, note 1.

grand-maître et aux frères de l'Hôpital) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 162 (copie de Smitmer, XVIII[e] s., adressée au gr.-maître et aux frères de l'Hôpital). — ANALYSE : Berger, *Reg. d'Innoc. IV*, II, 219, n° 5233.

Innocentius, etc., dilecto filio.. cantori ecclesie Senonensis, salutem, etc. Cum nuper duxerimus statuendum ut exempti, quamtumcumque gaudeant libertate, nichilominus tamen ratione delicti seu contractus, aut rei, de qua contra ipsos agitur, rite possint coram locorum ordinariis conveniri, et illi quoad hoc suam in ipsos jurisdictionem, prout jus exigit, exercere, dilecti filii.. magister et fratres Hospitalis Jerosolimitani, dubitantes ne per constitutionem hujusmodi libertatibus et immunitatibus, ipsis et eorum ordini per privilegia et indulgentias ab apostolica sede concessas, prejudicari valeat, nobis humiliter supplicarunt ut providere super hoc indempnitati eorum paterna sollicitudine curaremus. Quia vero ejusdem ordinis sacra religio sic eos apud nos dignos favore constituit, ut eis votivum existat nos ab omnibus, per que ipsis possent provenire dispendia, immunes libenti animo preservare, auctoritate litterarum nostrarum eis duximus indulgendum ut, occasione constitutionis hujusmodi, nullum eisdem libertatibus et immunitatibus in posterum prejudicium generetur. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus dictos magistrum et fratres non permittas super hiis, contra concessionis nostre tenorem, ab aliquibus indebite molestari. Molestatores hujusmodi per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Dat. Lugduni, XV kalendas aprilis, pontificatus nostri anno VIII.

## 2557. — 23 mars 1251, Lyon.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 12 *décembre* 1184 : « *Si diligenter attenditis* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 706.)

SOURCE : Lyon, Arch. du Rhône, H. 26, n° 10 (orig.).

Dat. Lugduni, X kalendas aprilis, pontificatus nostri anno VIII.

## 2558. — 24 mars 1251, Lyon.

*Le même renouvelle, pour le chantre de l'église de Sens, la bulle de Lucius III, du* 7 *mars* 1185 : « *Dilecti filii fratres* ». (*V. plus haut*, I, *n°* 752.) *En outre, il défend aux prélats de France de citer les Hospitaliers à leurs tribunaux, et leur ordonne de faire restituer à eeux-ci ce qui leur a été illégalement enlevé.*

SOURCES : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 222 (copie de S. Pauli, XVIII[e] s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 121 *b* (copie, XVI[e] s.), et bull. E, f. 276 (auj. perdu); Paris, Arch. nat., MM. 11, f. 24 (bullaire, XV[e] s.); Bibl. nat., lat. 9001, f. 94 (copie de Naberat, XVII[e] s.) ; Ypres, Arch. comm., tiroir 2, n° 78 (vidimus du 15 novembre 1391). — ANALYSE : Diegerick, *Inv. anal. et chron..... des archives de la ville d'Ypres,* I (Bruges, 1853), 67, n° 78 (avec attribution erronée aux Templiers) ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° *14250 (avec attribution erronée aux Templiers).

Innocentius, etc., dilecto filio cantori ecclesie Senonensis, [salutem, etc.]. Dilecti filii fratres Hospitalis Iherosolimitani, etc. (La suite comme dans la bulle du 7 mars 1185). Injungimus autem archiepiscopis et episcopis Francie universis quatenus archidiaconis, decanis et officialibus, sue potestati subjectis, et etiam omnibus comitibus, vicecomitibus, baronibus, ballivis, prepositis, et omnibus aliis habenti-

bus, et tenentibus in suis diocesibus justitiam laicalem, ut ipsi eisdem ex parte nostra injungant, sub pena excommunicacionis et interdicti, ne dictos fratres coram se pro aliqua causa faciant conveniri, nec eorum homines, vel hospites eorumdem, vel donatos dicti Hospitalis coram se conveniant, aut conveniri faciant alicujus litigationis causa, nisi eisdem constiterit quod dicti fratres de suis hominibus defecerint in justitia exequenda. Mandamus vero atque precipimus quatenus omnes illos, qui de predictis fratribus vel de rebus ipsorum fratrum, seu de suis hominibus vel de rebus eorumdem aliquid detinuerint, vel detineri presumpserint scienter, illos malefactores ex tunc a nobis excommunicatos publice denuncias, et a subditis dictorum archiepiscorum et episcoporum, et aliorum sue potestati subjectorum excommunicatos facias denunciari, quousque predicto Hospitali seu hominibus dicti Hospitalis in omnibus satisfecerint competenter. Inhibemus vero ne quis, in rebus aut personis eorumdem fratrum vel hominum eorumdem, pro excessibus suis ausu temerario manum violentam apponere presumat, vel aliquam penam pecuniariam ab eis extorquere valeat, quamdiu parati sint stare juri coram priore suo in Francia, vel alio loco sui, et cuilibet de se ipsis conquerentibus facere justitie complementum; qui prior, omni alio pretermisso, meritis eorum exigentibus, penam pecuniariam ab eisdem habere poterit et levare, vel eis injungere penitentiam salutarem, scientes nos istam gratiam dicto Hospitali et hominibus ejusdem concedisse pro magna indigentia Terre Sancte. Dat. Lugduni, IX kalendas aprilis, pontificatus nostri anno VIII.

## 2559. — 25 mars 1251.

*Pierre, administrateur (provisor) de l'Hôpital de Neuenberg (Novum Castrum), concède à titre héréditaire à Arnold, paysan à Remscheid, la dotation de l'église de Remscheid.*

SOURCE : Düsseldorf, Arch. d'état, command. de Herrenstrunden, n° 17 (orig.).

Datum anno Domini M CC LI, in annunciatione beate virginis Marie.

## 2560. — 1 avril 1251, Lyon.

*Le pape Innocent IV renouvelle, en l'adressant au grand-maître et aux frères de l'Hôpital, la bulle du* 18 *mars* 1251 : « *Cum nuper duxerimus* » (*V. plus haut, n°* 2556.)

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 19 (2 orig.), et liasse 30, n° XXII (orig.).

Dat. Lugduni, kalendis aprilis, pontificatus nostri anno VIII.

## 2561. — 5 avril 1251, Lyon.

*Le même concède aux Hospitaliers de S. Gilles la faculté de ne pouvoir être excommuniés ou interdits par les légats du S. Siège ou par leurs délégués.*

SOURCE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 17, n° 107 (orig.).

Innocentius, etc., dilectis filiis... priori et fratribus Hospitalis Jerosolimitani

prioratus S. Egidii in Provincia, salutem, etc. Vestre devotionis merita, quibus vos sedi apostolice gratos exhibetis, diligentius attendentes, et ob hoc vobis volentes existere gratiosi, auctoritate vobis presentium indulgemus quatinus nullus delegatus sedis apostolice, vel legatorum ejus subdelegatus, ab eo executor aut conservator deputatus a sede predicta, in vos excomunicationis vel interdicti aut suspensionis sententiam proferre presumat absque sedis [apostolice sp]eciali mandato, plenam et expressam faciente de hac indulgentia mentionem. Nulli ergo., etc. Si quis autem, etc. Dat. Lugduni, nonis aprilis, pontificatus nostri anno VIII.

## 2562. — 3 mai 1251, Aix.

*Pierre IV Papareschi, évêque d'Albano, consacre, avec l'évêque de Panéas, la chapelle S. Jean à l'Hôpital d'Aix, et accorde des indulgences aux fidèles qui la visiteront dans la quinzaine de la dédicace.*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 175 (orig.).

Petrus, miseratione divina Albanensis episcopus, universis Christi fidelibus, salutem in Domino sempiternam. Ad universitatem vestram notitiam volumus pervenire quod nos, anno Domini MCC quinquagesimo primo, quinto nonas maii, assistente nobis venerabili patre Paneadensi episcopo, capellam Hospitalis Aquensis in honore beati Johannis Baptiste dedicantes, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ipsam capellam devote accesserint in die dedicationis ejusdem usque ad quindecim dies sequentes, unum annum et quadraginta dies, et annuatim ipsa die quadraginta dies de injuncta sibi penitentia, de speciali mandato summi pontificis, duximus relaxandas, presentes litteras nostro sigillo signatas in testimonium fieri facientes. Datum Aquis, anno et die suprascriptis, pontificatus domini Innocentii pape quarti anno octavo.

## 2563. — 15 mai 1251.

*Rodolphe, comte de Thierstein, ratifie la vente de biens à Au (Ovwa), Rüsegg (Rvisecge), Oberentfelden (Oberendvelde), faite par Ulrich Geszler de Meyenberg aux Hospitaliers de Hohenrain.*

Source : Lucerne, Arch. cant., command. de Hohenrain (orig.). — Texte : *Geschichtsfreund,* XXVII (1872), 292, n° 8.

Datum anno Domini M CC LI, idus maii.

## 2564. — 21 mai 1251, Tarazona.

*Jacques I, roi d'Aragon, de Majorque et de Valence, comte de Barcelone et d'Urgel, et seigneur de Montpellier, mande à ses officiers d'Ejea et de Navardun de protéger les hommes de Castiliscar contre quiconque les molesterait sur le territoire de la commanderie.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 264 (orig.).

Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, Majoricarum et Valencie, comes Barchi-

none et Urgelli, et dominus Montispessullani, fidelibus suis universis juntariis et suprajuntariis, et juntis de Exeya et de Navardu, presentibus et futuris, salutem et gratiam. Mandamus vobis firmiter quatinus deffendatis homines de Castielliscar, presentes et futuros, contra omnes homines, undecunque sint, qui in terminis, quos illustris quondam rex dominus Petrus bone memorie, pater noster[1], dedit eis et nos eisdem confirmavimus, facerent eis vel vellent facere impedimentum aliquod vel gravamen, si confiditis de nostri gratia vel amore. Datum Tirasone, XII kalendas junii, anno Domini M CC L primo.

### 2565. — 25 mai 1251, Reading.

*Henri III, roi d'Angleterre, mande à Etienne de Feugères, sénéchal de Tickhill, de faire payer au grand-prieur d'Angleterre ou au représentant de celui-ci les arrérages des rentes qui lui sont dues sur le fief de Tickhill.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 35 Hen. III, membr. 11 (copie contemp.).

Teste ut supra, per ipsum regem [apud Radinge, XXV die maii].

### 2566. — Juin 1251.

*Ferrand Rodriguez, grand-commandeur d'Espagne, avec l'assentiment du chapitre provincial de Castille et Léon, tenu à Fresno el Viejo le premier dimanche de juin, vend à Thérèse Gil, moyennant deux cents marcs, le lieu de Rebordando*[2].

Source : Madrid, Bibl. nat., DD. 83, f. 90 et f. 181 (2 copies, XVII$^e$ s.), et DD. 84, p. 54 (copie, XVII$^e$ s.).

Fecha carta en Salamanca, sub era millesima duccentissima octagessima nona, in mense junii.

### 2567. — 5 juin 1251, Gênes.

*Le pape Innocent IV engage le grand-maître et les frères de l'Hôpital à vendre à la ville de Gênes le château de Servi, dont la valeur sera fixée par l'abbé de S. André de Sestri Ponente (diocèse de Gênes).*

Source : Gênes, Arch. d'état, Libri jurium, cod. A, f. 215, et cod. C, f. 27 *b* (copies, XVIII$^e$ s.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 14309. — Texte : *Historiæ patriæ monumenta,* libri jurium reipublicæ Genuensis., I, col. 1065.

Innocentius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Prompto debetis affectu illa prosequi per que vobis augmentum

1. Pierre II, roi d'Aragon (1196-1213).

2. La pièce est en espagnol, sauf les premiers mots : « Notum sit » et la date qui la termine. Parmi les signataires, ceux qui appartiennent à l'ordre de l'Hôpital, sont : Alphonse Raymondez, commandeur de Benavente, lieutenant du prieur au royaume de Léon ; Rodrigo Gil, commandeur de Limia et de Salamanque ; Alphonse Lopez, commandeur de Puerto-Marin ; Rui Perez, commandeur de Quiroga ; Gutierre Perez, commandeur de S. Michel del Pino, lieutenant du prieur en Castille ; Gonsalve Perez, commandeur de Bamba ; Gomes Fernandez, commandeur de S. Jean del Camino ; Alphonse Ruiz, commandeur de Puente Ytero.

favoris et gratie apud sedem apostolicam poterit provenire. Sane in desiderio dilectorum filiorum potestatis, consilii et comunis Janue geri percepimus ut castrum Servi, cum juribus et pertinentiis suis, ad vos pertinens, pro competenti precio, taxando juxta providentiam et arbitrium dilecti filii abbatis S. Andree de Sexto, Januensis diocesis, vendatis eisdem ; quia vero ipsi super hoc ad apostolice benignitatis auxilium recurrerunt, universitatem vestram attente rogandam duximus et monendam, per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus predictorum potestatis, consilii et communis desiderium in hac parte, pro apostolice sedis et nostra reverentia, sine dilationis et difficultatis obstaculo compleatis, non obstante consuetudine contraria vel statuto, juramento seu quacumque firmitate vallatis, ita quod ipsi nobis et ordini vestro propter hoc plenioris dilectionis vinculo astringantur, et ad grate retributionis premia teneantur, nosque vobis exinde referamus gratias speciales. Dat. Janue, nonis junii, pontificatus nostri anno VIII.

### 2568. — Juillet 1251.

*Clément, grand-prieur de l'Hôpital en Allemagne, Bohême, Moravie et Pologne, certifie que les Hospitaliers de Weissensee ont échangé aux Teutoniques de Griefstedt une redevance annuelle de six mesures (maldra) et de trois muids de grain, mesure d'Erfurt, qu'ils leur devaient pour des biens situés près du domaine et du moulin d'Helingen, contre deux manses sis à Willstedt, qu'ils abandonnent aux Teutoniques.*

SOURCE : Vienne, Arch. de l'ordre Teut., cartul. de Marbourg, n° 772 (786) (copie, XIV[e] s.). — TEXTE : A. Wyss, *Hessisches Urkundenbuch,* I, 88 (forme le fasc. 3 des *Publ. des Arch. roy. d'Etat de Prusse,* Leipzig, 1879).

Hujus rei testes sunt fratres nostri : frater Johannes, frater Gerhardus, frater Aberwinus, sacerdotes ; frater Henricus de Northusen ; frater Henricus de Valanga ; frater Heidenricus, et alii quamplures. Fratres Theutonice domus : frater Hartmannus de Helderungen ; frater Eckehardus de Trebezin ; frater Henricus de Schirue ; frater Irfridus de Alrestete. Acta sunt hec anno Domini M CC LI, mense julio.

### 2569. — 8 juillet 1251, Woodstock.

*Henri III, roi d'Angleterre, informé que les Hospitaliers, Templiers et autres religieux désirent qu'à Dublin et dans les autres villes d'Irlande les tenanciers des maisons qu'ils possèdent soient exempts d'impôts, ordonne au justicier d'Irlande d'interdire désormais aux Hospitaliers, Templiers, etc., d'acquérir des maisons ou des biens sans autorisation spéciale du roi.*

SOURCE : Londres, Rec. office, Rot. litt. claus., 35 Hen. III, membr. 10 dorso (copie contemp.). — ANALYSE : *Cal. of doc. relating to Ireland,* I, 470, n° 3168.

Teste rege apud Wodestocke, VIII die julii.

### 2570. — 28 juillet 1251, Manosque.

*Humbert, évêque de Sisteron, et Féraud de Barras, grand-prieur de S. Gilles,*

*choisissent Guillaume de Barras, abbé de N.-Dame de Lure, et Robert de Laveno, jurisconsulte, comme arbitres dans la cause pendante entre ledit évêque et Bérenger Monacho, commandeur de Manosque, au sujet des églises de S. Pierre et de S. Etienne des Orgues, et de la portion canonique que l'évêque réclamait à Manosque et à Toutes Aures.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 32 (orig.). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 135.

In nomine domini nostri Jesu Christi, anno incarnationis ejusdem M CC LI, indictione nona, quinto kalendas augusti, universis presentibus pateat et futuris quod dominus Imbertus, Dei gratia episcopus Sistericensis, nomine suo et episcopatus sui, et Isnardi de Charentesio, canonici Forcalcariensis, procuratoris sui in causis, quas ipse dominus episcopus habet nomine episcopatus sui cum domino Berengario Monacho, preceptore Hospitalis Jerosolimitani vallis Manuasce, nomine dicti Hospitalis presentis et consentientis, et de voluntate et consensu capituli Sistaricensis, ut apparet per litteras dicti capituli Sistaricensis, sigillo dicti capituli sigillatas, quarum tenor talis est :

« Noverint universi et singuli, presentes litteras inspecturi, quod nos M., « prepositus Sistericensis, et ejusdem ecclesie capitulum, more solito congrega- « tum, scilicet pro nobis et G. de Podio, cujus vocem habemus, B., precentor, « P[etrus] Bonus, officialis, pro se et B. Audeberto, cujus vocem habet, Joannes « Laugerii, B. de Mura pro se et Johanne Petri, R. Alberti, Brocardus, Rostagnus, « Guillelmus juvenis, canonici Sistaricenses, consentimus et consensum nostrum « damus venerabili patri domino Imberto, Sistaricensi episcopo, compromittendi, « componendi amicabiliter aut de jure, prout ei visum fuerit, de causa et causis, « que vertitur vel vertuntur inter ipsum nomine episcopatus seu ecclesie, ex parte « una, et preceptorem Hospitalis sancti Joannis Jerosolimitani de Manuasca, ex « altera ; annuentes concorditer quod quicquid per predictum dominum episcopum « factum fuerit de predictis in promittendo penam et obligando bona prefati « episcopatus, pro ipsa pena, quam promittet, et pro concordia observanda ratum « habebimus in perpetuum atque firmum. Actum in camera dicti officialis. In cujus « rei testimonium, presentes litteras sigillo nostro Sistaricensis capituli fecimus « sigillari. Datum Sistarici, octavo kalendas augusti, anno Domini M CC L I. »

Quas litteras vidi, legi et exemplavi ego Sitius, imperialis notarius infrascriptus. Et erant sigillate sigillo pendenti capituli ecclesie Sistaricensis ; in quo sigillo vidi ego dictus Sitius sculptam sive impressam ymaginem beate Marie Virginis, tenentem in brachiis puerum suum Ihesum, et erat scriptum in circulo dicti sigilli : SIGILLUM CAPITULI SISTARICI. Et de mandato dicti domini episcopi tenorem dictarum litterarum inserui huic instrumento ad perpetuam rei memoriam, et publicavi ex una parte. Et dominus Ffaraudus de Barratio, prior Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in prioratu S. Egidii, de consensu et voluntate domini Giraudi Amici, preceptoris Vapincensis, presentis et consentientis, et nomine et vice Hospitalis predicti, et specialiter nomine preceptoris Manuasce, ex altera, et conventus, compromiserunt in dominum Willelmum de Barratio, abbatem S. Marie de Lura, de omnibus causis spiritualibus, que usque ad hodiernum diem mote sunt inter dictum dominum episcopum seu predecessorem suum [1], vel procuratorem ipsorum, ex una parte, et dominum priorem predictum seu preceptorem Manuasce, et procuratorem eorum, ex altera, et specialiter super ecclesia S. Petri et S. Stephani de Tairone, et super omni jure spectante ad dictas ecclesias. Et

1. Henri de Suse, évêque de Sisteron de 1241 à 1250.

insuper compromiserunt ambe partes predicte, eodem modo et eadem forma, et nomine predicti episcopatus et capituli et Hospitalis predicti, in dictum dominum Willelmum, abbatem S. Marie de Lura, et in dominum Robertum de Laveno, legum professorem, de omnibus discordiis et litibus, que mote erant inter eos usque ad hodiernum diem, per contestationem litis vel per libelli oblationem, et specialiter super eo quod petebat predictus dominus episcopus, seu predecessor ejus, vel ejus procurator, nomine episcopatus Sistaricensis vel capituli, canonicam portionem, quam dicebat de jure debitam episcopatui Sistaricensi vel ecclesie Sistaricensi in palatio Manuasce, burgo et villa, et in castro Manuasce, et in Totis Auris, et in territoriis dictorum locorum et jurisdictionibus omnium dictorum locorum, et omnibus juribus pertinentibus ad dominium dictorum locorum. Tali modo quod dictus dominus abbas de Lura solus in his, que sunt spiritualia, cognoscat et componat arbitrio proprio, amicabiliter vel de jure, prout ei visum fuerit, juris ordine servato vel non servato, sine datione libelli vel alia juris solempnitate adhibita; et in aliis causis superius nominatis generaliter et specialiter predicti dominus abbas de Lura et dominus Robertus possint cognoscere, judicare et diffinire, et concordiam facere, secundum jus, si eis videbitur, vel pretermisso juris ordine et libelli oblatione, et contestatione litis, et omni alia sollempnitate juris. Dantes eis liberam potestatem ut predicta possint fieri quocumque modo eis melius videbitur, sine aliquo juris ordine. Et super hoc arbitratores sint et amicabiles compositores, et possint facere predicta die feriato vel non feriato, una vice et pluribus, et quotquot vicibus voluerint. Et promiserunt ad invicem per stipulationem predicte partes attendere et observare quicquid ipsi dixerint in predictis et circa predicta, vel statuerint, vel ordinaverint, sub pena quingentarum marcarum argenti a parte parti stipulata et promissa, et pena soluta rato manente compromisso. Et pro his omnibus attendendis et observandis dictus dominus episcopus bona episcopatus Sistaricensis ipsi domino priori nomine Hospitalis pignori obligavit, et ipse dominus prior pro predictis omnibus attendendis et observandis eidem domino episcopo, nomine episcopatus recipienti, bona Hospitalis de Manuasca et valle pignori obligavit, et promisit facere et curare quod preceptor vallis Manuasce et conventus confirmabit omnia et singula suprascripta. Hoc acto inter predictas partes quod, si predicti dominus abbas et dominus Robertus non pronuntiarent super predictis usque ad festum dedicationis sancti Michaelis archangeli proxime venturum, quod quelibet pars possit prosequi jus suum in curia, nec propter dictum compromissum videatur renuntiasse dicte liti, si dicti domini arbitri seu arbitratores non pronuntiarent infra terminum predictum. Actum in villa seu burgo vallis Manuasce in Saunaria, in domo Lure. Interfuerunt testes ad hoc specialiter vocati et rogati : dominus Petrus Bonus, officialis dicti domini episcopi; Isnardus de Charentesio, canonicus Folcarcariensis et procurator dictarum causarum, qui dicto compromisso consensit ; Raimundus Bellianus, canonicus Folcarcariensis; Raimundus Robaudus, prior de Rosseto ; frater Giraudus Romeus, frater Hospitalis ; Johaninus, domicellus predicti domini episcopi; Pontius Rainaldus; R. Odebertus ; Willelmus Audebertus, ejus filius ; Johannes Robaudus, et Simon Beraudus. Anno et die quo supra in prima linea presentis pagine, in palatio vallis Manuasce, in camera domini prioris S. Egidii, presentibus testibus, scilicet : magistro Bernardo, notario curie Manuasce; R. Sartore; Raimbaudo Maçotto; Bertrando et Raimundo de Monte Acuto. Frater Berengerius Monachus, preceptor Hospitalis vallis Manuasce, in conventu in predicta camera congregato, in quo conventu fuerunt: frater Gofridus de Mosciac, pajulus dicte vallis ; Engrallionus ; frater Rostagnus de Relania ; frater Nermengau ; frater Giraudus Romeus ; frater Willelmus Chabacerius ; frater Artaldus; frater Petrus Codochia ; frater Willelmus de Bargiolo, et frater

Willelmus Teolerius. Qui omnes fratres, unanimi consensu et voluntate, approbaverunt et confirmaverunt suprascriptum compromissum, et promiserunt singulariter omnes non venire contra dictum compromissum aliqua ratione vel causa. Actum, ut dictum est, coram me Sitio de civitate Aretina, imperiali publico notario infrascripto, et coram predictis testibus. Eodem anno et die, et loco quo supra in compromisso, fidejusserunt pro supradicto domino priore S. Egidii versus predictum episcopum, nomine suo et ecclesie Sistaricensis recipienti, (*sic*), scilicet: dominus Raimundus Garnerius, miles; Bertrandus Petri; Bonus Parfelitius; Petrus de Fonte; Giraudus Voirerius. Qui omnes fidejussores obligaverunt se et omnia bona sua, pro pena quingentarum marcarum argenti, supra in compromisso expressa, et pro eo vel eis, quod vel que dicti domini arbitratores et amicabiles compositores pronuntiaturi sunt. Renuntiantes ex certa scientia juri vel juribus, dicenti vel dicentibus quod principalis prius conveniatur quam fidejussor, et epistole divi Adriani, et omni juri pro eis facienti; promittentes quilibet predictorum fidejussorum insolidum dicto domino episcopo, recipienti nomine proprio et nomine ecclesie Sistaricensis, solvere dictam penam, si pro parte Hospitalis committeretur. Et eodem modo et forma fidejusserunt predicti fidejussores pro dicto domino episcopo versus dictum dominum Ffuraudum de Barratio, priorem S. Egidii, recipientem nomine supradicti Hospitalis, tam pro pena predicta quingentarum librarum quam pro eo quod dicti domini arbitratores pronuntiaturi sunt, scilicet dominus Raimundus Garnerius, Bertrandus Petri, Giraudus Veirerius et dominus Petrus Bonus, officialis predicti domini episcopi. Quorum quilibet obligavit se insolidum et omnia sua bona, promittendo solvere dictam pecuniam dicto priori, recipienti nomine et vice sepedicti Hospitalis, si predictus dominus episcopus, vel alius pro episcopatu predicto vel capitulo, non servaverit quod sepedicti domini arbitratores ordinaverint vel statuerint. Renuntiantes ex certa scientia, ut supra, juri vel juribus de principali prius conveniendo, epistole divi Adriani, et omni auxilio beneficioque legali; et inde predicti fidejussores omnes et singuli hanc cartam fieri jusserunt. Actum in villa seu burgo vallis Manuasce, in domo Lure. Interfuerunt testes ad hoc specialiter vocati, et per predictos omnes fidejussores rogati: W. Petri, miles; Raimundus Arditus, canonicus Forcalcariensis; W. Marinus, prior S. Salvatoris de Manuasca; Isnardus de Charentesio, canonicus Forcalcariensis; W. Laugerius, sacerdos; Petrus Salomon, sacerdos; et W. Laetus, sacerdos; et R. Sartor, diaconus. Ad eternam autem omnium (omnium) suprascriptorum memoriam et testimonium, suprascriptus dominus episcopus et suprascriptus dominus prior S. Egidii presens instrumentum fieri, et sigillis eorum communiri jusserunt; et istud est pro Hospitali. Et ego Sitius de civitate Aretina, imperialis aule publicus notarius, suprascriptis omnibus interfui, et de mandato suprascriptorum domini Imberti, Sistaricensis episcopi, et domini Ffuraudi de Barratio, prioris S. Egidii, de omnibus suprascriptis talia duo instrumenta unius tenoris scripsi, et in publicam formam redegi, et istud parti Hospitalis tradidi, et etiam de mandato dictorum dominorum arbitrorum[1].

**2571. — 9 septembre 1251, Windsor.**

*Henri III, roi d'Angleterre, accorde au grand-prieur et aux Hospitaliers d'Angle-*

1. Pauli reproduit le seing manuel du notaire Sitius d'Arezzo; c'est une sorte de gril, surmontée d'une croix.

*terre le droit de chasse sur leurs terres de Blakesley, d'Anstey, de Dinmore, de Winkbourne et d'Yveley.*

Source : Londres, Record office, Rot. chart., 35 Hen. III, membr. 2; Rot. chart., 8 Edw. I, n° 43 (vidimus du 8 juin 1280).

R[ex], etc., archiepiscopis, etc., salutem. Sciatis nos concessisse et hac carta nostra confiirmasse dilectis nobis in Christo priori et fratribus Hospitalis sancti Johannis Jerusalem in Anglia quod ipsi et successores sui imperpetuum habeant liberam warennam in omnibus dominicis terris suis manerii sui de Blaculnelegh in comitatu Northampton, et in omnibus dominicis terris suis manerii de Anesty in comitatu Wiltesire, et in omnibus dominicis terris suis manerii sui de Dunemor. in comitatu Herefordie, et in omnibus dominicis terris suis manerii sui de Wynkeburn. in comitatu Notingham, et in omnibus dominicis terris suis manerii sui de Yeuele in comitatu Derby, dum tamen terre ille non sint infra metas foreste nostre, ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis vel ad aliquod capiendum quod ad warennam pertineat, sine licencia et voluntate ipsorum prioris et fratrum, vel successorum suorum, super foris facturam nostram x librarum. Quare volumus, etc. Hiis testibus : magistro W[illelmo] de Kilkenny, archidiacono Coventrensi; Roberto de Shotendon.; Bartholomeo Pecche; Stephano Bauchan; Rogero de Lokynton; Waltero de Thurkelby; Henrico Pictavensi, et aliis. Data per manum nostram apud Wyndlesoram, nono die septembris, [anno regni nostri tricesimo quinto] [1].

## 2572. — 17 octobre 1251, Werben.

*Mangold, vice-prieur des Hospitaliers en Basse-Allemagne, certifie qu'une messe quotidienne sera célébrée chez les Hospitaliers de Werben pour le repos de l'âme d'Albert Redekesdorf et de Hampo de Plaue, qui ont donné leurs biens à la commanderie de Werben.*

Source : Berlin, Arch. secr. d'état, ordre de S. Jean (à la date) (orig.). — Texte : Ledebur, *Allgemeines Archiv*, II, 80. — Extraits : Riedel, *Cod. dipl. Brandeb.*, I, vi, 15.

Datum Werbin, in domo sancti Johannis, anno Domini M CC LI, XVI kalendas novembris. Testes sunt : frater Bernardus, commendator in Stenivorde; et frater Cesarius, commendator in Werbin; et frater Heinricus, plebanus in Werbin; et frater Heinricus, commendator in Mirowe, et alii fratres quam plures.

## 2573. — 8 novembre 1251, Glocester.

*Henri III, roi d'Angleterre, informe G[eoffroy] de Langley (Langele), juge des forêts royales, qu'il a donné répit au grand-prieur d'Angleterre jusqu'à la quinzaine de pâques* (31 *mars*-14 *avril* 1252) *pour acquitter ses dettes et celles de ses vassaux, et pour remplir les corvées de défrichement et la mutilation* [2] *(expeditacio) des chiens* [3].

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 36 Hen. III, membr. 32 (copie contemp.).

Teste rege apud Gloucestriam, VIII die novembris. Per ipsum regem.

1. Les mots mis entre crochets figurent dans le vidimus d'Edouard I.

2. Cette mutilation consistait en l'ablation du talon ou de trois ongles des pieds. Elle avait pour but d'empêcher les chiens de poursuivre le gibier.

3. Le délai fut prorogé jusqu'à la quinzaine de la saint Michel (29 septembre-13 octobre 1252) par mandement daté de Westminster, le 4 mai 1252, et conçu dans les mêmes termes (Londres, Record office, Rot. litt. claus., 36 Hen. III, membr. 17, copie contemp.).

## 2574. — 13 novembre 1251, Le Barry.

*Guillaume, abbé de Léoncel, et Pierre Guitard, commandeur de Valence, concluent un échange, par lequel l'abbé cède aux Hospitaliers un pré sur le rif de Palaya, près de la grange de Cogner (Cognerium), et reçoit du commandeur, avec l'assentiment de Pierre Gay, commandeur du Barry (Cornearea), un pré près du pont du rif de Palaya.*

Source : Valence, Arch. dép. de la Drôme, H. abbaye de Léoncel, cah. DXIX, p. 17 (copie, fin XVII<sup>e</sup> s.). — Texte : U. Chevalier (abbé), *Cartul. de l'abbaye de N.-D. de Léoncel* (Montélimar, 1869), 175.

Actum apud Corneaream, anno Domini M CC L primo, idus novembris.....

## 2575. — 21 novembre 1251, Tecklenbourg.

*Othon II, comte de Tecklenbourg, vend aux Hospitaliers de Steinfurt ses biens libres de Rheine.*

Source : Rheine, Bibl. du collège Weddige, cartul. de Steinfurt (copie, XIII<sup>e</sup>-XIV<sup>e</sup> s.). — Texte : *Jahresbericht über das Gymnasium Dionysianum zu Rheine*, XX (1881-2), 13.

Data et acta sunt hec in Tekeneburg, anno Domini M CCC LI, XI kalendas decembris, coram testibus subnotatis, quorum nomina sunt hec : Bertrammus, plebanus de Rene ; Johannes, capellanus noster ; Henricus Buddo, notarius noster ; Ludolfus, dapifer ; Henricus de Lecden ; Lubertus Buddo ; Godefridus de Damme ; Johannes de Hurdinchusen, et alii quam plures.

## 2576. — 5 décembre 1251.

« *Lettres d'Othon* [*Eudes de Châteauroux*], *évêque de Tusculum, légat du* « *S. Siège, par lesquelles il atteste que Nicolas de Manueth, qui avoit depuis un tres* « *long temps un procès contre l'ordre pour certains biens, qu'il prétendoit luy appar-* « *tenir, a déclaré, en présence de Jean* [*III*] *d'Ybelin, seigneur d'Arssur, connestable* « *et bailly du royaume de Jérusalem, qu'il avoit autrefois vendu ces biens à l'ordre, et* « *qu'il en avoit été payé, renonçant au procès qu'il avoit intenté pour ce sujet au* « *grand-maître de l'ordre, remettant le droit qu'il pourroit y avoir encore, et prie le* « *légat d'en expédier les lettres audit ordre, du* 5 *décembre* 1251. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 273 (XVIII<sup>e</sup> s.).

## 2577. — 5 décembre 1251.

« *Lettres de Robert, patriarche de Jérusalem, pour le même sujet que celles* « *d'Othon, évêque de Tusculum, du* 5 *décembre* 1251. » (*V. plus haut, n°* 2576.)

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 274 (XVIII<sup>e</sup> s.).

### 2578. — 6 décembre 1251, Striegau.

*Boleslas II, duc de Silésie et de Pologne, donne aux Hospitaliers la ville de Wilscov*[1] *avec tous ses droits, mais en se réservant l'avouerie.*

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, C. VII, command. de Gross-Tinz, n° 5 (orig. scellé).

In nomine Domini, amen. Nisi vivant aut voce testium aut testimonio vivacis littere, mori possunt mortalium actiones; hinc est quod nos Boleslaus, Dei gratia dux Slesie et Polonie, notum facimus universis, preteritis ac futuris, presens scriptum inspecturis, nos villam nostram, dictam Wilscov, ex instantia etiam servientum nostrorum, videlicet Henrici et Riperti dicti Bolzones, contulisse domui sancti Johannis Hospitalis [in] transmarinis partibus, in remedium animarum tam nostrorum antecessorum quam ipsorum predecessorum, imperpetuum libere possidendam, exceptis nostris juribus, que advocatia proprie nuncupatur, quam pro nobis volumus observare. Ut autem hec nostra donatio rite peracta imperpetuum perseveret, scriptum presens nostri sigilli apensione fecimus insigniri. Datum in Stregom, in die beati Nycolai, coram hiis testibus : Wedgone de Kameuz; fratre ejus Bernardo; Gerardo de Lapide; Grabisio; Lkhardo de Melbuz; Cunrado de Melbuz; Henrico de Wbogilsberch; Petro de Swabisdorf; Theodorico de Muschov; Jordano, advocato in Stregom; Reinoldo, cive ibidem; Anselmo, cive ibidem; Bertoldo, cive ibidem; Henrico Longo, ibidem; fratre Conrado de Alcey, commendatore curie Strigoniensis; fratre Henrico de Ostrov; fratre Conrado de Erbipolis; fratre Myloceyo Polono, et aliis multis, anno gracie M CC quinquagesimo primo.

### 2579. — 15 décembre 1251, Pérouse.

*Le pape Innocent IV renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 19 *juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Paci et quieti* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 429.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 230 (copie de S. Pauli, XVIIIe s.); Malte, Arch. de l'ordre, bull. A, f. 173, pièce 2 (auj. perdu).

Dat. Perusii, XVIII kalendas januarii, pontificatus nostri anno IX.

### 2580. — 29 décembre 1251, York.

*Henri III, roi d'Angleterre, mande à G[eoffroy] de Langley (Langele), juge des forêts royales, qu'il a autorisé le grand-prieur d'Angleterre à prendre quinze chênes dans la forêt de Salcey.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 36 Hen. III, membr. 27 (copie contemp.).

Teste rege apud Eboracum, XXIX die decembris. Per regem.

1. Les éditeurs du *Cod. dipl. Silesiæ* (VII, II, 9, n° 778) proposent d'identifier cette ville, avec celle de Wiltschau (Silésie prussienne, cercle de Breslau). Mais, entre cette localité et les nombreux lieux de la Silésie qui répondent au nom de Wilkau, il est très difficile de se prononcer d'une façon absolument certaine.

## 2581. — [1252][1].

*Contrat de mariage d'Euphémie, fille d'Héthoum, roi d'Arménie, et d'Isabelle, avec Julien, seigneur de Sidon, conclu par l'entremise de Guillaume de Châteauneuf, grand-maître de l'Hôpital, et de Jean d'Ibelin, comte de Jaffa.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 3, n° 72 (orig., auj. perdu). — Texte : Langlois, *Trés. des chartes d'Arménie,* 146 ; Pauli, *Cod. dipl.,* I, 134.

En nom de notre seignor Ihesu Crist, se sunt les convenansces que[2] nos avons faites e fermées. Nos Haitum, par la grace de Deu rois d'Ermenie, e la gentile dame de Sayete dame Margarite, e le gentil seignor de Sayete sire Yulian ci donuns notre filie damoiselle Femie à son fis avantdit sire Yulian, al stabiliments de Deu en loyal espoz, et li donons en mariage xxv$^{M}$ bezans Sarrazinas au pois d'Acre, par tele maniere que nos li doirons les viii$^{M}$ besans en mans, so e à saver or e argent, e pierres pretiozes, e perles, chascune choze à sun proffit; e so que remandra de xxv$^{M}$ besans, so e à dire le xvii$^{M}$ besans, nos payeruns besans Sarrazinas al pois d'Acre, ce que nos aurons e so qui remendra, chascun besans à sa valor, so e à d[ire] que quatre besans de nos staurat por un besant Sarrazinas; e so payeruns compliement san nule demoransce quant les esposalies cerunt complies, par tel convenent que l'avantdit sire Julian e l'avantdite sa mere dame Margarite nos tenrunt les convenansces qui sunt faites par la main do tres religios maistre de la sainte maisson de l'Ospital de saint Johan de Jerusalem, frere Guilliam de Chastel Nov, e par la main do gentil cunte de Jafe sire Johan d'Ibilin. So e à dire que notre filie damoiselle Femie doit aver de doayre viii$^{M}$ besans Sarrazinas, valiant entelu, qui le soit payée en t[er]re e en rente, par tel covent que notre filie damoiselle Femie avantdite aura son doayre franchement, sans omage e sans estage, e sans servize, e sans nule destrance, e que ale puisse ester là o ale vodra franchement, e qu'ale non soit tenue d'autre servize, se non de tres chevaliers. E ssur so auruns fors perviliges, sayelé de sayel de plump e de cire, de l'avantdit sire Julian e de l'avantdite dame Margarite, e de sa filie, e de son serorge, e d'autres que saura li tres religios maistre de la sainte maisson de l'Ospital de saint Johan, e li gentil conte de Jafe avant dis sauront, qui cerunt profitables por l'avant motis convenansces. E se sunt nos fermes e estables lettres, qui, quant il aurunt compli les avant dites convenansces, ci cerunt complis auci de par nos sans nule demorance ; e les noces quant il le vodrunt à la sainte Crux, o en là. E por so que cestes lettres soient fermes e estables, ci avuns escrit l'escrit de nostre main vermoil, e sayelé de nostre ceau pendant.

† Հեթում թագաւոր Հայոց[3]

## 2582. — 4 janvier 1252, Pérouse.

*Le pape Innocent IV renouvelle la bulle de Grégoire IX, du* 23 *février* 1228 : « *Cum abbates Cisterciensis* ». (*V. plus haut, n°* 1908.)

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 3 (orig.).

Dat. Perusii, ii nonas januarii, pontificatus nostri anno ix.

1. Le mariage de Julien, seigneur de Sidon, avec la fille du roi d'Arménie eut lieu en 1252 (Ducange, *Familles d'outre-mer,* 437).

2. Le texte porte ici, et partout ailleurs, « qui ». Nous avons restitué la forme régulière : « que ».

3. Cette signature, écrite en cinabre, est celle du roi Héthoum. Elle signifie, en langue arménienne : Héthoum, roi des Arméniens.

**2583.** — 18 janvier 1252, Pérouse.

*Le même ordonne aux archidiacres de Venasque et de Tarrancona, relevant de l'église de Lérida, de terminer le procès entre les religieux de Benifaza, d'une part, et les Hospitaliers d'Espagne, de Cervera et le châtelain d'Amposte, d'autre part, relatif à la ville de Rosell.* (*V. plus haut, n*° 2522).

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, *Cartul. Magno*, II, 48 (copie, fin XIV$^e$ s.).

Innocencius, etc., dilectis filiis de Benasco et de Terrancon[a] archidiachonis in ecclesia Illerdensi, salutem, etc. Licet in causa, que inter dilectos filios... abbatem et conventum monasterii de Benafaçam (*sic*), Cisterciensis ordinis, Dertusensis diocesis, ex parte una, et... preceptorem ac ffratres Hospitalis Jerosolimitani in Yspania, et ffratres de Cervaria ejusdem ordinis Jerosolimitani, ac castellanium de Emposta supradicte diocesis, ex altera, super villa de Rossel vertitur, ab audiencia vestra auctoritate nostra, de ipsa cognoscencium ad apostolice sedis examen remissa, dilectum filium nostrum J[ohannem], S. Nicholay in carcere Tulliano diaconum cardinalem, partibus concesserimus auditorem, Bartholomeo, monacho predicti monasteri, pro eisdem abbate et conventu, et Guillelmo de S. Maria, qui pro jam dictis ffratribus et castellano coram vobis litem fuerat contestatus, procuratoribus parcium comparentibus coram eo. Quia tamen abbas predictus interim debitum nature persolvit, causa hujusmodi coram eodem cardinali nondum extitit terminata. Nolentes igitur causam eandem occasione hujusmodi prorogari, de predictorum procuratorum assenssu, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus utramque partem auctoritate nostra peremptorie citare curetis, ut inffra quinque menssium spacium post citacionem vestram, per se vel per procuratores ydoneos, conpereant coram vobis, facturi ac recepturi quod ordo dictaverit rationis. Quidquid autem inde feceritis, et diem citacionis et formam, nobis vestris litteris, tenorem presencium continentibus, fideliter intimetis. Dat. Perusii, XV kalendas ffebroarii, pontificatus nostri anno IX.

**2584.** — 26 janvier 1252, Pérouse.

*Le même renouvelle la bulle d'Honorius III, du* 1 *mars* 1219 : « *Cum a religiosorum* ». (*V. plus haut, n*° 1648.)

SOURCES : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 231 (copie de S. Pauli, XVIII$^e$ s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, bull. orig. d'Innoc. IV, n° 46 (auj. perdu).

Dat. Perusii, VII kalendas februarii, pontificatus nostri anno IX.

**2585.** — 27 janvier 1252, Pérouse.

*Le même renouvelle la bulle de Grégoire IX, du* 1 *décembre* 1228 : « *Evangelice doctrine* ». (*V plus haut, n*° 1931.)

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 722 (orig.).

Dat. Perusii, VI kalendas februarii, pontificatus nostri anno IX.

### 2586. — 29 janvier 1252, Pérouse.

*Le même renouvelle la bulle du* 24 *novembre* 1247 : « *Justis petentium desideriis* ». (*V. plus haut, n°* 2461.)

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 19 (orig. bullé).

Dat. Perusii, IIII kalendas februarii, pontificatus nostri anno IX.

### 2587. — 5 février 1252, Pérouse.

*Le même ordonne à l'archevêque de Tyr d'empêcher que les Hospitaliers ne soient inquiétés à l'occasion du château d'Ascalon, dont feu l'empereur Frédéric II leur avait confié la garde.*

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 231 (copie de S. Pauli, XVIII<sup>e</sup> s.); Malte, Arch. de l'ordre, bull. orig. d'Innoc. IV, n° 47 (auj. perdu). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 14494. — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 273.

Innocentius, etc., venerabili fratri..... archiepiscopo Tyrensi, salutem, etc. Innotuit nobis quod dilecti filii..... magister et fratres Hospitalis Hierosolimitani, pro tuitione populi et nominis Christiani, de mandato et auctoritate quondam Friderici, tunc imperatoris et Hierosolimitani regis, in communione ecclesie permanentis, castrum Ascalone, ad regni Hierosolimitani demanium pertinens, dudum sub eorum custodia receperunt, recepta tunc ab eodem Friderico nihilominus sponsione quod, priusquam castrum ipsum eidem vel alicui alii redderent, idem eis utiles et necessarias expensas, factas ab ipsis pro hujusmodi custodia, resarciret. Cum autem, ut asserunt, magna pro hujusmodi custodia subierint onera expensarum, et nonnulli, ut eos jure eorum in hac parte defraudent, super ipsius castri possessione graviter contra justitiam molestent eosdem, a nobis postularunt humiliter super hoc eis paterna sollicitudine provideri. Nos igitur, eorum supplicationibus inclinati, auctoritate literarum nostrarum districtius duximus inhibendum ne successores ipsius F[riderici] possessionem castri ejusdem et territorii sui, vel aliquis alius eorum nomine successorum, eis presumat perturbare aliquatenus vel auferre, nisi prius eis de expensis sibi debitis fuerit plenarie satisfactum. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus non permittas ipsos super hiis, contra hujusmodi nostre inhibitionis tenorem, ab aliquibus indebite molestari, molestatores hujusmodi per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Dat. Perusii, nonis februarii, pontificatus nostri anno IX.

### 2588. — 13 février 1252, Pérouse.

*Le même confirme aux Hospitaliers de Hongrie la possession de l'église S. Etienne de Weissembourg, que leur avait donnée le roi Bela III en* 1193. (*V. plus haut,* I, *n°* 936.)

Sources : Budapest, Bibl. de l'Université, fonds Hevenessi, XIII, L. D., p. 93 (copie, XVIII<sup>e</sup> s.); Vienne, Arch. imp. roy., ms. 100, vol. 2, f. 3, et vol. 4, f. 102 (copies de Smitmer,

XVIII^e^ s., d'après l'orig. des Arch. du chapitre de Presbourg). — ANALYSE : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 14505. — TEXTE : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, II, I, 283, et IV, II, 125 et 175 ; Katona, *Hist. crit. reg. Hung.*, IV, 410, et VI, 165 ; Pray, *De Prioratu Auranæ,* 117 (incomplet) ; Schmitth, *Episcopi Agrienses,* I, 101.

Innocentius, etc., dilectis filiis preceptori et fratribus Hospitalis Jerosolymitani in Ungaria et Sclavonia, salutem, etc. Justis petentium desideriis, etc. Exhibita sane nobis vestra petitio continebat quod bone memorie Martirius[1], Strigoniensis archiepiscopus, in ecclesia beati Stephani regis de Alba, que est in domo Hospitalis Jerosolymitani, Wesprimiensis diocesis, lapidem primarium ponere et struere cepit eandem ; sed quia, morte proventus, ecclesiam ipsam non potuit consummare, clare memorie Eufrosyna[2], regina Ungarie, divine inspirationis instinctu, pro suorum ac inclyte recordationis Geysse[3] viri, et Bele[4] nati suorum, regum Ungarie, remedio peccatorum, archiepiscopi predicti prosequens pietatem, prefatam ecclesiam complevit, et variis possessionibus copiose dotavit, et eidem domum ob ipsius religionem et honestatem dimisit libere retinendam ; quod idem rex Bela postmodum approbavit, prout in ipsius regis confectis inde litteris, aurea bulla munitis, plenius continetur. Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eisdem regina et B[ela] rege pie ac provide factum est, ratum habentes et gratum, ecclesiam ipsam cum omnibus suis pertinentiis, sicut eam juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos Hospitali predicto auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus ad cautelam inseri facientes, qui talis est : « In nomine sancte trinitatis, etc. (V. plus haut le texte, I, n° 936.) » Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc. Dat. Perusii, idibus februarii, pontificatus nostri anno IX.

## 2589. — 25 février 1252, Pérouse.

*Le même accorde à Raimbault, prieur de l'Hôpital en Hongrie, la faculté d'autoriser, malgré les statuts de l'ordre, la conversation pendant les repas, parce que la présence d'hôtes à ces repas rend difficile l'exécution de cette prescription statutaire.*

SOURCES : Lucques, Bibl, publ., ms. 988, p. 220 (copie de S. Pauli, XVIII^e^ s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1119 (bull. C), f. 274 (copie, XVI^e^ s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 22, f. 130 *b* (copie contemp.) ; Vienne, Arch. imp. et roy., ms. 100, vol. 2, f. 56 (copie de Smitmer, XVIII^e^ s., d'après les Arch. du Vatican). — ANALYSE : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 14517. — TEXTE : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, IV, II, 126 ; Katona, *Hist. crit. reg. Hung.*, IV, 164.

Innocentius, etc., magistro et fratribus Hospitalis Hierosolymitani, salutem, etc. Ex parte vestra per dilectum filium fratrem Raimbaldum, preceptorem in Hungaria, nobis fuit humiliter supplicatum ut, cum in domibus vestris, propter multitudinem hospitum confluentium ad easdem, si eos vultis honesta familiaritate tractare, silentium presertim in mensa commode servari non possit, juxta quod indicunt vestri ordinis instituta, et presertim in illis domibus, que conventus non habent, ne contingat vos sepius ipsius ordinis fieri transgressores quod in illis domibus, que conventuales existunt, silentium in mensa, hoc tamen adhibito moderamine, observetur, videlicet ut prelatus de ordine, quisquis fuerit, causa hospitum discumbentium cum eodem, vel aliorum hominum ad mensam supervenientium aut ex aliis causis licite, nec non et fratres, hospitibus ipsis in comestione immediate collateraliter consedentes, moderate cum eisdem hospitibus absque transgressione dicti

1. Il fut archevêque de Gran de 1151 à 1161.
2. Fille de Matislav, duc de Kiev, en Russie.
3. Geisa II, roi de Hongrie (1141-1161).
4. Bela III, roi de Hongrie (1173-1196).

ordinis possint loqui, vobis de benignitate sedis apostolice concedere curaremus. Nos igitur, devotionis vestre precibus inclinati, moderandi modo premisso rigorem prefati ordinis super predicto capitulo silentii observandi, de fratrum vestrorum consilio, in generali capitulo (et) obtento, prout secundum Deum animarum saluti videritis expedire, liberam vobis auctoritate predicta concedimus facultatem. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Perusii, VI kalendas martii; [pontificatus nostri] anno IX [1].

## 2590. — 7 mars 1252.

« *Lettres patentes de Conrad [IV], élu roy des Romains, qui confirme l'ordre* « *dans le droit de garder le château d'Ascalon, suivant le privilège qu'il en avoit* « *obtenu de l'empereur Frédéric [II], son père, du* 7 *mars* 1252. » (*V. plus haut, n°* 2301).

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 278 (XVIII° s.).

## 2591. — 8 mars 1252, Pérouse.

*Le pape Innocent IV confirme, en le vidimant, un acte de Guillaume II, roi de Sicile, en faveur des Hospitaliers, du* 10 *juin* 1180 : « *Solet annuere sedes* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 584.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 232 (copie de S. Pauli, XVIII° s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, bull. E, f. 277 (auj. perdu) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 22, f. 154 *b* (copie contemp.) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 163 (copie de Smitmer, XVIII° s., d'après les Arch. du Vatican). — Analyse : Berger, *Reg. d'Innoc. IV,* III, 51, n° 5700.

Dat. Perusii, VIII idus martii, pontificatus nostri anno IX.

## 2592. — 12 mars 1252, Posen.

*Premysl I, duc de Pologne, à la requête de Thierry, maître de l'Hôpital de Posen, prend sous sa protection les habitants de Zielencin et de Kolo.*

Source : Posen, Arch. du chapitre, liber privil. E, pars 2, f. 2 (copie, XVI°-XVIII° s.). — Texte : *Codex diplomaticus Majoris Poloniæ,* I (Posen, 1878), 266, n° 300.

Premisl, Dei gracia dux Polonie, omnibus in Zalocino et Colo commorantibus, gracie sue plenitudinem et omne bonum. Notificamus vobis quod, ob reverenciam Dei et sancte Crucis, ad peticionem et instanciam nobilis viri magistri Theodorici domus Hospitalis de Poznan, vos et omnes ad vos pertinentes in nostram specialem recipimus proteccionem, conferentes vobis a nobis et a nostris omnibus omnimodam libertatem et securitatem. In cujus rei testimonium, presentem nostram litteram, nostro sigillo roboratam, vobis conferimus, mandantes nostris omnibus ut vos in nullo audeant impedire. Si quis autem ausu temerario vos in aliquo contra mandatum nostrum molestare presumpserit, nostram indignacionem maximam et rerum suarum ammissionem procul omni dubio se noverit incursurum. Datum in Poznan, ipso die beati Gregorii, anno gracie millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, indiccione decima.

1. La copie de Pauli porte la date erronée « anno VIII ».

### 2593. — 15 mars 1252 ou 1253[1].

« *Donation de Raoul de Barut, seigneur de Blanche Garde, faite à l'ordre, de* « *deux casaux apellés Capharbole et Labores, recevant par reconnaissance sept mille* « *besans de l'ordre, du milieu du mois de mars* 1252. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 279 (xviii^e s.).

### 2594. — Avril 1252.

*Jean le Sage, comte de Bourgogne et sire de Salins, donne aux Hospitaliers de Dijon une redevance annuelle de dix charges de grand sel.*

Source : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, cartul. n° 238, f. 43 (copie, xvii^e s.), et cartul. n° 240, f. 56 (copie, comm. xviii^e s.) ; H. 1200, gr.-prieuré de Champagne, command. de la Madeleine de Dijon (orig.). — Analyse : E. Petit, *Hist. des ducs de Bourg.*, IV, 401.

Je Jean, cuens de Bourgogne et sire de Salins, façons scavoir à tous ceux qui verront ces presentes lettres que nous, pour le remede de nostre ame et de l'ame Ysabelle, nostre femme[2], et de nos peres[3] et de nos meres[4], et de nos ancessours, avons donné en pure et perpetuelle aumosne à la maison sainct Jean l'Hospital de Dijon, qui est de la saincte maison l'Hospital de Jerusalem, dix charges de grand sel en nostre rente de nostre pays de Salins, à avoir et recevoir chacun an à l'uictave de la mi ost. En tesmoignage de laquelle chose, nous avons mis nostre seel à ces presentes lettres. Ce fut faict l'an de l'incarnation Jesus Crist qui courroit par mil et deux cent et cinquante et deux, au mois d'avril.

### 2595. — 8 avril 1252, Pérouse.

*Le pape Innocent IV confirme au précepteur et aux Hospitaliers du royaume de Sicile la donation de* 1197 *de Constance, reine de Sicile* (*V. plus haut,* I, *n°* 1001), *et répète celle-ci en la vidimant.* — « *Justis petentium desideriis.* »

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, p. 233 (copie de S. Pauli, xviii^e s., d'après le bullaire C, f. 278, des Arch. de Malte, auj. perdu); Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1201, f. 192 (copie de la Porte du Theil, xviii^e s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 22, f. 154 (copie contemp.). — Analyse : Berger, *Reg. d'Innoc. IV,* III, 51, n° 5697.

Dat. Perusii, vi idus aprilis, [pontificatus nostri] anno ix.

### 2596. — 9 avril 1252, Pérouse.

*Le même confirme aux mêmes la donation, faite par Frédéric II, empereur*

1. Si, comme cela est supposable, le rédacteur de cette charte a suivi le style de l'annonciation ou celui de pâques, la vraie date est 1253. Raybaud, auteur de ces analyses, transcrit toujours les dates telles qu'elles figurent dans la pièce qu'il a sous les yeux, sans les modifier.
2. Isabelle de Courtenay était la seconde femme de Jean le Sage.
3. Etienne III, comte d'Auxonne (1175-1240).
4. Béatrice de Thiers, comtesse de Châlon.

*d'Allemagne, aux Hospitaliers de Bari, le* 17 *mars* 1215. — « *Solet annuere.* » (*V. plus haut, n°* 1439.)

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1201, f. 189 (copie de la Porte du Theil, xviii^e s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 22, f. 153 (copie contemp.). — Analyse : Berger, *Reg. d'Innoc. IV,* III, 50, n° 5695.

Dat. Perusii, v idus aprilis, [pontificatus nostri] anno viiii.

## 2597. — 9 avril 1252, Pérouse.

*Le même confirme la donation de Roger, roi de Sicile, aux Hospitaliers, du* 10 *octobre* 1137 : « *Justis petentium desideriis* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 124.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 235 (copie de S. Pauli, xviii^e s., d'après les Arch. de Malte) ; Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1201, f. 188 (copie de la Porte du Theil, xviii^e s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 22, f. 152 (copie contemp.) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 148 (copie de Smitmer, xviii^e s., d'après les Arch. du Vatican). — Analyse : Berger, *Reg. d'Innoc. IV,* III, 50, n° 5691.

Dat. Perusii, v idus aprilis, [pontificatus nostri] anno ix.

## 2598. — 10 avril 1252, Pérouse.

*Le même au précepteur et aux Hospitaliers de Sicile. Il confirme le privilège que Guillaume II, roi de Sicile, leur avait concédé en avril* 1179. — « *Cum a nobis petitur.* » (*V. plus haut,* I, *n°* 562.)

Sources : Paris, Bibl. nat., coll. Moreau, vol. 1201, f. 187 (copie de la Porte du Theil, xviii^e s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 22, f. 151*b* (copie contemp.). — Analyse : Berger, *Reg. d'Innoc. IV,* III, 49, n° 5690.

Dat. Perusii, iiii idus aprilis, [pontificatus nostri] anno viiii.

## 2599. — 18 avril 1252.

*Henri de Toggenbourg, maître de l'Hôpital en Alsace et en Brisgau, acense à Conrad Kolmann, de Fribourg, chevalier, avec l'assentiment des Hospitaliers de Fribourg en Brisgau, des terres situées près de la forêt de hêtres de Rotlaub.*

Source : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, 20 specialia, liasse 17 (orig.), et ms. 388 (Heitersheim), f. 43 (mauvaise copie, xvii^e s.). — Texte : H. Schreiber, *Urkundenbuch der Stadt Freibourg im Breisgau,* I (Fribourg en Brisgau, 1823), 57, n° 13.

Frater Heinricus, dictus de Tockenburch, magister domuum Hospitalis Iherosolimitani per Alsatiam et per Brisgaudiam, omnibus, presens scriptum inspecturis, in perpetuum. Noverint omnes, quos nosce oportunum fuerit, quod nos, de consilio fratrum Hospitalis sancti Johannis in Nova Civitate Friburch, domino C[unrando] Cholmanno, militi de Friburch, et suis heredibus concessimus jure hereditario agros, sitos juxta silvam que appellatur vulgariter Roslôp, sub hac forma, videlicet ut annuatim predicto Hospitali, infra terminum assumptionis beate Marie et nativitatis ejusdem, persolvat in censu de predictis agris decem

modeos siliginis, et domino C[unrado[1]], comiti de Friburch, octo solidos et quatuor denarios, et tres sextarios et dimidium siliginis et ordei. Persolvit etiam de predictis agris cum prefatis decem modeis sex denarios annuatim; quos scilicet sex denarios ante de quadam domo, sita in Friburch, annuatim in censu persolvebat. Hujus rei testes sunt: magister domus sancti Johannis in Basilea nomine Rûdolfus; frater L., rector predicti Hospitalis; frater G. de Tuncstetten; dominus H. de Zeringen, et quidam alii. Predicti vero agri, cum ad aliam personam devoluti fuerint, ad altare beati Johannis predicti Hospitalis libram cere ipsa persona ministrabit, et ad idem quelibet persona succedens ad eandem ceram persolvendam erit obligata. In hujus rei testimonium, presens scriptum sigilli nostri munimine roboramus. Acta sunt hec anno M CC L II, XIV kalendas maii.

### 2600. — 19 avril 1252.

« *Vente de Raymonde, femme de Nicole de Messan, au grand-maître Guillaume* « *de Châteauneuf de la moitié de l'héritage qui luy avoit été donné par Isabeau de* « *Conches, duquel l'ordre avoit l'autre moitié, moyennant cent cinquante besans* « *Sarrazinois, du* 19 *avril* 1252. »

ANALYSE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 275 (XVIII° s.).

### 2601. — 24 avril 1252, Pérouse.

*Le pape Innocent IV renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 23 *janvier* 1168, 1169 *ou* 1170 : « *Cum (dilectis filiis) fratribus* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 392.)

SOURCES : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 219 (copie de S. Pauli, XVIII° s.); Malte, Arch. de l'ordre, bull. A, f. 146, pièce 2 (auj. perdu).

Dat. Perusii, VIII kalendas maii, pontificatus nostri anno IX.

### 2602. — 24 avril 1252, Pérouse.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 6 *décembre* 1184 : « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 702.)

SOURCES : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 239 *b* (copie de S. Pauli, XVIII° s., d'après le bull. A); Malte, Arch. de l'ordre, bull. A, f. 209 (auj. perdu).

Dat. Perusii, VIII kalendas maii, pontificatus nostri anno IX.

### 2603. — 4 mai 1252, Pérouse.

*Le même exempte les Hospitaliers de l'impôt du vingtième levé en Toscane.*

SOURCES : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 240 (copie de S. Pauli XVIII° s.); Malte, Arch. de l'ordre, bull. E, f. 285 (auj. perdu).

Innocentius, etc., dilectis filiis collectoribus vigesime pro Terre Sancte subsidio

1. Conrad I, fils d'Egon V, comte d'Urach et de Fribourg, fut comte de Fribourg de 1236 à 1272.

in Tuscia deputatis, salutem, etc. Licet vigesimam omnium ecclesiarum proventuum in subsidium Terre Sancte ab omnibus ecclesiis et ecclesiasticis locis, et personis Tuscie, tam exemptis quam non exemptis, per vos mandavimus colligendam, intentio tamen nostra fuit, sicut et esse debuit, ut ad dilectos filios fratres Hospitalis Hierosolimitani extendi mandatum hujusmodi non deberet, cum ipsorum fratrum bona omnia et persone sint eidem subsidio speciali[ter] deputata. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus fratres ipsos super ipsius solutione vigesime nullatenus molestetis, quin potius restituatis eisdem absque difficultate aliqua, si forte aliquid pro vigesima recepistis ab ipsis, ac relaxetis sententias, si quas in eos vel eorum clericos aut ecclesias occasione hujusmodi promulgastis. Dat. Perusii, IV nonas maii, pontificatus nostri anno IX.

## 2604. — 5 mai 1252.

*Féraud de Barras, grand-prieur de S. Gilles, et Raimbaud de Caromp, maître du Temple en Provence, concluent un accord, relatif aux limites respectives des biens des deux ordres aux terroirs de Clairefarine, Iscle et Canavère.*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 134 (cah. pap., XVI<sup></sup>e s.).

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, tertio nonas maii, regnante Lodoico, Francorum rege.

## 2605. — 6 mai 1252.

*Joseph de Cancy, trésorier de l'Hôpital à Acre, annonce à Gautier de S. Martin, frère prêcheur, que Louis IX, roi de France, a conclu la paix avec les soudans d'Egypte, que le soudan d'Alep a empêché la jonction des troupes égyptiennes avec les troupes royales, et que les Turcomans ont dévasté le territoire du Crac des Chevaliers et de Tripoli.*

Source : Londres, Musée Britann., fonds Cotton, Nero D. I., f. 121 (copie, XIIIe s.). — Texte : H. R. Luard, *Matth. Paris. chron. majora,* VI, 205.

Venerabili[1] ac dilecto sibi in Christo fratri Galtero de S. Martino, frater Joseph de Cancy, sancte domus Hospitalis Jerusalem humilis Achon thesaurarius, salutem et prosperos ad vota successus. De rumoribus Terre Sancte vestra dilectio non ignoret quod illustris rex Francie, qui moram per annum apud Cesaream Palestine jam explevit, eam faciendo murorum et fossatorum ambitu circumcingi, quod opus in confectione presentium fere fuerat adimpletum, (nuntiis iterum, tam ex parte soldani Halapie quam eorum qui videntur in presenti habere dominium Babilonie [et] potestatem, ad dominum regem predictum causa tractandi super treugarum federe ad invicem confirmando sepius destinatis) tandem dictum soldanum Halapie ad treugam aliquam dixtus rex non admittens[2], cum Babiloniis in hebdomada paschali ultimo preterita[3] usque ad quindecim annos firmavit treugas, juramento prestito corporali hinc inde, tali forma quod dicti Babilonii cum residuo capti-

1. Le manuscrit porte comme titre : « Hi rumores de statu Terre Sancte ad nos venerunt anno Domini MCCLII, in festo natalis sancti Johannis ». Cette mention est d'autant plus sujette à caution qu'à la fin de cette lettre elle est renouvelée et placée, avec plus de vraisemblance, au 15 août 1252. Ces nouvelles cependant peuvent avoir été connues en Angleterre dès le 24 juin, et la lettre n'y être parvenue que le 15 août suivant.

2. Le manuscrit porte par erreur : « admittentem ».

3. 30 mars-5 avril 1252.

vorum Christianorum superstitum, quos in alia forma treugarum, quando dominum regem tenebant, se spoponderunt reddituros, totam terram citra flumen Jordanis, a quolibet Sarraceno detentam, domino regi restituerunt, exceptis videlicet Gazara, Gibilino, Grandigerino et Darone, que circa treugam Babiloniis remanebunt. Fuit insuper ordinatum quod, nisi Babilonii exercitum suum haberent apud Gazaram, infra mensis maii medium post presentium datam litterarum, ac rex infra idem tempus exercitum suum ad partes Joppenses de Cesarea conduxisset, dicte treuge confederatio nulla foret. Cum vero soldanus Halapie, dictorum Babiloniorum adversarius manifestus, in confectione presentium in Damasco moraretur, totam terram detinens occupatam, ad quendam locum, qui Cascy nuncupatur, inter Gazaram et Daronem, contra dictos Babilonios duodecim milibus bellatorum, aliis tribus milibus expectatis futuris, ac venturis in proximo dictis duodecim milibus adjungendis, licet dictorum Babiloniorum totum posse sex vel septem milibus armatorum, quorum partem optinebant dimiterre in partibus Babilonie pro defensione dicte terre contra Beddewinos et alios indigenas, minime numerum excedebant ; nec dicti regis exercitus tante fortitudinis est qui posset ipsis Babiloniis, si opus ingrueret, ad oportunitatem subvenire, cum nundum haberet inter religiosos et seculares, computatis centum militibus, quos rex sperabatur secum noviter adducere, nisi tantum ducentos milites et quater centum turcopulos equites bellatores ; unde nos et alii quamplures eramus in dubio quod dictis Babiloniis non pateret aditus veniendi, et sic treuge dicte nullum robur habuerunt. Insuper volumus vos non latere totam terram cismarinam, a Christianis habitatam, preter Armeniam, gratia treugarum, quas rex ejusdem terre iniit cum soldano Yconii, in tolerabili statu esse, nunc in pejori conditione et statu esse quam unquam viderimus. Nam terra Antiochie, quorundam perfidorum nomine Tercomannorum sevitia in ea diutius debaccante, est penitus devastata ; unde ipsius civitatis Antiochie perditionis periculum in proximo formidatur, suis eam habitatoribus deserentibus et fugientibus pre timore. De qua scelerata gente decem milium multitudo, ad quendam locum, que Cesarea Magna dicitur, jam progressa, et ibi causa morandi fixis tentoriis suis, terram nostram Crecti ac aliorum versus Tripolim percurrens, multis casalibus combustis ac quatuor milibus grandium de nostris secum adductis, et plurium hominum strage facta, et multitudinem captivorum secum trahens, ad dictum locum Magne Cesaree est reversa, moram ibi faciens, donec totam terram destruxerint, nisi Dominus propitietur. Creditur etiam in auxilium soldani Halapie contra nos profectura, cujus exhortatione predicta omnia sunt patrata. Datum secundo nonas maii. Hi rumores divulgabantur in assumptione beate Marie.

## 2606. — 30 mai 1252, Pérouse.

*Le pape Innocent IV ordonne à Amaury, chancelier de l'église de Paris, d'astreindre les clercs et les religieux, sans excepter les Templiers, les Hospitaliers, les Cisterciens et les Prémontrés, qui ont des maisons à Paris, à accepter les décisions des taxateurs, chargés d'évaluer le loyer de leurs maisons pour les étudiants de l'Université de Paris. — « Dudum suggerentibus ». (V. plus haut, n° 2351.)*

Sources : Cheltenham, Bibl. de S. Thomas Philipps, ms. 876, f. 18 (copie, commenc. xiv<sup>e</sup> s.); Paris, Arch. nat., L. 247, n° 200 (orig. bullé) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 406, f. 17 (copie, commenc. xiv<sup>e</sup> s.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 14609. — Texte : Châtelain et Denifle, *Chartul. Universitatis Parisiensis*, I, 232 ; Jourdain, *Index chron. chart... Universitatis Parisiensis*, 13, n° 92.

Dat. Perusii, III kalendas junii, pontificatus nostri anno IX.

## 2607. — 31 mai 1252, Pérouse.

*Le même renouvelle la bulle de Grégoire IX, du 3 juin 1232 : « Dilecti(ssimi) filii fratres ». (V. plus haut, n° 2017.)*

Source : Arnheim, Arch. de la prov. de Gueldre, fonds S. Jean, n° 16 (vidimus du 26 mai 1323).

Dat. Perusii, II kalendas junii, pontificatus nostri anno I[1].

## 2608. — 12 juin 1252, Windsor.

*Henri III, roi d'Angleterre, ordonne aux exécuteurs testamentaires de Geoffroy le Despencer de délivrer aux Hospitaliers une somme de cent livres Sterling, qu'il avait retenue, si le testateur avait entendu la leur léguer spécialement; au cas où il aurait eu l'intention de l'affecter aux besoins de la Terre Sainte, elle devra être réservée au roi[2].*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 36 Hen. III, membre 13 (copie contemp.).

Teste rege apud Windesoram, XII die junii.

## 2609. — 17 juin 1252, Windsor.

*Le même ordonne au vicomte de Kent d'acquitter à Douvres les frais du passage du maître du Temple en Angleterre, du grand-prieur des Hospitaliers d'Angleterre, de Nicolas de Molis, d'Henri de Wengham et de leur suite, envoyés par lui en ambassade outre mer[3].*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 36 Hen. III, membr. 13 (copie contemp.).

Teste ut supra [apud Windesoram, XVII die junii]. Per regem.

## 2610. — [Après 18 juin 1252-8 septembre 1253.][4]

*Le pape Innocent IV mande au grand-commandeur d'Espagne et au commandeur de Cervera qu'il confirme la décision, qui a débouté l'abbé et le couvent de Benifaza de leurs prétentions sur Rosell, parce qu'ils n'ont pu prouver qu'ils tenaient ce lieu en vertu d'une donation du roi d'Aragon. (V. plus haut, n° 2583.)*

Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, II, n° 15123. — Texte : Boehmer, *Corpus juris canonici*, II, app. 358 ; Mansi, *Conc.*, XXIII, col. 660 ; Richter, *Corpus juris canonici*, II, 947.

Innocentius, etc., preceptori Hospitalis sancti Johannis Hierosolymitani in

1. La date est certainement erronée ; il faut lire : « anno IX ».
2. Même mandement pour une somme de cent livres, léguée par le même aux Templiers.
3. La cote marginale de cet acte indique que ces ambassadeurs furent envoyés en Gascogne.
4. Cette pièce n'est pas datée, mais nous avons une bulle, du 18 janvier 1252, par laquelle le pape évoque l'affaire et cite les parties devant lui dans un délai de cinq mois ; la sentence, ici reproduite, ne fut donc pas rendue, selon toute vraisemblance, avant le 18 juin 1252 ; d'autre part, elle est antérieure au 8 septembre 1253, date de la promulgation de la collection des décrétales, dont cette décision fait partie, ce qui justifie la date approximative que nous avons assignée à cette bulle.

Hispania, et commendatori ac fratribus domus de Curvaria, Hospitalis ejusdem, salutem, etc. Abbate sane (*Et infra* :) Abbas de Bonefacio, pro se et conventu suo proponens locum de Rosellis esse predicti monasterii jure dominii vel quasi, et cum suis finibus ex largitione regis Aragonie ad ipsum monasterium pertinere, petiit adjudicari eidem monasterio locum ipsum, et vos exinde amoveri. Allegabatur autem pro parte vestra quod facta vobis donatio de predictis valida exsistebat, quamvis illa sub Sarracenorum tunc exsisterent potestate, quia non simpliciter, sed sub conditione fuere donata, videlicet si ad manus fidelium devenirent. In quo casu concessio poterat et debebat habere vigorem, quia ipsi donationi rerum donatarum natura vel qualitas non obstabat, et salubre ac laudabile quidem erat spectare ac prestolari tempus quo illa Christianorum dominio subderentur; quare mox, quum pervenerunt ad ipsos, fuerunt ad vos totaliter devoluta. Multum quoque distabat an ipsi monasterio de Bonefacio vel predicto monasterio Populeti ab eodem rege facta donatio fuisset; quia, etsi liquebat predicta monasterio Populeti ab ipso rege, ac ab illo abbati et conventui de Bonefacio fuisse collata, non tamen ob hoc constabat dictum regem ipsi monasterio de Bonefacio illa donasse vel mandasse donari. Nec pro eo quod voluit et statuit ut edificaretur ibi monasterium, poterat et debebat intelligi eum predicta vel eorum aliqua construendo monasterio donavisse, quum illa potius sua videretur intentio ut, quia prefatum monasterium Populeti tot et tantorum bonorum largitione ditabat, abbas et conventus ipsius pro sua suorumque salute monasterium construere tenerentur; presertim quia monasterio, quod nondum erat, aliqua fieri donatio non valebat. Premissa vero concessio, facta monasterio de Bonifacio ab abbate et conventu monasterii Populeti, nullum prorsus ei videbatur afferre suffragium, pro eo potissime quod post litem contestatam et processum judicii facta fuerat, sicut clare patebat ex instrumento prefato. Unde quum jus, si quod in predictis ipsi monasterio de Bonefacio ex concessione hujusmodi competebat, in judicio minime deduxisset, quia videri non potest illud venisse, quod postmodum accidit : pronunciari utique super petitis non poterat ex eadem. Pro parte autem altera dicebatur quod, quum rex ipse sua probitate ac studio ab infidelibus loca conquisiverit supradicta, donatio avi vel patris ipsius, prius facta de illis, quum ad cultum fidei pervenirent, regem eundem quad hoc, sic per eum postmodum adquisita obligare non potuit, quum sua propria facta essent, et viderentur ab aliis bonis hereditariis separata. Porro prefata concessio, facta monasterio de Bonefacio a monasterio Populeti, licet post acceptum judicium causeque processum intervenerit, prodesse tamen et valere debebat, quum pro actore, quod de jure suo ex causa idonea, quamvis supervenienti, appareat, satis sufficere videatur satisque esse si, prout servatur in reo, intersit ipsius tempore sententie proferende. Sed ad hec pars vestra respondit quod, quum tam supradicti avi donatio quam locorum acquisitio premissorum fuerint nomine regni facte, memoratus rex donationem servare hujusmodi tenebatur. Ceterum predicta monasterii Populeti concessio monasterio de Bonefacio auxiliari non poterat in hac parte, quia, quum quis egit ex aliqua certa et speciali causa, et postea sive alia, sive similis ei, quam exposuit, accidit, videri non potest illa in judicio devenisse, quum judex tunc prospicere ac attendere debeat diligenter, an ex ea omnino eadem, que prius expressa exstitit, utpote que tunc etiam competeret, actoris intentio sit fundata. Secus autem, quum egit vel petiit in genere, nullius certe vel specialis cause faciens mentionem, videlicet quia generaliter forte proposuit, aliquem obnoxium esse sibi, vel ad se jure dominii vel quasi rem aliquam pertinere. Tunc enim hoc precipue est inspiciendum judici, an sufficienter vel minime de jure vel intentione constet actoris. Unde, si de hoc ex causa, etiam postmodum accidenti, liqueat, potest et debet judex, etiamsi appareat minus juste a principio fore actum, suum exinde animum

informare, quoniam, etsi petitum fuerit indebite, non ob hoc tamen minus valuit et tenuit judicium subsecutum, nec illius acta vel gesta propterea minus valida exstiterunt, nec etiam judex ipse, cognita taliter veritate, pronunciare in contrarium posset cum libera conscientia et secura. Non prodesset etiam multum reo, si tunc forte in ipsum ex hujusmodi supervenienti causa condemnatio non ferretur, quum, mox alio instituto judicio, foret ex illa merito condemnandus. Unde, etsi actori suam ex supervenienti causa intentionem sufficiat fundavisse, quum egit aliqua causa specialiter non expressa, secus tamen est, si certam et specialem in sua petitione subjunxerit, nisi postmodum intentionem suam ex eadem prorsus, quam prius expressit, tunc etiam competenti causa fundarit. Quare quum memoratus abbas monasterii de Bonefacio proposuerit sepefatum locum de Rosell cum suis terminis ad ipsum monasterium ex predicti regis largitione spectare, nec de aliqua, facta ipsi monasterio super hoc ab eodem rege concessione, docuerit, ostenderit autem donationem, quondam factam illi de his ab abbate et conventu monasterii Populeti, que nec in sua petitione fuerat expressa, nec etiam ante facta, nullum profecto commodum ex ea reportare debebat. Prefatus igitur cardinalis, premissis omnibus et aliis, que hinc inde fuerunt proposita, diligenter auditis, ac utriusque partis meritis equa justitie lance discussis, prudenter attendit id, quod predicti abbas et conventus de Bonefacio proposuerunt, intentionem videlicet actoris ex iis, que post litis contestationem accidunt, posse fundari, eaque debere in judicium devenire, tunc locum habere, sicut congrue allegatum est supra, videlicet quando ex certa et expressa causa specialiter non est actum. Ex iis enim, que post inchoatum judicium eveniunt, quando causa fuit exposita specialis, nec debet nec potest judicis animus ad proferendam sententiam informari, quia, quum certe cause facta est mentio, utpote donationis vel venditionis aut alterius specialis, oportet incepti judicii tempus attendi, ut liquido cognoscatur, an tunc interfuerit actoris, propter illa, que specialem comitantur causam et necessario adesse debent, veluti locus et tempus, et hujusmodi, que sunt sollicite attendenda, et sine quibus causa vacua et invalida censeretur. Sed quum est in genere absque alicujus cause declaratione petitum, non sic oportet accepti judicii tempus inspici, quia non requiruntur, nec sunt opportuna, nec attendi possunt hujusmodi comitantia in hoc casu. Et licet aliquibus curiosis, qui de iis, que non multum expediunt, sepe disceptant, aliter forsan appareat, quando actum est causa aliqua non expressa, utilius tamen videtur negotia tali expediri compendio, quam per quandam exactam subtilitatem longo dispendio prorogari, presertim quum nonnulla pro utilitate communi contra juris asperitatem ex equitatis mansuetudine tolerari noscantur. Unde idem cardinalis, considerans quod ipsi abbas et conventus de Bonefacio non probaverunt largitionem super his regiam legitime sibi factam, ex qua specialiter vos impetere videbantur, ab hujusmodi eorundem abbatis et conventus impetitione, de mandato nostro, prehabito fratrum nostrorum consilio, vos duxit sententialiter absolvendos. Nos igitur, cardinalis ejusdem sententiam ratam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus.

## 2611. — 27 juin 1252.

*Clément, grand-prieur d'Allemagne, de Bohême, de Moravie et de Pologne, vend à l'abbaye de Reinfeld (diocèse de Lübeck) les fermes de Pogatz et de Danik, au diocèse de Ratzebourg.*

Source : Schleswig, Arch. d'état (orig.). — Analyse : Hempel, *Invent. dipl. hist. Saxoniæ inferioris*, pars I, col. 259 (à la date du 31 mai 1250) ; *Meklemb. Urkundenbuch*, II, 24, n° 658 (à la date du 31 mai 1250).— Texte : P. Hasse, *Schleswig-Holstein Lauenburgische Regesten und Urkunden*, II, (Hambourg et Leipzig, 1888), 7; Lünig, *Spicil. eccl.*, I, Contin. I (*Reichs-Archiv*,

XVI c), 86, n° 6 (à la date du 1 juillet 1252); Riedel, *Codex dipl. Brandeburg.*, I, vi, 15 (à la date du 1 juillet 1252); Schröder, *Papistisches Mecklenburg* (Wismar, 1741), 647 (à la date du 31 mai 1250); H. Sudendorf, *Urkundenbuch der Herzöge von Braunschweig-Lüneburg*, X, 61.

Frater Clemens, humilis preceptor sancte domus Hospitalis Iherusalem per Alemaniam, Boemiam, Moraviam et Poloniam, tam presentibus quam futuris, presentem cedulam inspecturis, salutem in vero Salutari. Tenore presencium universitati vestre dignum duximus declarandum quod nos in capitulo Coloniensi, cum consilio dilectorum fratrum nostrorum, videlicet ffratris Gelolfi, prioris Polonie, fratris Thi. Salachini, fratris Ulrici de Werbene, ffratris H. de Mirowe, fratris B. de Steinvordia et aliorum, quorum nomina hic non sunt propalanda, proprietates quatuor villarum in diocesi Raceburgensi, quorum nomina sunt due Pogaz et due Dusniz, venerabili abbati et toti conventui monasterii Reynevelden, diocesis Lubecensis, ordinis Cisterciensis, pro centum marcis denariorum vendidimus, sub tali condicione quod annuatim dicti abbas et conventus Reyneveldensis tres choros avene in Lubeke nostris fratribus presentabunt. Ut autem hec vendicio firma permaneat in perpetuum, presentem paginam sigilli nostri appensione duximus roborandam. Acta sunt hec anno Domini ducentesimo quinquagesimo secundo, quinto kalendas julii..

## 2612. — Juillet 1252, Acre.

*Henri I de Lusignan, roi de Chypre, autorise Guillaume de Châteauneuf, grand-maître des Hospitaliers, à construire deux nouvelles portes à la maison de l'ordre à Acre.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 33 (orig.). — Texte : De Mas-Latrie, *Hist. de Chypre*, II, 66.

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti, amen. Coneue chose soit à toz ceaus qui sont presens et qui à venir sont que je Henri, par la grace de Dex rei de Chypre et seignor del reaume de Jerusalem, donne plein poeirs, et ottrei, et conferm perdurablement al honorable frere Gugliaume de Chastel Neuf, maistre de la saincte maison de l'Ospital de saint Jean, de faire deux portes, pour le profit de la devant dite maison de l'Ospital, en la rue desoz la vote qui est de celle meme maison ; laquelle rue est entre l'Ospital des malades et l'eglise de saint Jean, d'une part, et d'autre part est le grand maneir des freres de la desuznommée maison. Et en tel maniere qu'ils poissent faire l'une des portes au chief de celle devant dite rue, vers l'endroit com l'on vait en la rue des Geneveis ; et l'autre porte poissent faire à l'autre chief, qui est devers les bains que l'on appelle de saint Jean, et qui vait envers la rue des Provensaus. C'est à saveir que le devant dit maistre et les freres de la desuznommée maison de l'Ospital doivent estre des ores en avant à toz tems maistres des II devant dites portes, et les tenir aussi franchement et quitement. Et par tel maniere que desoz deivent estre les II portes totes ouvertes, si que la voie de la rue de celle devant dite vote sait commune à totes gens com d'aller et de venir, et tout ainsi l'on le fu onque usé de faire desoz ; et l'entrée et l'eissue ainsi de la porte, qui est del devant dit baing, qui est pres del chief de celle devant nommée vote, poisse estre aussi commune desoz as entrans et as eissans, et que de nuit les freres de la devant dite maison les puissent faire clore et avoir les clés en leur pouvoir. Par ensi que je, ne mes heirs ne lor, lor en poissons à nuls tems aler à l'encontre de nul chose. Et por ce que je voil que ce seit ferme et estable perdurablement, au maistre et as freres de la devant dite maison de l'Ospital ai ge fait faire cest present privilege, et confermer le de mon sael de plom, en la garantie de

mes homes de la seignorie del reame de Jerusalem, c'est à savoir : Johan d'Ibelin, sire d'Arsuf, conestable et bail del reaume devant dit ; Piere, sire de Escandelion ; Phelipe de Navaire ; Girart de Pinquigni ; Jaque Vidal ; Girart Mainebuef. Ce fut fait à Acre, l'an de l'incarnation nostre seignor Jhesu Crist M [C]C LII[1], le mois de jullet.

**2613.** — 3 juillet 1252, Pérouse.

*Le pape Innocent IV défend au grand-maître et aux frères de l'Hôpital de molester l'évêque et l'église de Tortose*[2].

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 22, f. 196 (copie contemp.). — Analyse : Berger, *Reg. d'Innoc. IV*, III, 88, n° 5861.

[Innocentius, etc.], magistro et fratribus Jerosolimitanis (*sic*), [salutem, etc.], Cum pro Jhesu Christi gloria et Christianorum quiete ad dimicandum contra paganorum perfidiam ordo vester ab antiquo fuerit institutus, propter quod ab omnium catholicorum injuriis et personarum ecclesiasticarum precipue vos deceat abstinere, universitatem vestram rogandam duximus et monendam, per apostolica vobis scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandantes, quatinus venerabilem fratrem nostrum episcopum et dilectos filios canonicos et clericos Anteradenses, vel eorum homines, in personis vel rebus non presumatis aliquatenus molestare, preces nostras et mandatum taliter impleturi quod super hoc aliter scribere non cogamur. Dat. Perusii, V nonas julii, [pontificatus nostri] anno X.

**2614.** — 17 juillet 1252, Viterbe.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du 23 janvier 1168, 1169 ou 1170 : « Cum dilectis filiis fratribus ». (V. plus haut, I, n° 392.)*

Source : Wurtzbourg, Arch. roy., cartul. 141, f. 122 (copie, XVI<sup>e</sup> s.).

Dat. Viterbii, XVI kalendas augusti, pontificatus nostri anno X.

**2615.** — Août 1252, S. Germano.

*Conrad IV, roi des Romains, de Jérusalem et de Sicile, prend, à l'exemple de l'empereur Frédéric II, son père, les Hospitaliers de ses états sous sa protection, et garantit leurs privilèges, franchises et libertés.*

Source : Palerme, Arch. d'état, copie du 20 mars 1510, exécutée par ordre du conseil royal ; Reg. II delle Prelazie, f. 419 (compilation officielle faite vers 1513 et due à G. Luca Barberi) ; Liber Primus Regie Monarchie, pag. 381 (compilation du milieu du XVI<sup>e</sup> s.). — Analyse : Boehmer-Ficker, *Regesta imperii*, V, 838, n° 4584. — Texte : Minutolo, *Memorie del Gran Priorato di Messina*, 9; Rocco Pirri, *Sicilia Sacra*, II (Palerme, 1733), 937.

Conradus, Dei gratia Romanorum in regem electus, semper augustus, Hieru-

1. La charte porte par erreur : « M C LII » ; la rectification est évidente.

2. Le même jour, la chancellerie pontificale adressa la même défense aux Templiers.

salem et Sicilie rex. Etsi fidelium nostrorum vota quorumlibet clementer prosequimur, illos tamen precipua quadam affectione oculis benignitatis gratie nostre respicimus, qui, sancte ac pie contemplacioni vacantes, contra hostes crucis Christi continue dimicant, et favore gratie nostre se reddunt per grata et continuata servicia merito non indignos. Per presens igitur privilegium notum facimus universis fidelibus nostris, tam presentibus quam futuris, quod nos, actendentes zelum strenuitatis laudabilis, quam fratres sancte domus Hospitalis Hierosolimitani ad fidem catholicam indesinenter gerunt et habent, pro cujus defensione vitam et res eorum evidentibus periculis incessanter exponunt; considerantes quoque grata satis et accepta servicia, que iidem divino augusto domino patri nostro pie memorie et ad nos post ejus obitum continue et laudabiliter exhibuerunt, hactenus exhibent in presenti et exhibere poterunt in antea gratiora; supplicacionibus namque fratris Rembaldi, magni preceptoris domorum ejusdem Hospitalis per Italiam, Hungariam et Austriam, dilecti familiaris et fidelis nostri, quem utilem satis et obsequiosum in nostris sumus experti servitiis, begnigniter inclinati, dictos fratres, domos et bona eorum omnia, que ubique per regnum juste tenent et possident, domini patris nostri et aliorum felicium regum Sicilie, predecessorum nostrorum, vestigiis inherentes, sub majestatis nostre protectione recipimus speciali. Concessiones, libertates et immunitates omnes, eisdem per predictos antecessores nostros indultas, prout in privilegiis inde confectis plenius continetur, ex certa scientia et de speciali gratia, confirmantes; presenti quoque facientes et mandantes edicto ut nullus comes, nullus baro, nulla denique persona, alta vel humilis, ecclesiastica vel mundana, contra tenorem privilegiorum predecessorum nostrorum et hoc nostrum ipsos fratres impetere vel molestare presumat; quod qui presumpserit, indignacionem nostram se noverit incursurum. Ad hujus itaque rei memoriam et stabilem firmitatem, presens privilegium per magistrum Philippum de Cera, notarium et fidelem nostrum, scribi, et sigillo majestatis nostre jussimus communiri. Datum apud S. Germanum, per manus Gualterii de Ocra, regni Sicilie cancellarii, anno dominice incarnationis M CC LII, mense augusti, X indictione.

### 2616. — 1 août 1252, Pérouse.

*Le pape Innocent IV autorise les Hospitaliers d'Allemagne à posséder les biens meubles et immeubles, autres que des fiefs, que leurs confrères auraient possédés s'ils étaient restés dans le monde.* (*V. plus haut, n°* 2299.)

SOURCES : Aarau, Arch. du cant. d'Argovie, command. de Leuggern, n° 6 (orig. bullé); Arnheim, Arch. de la prov. de Gueldre, fonds S. Jean, n° 16 (copie auth., XVII^e s., d'après un vidimus du 26 mai 1323 du chapitre des Hospitaliers d'Allemagne) ; Fribourg, Bibl. cant., L. 44, f. 1 *b* (cartul. de Leuggern, 1536).

Innocentius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani in Alemania, salutem, etc. Devotionis vestre precibus benignum impercientes assensum, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia, exceptis feudalibus, que personas liberas fratrum, ad Hospitale vestrum a mundi relicta vanitate volantium et professionem facientium in eodem, si remansissent in seculo, ratione successionis vel quocunque alio justo titulo contigissent, petere, recipere ac retinere libere valeatis, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Perusii, kalendis augusti, pontificatus nostri anno X.

**2617.** — 1 août 1252, Pérouse.

*Le même renouvelle la bulle du* 18 *mars* 1251 : « *Cum nuper duxerimus* ». (*V. plus haut, n°* 2556.)

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXVI, n° 28 (orig. bullé).

Dat. Perusii, kalendis augusti, pontificatus nostri anno x.

**2618.** — [6-13] août 1252, Pérouse.

*Le même défend aux prélats, en considération des services rendus à la chrétienté par les Hospitaliers, de les molester et de les inquiéter.* — « *Inter alia pietatis opera* ».

Source : Paris, Bibl. nat., lat. 8998, n° 25 (orig. bullé, très abîmé).

Dat. Perusii, .....idus[1] augusti, pontificatus nostri anno x.

**2619.** — 7 août 1252, Pérouse.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 19 *juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Paci et quieti* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 429.)

Source : Paris, Bibl. nat., lat. 8998, n° 23 (orig. bullé).

Dat. Perusii, VII idus augusti, pontificatus nostri anno x.

**2620.** — 8 août 1252, Pérouse.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 19 *juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Paci et quieti* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 429.)

Source : Munster, Arch. roy. d'état, command. d'Herford, n° 29 (vidimus de Jean Sillich de Rieden, clerc et notaire impérial de Cologne, du 5 septembre 1387).

Dat. Perusii, VI idus augusti, pontificatus nostri anno x.

**2621.** — 8 août 1252, Pérouse.

*Le même renouvelle la bulle de Grégoire IX, du* 21 *août* 1227 : « *Quieti vestre providere* ». (*V. plus haut, n°* 1881.)

Sources : Gand, Arch. de l'état, chartes des comtes de Flandre, n° 89 (copie contemp. d'un

1. Le mauvais état de la pièce rend la date de jour illisible; nous ne pouvons la déterminer qu'approximativement.

vidimus du prévôt de N.-D. et du doyen de S. Jean d'Utrecht, du 13 décembre 1298) ; Strasbourg, Arch. de l'anc. dép. du Bas-Rhin, H. 1615, f. 17 (copie, XIV$^e$ s.). — ANALYSE : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 14686 ; de S. Genois, *Invent. anal. des chartes des comtes de Flandre*, 31 (à la date erronée du 8 août 1253).

Dat. Perusii, VI idus augusti, pontificatus nostri anno X.

## 2622. — 9 août 1252, Pérouse.

*Le même renouvelle la bulle de Grégoire IX, du* 21 *août* 1227 : « *Quieti vestre providere* ». (*V. plus haut, n°* 1881).

SOURCE : Paris, Bibl. nat., lat. 8998, n° 24 (orig. bullé).

Dat. Perusii, V idus augusti, pontificatus nostri anno X.

## 2623. — 9 août 1252, Pérouse.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 6 *décembre* 1184 : « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 702.)

SOURCE : Paris, Bibl. nat., lat. 8998, n° 26 (orig. bullé).

Dat. Perusii, V idus augusti, pontificatus nostri anno X.

## 2624. — 9 août 1252, Pérouse.

*Le même autorise le grand-prieur et les Hospitaliers d'Allemagne à recevoir les dons que les fidèles leur font pour secourir la Terre Sainte.*

SOURCE : Rome, Arch. du Vatican, reg. 22, f. 201 *b* (copie contemp.). — ANALYSE : Berger, *Reg. d'Innoc. IV*, III, 97, n° 5904.

[Innocentius, etc.], magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani in Alamania, [salutem, etc.]. Quanto majora pro defensione Christianitatis discrimina sustinetis, tanto benigniori vos debemus oculo intueri, et libentius, quantum cum Deo possumus, vestris commodis providere. Hinc est quod nos, vestris devotis supplicationibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus ut, si qua pro Terre Sancte subsidio vobis a Christi fidelibus de bonis eorum legitime fuerint erogata, liceat vobis ea recipere, ac in ejusdem Terre Sancte subsidium destinare, cujuslibet alterius jure salvo. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc. Dat. Perusii, V idus augusti, [pontificatus nostri] anno X.

*A la suite de la bulle, on lit :* Abbas Utrinevallis, Cisterciensis ordinis, Spirensis diocesis, datus est eis super hoc conservator.

## 2625. — 11 août 1252, Pérouse.

*Le même, sur la plainte des Hospitaliers de Navarre, charge Garcias Frontin II,*

*évêque de Tarazona, d'examiner la validité de la collation de l'église de N.-D. de Sangossa, faite par l'évêque de Pampelune à Garcias Lopez, curé de S. André de Sangossa.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 696 (orig.).

Innocentius, etc., venerabili fratri..... episcopo Tirasonensi, salutem, etc. Sua nobis dilecti filii... prior et fratres Hospitalis Jerosolimitani in regno Navarre conquestione monstrarunt quod venerabilis frater noster episcopus Pampilonensis, asserens sibi ab apostolica sede fuisse concessum ut ecclesias sue diocesis, que tanto tempore vacavissent quod ipsarum collatio esset ad sedem eandem juxta Lateranen[sis] statuta concilii devoluta, posset auctoritate nostra idoneis conferre personis, ecclesiam beate Ma[rie] de [Sa]ngossa, Pampilonensis diocesis, quam dicti prior et fratres a tempor[e.....us n.....] existit canonice possidebant, pretextu concessionis hujusmodi Garsie Lupi, rectori ecclesie S. Andree de Sangossa, post appellationem ab eisdem priore et fratribus ad nos legitime interpositam, de facto, cum de jure non posset, pro sua contulit voluntate. Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus, vocatis qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit, appellatione remota, decernas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, etc. Dat. Perusii, III idus augusti, pontificatus nostri anno X.

## 2626. — 19 août 1252, Pérouse.

*Le même renouvelle, pour les Hospitaliers d'Allemagne, la bulle d'Honorius III, du* 20 *décembre* 1225 : « *Devotionis vestre precibus* ». (*V. plus haut, n°* 1826.)

Sources : Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, ms. Y. 72, p. 47 (copie, xv^e^ s.)[1] ; Gand, Arch. de l'état, chartes des comtes de Flandre, n° 90 (copie contemp. d'un vidimus du prévôt de N.-D. et du doyen de S. Jean d'Utrecht, du 13 décembre 1298) ; Paris, Bibl. nat., lat. 8999, n° 27 (orig. bullé). — Analyse : De S. Genois, *Inv. anal. des chartes des comtes de Flandre*, 31 (à la date fausse du 19 août 1253).

Dat. Perusii, XIIII kalendas septembris, pontificatus nostri anno X.

## 2627. — 30 août 1252, Chippenham.

*Henri III, roi d'Angleterre, informe le garde de la forêt de Salcey qu'il a donné au grand-prieur d'Angleterre quatre daims à prendre dans cette forêt.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 36 Hen. III, membr. 5 (copie contemp.).

Teste rege apud Chippeham, XXX die augusti.

## 2628. — 12 septembre 1252, Pérouse.

*Le pape Innocent IV ratifie la vente, faite à Conrad, comte de Lavagna, au diocèse*

1. La rubrique de la table des matières du manuscrit porte : « Require Colonie ».

*de Gênes, par Marin, commandeur de Gênes, d'une terre à Chiavari, à charge de cens annuel.*

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 22, f. 206 *b* (copie contemp.) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 150 (copie de Smitmer, xviii^e s.). — Texte : Berger, *Reg. d'Innoc. IV*, III, 110, n° 5973.

[Innocentius, etc., dilecto filio] Scortio, nato quondam Conradi, comitis de Lavania, Januensis diocesis, [salutem, etc.]. Solet annuere sedes apostolica [piis votis, et honestis petentium favorem benevolum] impartiri. Tua sane nobis exhibita petitio continebat quod frater Marinus, preceptor Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in Janua, fratrum ipsius Hospitalis accedente consensu, quondam comiti, patri tuo, pro se et heredibus suis, quandam terram, positam in Clavaro, pro xii libris cum annua pensione trium solidorum et novem denariorum Januensis monete in perpetuum vendidit, tradidit et concessit, prout in publico instrumento exinde confecto dicitur plenius contineri. Nos igitur, tuis supplicationibus inclinati, quod per dictos preceptorem et fratres factum est in hac parte ratum et gratum habentes, illud auctoritate apostolica confirmamus, [et presentis scripti patrocinio] communimus, supplentes defectum, si quis circa juris solempnitatem extitit in premissis, de plenitudine potestatis. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc. Dat. Perusii, ii idus septembris, [pontificatus nostri] anno x.

### 2629. — 17 septembre 1252, Pérouse.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 18 *février* 1199 : *Religiosos viros fratres* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1071.)

Source : Paris, Arch. nat., MM. 11, f. 20 (copie, xv^e s.).

Dat. Perusii, xv kalendas octobris, pontificatus nostri anno x.

### 2630. — 18 octobre 1252, Pérouse.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 18 *février* 1199 : « *Religiosos viros fratres* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1071.)

Source : Paris, Arch. nat., L. 248, n° 214 (vidimus de Renaud, évêque de Paris, du 24 mai 1264).

Dat. Perusii, xv kalendas novembris, pontificatus nostri anno x.

### 2631. — 21 octobre 1252, Pérouse.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 4 *novembre* 1184 *ou* 1185 : « *Quanto per gratiam* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 690.)

Sources : Paris, Arch. nat., L. 248, n° 215 (orig.) ; Bibl. nat., lat. 9001, f. 95 *b* (copie de Naberat, xvii^e s.).

Dat. Perusii, xii kalendas novembris, pontificatus nostri anno x.

### 2632. — 21 octobre 1252, Pérouse.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 6 *décembre* 1184 : « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 702.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 129 (copie, xvi<sup>e</sup> s.).

Dat. Perusii, xii kalendas novembris, pontificatus nostri anno x.

### 2633. — 23 octobre 1252, Pérouse.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 7 *mars* 1185 : « *Dilecti filii fratres* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 752.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 121 *b* (copie, xvi<sup>e</sup> s.). — Analyse : Prutz, *Malteser Urkunden und Regesten,* 58, n° 241 (à la date erronée du 23 octobre 1249 et avec attribution aux Templiers).

Dat. Perusii, x kalendas novembris, pontificatus nostri anno x.

### 2634. — Décembre 1252, Jaffa.

*Louis IX, roi de France, certifie que, sur la plainte soulevée par plusieurs chevaliers venus en Terre Sainte avec Alphonse, comte de Poitiers et de Toulouse, contre Nicolas de Valdieu, frère de l'Hôpital, et Robert de Giroles, chevalier, Olivier de Thémines, arbitre désigné par les parties, a condamné lesdits Nicolas et Robert à restituer aux chevaliers la valeur de leurs chevaux, c'est-à-dire trois cent soixante-quinze livres Tournois, à payer aux arbalétriers, écuyers et mercenaires desdits chevaliers leurs gages, s'élevant à mille neuf cent soixante livres Tournois jusqu'à la saint Nicolas* (6 *décembre*) *de ladite année, et a pris avec ceux-ci des dispositions relatives à ces paiements.*

Source : Paris, Bibl. nat., coll. Doat, vol. 16, f. 33 (copie certifiée du 10 octobre 1669, d'après un ms. du collège des Jésuites de Toulouse).

Actum in castris juxta Joppen, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, mense decembris.

### 2635. — 1253.

*Henri de Schaffhouse, de Fribourg en Brisgau, chevalier, au moment de s'embarquer pour la Terre Sainte, donne aux Hospitaliers de Fribourg en Brisgau une rente annuelle de soixante mesures de seigle sur les revenus de son domaine de Hausen an der Möhlin (Husen), ou cinquante marcs d'argent au cas où les frères du constituant voudraient affranchir le domaine de cette rente. Cette donation est subordonnée au cas où Henri de Schaffhouse serait reçu dans l'ordre ou mourrait pendant le voyage qu'il se proposait d'entreprendre.*

Source : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, ordre de S. Jean. specialia 36 (orig. scellé [1]).

Actum anno Domini m cc liii.

1. Des deux sceaux qui authentiquaient cet acte, l'un, celui de la ville de Fribourg, subsiste en partie ; l'autre, celui d'Henri de Toggenbourg, maître de l'Hôpital dans la Haute Allemagne, a disparu.

### 2636. — Janvier 1253.

*D., prieur de S. Jean en Roannais, agissant au nom de Guy V, comte de Forez (gerens vices), publie un échange de rentes, assises sur des domaines à Cruzille et à Soleymieux, fait entre Pons du Pont, damoiseau, et Matthieu du Pont, clerc, son frère, d'une part, et Pierre Valensa, commandeur de Montbrison.*

Source : Lyon, Arch. du Rhône, H. grand-prieuré d'Auvergne, Cruzille, membre de Montbrison, chap. unique, n° 1 (orig.).

Anno Domini M CC L secundo, mense januario.

### 2637. — 11 janvier 1253, Kennington.

*Henri III, roi d'Angleterre, mande à ses sujets qu'il a agréé Elie de Smetheton comme grand-prieur d'Angleterre.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 37 Hen. III, membr. 19 (copie contemp.).

Rex[1] comitibus, baronibus, militibus, liberis hominibus et omnibus aliis tenentibus de Hospitali sancti Johannis Jerusalem in regno suo, salutem. Sciatis quod admisimus dilectum nobis fratrem Elyam de Smetheton., hospitalarium, in priorem predicti Hospitalis, et eidem de omnibus rebus, ad predictum Hospitale in regno nostro pertinentibus, liberam administrationem concessimus. Et ideo vobis mandamus quod eidem fratri Elye, tamquam priori predicti Hospitalis, in omnibus, que ad illud Hospitale pertinent, de cetero intendentes sitis et respondentes. In cujus, etc. Teste ut supra [rege apud Keninton, XI die januarii.]

### 2638. — Février 1253, Gravina.

« *Lettres patentes de Conrad [IV], élu roy des Romains, données à la prière de* « *frère Raimbaud, grand-commandeur en Italie, Hongrie et Autriche, par lesquelles* « *il confirme à l'ordre tous les biens qu'il avoit acquis dans le royaume de Jérusalem,* « *et qu'il acquéreroit dans la suite, ensemble toutes les concessions, immunités et* « *privilèges accordés audit ordre par son ayeul maternel Jean de Brienne et par les* « *roys, ses prédécesseurs. Données à Gravina, au mois de février, indiction* XI, « *année* 1253. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, nos 271 et 280 (XVIII^e s.)[2].

1. L'acte porte en marge la rubrique suivante : « De quodam admisso in priorem Hospitalis sancti Johannis Jerusalem in Anglia. »

2. Raybaud, analysant l'original (n°271), remarque qu'il est par erreur daté de 1250, indiction XI, et que la vraie date est 1253, celle que porte la copie (n° 280).

**2639. — 16 février 1253, Latran.**

*Le pape Innocent IV renouvelle la bulle de Lucius III, du* 6 *décembre* 1184 : « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 702.)

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, *Cartul. Magno,* II, 50 (copie, fin xiv^e s., d'après une copie notariée de 1274).

Dat. Laterani, xiiii kalendas marcii, pontificatus nostri anno x.

**2640. — 28 février 1253[1], Aarberg.**

*R(odolphe) IV, comte de Neufchâtel, met fin, comme arbitre, au différend soulevé par Burchard de Tess, sa femme et ses enfants contre les Hospitaliers de Buchsee, à l'occasion du droit de patronage de l'église de Twann, au diocèse de Lausanne.*

Source : Berne, Arch. d'état, liasse Fraubrunnen (orig. scellé). — Analyse : F. Settler, *Die Reg. der..... im Kantonstheil von Bern..... Klöster und kirchl. Stifte,* p. 112, n° 6, dans Th. v(on) Mohr, *Die Reg. der Archive in der Schweizerischen Eidgenossenschaft,* I (Coire, 1850) (à la date fausse du 29 février 1252). — Texte : *Fontes rerum Bernensium,* II, 358, n° 331.

Datum Arberch, anno gratie m cc lii, pridie kalendas martii.

**2641. — 8 mars 1253, Pérouse.**

*Le pape Innocent IV renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 18 *février* 1199 : « *Religiosos viros fratres* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1071.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 241 (copie de S. Pauli, xviii^e s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, bull. A, f. 155 (auj. perdu).

Dat. Perusii, viii idus martii, pontificatus nostri anno x.

**2642. — 17 mars 1253, Pérouse.**

*Le même renouvelle à l'évêque élu de Savone, en faveur des Hospitaliers de Lombardie, la bulle du* 6 *avril* 1248 : « *Attendentes quod ex constitutione* ». (*V. plus haut, n°* 2467.)

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 22, f. 254 *b* (copie contemp.) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 151 (copie de Smitmer, xviii^e s.). — Analyse : Berger, *Reg. d'Innoc. IV,* III, 195.

Dat. Perusii, xvi kalendas aprilis, pontificatus nostri anno x.

1. Il faut admettre que cette pièce est datée du style de l'annonciation à cause d'une pièce complémentaire (*Fontes rer. Bern.,* II, 359), du 5 mars 1253, qui est datée d'après ce style.

### 2643. — 30 mars 1253, Pérouse.

*Le même au grand-prieur et aux Hospitaliers de France. Il renouvelle la bulle du* 18 *mars* 1251 : « *Cum olim duxerimus* ». (*V. plus haut, n°* 2556.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 241 *b* (copie de S. Pauli, xviii[e] s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 119 (copie, xvi[e] s.), et bull. E, f. 282 (auj. perdu) ; Marseille, Arch. des B.-du-Rh., H. 12, n° 109 (orig.) ; Paris, Arch. nat., L. 248, n° 221 (orig. bullé), et MM. 11, f. 24 *b* (bullaire, xv[e] s.).

Dat. Perusii, iii kalendas aprilis, pontificatus nostri anno x.

### 2644. — 5 mai 1253, Assise.

*Le même autorise Guillaume de S. Maria, commandeur de Vallmoll, procureur des Hospitaliers d'Aragon en cour de Rome, à emprunter deux cents livres Tournois pour subvenir aux frais de son séjour auprès du souverain pontife.*

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 22, f[os] 266 *b* et 287 *b* (copies contemp.). — Texte : Berger, *Reg. d'Innoc. IV,* III, 217, n° 6517, et 248, n° 6673 (analyse).

[Innocentius, etc.], fratri Guillelmo de S. Maria, preceptori domus Hospitalis Vallismollis, procuratori magistri et fratrum Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in regno Aragonum, salutem, etc. Cum te, apud sedem apostolicam constitutum pro expediendis negotiis dilecti filii magistri et fratrum Hospitalis Jerosolimitani in Aragonia, oporteat subire onera expensarum, ne pro ipsarum defectu eadem inexpedita remanere contingat, contrahendi mutuam propter hoc usque ad summam ducentarum librarum Turonensium, et bona dicti Hospitalis creditoribus obligandi, ac renunciandi constitutioni de duabus dietis, edite in concilio generali, et bone restitutioni in integrum, plenam tibi ac liberam concedimus auctoritate presentium facultatem ; ita tamen quod magister et fratres predicti teneantur ad hujusmodi pecuniam persolvendam, et ad dampna et expensas et interesse, nisi in termino constituendo a te pecuniam non solverint memoratam, sublata ipsis creditoribus necessitate probandi quod in utilitatem dicti Hospitalis eadem pecunia sit conversa, pretextu alicujus constitutionis canonice vel civilis, privilegii vel indulgentie apostolicorum, de quibus in nostris litteris oporteat fieri mentionem, et per quas idem magister et fratres ac successores ipsorum valeant se tueri. Dat. Assisii, iii nonas maii, [pontificatus nostri] anno x.

### 2645. — Juin 1253.

*B(ernard) de Chambon (de Campo Bono), commandeur de Chazelles et de S. Bonnet les Places, autorisé par Féraud de Barras, grand-prieur de S. Gilles, concède, à charge d'une rente de dix-huit livres de Vienne, payables à la commanderie de Bellecombe, à Philippe de Savoie, évêque élu de Lyon, seigneur de Septème et de la ville neuve de S. Georges, les terres de Ponas (Pounas) et tout ce que les Hospitaliers de Bellecombe possédaient à Ponas.*

Source : Turin, Arch. d'état, ordres militaires, Politico, liasse 1 (orig. scellé)[1].

Actum mense junii, anno Domini m cc l tertio.

1. Ce sceau, qui tombe en miettes, était rond, en cire brune ; il devait être le sceau personnel de Bernard de Chambon.

**2646.** — 20 juin 1253, Winchester.

*Henri III, roi d'Angleterre, concède aux Hospitaliers de ses états des libertés et des privilèges étendus.*

Sources : Londres, Musée Britann., fonds royal, 12 C. xii, f. 2 (copie, xiv$^e$ s.) ; fonds Cotton, Julius, D. II, f 125 (copie, fin xiii$^e$ s.); fonds de Harley, ms. 858, f. 100 (copie, fin xv$^e$ s.)[1]; Record office, Rot. chart., 2 Edw. II, membr. 13, n° 46 (dans un vidimus d'Edouard II, du 22 septembre 1308)[1]; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V., ms. 76, f. 132 (copie de Smitmer, xviii$^a$ s., d'après un original lui appartenant). — Texte : Lünig, *Cod. Italiæ diplom.*, II, col. 1683 (d'après un vidimus de Richard II, du 20 novembre 1386).

Henricus, Dei gratia rex Anglie, dominus Hibernie, dux Aquitannie, Normannie, et comes Andegavensis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, justiciariis, forestariis, vicecomitibus, prepositis, ministris, et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem. Sciatis nos concessisse, et presenti carta nostra confirmasse Deo, et beate Marie, et sancto Johanni Baptiste, et fratribus Hospitalis Jerusalem omnes donationes racionabiles terrarum, hominum et elemosinarum, eis a predecessoribus nostris vel ab aliis in preterito, vel a nobis in presenti collatas, vel in futuro a regibus vel ex aliorum liberalitate conferendas, vel alio modo adquisitas vel adquirendas, tam in ecclesiis quam in rebus et possessionibus mundanis. Quare volumus et firmiter precipimus quod predicti fratres et eorum homines omnes possessiones et elemosinas suas habeant et teneant cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus et quietanciis suis, in bosco et in plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in viis et semitibus, in stagnis et vivariis, in mariscis et piscariis, in grangiis et virgultis, infra burgum et extra, cum sock et sack, et thol et theam, et infangenethef et velfangenethef, et hamsock et gridbrith, et blodwyte et fythwyt, et ferdwyte et fflithwyt, et hengwyte et leyrwyt, et flemmenefrith et murdo, et latrocinio et forstal, et ordel et oreste, infra tempus et extra tempus, et in omnibus locis, et cum omnibus causis que sunt vel esse possunt. Concedimus eciam imperpetuum quod predicti fratres quieti sint de omnibus misericordiis, et quod ipsi et omnes homines sui liberi sint ab omni scotto et geldo, et omnibus auxiliis regum, vicecomitum et omnium ministerialium eorum, et hidagio et carrucagio, et danegelod. et hornegeld, et excercitibus et wapentacio, et scutagio et taillagio, lestagio et stallagio, schiris et hundredis, placitis et querelis, et warda et wardepany, et averpeny et hundredpeny, et borghalpeny et tendingpeny, et de omnibus operibus castellorum, parchorum et pontium clausuris, et omnium carreio et summagio et navigio, et domuum regalium edificatione et omnimoda operacione. Et prohibemus ne bosci eorum ad predicta opera vel ad aliqua alia ullo modo capiantur, et similiter bladum eorum vel hominum suorum, vel aliquid de rebus suis vel hominum suorum ad castella munienda non capiatur. Volumus etiam quod libere et sufficienter sine qualibet occasione capiant de omnibus boscis suis ad usus domus sue quandocunque voluerint, nec propter hoc in forisfacto de vasto vel in misericordia ponantur. Omnes quoque terras et esserta sua et omnium hominum suorum, jam facta et que imposterum fient, assensu regio eis in perpetuum quieta clamamus de vasto et rewardo, et de visu forestariorum, et de omnibus aliis consuetudinibus. Concedimus insuper eisdem fratribus quod de omnibus boscis suis, quos habeant in presenti infra metas foreste, possint essartare et excolere sine licentia nostra vel heredum nostrorum vel baillivorum nostrorum, ita quod indein nullo a nobis, vel heredibus nostris, vel baillivis nostris imper-

1. Aux folios 48 *b* et 49 du manuscrit 858 de Harley sont expliqués les termes difficiles ou peu usités de cette charte.

petuum occasionentur, et quod ipsi et homines proprii quieti sint de expeditatione causarum suarum imperpetuum. Precipimus etiam quod ipsi fratres Hospitalis et omnes homines sui liberi sint et quieti ab omni theloneo, in omni foro et in omnibus nundinis, et in omni transitu pontium, viarum et maris, per totum regnum nostrum et per omnes terras nostras, in quibus libertates eis dare possimus ; et omnia mercata sua et hominum suorum sint similiter in predictis locis ab omni theloneo quieta. Concedimus etiam eis et confirmamus quod, si aliquis hominum suorum pro delicto suo vitam vel membrum debeat amittere, vel fugerit et judicio stare noluerit, vel aliud delictum fecerit, pro quo debeat catalla sua perdere, ubicunque justicia fieri debeat, sive in curia nostra sive in alia curia, ipsa catalla sint predictorum fratrum, et liceat ipsis fratribus sine disturbacione vicecomitum et omnium ballivorum nostrorum et aliorum ponere se in seisinam de predictis catallis, in predictis casibus et aliis, quando ballivi nostri, si ad nos pertinerent catalla sua, in manum nostram ea seisire possent et deberent. Insuper concedimus quod animalia, que dicuntur wayf, inventa in feodo hospitalario, sint ipsorum fratrum, nisi aliquis ea secutus fuerit, qui velit et possit probare quod sua sint, et nisi fiant infra terminos competentes, secundum consuetudinem patrie, petita et secuta. Et si aliquis tenentium predictorum fratrum feodum suum forisfecerit, liceat ipsis fratribus ponere se in seisinam de ipso feodo, et ipsum feodum cum pertinentiis suis possidere, non obstante eo quod nos consuevimus feoda dampnatorum et fugitivorum per unum annum et unum diem possidere. Similiter si aliquis hominum suorum sit amerciatus erga nos vel ballivos nostros pro quacunque causa vel delicto vel forisfacto, mercie et merciamenta pecunie sint collecta, et in una bursa ad scaccarium nostrum portata, et predictis fratribus sint ibidem liberata, servata regie potestati justicia mortis et membrorum. Concedimus insuper eis quod, licet aliqua libertatum contentarum in hac carta per temporis diuturnitatem, quocunque casu contingente, usi non fuerint, nichilominus tamen libertate eadem de cetero utantur sine aliqua contradictione, non obstante eo quod per temporis diuturnitatem ea usi non fuerint, sicut predictum est. Hec autem omnia predicta, et omnia alia servicia secularia et consuetudines, que in hoc scripto non comprehenduntur, eis concedimus et confirmamus in perpetuam elemosinam, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus, quas regia potestas liberiores alicui domui religionis conferre potest, pro Dei amore et pro anima domini Johannis regis, patris nostri, et pro animabus omnium antecessorum et successorum nostrorum. Et prohibemus super forisfactum nostrum quod nullus eis vel hominibus suis in aliquo forisfaciat, quia ipsos et omnes res et possessiones suas, et omnium hominum suorum, in custodiam et specialem protectionem nostram suscepimus. Hiis testibus : venerabili patri W. [*lisez* : Bonifacio], Cantuariensi archiepiscopo, tocius Anglie primate ; R[icardo], comite Cornubie, fratre nostro ; Ricardo de Clare, comite Gloucestrie et Hertfordie ; Humfrido de Bohun, comite Herefordie ; Johanne Maunsell, preposito Beverlaci ; magistro W[illelmo] de Kylkenny, archidiacono Coventrensi ; Radulpho, filio Nicholai ; Bertramo de Crioll. ; Johanne de Grey ; Johanne de Lexinton. ; Roberto Waleraundi ; Willelmo Gernun, et aliis. Datum per manum nostram apud Wyntoniam, vicesimo die junii, anno regni nostri tricesimo septimo.

## 2647. — 23 juin 1253, Winchester.

*Le même prend les Hospitaliers sous sa protection.*

Sources : Londres, Musée Britann., fonds royal, 12 C. xii, f. 2 (copie, xiv^e s.); fonds Cotton, Julius, D. II, f. 125 (copie, fin xiii^e s.); fonds de Harley, ms. 858, f. 100 (copie, fin xv^e s.);

Record office, Rot. chart., 2 Edw. II, membr. 13, n° 46 (dans un vidimus d'Edouard II, du 22 septembre 1308); Rot. litt. pat., 37 Hen. III, membr. 7 (copie contemp., à la date erronée du 25 juin 1253); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 76, f. 132 (copie de Smitmer, XVIII[e] s., d'après l'original lui appartenant). — Texte: Lünig, *Cod. Italiæ diplom.*, II, col. 1683 (dans un vidimus de Richard II, du 20 novembre 1386).

Henricus, etc., salutem. Precipimus vobis quod custodiatis, protegatis et manuteneatis homines, terras, res, redditus, possessiones et tenementa fratrum Hospitalis Jerusalem, sicut res nostras proprias, nullam injuriam vel molestiam eis faciatis, nec ab aliquo fieri permittatis, quia ipsi et homines et omnes res et possessiones eorum sunt in custodia nostra. Et prohibemus ne de aliquo ponantur in placitum, nisi coram nobis vel coram capitali justiciario nostro. Et si quis eis in aliquo forisfecerit, id eis sine dilatione faciat emendari. Teste me ipso apud Wyntoniam, vicesimo tercio die junii, anno regni nostri tricesimo septimo.

## 2648. — 4 juillet 1253.

*Guillaume Pijons, grand-prieur de France, ratifie une donation de six mencaudées de terre au territoire de Gaudiempré, faite à l'ordre par Eustache d'Hersin à charge d'un cens annuel de vingt-quatre sous, payable pendant la vie dudit donateur.*

Sources : Paris, Arch. nat., S. 5207, n° 7 (orig. scellé [1]). — Analyse : Mannier, *Command. du gr.-prieuré de France*, 673. — Texte : Ch. d'Héricourt, *Titres de la command. de Haute-Avesnes*, dans *Mém. de l'Acad. d'Arras*, 2[e] série, X (1878), 51.

Omnibus, presentes litteras inspecturis, frater Guillelmus Piions, sancte domus Hospitalis Jerusalem prior humilis in Francia, salutem in Domino. Notum facimus quod dominus Eustachius de Hersino dedit et concessit domui nostre de Godinpre, donacione facta inter vivos et sine spe revocandi, sex macodetos terre, sitos in territorio nostro de Godimpre, tenendos et possidendos imperpetuum racione eleemosine pacifice et quiete Nos vero, ipsius Eustachii devocionem, quam erga domum nostram habet, attendentes, eidem dedimus et concessimus de consilio fratrum nostrorum viginti quatuor solidos, percipiendos et habendos annuatim, quamdiu vixerit, in domo nostra predicta. In cujus rei testimonium, presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Datum die veneris post octabas nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tercio.

*Au dos (fin* XV[e] *s.)* : De VI mencauds de terre au terroir de Goeudeympré.

## 2649. — 7 juillet 1253, Horst.

*Henri de Vianden, évêque d'Utrecht, engage ses ouailles à faire des aumônes aux Hospitaliers, et accorde aux fidèles qui, communiés et confessés, visiteront l'église de S. Catherine d'Utrecht, une indulgence de quarante jours et d'une quarantaine.*

Source : Utrecht, Arch. prov., Invent. supplém., n° 831, f. 10 *b* (copie de Buchelius, vers 1626, d'après les Arch. perdues de la command. de S. Catherine d'Utrecht). — Texte: Heda (éd. Buchelius), *De episcopis Ultrajectinis* (Utrecht, 1643), 220. — Analyse : Wauters, *Tab. chron. des ch. et dipl..... conc. l'hist. de la Belgique*, V, 676.

Datum Horst, anno Domini M CC L tertio, feria II post octavam apostolorum Petri et Pauli.

1. Sceau en cire brune, sur double queue, représentant une aigle entre deux fleurs de lys, avec la légende : + S. HOSPITAL' IHER..... IN FRANCIA. Contre-sceau : un oiseau, avec la légende : + FR. GUILL'S PIION.

**2650.** — 14 juillet 1253, Portsmouth.

*Henri III, roi d'Angleterre, charge Jean Fitz-Galfred, justicier d'Irlande, Maurice Fitz-Gérald, le grand-prieur de l'Hôpital en Irlande et le maître du Temple en Irlande d'examiner les comptes d'Hugues de Mapilton, évêque d'Ossory et trésorier d'Irlande*[1]*, depuis son entrée en charge jusqu'au* 29 *septembre* 1253.

Source : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 37 Hen. III, membr. 4 (copie contemp.); Rot. Liberate, 37 Hen. III, membr. 1 (copie contemp.). — Analyse : *Cal. of doc. relating. to Ireland,* II (Londres, 1877), n° 266.

Teste rege apud Portsemue, XIIII die julii.

**2651.** — 23 juillet 1253, Assise.

*Le pape Innocent IV renouvelle la bulle du* 24 *novembre* 1247 : « *Justis petentium desideriis* ». (*V. plus haut, n°* 2461.)

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 17, n° 118 (orig.).

Dat. Assisii, x kalendas augusti, pontificatus nostri anno XI.

**2652.** — 15 septembre 1253, Gironde.

*Henri III, roi d'Angleterre, mande au commandeur de Roquebrune de venir le rejoindre à Gironde, le jeudi* 18 *septembre* 1253, *pour conférer avec lui.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus. in Vasconia, 37 Hen. III, membr. 20 (copie contemp.). — Texte : Fr. Michel, *Rôles Gascons,* I, n° 2663.

Teste ut supra [in castris apud Girundam, XV die septembris, anno XXXVII].

**2653.** — 7 octobre 1253, Acre.

*Guillaume de Châteauneuf, grand-maître de l'Hôpital, envoie au grand-prieur d'Allemagne la règle des Hospitaliers*[2]*, promulguée par Raymond du Puy.*

Sources : Aarau, Arch. d'état, command. de Leuggern, n° 7 (orig. scellé) ; Fribourg, Bibl. cant., L. 44, f. 5 (cartul. de Leuggern, 1536).

Frater Guillermus de Castro Novo, Dei gratia sancte domus Hospitalis Jerosolimitani magister humilis et pauperum Christi custos, dilecto in Christo fratri...., ejusdem domus preceptori Alemanie, salutem in Domino sempiternam. Quum dignum est ut universi fratres domus nostre unam et eandem regulam debeant

1. D'abord archidiacre de Dublin, il devint évêque d'Ossory en mai 1251, et mourut en 1256. Il occupa quelque temps l'office de trésorier d'Irlande.

2. Le texte latin de la règle de Raymond du Puy était joint à la lettre d'envoi. On en trouvera le texte plus haut. (Voir I, p. 62, n° 70.)

observare, inde est quod nos regulam, quam in cysmarinis partibus observamus, fraternitati vestre mitimus, sub hac nostra bulla plumbea roboratam, caritati vestre precipiendo mandantes quatinus regulam ipsam quolibet anno semel legi in vestro capitulo faciatis, precipientes eam inviolabiliter observari. Et si forte aliquis fratrum vestrorum aliam regulam habuerit vel etiam uteretur, illam vobis restitui facientes, ad nostram eundem vivere compellatis, aliam quam habuerat irritantes, mandatum nostrum taliter impleturi quod non possitis de inobedientia reprehendi. Datum Accon, nonis octobris, anno Domini M CC LIII.

### 2654. — 8 octobre 1253, Bénauge.

*Henri III, roi d'Angleterre, mande à Pierre Chaceporc de prêter au commandeur de Roquebrune la somme de vingt marcs, en attendant qu'une enquête ait déterminé les dommages subis par la commanderie, dont les maisons avaient été détruites par le roi pour établir les défenses de la place ; les Hospitaliers se plaignaient de ne pouvoir faire leur vin, faute de local.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus. Vasc., 37 Hen. III, membr. 18 (copie contemp.). — Analyse : Baron de Marquessac, *Hospitaliers de S. Jean de Jérusalem en Guyenne* (Bordeaux, 1866), 44. — Texte : Fr. Michel, *Rôles Gascons*, I, 361, n° 2728.

Teste ut supra [in castris ante Benaugiam, VIII die octobris].

### 2655. — 22 octobre 1253, Klingnau.

*Gautier et Ulrich de Clingen donnent aux Hospitaliers de Leuggern le terrain nécessaire pour bâtir la commanderie de Klingnau, et leur accordent divers privilèges.*

Sources : Aarau, Arch. d'état, command. de Leuggern, n° 8 (orig. scellé), et cartul. de Leuggern, f. 168 (copie de 1535); Fribourg, Bibl. cant., L. 44 (cartul. de Leuggern, de 1536), f. 180 et f. 181 (trad. allem.). — Texte : M. Herrgott, *Geneal. dipl. illustr. gentis Habsburgicæ*, II, 305.

In nomine Domini, amen. Cum ad gloriam Dei et honorem sanctorum a fidelibus pium quid geritur necesse est id ita circumvallari scripture testimonio et muniri, ne a posteris in posterum quoquo modo in questionem litis possit aut debeat revocari, noverint eapropter universi, quos in posse fuerit oportunum, quod nos viri nobiles Walterus et Ůlricus, dicti de Chlingen, una cum fratre nostro Ůlrich et Waltero, ad vite utriusque presentis et future felicitatem conquirendam, et in remedium animarum parentum nostrorum, venerabilibus in Christo fratribus Hospitalis sancti Johannis domus de Luthigern contulimus aream curtis apud opidum nostrum Chlingenowe, in orientali parte ejusdem opidi sitam, ad construendam ibidem habitationem cum plerisque sue religioni edificiis conpetentibus, et insulam, dicte aree trans ripam oppositam, cum omni libertate, justiciis et rationibus perpetuo possidendam, ita ut neque dicti fratres, ibidem personaliter residentes, aut quique alii, ab ipsis in eisdem edificiis pro sua voluntate et comodo collocati, dummodo iidem nobis ratione proprietatis vel advocatie vel jure consimili attinere minime dinoscantur, a talliis, exactionibus aut precariis ceterisque servitiis, que nobis cives predicti opidi exhibere gratuito solent vel de jure tenentur impendere, seu que comunitatis frequens solet exigere necessitas, absoluti sint omnino ac liberi et immunes. Insuper recognoscimus memoratis fratribus liberum transitum pontis nostre, viarum, platearum,

suisque omnibus, tam rebus quam personis, et communitatem pascuarum, silvarum, nemorum et forestum, aquarum aquarumque decursus, et simul omnia omnium ad ejusdem opidi communitatem pertinentium, et ut legibus, consuetudinibus, justiciis, rationibus atque statutis quibuscumque, factis vel faciendis in quocumque negocio ipsorum, in nullo subjaceant, presentibus indulgemus; personas quoque, possessiones et res eorundem, ob honorem et reverentiam gloriose Dei genitricis virginis Marie et sancti Johannis, in nostram specialem suscipientes protectionem, se suaque pro viribus promittimus defensare, salva dumtaxat ipsorum ordinis disciplina. Acta sunt autem hec apud Klingenowe opidum sepefatum, primo quidem, anno Domini M CC LI, mense marcio, indictione nona, paterna hereditate ac possessionibus nostris omnibus adhuc existentibus indivisis. Post divisionem vero premissorum, inter me Walterum et dictum fratrem meum Ůlricum sollemniter celebratam, et Ůlrichwaltero, fratre nostro pueruło, litteris inbuendis apposito, illibato sibi hereditario permanente, in memorati fratris mei Ulrici partem superiora cedentibus, in meam vero inferiora, iterata est et revocata a me Waltero nobili sepefacto collatio omnium et concessio premissorum, de consensu et voluntate dicti fratris mei Ůlrichwalteri, pueri, et nobilis femine Sophie, uxoris mee predilecte, et totius prolis nostre; renuntiantibus et resignantibus simul et semel omnibus nobis in manus fratris Cůnradi, sacerdotis, tunc temporis prenominate domus Luthgern magistri, presentibus fratre Hartmano de Iberc, fratre Růdolfo de Spretinbach, fratre Rudolpho de Tothingen, fratribus domus premisse, curti et aree memorate. Hec autem secundo acta sunt apud jam sepius nominatum opidum Klingenowe, anno gratie M CC LIII, XI kalendas novembris, indictione XII, videntibus et audientibus premissa omnia testibus subnotatis, quorum nomina sunt hec: comes Albertus de Habisburc; frater Johannes, cantor de Wettingin; Ebirhardus de Gůtinburc et Arnoldus de Kayserstůl, nobiles; H. Franco et H. de Berlinkow, milites; R., advocatus de Baden; C[ůnradus] de Tothingen; R. minister; C. et B., fratres, dicti Steinmar; C[ůnradus] de Zurchach. Ad majorem igitur premissorum omnium firmitatem et evidentiam pleniorem, presens pagina conscripta est, et reverendi patris et domini E[birhardi], Dei gratia Constantiensis episcopi, ac venerabilis domini C[ůnradi], abbatis de Wettingin, Cisterciensis ordinis, et religiosi viri fratris Heinrici de Busse, provincialis tunc temporis Teutonie domus sancti Johannis et ordinis supradicti, nec non nostris sigillis legitime roborata. Ero vero Ůlrichwalter, quia sigillum non habeo, sigillis sepefatorum fratrum nobilium W[alterii] et Ůl[rici] me profiteor esse contentum, feliciter.

## 2656. — 28 octobre 1253, Mayence.

*Gérard Wildgraf, archevêque de Mayence, autorise les Hospitaliers à nommer des curés aux cures de Nidda (Nidehe), Niederweisel (Wizzense), Mosbach, Rehbach (Rechbach) et à la chapelle d'Obermossau (Mosahe), sur lesquelles ils avaient le droit de patronage.*

SOURCE : Darmstadt, Arch. du gr.-duché de Hesse, prov. Starkenbourg, Mosbach, n° 2 (orig. scellé), et cartul. n° 21 (copie, XVI[e] s.), f. 7 (texte allemand). — ANALYSE : J. Fr. Böhmer (éd. C. Will), *Reg. archiep. Moguntinensium*, II, 321 (à la date erronée du 9 novembre 1253); Scriba, *Hessische regesten*, I, n° 388 (à la date erronée du 9 novembre 1253). — TEXTE : J. W. C. Steiner, *Alterthümer und Gesch. des Bachgaus im alten Maingau*, I, 333, n° 8 (à la date erronée du 9 novembre 1253).

Datum Maguntie, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tercio, V kalendas novembris, pontificatus nostri anno II.

## 2657. — 15 novembre 1253, S. Macaire.

*Henri III, roi d'Angleterre, écrit au grand-prieur de France de remettre à Simon de Montfort, comte de Leicester, le reliquat d'une somme de mille livres Sterling, qu'il avait mise en dépôt à l'Hôpital de Paris et sur laquelle divers paiements avaient déjà été prélevés.*

Source : Londres, Record office, Rot. pat. Vasc., 38 Hen. III, membr. 16 (copie contemp.). — Texte : Champollion-Figeac, *Lettres de rois, reines, etc.*, I (Paris, 1839), 94, n° 84; Fr. Michel, *Rôles Gascons,* I, 279, n° 2170.

Rex[1] dilecto sibi priori Hospitalis sancti Johannis Jerusalem in Francia, vel ejus locum tenenti, salutem. Cum nos mille libras Sterlingorum traderemus in deposito in domo vestra Parisius pro quatuor milibus Turonensium, de quibus nomine nostro debebatis solvere annuatim comiti Marchie[2] octingentas libras Turonensium pro custodia insule Oleronis, quousque tota summa predictarum quatuor milium librarum eidem comiti solveretur, et hoc durante treuga inter nos et regem Francie, et vos dicto comiti partem predicte pecunie solveritis, ut dicitis, vobis mandamus quatinus totum quod restat de dicto deposito dilecto et fideli nostro Simoni de Monte Forti, comiti Leycestrie, vel ejus mandato, tradatis. Nos autem de summa, quam ei tradetis de dicto deposito, vos et domum Hospitalis quietabimus. Constituimus eciam fratrem Simonem, ministrum domus S. Maturini de ordine Trinitatis apud Parisius, vel ejus locumtenentem, loco nostri ad audiendum compotum de dicto deposito. Et concedimus quod, si alique littere Hospitalis, facientes mentionem de dicto deposito, penes vos vel alibi inveniantur, vel eciam alie, per quas de dicto deposito possit aliquid peti a vobis vel domo Hospitalis, nullius sint valoris. In cujus, etc. Teste ut supra [apud S. Macarium, xv die novembris], per R[obertum] Waleraudum.

## 2658. — 18 novembre 1253, S. Macaire.

*Le même mande à Renaud, comte de Cornouaille, et à la reine Eléonore, sa femme, que, si le grand-prieur de France refuse de payer à Simon de Montfort, comte de Leicester, une somme d'argent que le roi lui doit et qu'il a déposée à l'Hôpital de Paris, on contraigne, par tous moyens, les commanderies d'Angleterre à l'acquitter.* (*V. plus haut, n°* 2657.)[3]

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus. Vasc., 37 Hen. III[4], membr. 16 (copie contemp.). — Texte : Champollion-Figeac, *Lettres de rois, reines, etc.*, I, 95, n° 89 (à la date fausse du 15 novembre 1253); Fr. Michel, *Rôles Gascons*, I, 370, n° 2813.

Teste ut supra [apud S. Macarium, xviii die novembris].

1. Hugues XI de Lusignan, comte de la Marche.
2. Cet acte porte comme titre, en marge : « Pro rege. De priore Hospitalis sancti Johannis Jerusalem in Francia ».
3. Henri III renouvela, le 10 décembre suivant, en faveur de Simon de Montfort, cette assignation sur l'argent déposé entre les mains du grand-prieur de France. Le roi devait à Simon de Montfort, au terme de Pâques 1254, 500 l. Sterling, qu'il lui avait données pour l'aider à payer ses dettes, et 200 l. Sterling, promises pour la dot de la femme de Simon de Montfort. Si celui-ci obtenait du grand-prieur un versement, ce versement, quel qu'en fût le montant, devait entrer en déduction des 700 l. Sterling dues ; le roi prévoyait même le cas où il excèderait 700 l. Sterling. Il semble, en effet, d'après l'acte du 15 novembre 1253, que la somme disponible à l'Hôpital de Paris s'élevait à 800 l. Sterling. (Londres, Record office, Rot. pat. Vasc., 38 Hen. III, membr. 13, copie contemp. Ed. Fr. Michel, *Rôles Gascons*, I, 290, n° 2239.)
4. Ce rôle, quoique daté de la 37e année d'Henri III, contient des actes, tel que celui-ci, de la 38e année.

**2659.** — 24 novembre 1253, Latran.

*Le pape Innocent IV annonce à l'archidiacre de Lérida qu'il a ratifié la sentence, promulguée par Jean Caetani, cardinal de S. Nicolas in Carcere Tulliano, dans l'affaire pendante entre les Hospitaliers d'Espagne et l'abbaye de Benifaza, relativement à la possession de Rosell.* (*V. plus haut, nos* 2583 *et* 2610.)

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, *Cartul. Magno*, I, 49 (copie, fin xive s.).

Innocencius, etc., dilecto filio archidiachono Illerdensi, salutem, etc. Exibita nobis dilectorum ffiliorum... preceptoris Hospitalis Jerosolimitani in Ispania et ...comendatoris et ffratrum domus de Cervaria, domus ejusdem, peticio continebat quod, cum inter ipsos, ex parte una, et dilectos filios abbatem et conventum monasterii de Benifacam, Cisterciensis ordinis, ex altera, super loco qui dicitur Rossel, coram dilectis filiis... Benescenssi et... de Terrancon[a] archidiachonis in Illerda, judicibus super hoc a sede apostolica delegatis, questio verteretur, tandem, lite coram ipsis legitime contestata, et propositis que partes proponere voluerunt, ac demum ad eandem sedem causa remissa, et dilecto filio nostro J[ohanne], S. Nicholai in Carcere Tulliano diacono cardinali, partibus ipsis a nobis auditore concesso, idem cardinalis, intellectis omnibus, que hinc inde fuere proposita, diligenter, et utriusque partis meritis equa justicie lance discussis, de speciali mandato nostro, prehabito ffratrum nostrorum consilio, definitivam pro eis sententiam promulgavit, prout in ipsius cardinalis litteris conffectis exinde plenius continetur. Nos igitur, ipsorum suplicacionibus inclinati, cardinalis ejusdem sententiam ratam habentes, non obstante appellacione a parte altera interjecta, eam auctoritate apostolica duximus confirmandam. Quocirca discrecioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus non permittas ipsos contra confirmacionis nostre tenorem super hiis ab aliquibus indebite molestari, molestatores hujusmodi per censsuram ecclesiasticam, appellacione postposita, compescendo. Dat. Laterani, viii kalendas decembris, pontificatus nostri anno xi.

**2660.** — 27 novembre 1253.

*Henri III, roi d'Angleterre, accorde aux Hospitaliers d'Achasalt des lettres de protection perpétuelles.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. pat. Vasc., 38 Hen. III, membr. 15 (copie contemp.). — Texte : Fr. Michel, *Rôles Gascons*, I, 282, n° 2194.

Teste ut supra [xxvii die novembris, anno xxxviii].

**2661.** — Décembre 1253.

*Jean Laleman, seigneur de Césarée*[1], *avec l'assentiment de Marguerite, sa femme, vend à Guillaume de Châteauneuf, grand-maître de l'Hôpital, et aux Hospitaliers,*

1. Il était seigneur de Sidon et de Beaufort, et seigneur de Césarée du chef de sa femme.

*représentés par Joseph de Cauci, trésorier de l'Hôpital, le casal Damor, près d'Acre, moyennant douze mille besants Sarrasins d'Acre*[1].

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 35 (orig., mauvais état). — Analyse : Delaville Le Roulx, *Arch. de l'ordre à Malte*, 184.

## 2662. — 22 décembre 1253.

*Nicolas d'Arco, fils de feu Léon de Randazzo, habitant d'Acre, donne aux Hospitaliers, représentés par Hugues Revel, grand-précepteur d'Acre, une maison, sise à Acre et appelée maison de Spea, sous réserve d'habitation sa vie durant.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 35 [1] (orig.). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 294.

In Christi nomine, amen. Ex forma hujus publici documenti pateat universis, tam presentibus quam futuris, quod Nicola de Arcu, filius quondam Leonis de Randazio, habitator Accon, qui se retinet pro Januensi, attendens multa opera caritatis, que sacra domus Hospitalis sancti Johannis Jerusalem contulit et incessanter confert pauperibus Ihesu Christi, pro remedio et salute anime sue suorumque parentum, coram curia burgesie Acconensis, videlicet domino Joanne Grifo, vicecomite Acconensi, et dominis Alardo, Joanne Phylippi et Raimundo Odonis, juratis curie, ac me Aliotto, judice et notario publico, et testibus infrascriptis, donavit pure inter vivos, et inrevocabiliter dedit atque concessit Deo et beato Johanni Baptiste, ac Christi pauperibus in eadem domo manentibus, et religioso viro fratri Hugoni Revel, ejusdem domus magno preceptori in Accon, recipienti pro eadem domo et pauperibus atque fratribus domus ejusdem, in puram et perpetuam elemosinam, unam suam domum, que vocatur domus de Spea, sitam in Accon ante ecclesiam dicte domus Hospitalis ex latere occidentis, cum omni suo solo et edificio, introitu et exitu, ac pertinentiis omnibus, omnique jure et actione sua. Cui domui sunt fines : ab orienti est via, que est inter dictam ecclesiam Hospitalis et ipsam domum ; a borrea est via vicinalis, que est inter eamdem domum et domos ejusdem Hospitalis ; ab occidenti est domus Templi, que fuit domine Arsurii ; a meridie est domus, que fuit Symonis Hugonis, que fuerat magistri Johannis Medici, et domus Petri Saporiti et Bernardi de S. Th[oma]. Ut de cetero omni tempore ipsa domus Hospitalis Jerusalem prefatam domum habeat, teneat, possideat, et quicquid sibi exinde facere placuerit tamquam de re propria faciat. Promittens et constituens idem Nicola dicto magno preceptori, recipienti, ut dictum est, se pro eo ipsam domum precario nomine possidere, quousque corporalem possessionem adeptus fuerit dicte domus, in quam possessionem intrandi concessit eidem quandocumque sibi placuerit propria auctoritate liberam potestatem. Quam donationem et omnia et singula supradicta idem Nicola promisit et convenit nominato magno preceptori recipienti, ut supra dicitur, semper firma et rata habere et tenere, et quod contra predicta seu aliquo predictorum non fecit, nec ullo tempore faciet, nec per se neque

1. Le casal, « qui siet au plein avant Acre », est ainsi borné : « Devers orient marchist au Cabor, le casal de la devant dite maison ; devers occident au Toron dame Joiette, qui est del devant dit Hospital ; devers boire au broet, qui est aussi de l'Ospital avant dit ; et devers mijor au casal dou Careblier et au casal de Tatura, qui sunt de la maison del Temple ». En cas de non paiement, Jean Laleman s'engage à payer 16,000 besants d'indemnité, hypothéqués sur son casal Cafresur. Ce dernier est limité : à l'est par son casal Socque, à l'ouest par son casal Caco, au sud par son casal de Turrarme et par le Casal Neuf, appartenant à l'archevêque de Césarée ; au nord par le casal de Iheure, appartenant à sire Isambert. Les témoins, qui comparaissent à cet acte de vente, sont : Hamié Laleman ; Guillaume de Pinqueigni ; Gautier de Chastillon ; Symon de Treies ; Elye Charles ; Amauri de S. [Ber]tin ; .....Jean Hoquete.

per aliam personam, omni juri et exceptioni sibi competentibus et competituris renuntiando. Qua donatione sic facta et celebrata, idem magnus preceptor, nomine dicte domus Hospitalis Jerusalem, incontinenti locavit prenominatam domum, donatam jamdicto Nicole, ut in ea habitet quamdiu vixerit, pro loerio unius denarii, quem incontinenti persolvit; et ipsam domum sic sibi locatam habitandam recepit. Hec sunt acta in Accon, presentibus et rogatis testibus: fratre Johanne de Mallienc, fratre Petro de Veteri Brida, de Hospitali; Petro de Fuce et Johanne Sallimbenis. Dominice incarnationis anno millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio, indictione XII, undecimo kalendas januarii. (*Seing manuel*)[1]. Ego Aliottus Uguiconis, imperiali auctoritate judex et notarius publicus, predictis, dum agerentur, interfui, et omnia supradicta, mandato et precibus prefatorum magni preceptoris et Nicole, fideliter scribens, in publicam formam redegi.

### 2663. — Janvier 1254, Foggia.

« *Confirmation de Conrad* [*IV*], *élu roy des Romains, roy de Hierusalem et de* « *Sicile, donnée à la prière de frère Raimbaud, grand-commandeur en Italie, Hongrie* « *et Autriche, de tous les biens qu'ils avoient dans l'étendue du royaume de Hierusalem,* « *et qu'ils pourroient avoir à l'avenir; donné à Foggi, au mois de janvier* 1254, « *indiction* XII. » (*V. plus haut, n*° 2638.)

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 287 (XVIII° s.).

### 2664. — 18 janvier 1254, Latran.

*Le pape Innocent IV confirme au maître et aux frères de l'Hôpital en Moravie la fondation et la dotation de l'Hôpital du S. Esprit de Brünn.* (*V. plus haut, n*° 2294.)

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, actes manuscrits de l'Hôpital du S. Esprit (copie, XIV° s.). — Analyse : Erben-Emler, *Reg. diplom. Bohemiæ et Moraviæ*, II (Prague, 1872), 5 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 15200. — Texte : A. Boczek, *Cod. dipl. et epist. Moraviæ*, III, 179, n° 203.

Innocentius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani in Moravia, salutem, etc. Consuevit apostolica sedes devotorum condescendere piis votis, et petitiones, que a juris tramite non discordant, effectu prosequente complere. Sane porrecta nobis ex parte vestra petitio continebat quod bone memorie Rudegerus, civis Brunnensis, et quondam Hodona, uxor ejus, hospitale de Brunnen, quod in proprio fundo eorum construxerant et de bonis dotaverant propriis, pro suorum remedio peccatorum liberalitate provida donaverunt, diocesani loci accedente consensu; clare quoque recordacionis Wencezlaus[2], rex Boemie, idem hospitale nonnullis libertatibus et immunitatibus, ac villis, possessionibus, vineis, silvis, molendinis et rebus aliis dotavit postmodum munificentia liberali, prout hec omnia in instrumentis inde confectis plenius dicitur contineri. Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, concessiones hujusmodi, prout pie ac provide facte sunt et in alterius prejudicium non redundant, ratas habentes et gratas, ipsas auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, XV kalendas februarii, pontificatus nostri anno XI.

1. Le seing manuel d'Aliotto Uguiccone, qui figure à cette place, a été dessiné et reproduit par Pauli; il représente une grande fleur de lys.
2. Venceslas I, roi de Bohême (1230-53).

**2665. — 30 janvier 1254, Latran.**

*Le même défend aux Hospitaliers et aux Hospitalières de Portugal de déposer l'habit de l'ordre et de retourner aux plaisirs du monde. — Le texte de cette bulle a été donné à la date du* 30 *janvier* 1209. (*V. plus haut, n°* 1332.) *Elle peut, en effet, être attribuée aussi bien à Innocent III qu'à Innocent IV.* — « *Religionis vestre* ».

**2666. — Février 1254[1].**

« *Acte par lequel le grand-maître Guillaume de Châteauneuf, du consentement*
« *de frère Hugues Revel, grand-comandeur, et du couvent, reçoit dans la confraternité*
« *de l'ordre Mathieu de Pive et Exémène de Sandave, prieurs de la confrérie de*
« *S. Jacques à Acre, et tous les freres de cette société, lesquels s'obligent toutes les*
« *années, à chaque nouvelle élection de prieurs, et par leur organe, de prêter serment*
« *de fidélité entre les mains du grand-maître de l'Hôpital, du mois de février* 1253. »

ANALYSE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 281 (XVIII^e^ s.).

**2667. — 9 février 1254, Barcelone.**

*Jacques I, roi d'Aragon, à la requête de Pierre de Granyana, châtelain d'Amposte, défend à ses officiers de pénétrer, excepté dans certains cas, dans les villes et châteaux de Bajoles, Capestang et Bompas, et dans toutes les localités du Roussillon qui appartenaient aux Hospitaliers.*

SOURCE : Perpignan, Arch. des Pyr.-Orientales, H., liasse des privil. de l'ordre de Malte. — TEXTE : B. Alart, *Priv. et titres municipaux..... de Roussillon et de Cerdagne,* I (Perpignan, 1874), 213.

Nos Jacobus, Dei gracia rex Aragonum, etc., damus et concedimus vobis venerabili fratri Petro de Granyena, castellano Emposte, et per vos universis fratribus Hospitalis sancti Johannis, presentibus et futuris, quod de cetero... aliqui vicarii, bajuli vel sagiones nostri... non intrent nec intrare debeant castra et villas vestras de Bajolis, de Capite Stagno et de Bono Passu, vel alia loca vestra, ad domum Hospitalis in partibus Rossilionis pertinencia, pro aliquibus debitis vel injuriis, factis per vos vel homines dictorum locorum, factis seu contractis, compellendis, distringendis, pignorandis, nisi prius, etc. Hoc tamen retento quod bajuli et vicarii nostri, pro fractione pacis et treugarum, et homicidiis puniendis et eciam evitandis, possint intrare, prout consueverunt facere usque modo, etc. Datum Barchinone, v idus febroarii, anno Domini M CC L III. Signum, etc. Testes sunt : Bernardus de S. Eugenia ; G. de Cervilione ; [Berengarius] de Angularia ; Exim[inus] de Focibus ; Ato de Focibus. Sig(*Croix*)num Raimundi de Uliola, qui, mandato domini regis, hec scripsit, loco, die et anno prefixis.

1. Le style employé par la chancellerie de l'ordre de l'Hôpital rend cette date certaine.

## 2668. — 27 février 1254, Latran.

*Le pape Innocent IV autorise les prieurs de l'Hôpital à relever les Hospitaliers, frères ou clercs, des sentences d'interdit et excommunication qu'ils auraient encourues.*

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. n° 988, f. 260 (copie de S. Pauli, xviii° s.); Malte, Arch. de l'ordre, bull. E, f. 292 (auj. perdu); Rome, Arch. du Vatican, reg. 23, f. 61 *b* (copie contemp.). — Analyse : Berger, *Reg. d'Inn. IV*, III, n° 7315.

Innocentius, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Quia proni sunt ab adolescentia hominis sensus ad malum, et caro semper vergit in culpam, quantumcumque vos pro vestre sacre religionis observantia in ecclesia Dei splendere noscamini, humana tamen fragilitate contingit quod interdum quidam ex vobis, tam clerici quam laici, excedunt in casibus, in quibus excommunicationis sententias a canone promulgatas, et iidem clerici notam irregularitatis incurrunt. Quare fuit nobis ex parte vestra humiliter supplicatum ut, cum non omnino expediat talibus pro absolutionis beneficio et dispensationis gratia obtinendis discurrere, ne vel eis detur evagandi materia, vel aliis contra ipsos occasio murmurandi, providere super hoc misericorditer deberemus. Nos igitur, vestris precibus inclinati, prioribus vestris presbyteris presentium auctoritate committimus ut omnibus ex vobis, absolutione ac dispensatione indigentibus, sive antequam ad religionem hujusmodi convolaverint, sive postea excesserint in casibus supradictis, auctoritate nostra impendant hac vice, absolutionis beneficium, juxta formam ecclesie, ac dispensent cum eisdem clericis dispensatione indigentibus, prout secundum Deum viderint expedire, nisi adeo essent difficiles et enormes excessus quod merito pro iis deberent ad sedem apostolicam destinari, proviso ut passis injurias et damna congrue satisfiat. Dat. Laterani, iii kalendas martii, pontificatus nostri anno xi.

## 2669. — Mars 1254[1].

*Guibert de Thémines confirme la fondation d'un hôpital, situé entre Thémines et Gramat, qu'il avait institué quinze ans auparavant[2].*

Source : Paris, Bibl. nat., coll. Doat, vol. 123, f. 196 (copie certifiée de 1667, d'après les Arch. de S. Gilles).

Hujus presentis pagine testimonio cunctis clarum appareat ac etiam manifestum quod nos Guirbertus de Themina, nobilis vir Caturcensis, ad honorem Dei ejusque sanctissime matris Marie virginis gloriose, attendentes quod Deo servire regnare est, et regnum celorum pauperum est Jesu Christi, pro salute anime nostre et omnium parentum nostrorum, et in remissione nostrorum pecaminum, quindecim anni preteriti sunt aut amplius, hospitale quoddam, situm in strata publica inter villam de Theminas et de Gramat, construximus in terra nostra propria ad servitium pauperum Jesu Christi; quod hospitale de bonis nostris, terris et posses-

1. Si le style du 1 mars, suivi à Figeac et dans le Haut Quercy à la fin du xiii° s., a été employé ici, l'acte est de mars 1254 ; si, au contraire, comme dans la plupart des chartes de cette région, l'acte de Guibert de Thémines est daté d'après le style de l'annonciation (25 mars), la présente confirmation se place soit du 25 au 31 mars 1253, soit du 1 au 24 mars 1254.

2. Cet hôpital, connu par la suite sous le nom de Beaulieu, fut donné par Guibert de Thémines aux Hospitaliers le 19 juillet 1259.

sionibus inferius inscriptis dotavimus, et perpetuam donationem libere et pure inter vivos de ipsis eidem Hospitali fecimus, quam cum hac presenti carta in nomine Domini ipsi Hospitali et fratribus et sororibus ejusdem, pro se et successoribus suis, tibique Joanni del Broill, capellano et rectori ecclesie d'Issandoluti, nomine predicti Hospitalis et fratrum et sororum ejusdem recipienti, presenti die solemniter confirmamus, pro nobis et nostris successoribus universis. Possessiones vero et terre, et bona, collata a nobis ipsi Hospitali, ut supradictum est, sunt hec: videlicet mansus, qui appellatur de Pech Vilauses, cum suis juribus et pertinentiis, in territorio cujus mansi dictum fundatum est Hospitale et constructum, et est in parrochia ecclesie de Issaudoluts memorate. Item mansus Airebartes cum suis juribus et pertinentiis, et omne jus quod habebamus in manso de Petsfarinier. Item mansus de Braucellis cum juribus suis et pertinentiis. Item terre, seu fasende, et jura, quod nos dictus Guirbertus acquisivimus in parrochia dicte ecclesie de Issaudoluts ab heredibus quondam Vesiani Boufat, videlicet la bordaria de la Parra Guitardencha, et la combe que appellatur de Vesia, et la co[m]be de Campcorp, et la boria de Solestren cum suis omnibus pertinentiis, et jus, quod nos dictus Guirbertus in manso del Poch habehamus, et pratrum et terra, que sunt à las barerias d'Albiat, in qua est molendinum, et terra, que est subtus la Cabane de Marses, qua coheret cum manso Meles; quod pratrum et que terre proximo nominate sunt in parrochia ecclesie d'Albiat; cetera vero tenementa et mansi superius nominata sunt in parrochia de Issaudoluts suprascripta. Item sunt hujus donationis laboria de Bello Plano, cum pertinentiis suis et juribus. Item dominium, redditus et jura, que nos habebamus in manso de Pi, qui est in parrochia ecclesie de Issaudoluts pretaxate. Item census, dominium et jura, que nos habebamus in manso de Furgosa, sito in parrochia de Bia. Item fasende et tenementa, et jus et dominium, que nos habebamus in parrochia ecclesie S. Aniani, videlicet mansus de la Garrigua, et mansus del Perier, la bordaria d'Audrio, la bordaria Guirbertenr, et mansus de Caminat, et mansus del Sol, et alius mansus, qui vocatur del Sol, et mansus de la Veissiera, et mansus del Boich, et alius mansus del Poich, et mansus de Lespinasse, et mansus de S. Just, et mansus d'Ayiers, et domus et orti, que nos in villa S. Aniani habebamus. Item quoddam airale seu territorium in villa de Theminis, ad construendam domum sive sellarium ad opus ipsius Hospitalis. Item jus et dominium, quod nos habebamus in molendino de Selhols, sito in parrochia de Ruesies. Insuper concedimus dicto Hospitali, et fratribus et sororibus eidem presentibus et futuris, tibique dicto capellano ipsorum nomine, plenariam et liberam potestatem habendi, tenendi et possidendi integre omnia et singula, que in donatione continentur predicta, intrandi licentiam possessiones predictas et jura propria, autoritate sua tribuentes. Quam donationem et omnia et singula supradicta nos dictus Guibertus, per nos et heredes nostros et successores omnes, promitimus ad sacrosancta Dei evangelia, a nobis corporaliter tacta, firma tenere perpetuo, et etiam custodire, et numquam contravenire aliquo jure vel aliquo rationis pretextu. Renunciantes deinde omni legum auxilio decretorum, decretaliumque suffragio, et omni usui, et terre consuetudini generali et speciali, quibus omnibus vel aliquo predictorum nos possemus contra predicta defendere vel tueri; et non fecimus nec unquam faciemus quominus predicta robur obtineant perpetue firmitatis. In cujus rei firmitatem et testimonium, et ad habendam premissorum firmiorem memoriam in futurum, nos dictus Guirbertus presentem cartam sigilli nostri minimine duximus consignandam. Et insuper nos Aigline (*sie*), uxori (*sic*) ipsius domini Guirberti de Theminis, per nos et omnes successores nostros, laudamus et aprobamus in perpetuum, et ratam et firmam habemus donationem predictam, et universa et singula contenta in eadem, ut superius est annotatum, jurantes per sancta Dei evangelia, a nobis corporaliter tacta, quod ipsam custodiemus et servabimus perpetuo, et contra

non veniemus. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio, mense martio, apud dictum Hospitale. Et nos Bartholomeus, Dei gratia episcopus Caturcensis, et nos Geraldus de Mala Morte, pro illustrissimo domino rege Francie in Caturcinio senescalus, et nos consules Figiacenses, dicti domini Guirberti et domine Aigline, uxoris sue, justis precibus inclinati, presentem cartam sigillis, quibus utimur, fecimus roborari et muneri (*sic*) in fidem et testimonium perpetuum omnium premissorum.

## 2670. — 1 mars 1254[1].

*Accord intervenu entre Jean de Bubie, châtelain de Margat, et sire Hugues de Barlais, relativement aux casaux de Bocombre et de Remesque, situés près de Tripoli.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 34 (chirogr. orig. par A. B. C.; fragment de sceau, cire brune). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 138.

Coneue chose soit à tos ceaus qui se present escrit verront que nos frere Johan de Bubie, au jor chastelain de Margat, par le comandement et l'otrei do maistre, et par le conseil et la volenté des autres prodes homes, qui esteent aveque lui, frere Aimar de la Roche, chastelain do Crac, frere Guichard, drapier, frere Guillelme de S. Dieri, compaignon do maistre, frere Jocelme del Tornel, frere Pierre d'Avignon, comandor de Triple, avons fait concorde aveque sire Hue de Balais de II casaus, qui sont davant Triple, qu'il tient de la maison, qui sont apelés, l'un Bocombre et l'autre Remesque; de quei nos somes acordé avecque lui de resevere Remesque à XII ans, por le servise que le davant dit chevalier sire Hue de Balais det à la maison, so est asaver chascun an III^c besanz Tripolitains, à paier en II termines l'an, so est asaver C et L besans à la tossains, et C et L besanz à la feste de la chandelor. Et se il avenist que le devantdit casal non vausist les III^c besanz, que le devantdit chevalier sire Hue de Balais est tenu de parfaire les III^c besanz à la maison, et quant la maison auera tenu le casal XII ans, que le davantdit casal det retorner au devantdit chevalier sire Hue de Balais, au totes ces apartenances et totes ces meillorances, faisant le service que il faiset davant, so est asaver les III^c besanz avant nomé, ensi come il sont desus motis. Et nos frere Johan de Bubie, au jor chastelain de Margat, resseumes le casal al entrée de mars, l'an de la incarnation notre Seignor M CC L III. Et ces covenances furent faites parties par a b c. Le chevalier det aver l'une partie, saelée do sael de Margat, et la maison det aver l'autre partie, saelée do sael do chevalier. Et se il avenist chose que, dedens ces XII ans, Deu feist son comandement de sire Hue, et d'un son heir apres lui, le servise de II casaus dessus motis se det redobler, so est asaver de II chevaliers, ensi come il devisé en son priveliege.

## 2671. — 14 mars 1254, Latran.

*Le pape Innocent IV renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 20 *avril* 1200 : « *Cum dilecti filii* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1115.)

Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 15277. — Texte : *Solothurnisches Wochenblatt*, année 1828, p. 346.

Dat. Laterani, II idus maii, [*lisez* : marcii], pontificatus nostri anno XI.

1. Cette date n'est pas celle de l'acte, qui n'en porte aucune, mais celle de la réception des casaux par les Hospitaliers. Il est très vraisemblable que la pièce fut rédigée au moment même de cette réception.

### 2672. — 31 mars 1254, Latran.

*Le même charge l'abbé de Louka de faire une enquête sur les griefs que l'abbaye de Brevnov articulait contre le commandeur de l'Hôpital du Pont de Prague.*

SOURCE : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, diplomataire, I, n° 80 (copie de Smitmer, XVIII<sup></sup>e s.). — ANALYSE : Erben-Emler, *Reg. Bohem. et Moraviæ*, I, 528, n° 1113 (à la date erronée du 31 mars 1245), et II, 10, n° 19; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 11617 (à la date erronée du 31 mars 1245), et n° 15309. — TEXTE : Dobner, *Monum. hist. Boemiæ*, IV, 261 (à la date erronée du 31 mars 1245), et VI, 23.

Innocentius, etc., dilecto filio [Henrico], abbati de Luka, Premonstratensis ordinis, Olomucensis diocesis, salutem, etc. Conquesti sunt nobis abbas et conventus monasterii Brewnoviensis quod magister Cruciferorum domus sancte Marie Pragensis in capite pontis et quidam alii Pragensis civitatis et diocesis super decimis, redditibus, possessionibus et rebus aliis injuriantur eisdem. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, partibus convocatis, audias causam, et, appellatione remota, fine debito decidas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, etc. Dat. Laterani, II kalendas aprilis, pontificatus nostri anno XI [1].

### 2673. — 1 avril 1254, Latran.

*Le même ordonne au trésorier de S. Hilaire de Poitiers de recueillir, nonobstant les privilèges du Temple et de l'Hôpital, l'argent provenant du rachat des vœux de croisade et des legs faits en faveur de la Terre Sainte, dans le royaume de France et dans les domaines d'Alphonse, comte de Poitiers et de Toulouse. — « Cum, sicut ex parte ».*

SOURCE : Paris, Arch. nat., J. 312, Toulouse, VI, n° $34^7$ (copie authentique, dans un vidimus du trésorier de S. Hilaire de Poitiers, de décembre 1268). — ANALYSE : Teulet, *Layettes du trésor des chartes*, III, 206 *b*, n° 4095.

Dat. Laterani, kalendis aprilis, pontificatus nostri anno XI.

### 2674. — 9 avril 1254, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Célestin III, du* 16 *juillet* 1191 : « *Quot et quantum* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 911.)

SOURCES : Berlin, Arch. secr. d'état, ordre de S. Jean (vidimus du 20 décembre 1317, avec attribution erronée à Innocent II, 9 avril 1140); Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, cartul. 393 G, f. 125 (copie, XV<sup></sup>e s.), et f. 90 *b* (fragments); cartul. 393 F, p. 44 (copie, XVII<sup></sup>e s., d'après une copie du 4 octobre 1466); Düsseldorf, Arch. roy. d'état, command. des SS. Jean et Cordule de Cologne, n° 295 (vidimus du 18 octobre 1482); Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, Y. 72, p. 3 (copie, XV<sup></sup>e s.)[2]; Harlem, Arch. comm., L. 42, f. 16 *b* (bullaire, fin XV<sup></sup>e s.); Munich, Arch. roy. de Bavière, ordre de S. Jean, command. d'Altmühlmunster, liasse 1 (orig.); Bibl. roy.,

1. Une faute de lecture de Smitmer, qui a lu « anno II », a fait placer cette bulle au 31 mars 1245; la présence d'Innocent IV à Lyon, à cette date, ne laisse aucun doute sur cette erreur.

2. La rubrique de la table des matières du manuscrit de Frauenfeld porte ceci : « Require in Dacia et in Trajecto; et transumptum in Ueberlingen est perditum, et etiam require in Herpippoli, alias dicitur Wirtzburg. Non visum sumptum, roboratum cum sigillo cereo in sona, quod vidi et legi, require Basilee ».

ms. lat. 4620, f. 131 (copie, xiv^e s.); Mons, Arch. de l'état, ordre de Malte, n° 79, f. 1 (trad. franç., cahier de bulles, milieu xv^e s., avec attribution erronée à Innocent III); Paris, Arch. nat., M. 3, n° 9 *bis* (vidimus de l'official de Cambrai, du 18 novembre 1370); Strasbourg, Arch. de l'anc. dép. du Bas-Rhin, H. 1615, f. 8 *b* (copie, xiv^e s.); Stuttgart, Arch. roy. de Wurtemberg, ordre de S. Jean, registre de privilèges apostoliques (vidimus du 13 mai 1377). — Analyse : Devillers, *Invent. anal. des command. belges*, 18, n° 79.

Dat. Laterani, v idus aprilis, pontificatus nostri anno xi.

**2675.** — 19 avril 1254, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 6 *décembre* 1184 : « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut*, I, *n°* 702.)

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, *Cartul. Magno*, II, 54 (copie, fin xiv^e s.).

Dat. Laterani, xiii kalendas madii, pontificatus nostri anno xi.

**2676.** — 20 avril 1254, Wurzbourg.

*Ihering de Reinstein, évêque de Wurtzbourg, accorde des indulgences à l'église des Hospitaliers de Reichartsroth (Richarderode) au jour de la dédicace de celle-ci.*

Source : Munich, Arch. roy. de Bavière, command. de Rothenbourg, liasse 2 (orig.).

Datum Herbipoli, xii kalendas maii, indictione xii, anno Domini m cc liv, pontificatus Iringi anno i.

**2677.** — 6 mai 1254.

*Pierre de Granyana, châtelain d'Amposte, à la suite du concile provincial des Hospitaliers d'Amposte, reconnaît l'état et la consistance des biens des habitants de Caspe, et leurs droits et devoirs.*

Source : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, Cartas reales, n° 112 (copie, fin xv^e s.)[1].

Notum sit cunctis quod nos frater Petrus de Granyana, castellanus Emposte, atendentes et anellantes ad utilitatem ordinis Hospitalis et totius nostri concilii de Casp, idcirquo habito pleno concillio et deliberatione totius nostri capituli generalis, celebrati apud Empostam prima dominica madii, videlicet fratris P. de Alcala, comendatoris Cervarie et Buriane, et fratris B. de Salanova, comendatoris Valencie, et fratris Berengarii de Loraç, comendatoris Emposte, et fratris Dominici Lupi, comendatoris de Casp, et fratris Martini Lupi, comendatoris S. Petri, et fratris P[etri] Eximinii, comendatoris Calatayud, et fratris R. de Vetula, comendatoris Osce, et fratris R. de Villaralla, comendatoris de Bayolis, et fratris G. Corbella, comendatoris Barchinone, et omnium aliorum preceptorum et fratrum nostrorum, per nos et per omnes nostros [confir]mamus, laudamus et concedimus nunc per

1. Cette copie porte en tête, comme rubrique, la mention suivante : « Populatio hominum de Casp. Hoc est translatum bene et fideliter factum de quodam instrumento, quod habetur sic ».

inperpetuum vobis fideli nostro concilio de Casp, et omni progienei (*sic*) seu posteritati vestre, presenti pariter et future, et hominibus et feminis habitatoribus et habitaturis in eodem, omnes hereditates, quas habetis, tenetis et posidetis in presenti die in termino de Casp, ut eam (*sic*) habeatis et posideatis jure nostro hereditario, per nos et per nostrum ordinem, et teneatis cum omnibus amplificationibus et melioramentis, que ibi feceritis vel facere poteritis, tanquam boni vasalli fideles debent facere pro dominis suis ; sub tali videlicet forma quod vos predictum consilium de Casp et vestri donetis nobis et successoribus nostris perpetuo, annis singulis, pro questia sive peyta, trecentos solidos Jaccenses melioris monete curribilis in Aragonia, in festo sancti Michaelis mensis setenbris, et ultra illos CCC solidos Jaccenses promitimus quod non accipiemus aliquid a vobis et vestris unquam aliquo tempore, ratione questie sive peyte. Ut[*lisez* : ne] vos ad dandum amplius teneamini respondere nobis et nostris eadem ratione, forum vestrum seu consuetudinem volumus et concedimus quod habeatis secundum civitatem Cessaraguste, et per ejusdem civitatis morem volumus et concedimus quod senper in posse nostro judicemini vos et vestri. Erbas autem, pascones, venationes et ligna, et totum usum fructuum montium volumus quod habeatis, vos et vestri, perpetuo, prout actenus habere consuevistis. Hec omnia predicta et singula, prout superius escripta sunt, vobis predicto consillio de Casp et vestris damus et concedimus perpetuo, cum omnibus juribus ampliandi et estaliandi, ad habendum, tenendum, posidendum et expletandum franque et libere, et faciendum omnes voluntates vestras et vestrorum per secula cuncta, exceptis militibus, infançonibus et personis religiosis. Et ut prefata omnia majoris firmitatis robur obtineant, presentem cartam sigilli nostri munimine roboramus. Factum est hoc II nonas madii, anno Domini M CC L quarto. S. fratris P[etri] de Granyana, castellani Emposte. S. fratris P. Alcala, comendatoris Cervarie et Buriane. S. fratris B. de Salanova, comendatoris Valencie. S. fratris Berengarii de Loraç, comendatoris Emposte. S. fratris Dominici Lupi, comendatoris de Casp. S. fratris Martini Lupi, comendatoris S. Petri. S. fratris P[etri] Ex[iminii], comendatoris Calatayud. S. fratris R. de Velula, comendatoris Osce. S. fratris R. de Vallarala, comendatoris Bajolarum. S. fratris [G.] Corbella, comendatoris Barchinone ; nos omnes dicti, qui per nos et per totum capitulum predicta omnia concedimus et laudamus. S. R., escrib[e] domini castellani predicti, qui, mandato supradictorum, hec escripsi, die et anno quo supra.

## 2678. — 11 mai 1254.

*Le même, avec l'assentiment de Guillaume de S. Maria, commandeur de Vallmoll, concède à Dalmas d'Alentorn tout pouvoir sur le château de Guardia, à charge d'hommage.*

Source : S. Gervasio de Cassolas, Arch. du gr.-prieuré de Catalogne, 12 arm. « Casas Antiquas », sac O, n° 303 (charte-partie orig.).

Sit notum cunctis quod nos frater Petrus de Granana, magister Hospitalis, cum consilio et assensu fratris Guillelmi de S. Maria, comendatoris Vallis Mollis, et fratris Bernardi de Montpao, et aliorum fratrum nostrorum, per nos et successores nostros concedimus vobis Dalmacio de Alentorn, filio Geraldi de Alentorn, valenciam in castro de Guardia, sicut in sententia, lata per Bernardum Ollarii inter vos et Hospitale, noscitur contineri, et vos faciatis nobis homagium, quod nos et homines nostri possimus in vobis confidere et etiam castrum de Guardia fidare vobis confidenter. Versa vice ego Dalmacius de Alentorn prefatus promitto vobis domino fratri

Petro de Granana, et vestris successoribus ac fratribus Hospitalis, quod ero vobis fidelis et legalis, et possitis confidere in me, vos et homines vestri, et castrum de Guardia, et homines ac res in ipso contentas bona fide et sine fraude. Et hoc promitto vobis et successoribus vestris attendere et complere. Et vobis homagium facio in presenti, ita tamen quod, ratione istius homagii, non tenear vobis et successoribus vestris nec Hospitali, nisi de castro de Guardia et terminorum ejus et hominum ac rerum, que in ipso castro sunt vel erunt in futurum. Actum est hoc quinto idus madii, anno Domini M CC L quarto. S. fratris Petri de Granana, magistri Hospitalis. S. fratris Guillelmi de S. Maria, comendatoris Vallis Mollis. S. fratris Bernardi de Montpao. S. Dalmacii de Alentorn; qui omnes hoc firmamus et laudamus. Ego Bernados, Dei gratia Terrachonensis archiepiscopus, ut testis subscribo. S. Raimundi de Cabanellis, prioris Montis Fortis. S. Geraldi de Quinçaco, canonici Terrachonensis. S. Guillelmi Calveti, jurisperiti Ilerde. S. Berengarii de Vilario, notarii domini archiepiscopi. S. Burder (?) de Belima, testium hujus rei. Ego Raimundus de Villa Nova, notarius Terrachone, hoc scripsi, die et anno prefixis.

**2679.** — 11 mai 1254, Assise.

*Le pape Innocent IV renouvelle la bulle de Grégoire IX, du* 25 *juin* 1227 : « *Quanto majora pro* ». (*V. plus haut, n°* 1867.)

SOURCE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 18, n° 114 (orig. bullé).

Dat. [Asisii], V idus maii, pontificatus nostri anno XI.

**2680.** — 11 mai 1254, Assise.

*Le même renouvelle la bulle du* 18 *mars* 1251 : « *Cum nuper duxerimus* ». (*V. plus haut, n°* 1556.)

SOURCE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 18, n° 111 (orig.).

Dat. Asisii, V idus maii, pontificatus nostri anno XI.

**2681.** — 13 mai 1254, Assise.

anno millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, indictione tertia decima, nonadecima die mensis martii. Post hec autem apud Accon, coram presbitero Friderico, Matheo de Pignano, et Petro Frogerii, testibus rogatis, sub anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, indictione tertia decima, quinto kalendas maii, domina Agnes de Ronay, mater suprascriptorum dominorum Guidonis et Nichole, certiorata prius a me Aliotto, judice et notario, de jure suo, propria et bona sua voluntate atque sponte, predictis omnibus consensit, et parabolam dedit, et omni suo juri ypotecharum, dotis seu doari, mete atque donationis renuntiavit, et auxilio Velleiano, et omni alii, quo contra posset facere vel venire per se aut aliam personam.

### **2723.** — 21 mars 1255, Naples.

*Le pape Alexandre IV renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 26 *août* 1180 : « *Si discrimina que* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 590.)

Source : Toulouse, Arch. de la H.-Gar., ordre de Malte, bulles n° 57 (orig. bullé).

Dat. Neapoli, XII kalendas aprilis, pontificatus nostri anno I.

### **2724.** — 22 mars 1255, Naples.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 15 *mai* 1166, 1167, 1178 *ou* 1179 : « *Querelam gravem recepimus* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 356.)

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 22 bullaire, f. 12 (copie, XV[e] s.); Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 257 *b* (copie de S. Pauli, XVIII[e] s.); Lyon, Arch. du Rhône, gr.-prieuré d'Auvergne, H. 22, f. 147 (copie d'A. de Naberat, XVII[e] s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 163 (copie, XVI[e] s., partie auj. perdue); vol. 1131, p. 8 (copie, XVIII[e] s.), et bull. F, f. 11 (auj. perdu).

Dat. Neapoli, XI kalendas aprilis, pontificatus nostri anno I.

### **2725.** — Avril 1255.

*Jean l'Aleman, seigneur de Césarée, et Marguerite, sa femme, fille de feu Jean, seigneur de Césarée, vendent aux Hospitaliers le casal de Châtillon*[1], *moyennant cinquante besants.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 48 (orig.). — Extraits : Delaville Le Roulx, *Arch. de l'ordre à Malte,* 185.

Nos avons fait faire cest present privilege, enpreint ès coins de nostre seignorie de Cesaire, o la garentie de noz homes de cele meisme seignorie, desquels ce sunt les nons : Guillaume de Pinqueigni ; Symon de Treies ; Amauri de S. Bertin ; André del Bez ; Elyes Charles ; Johan Oquede. Ce fut fait l'an de l'incarnation nostre seignor Jhesu Crist M CC LV, ou meis d'avril.

1. Ce casal, appelé en langue sarrasine « le Meseraa », est situé dans la seigneurie de Césarée. Il touche à l'est au casal d'Hautefié, appartenant à l'Hôpital ; à l'ouest il s'étend jusqu'à la mer, sauf le chemin « de la marine » ; au nord il touche au casal de Caferlet, qui appartient au Temple, et au sud il est limité par le fleuve Saluh. Il avait appartenu à Gautier de Châtillon, dont il porte le nom.

### 2726. — 1 avril 1255, Naples.

*Le pape Alexandre IV donne aux Hospitaliers le monastère du Mont-Thabor avec tous ses droits et dépendances*[1].

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 255 (copie de S. Pauli, xviii<sup>e</sup> s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1130 (copie, xviii<sup>e</sup> s.), et bull. orig. n° 50 (auj. perdu); Rome, Arch. du Vatican, reg. 24, f. 34 *b* (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 15771. — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 273 ; C. de la Roncière, *Registres d'Alexandre IV*, I, 83, n° 311.

[Alexander, etc., dilectis filiis] magistro et fratribus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, [salutem, etc.]. Favor religionis et devotionis vestre merita nos inducunt ut, vos specialis favoris gratia prosequentes, petitiones vestras ad exauditionis gratiam admittamus. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod monasterium, quod in Monte Thabor fuit olim constructum, propter guerrarum discrimina destructum est ab inimicis nominis Christi, nec speratur quod ab.. abbate et monachis ejusdem monasterii valeat reparari. Verum, cum sit non modicum dubitandum ne Sarraceni locum predictum Montis Thabor, quem detinent occupatum, muniant in obprobrium et discrimen non modicum fidei christiane, nobis humiliter supplicastis ut providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos igitur, attendentes quod vos pro defensione Christiani nominis incessanter contra inimicos Crucis totis viribus laboratis, locum predictum, in quo prefatum monasterium extitit, cum terris, possessionibus, domibus, hominibus, juribus, libertatibus, immunitatibus et pertinentiis omnibus, ad idem monasterium quoquomodo spectantibus, vobis pleno jure, et per vos Hospitali vestro, ut etiam a decimarum quarumlibet aliorumque prestatione, de speciali nostra et apostolice sedis gratia, pro Terre Sancte subsidio ac pauperum Christi substentatione, ad que assumpta religio potissime vos invitat, eum prorsus immunem ac liberum habeatis perpetuo, concedimus de gratia speciali, libera vobis premissorum possessionem vel quasi, inconsulto diocesano seu quolibet alio, intrandi, ac retinendi ea, sub ea, si majori non gaudeant libertate, qua bona vestra alia libere retinetis, auctoritate presentium facultate concessa. Ita tamen quod infra decennium, si pax vel treugue fuerint inter Christianos et Sarracenos continue, postquam predictorum plenam possessionem fueritis assecuti, in loco ipso munitionem facere, et ibidem XL equites habere teneamini in armis assidue pro defensione nominis Christiani, ac abbati et monachis ipsius monasterii, qui supersunt, juxta venerabilis fratris nostri.. archiepiscopi Tyrensis et dilecti filii abbatis S. Marie de Valle Josaphat, ordinis sancti Benedicti, Accon commorantis, vel eorum alterius arbitrium, tantum teneamini, quoad vixerint, nisi in aliis locis religionis collocati fuerint, exhibere quod ex eis possint congrue sustentari. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Neapoli, kalendis aprilis, [pontificatus nostri] anno I.

### 2727. — 8 avril 1255, Naples.

*Le même exempte les Hospitaliers des prémices et dîmes pour le château du Crac (comté de Tripoli) et ses dépendances.*

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 259 (copie de S. Pauli, xviii<sup>e</sup> s.) ; Malte, Arch.

1. A la suite de l'incorporation du Mont-Thabor à l'Hôpital, un certain nombre d'actes, antérieurs à cette incorporation, et concernant l'abbaye du Mont-Thabor, sont entrés dans les Archives de l'ordre de l'Hôpital. Le lecteur en trouvera le texte à l'*Appendice* qui terminera le présent volume.

de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 165 (copie, xvi^e s., partie auj.perdue); vol. 1130 (copie, xviii^e s.); vol. 1131, p. 10 (copie, xviii^e s.), et bull. F, p. 13 (auj. perdu); Rome, Arch. du Vatican, reg. 24, f. 34 (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 15781. — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 274; C. de la Roncière, *Reg. d'Alex. IV*, I, 83, n° 310.

[Alexander, etc.], magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, [salutem, etc.] Quanto pro defensione Christianitatis majora sustinetis discrimina, et pro communi commodo ferventius laboratis, pro fratribus vestris animas ponere minime formidantes, tanto benigniori vos debemus oculo intueri, et libentius etiam vestris et vestrorum commodis providere. Sane nobis exponere curavistis quod vos, in charitate ferventes, ut possetis patriam et vos ipsos a paganorum incursibus defendere ac tueri, castrum quoddam, situm in comitatu Tripolitano, quod Cracum dicitur, contra Sarracenorum impetus, non sine magnis laboribus et periculis innumeris ac maximis expensarum oneribus, ante inimicorum facies custoditis. Verum quia castrum ipsum, positum quasi in medio nationis perverse et Sarracenis infestum, ad sui munitionem et custodiam magnos sumptus exigit et requirit, vos, cupientes illud protectionis clippeo sic munire quod ab impugnantium persecutionibus valeat esse tutum, sexaginta equites ibidem continuos habere proponitis, per quorum industriam et sollicitudinem, auxiliante Domino, diligenter custodiri valeat et viriliter defensari. Quare cum propter hoc magna vos subire oporteat onera expensarum, pro relevandis hujusmodi expensarum oneribus apostolice sedis gratiam humiliter implorastis. Vestris itaque supplicationibus inclinati, ut vos de possessionibus omnibus et bonis, que tam in ipso castro quam in locis ei adjacentibus habetis, vel habitatores ejusdem castri nomine vestro habent, seu vos et ipsi obtinebitis in futurum, etiamsi possessiones et bona eadem vos vel ipsi habitatores aliis commiseritis excolenda, primitias et decimas prediales seu personales diocesano loci, vel alteri cuicumque ecclesie vel persone, cum nullus ibi preter vos parrochialem ecclesiam habeat, solvere minime teneamini, sed tam easdem percipiendas decimas quam jam perceptas et retentas de bonis et possessionibus memoratis, etiamsi super eis contra vos lis a quoquam forsan mota subsistat, predicti castri custodie libere deputare, et ad predicta onera supportanda licite retinere possitis, vobis facientibus que offertis, et per vos ipsis habitatoribus, in perpetuum de gratia concedimus speciali. Ad indicium autem hujus concessionis, ab apostolica sede obtente, unam libram auri nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Neapoli, vi idus aprilis, [pontificatus nostri] anno i.

## 2728. — 8 avril 1255, Naples.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 6 *décembre* 1184 : « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 702.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 256 *b* (copie de S. Pauli, xviii^e s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (Bull. Rub.), f. 108 *b* (copie, xvi^e s.), et bull. F, f. 12 (auj. perdu); Paris, Arch. nat., L. 249, n° 15 (orig.). — Analyse : Prutz, *Malteser Urkunden,* 59, n° 246 (à la date erronée du 8 avril 1253).

Dat. Neapoli, vi idus aprilis, pontificatus nostri anno i.

## 2729. — 11 avril 1255, Naples.

*Le même annonce à l'archevêque de Tyr et aux religieux de N.-D. de Josaphat,*

*d'Acre, qu'il a donné aux Hospitaliers le monastère du Mont Thabor. — « Favor religionis ».* (*V. plus haut, n°* 2726.)

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1130 (copie, xviii^e s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 24, f. 42 (copie contemp.). — Analyse : C. de la Roncière, *Reg. d'Alex. IV*, I, 102, n° 344.

Dat. Neapoli, iii idus aprilis, [pontificatus nostri] anno i.

### 2730. — 25 avril 1255, Aix.

*Le notaire du pape Alexandre IV, légat du S. Siège, annonce aux Hospitaliers d'Aix qu'il accorde une indulgence de quarante jours à quiconque visitera l'église S. Jean d'Aix au jour anniversaire de sa consécration* (3 *mai* 1251). (*V. plus haut, n°* 2562.)

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 175 (orig.).

Dat. Aquis, viii kalendas maii, pontificatus domini Alexandri pape quarti anno primo.

### 2731. — Mai 1255.

« *Acte par lequel Jean l'Aleman et Marguerite, sa femme, dame de Césarée,*
« *promettent la préférence à frère Guillaume de Châteauneuf, grand-maître de*
« *l'ordre, sur tous ceux qui voudroient acheter un lieu apellé le moulin Rout, situé*
« *dans le terroir de Césarée, en cas que luy ou ses hoirs voulussent le vendre, du mois*
« *de may* 1255. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 294 (xviii^e s.).

### 2732. — 1 mai 1255, Acre.

*Jean l'Aleman, seigneur de Césarée, donne aux Hospitaliers, représentés par Hugues Revel, grand-précepteur d'Acre, les biens et maisons qu'il possédait à Acre, au lieu dit Rabat, à charge de subventionner le service divin à l'église S. Nicolas du cimetière d'Acre, à la chapelle de la Vierge en l'église S. Croix d'Acre, à l'autel S. Pierre en l'église du S. Sépulcre à Jérusalem (si cette ville retombe au pouvoir des chrétiens), etc., et d'acquitter la rente viagère de six cents besants qu'il faisait à Isabelle, dame d'Adelon.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 42 (orig.). — Analyse : Beugnot, *Assises de Jérusalem*, I, 607. — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 222.

In Christi nomine, amen. Ex forma hujus publici documenti clareat tam presentibus quam futuris quod nobilis vir dominus Johannes Alemannus, dominus Cesaree, constitutus in presentia venerabilis patris domini Jocelini, Dei gratia Cesariensis archiepiscopi, ecclesie Jerosolimitane vicarii, recognoscens multa opera caritatis, que sacra domus Hospitalis Jerosolimitani contulit et incessanter confert pauperibus Jesu Christi, nec non et que predecessoribus suis ac sibi contulit et conferre poterit in futurum, pro remedio etiam et salute anime sue suorumque parentum, donavit in perpetuum pure inter vivos et inrevocabiliter, ac in

puram, liberam et perpetuam elemosinam dedit atque concessit Deo et beato Johanni Baptiste, ac religioso viro fratri Hugoni Revel, magno preceptori dicte domus, recipienti pro pauperibus et fratribus ejusdem domus, totum suum heritagium, curiam, terrenum et domos, cum furno et molendino, fundamentis, edificiis, introitibus et exitibus, aviis et perviis, omnibusque pertinentiis ac juribus et actionibus suis, que ipse habet in Accon in loco vocato Rabattum, infra has coherentias : a meridie coherent eis domus S. Margarite Grecorum et Johannis Scribe, et domus Belfar Scribe, quas tenet ad censum ab eadem domo Hospitalis; ab orienti est eis via, que dicitur de Furno seu Rabatto, et domus Mercori, qui vendit fabas, et domus Johannis, filii Amici ; a borrea sunt eis domus Theodori Greci, via, domus Mias, domus Johannis Barbe, domus Ayse Chiamellatoris, domus domine Marie Maygotte et Constantini, fratris Mangiantis, et Johannis Barberii, et Johannis Rahu, et domus, que fuit Michaelis de Cantone, quam nunc tenet domina Benevenuta ; ab occidenti est eis magna via publica, vel si alie coherentie invenirentur. Cedens et mandans idem dominus Johannes, dominus Cesaree, ex causa donationis et elemosine, jam dicto fratri Hugoni, recipienti, ut supra exprimitur, omnia jura omnesque actiones, rationes et nomen, sibi aut ejus heredibus quoquomodo vel jure competentes et competentia in predictis et quolibet predictorum, ut semper de cetero omni tempore sint in potestate dicte domus Hospitalis et fratrum, et faciant inde tanquam de re propria quicquid voluerint. Tantum vero est quod dicta domus Hospitalis de cetero annuatim quolibet anno exinde solvet et solvere teneatur uni sacerdoti, qui celebret in ecclesia S. Nicholay de cimiterio Acconensi, quadraginta bisanzios Saracenatos, et uni alii sacerdoti, qui celebret in cappella S. Marie ecclesie S. Crucis Acconensis, alios quadraginta bisanzios Saracenatos, et, quando civitas Jerosolimitana erit in manus Christianorum, uni alii sacerdoti, qui celebret in ecclesia Sepulcri Dominici ad altare S. Petri, alios quadraginta bisanzios ; et insuper solvat quolibet anno de cetero viginti bisanzios Saracenatos pro anniversario, ita videlicet quod decem bisanzios clericis ecclesie S. Crucis Acconensis, et quinque bisanzios clericis ecclesie Dominici Sepulcri, et reliquos quinque clericis ecclesie S. Nicholay de cimiterio Acconensi, prout idem dominus Cesaree annuatim exinde solvere tenebatur. Et insuper solvant et dent nominata domus et fratres Hospitalis domine Ysabellis de Adelone, quoad vixerit, annuatim sexcentos bisanzios Saracenatos, sicut idem dominus Cesaree inde solvebat eidem [1]. Concedens nominatus dominus Johannes, dominus Cesaree, dicto fratri Hugoni, magno preceptori, recipienti, ut supra dicitur, licentiam et potestatem ingrediendi in possessionem predictarum rerum, donatarum sua auctoritate, quandocumque voluerit, per se vel per alium nomine dicte domus. Promittens insuper et constituens se ea omnia pro dicta domo et fratribus precario nomine possidere, quousque corporalem possessionem adepti fuerint predictorum. Quam donationem et concessionem, et omnia et singula suprascripta promisit et convenit bona fide idem dominus Johannes, dominus Cesaree, per se ac suos heredes, nominato fratri Hugoni, recipienti, ut superius continetur, de cetero in perpetuum omni tempore firma et rata habere et tenere, et quod contra non fecit nec faciet per se aut aliam personam, omni juri suo renuntiando. Et taliter ambe partes me Aliottum, judicem et notarium publicum, scribere, ac in publicam formam redigere rogaverunt, supplicantes nominato domino Cesariensi archiepiscopo, ecclesie Jerosolimitane vicario, ut apponat sigillum suum huic publico instrumento. Hec acta sunt in Accon, coram dominis

1. Le fait auquel il est fait allusion ici est de la cession, « faite par Elisabeth d'Adelon, fille de Daniel « de Teremonde, à Jean l'Allemand, du douaire qui « luy revenoit comme veuve d'Hugues d'Alemand, « frère dudit Jean, moyennant la somme de 600 « besans, à prendre sur la maison de Rabat à Acre « et sur une autre maison audit Acre, devant l'hôtel « de la Reine, du 26 mars 1241 » (Marseille, Arch. des Bouches-du-Rhône, H. inventaire des chartes de Syrie, n° 260, XVIII<sup>e</sup> s.).

Jacobo Vitales, milite; Guarnerio et Rainerio, juris peritis; Symone, cappellano dicti archiepiscopi; fratre Henrico, hospitalario; fratre Johanne de Malienc; fratre Petro Bega; et fratre Vitali, rogatis testibus. Dominice incarnationis anno millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, indictione tertia decima, in kalendis maii. (*Seing manuel*[1]). Ego Aliottus Uguicionis, imperiali auctoritate judex et notarius publicus, predictis, dum agerentur, interfui, et omnia suprascripta, rogatus a partibus, fideliter scribens, in publicam formam redegi. Nos Jocelinus, miseratione divina Cesariensis archiepiscopus, ecclesie Jerosolimitane tunc vicarius, quia predicta fuerunt in nostra presentia sic peracta, rogati etiam a partibus, idcirco nostrum sigillum huic publico instrumento duximus imponendum.

### 2733. — 1 mai 1255.

« *Donation de Mathieu du Bourg, chevalier, faite entre les mains de frère* « *Hugues Revel, grand-comandeur, de la moitié d'une maison qu'il avoit par indivis* « *avec l'ordre, des kalendes de may* 1255. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 296 (xviii<sup></sup>e s.).

### 2734. — 5 mai 1255, Naples.

*Le pape Alexandre IV renouvelle la bulle d'Innocent II, du 7 février* 1137 : « *Christiane fidei religio* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 122.)

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. cent., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 22, bullaire, f. 7 (copie, xve s.); Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 260 (copie de S. Pauli, xviiie s., d'après le bull. F, f. 17, auj. perdu); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 167 (copie, xvie s., partie auj. perdue), et vol. 1131, p. 13 (copie, xviiie s.).

Dat. Neapoli, per manum Guillermi, magistri scolarum Parmensium et Romane ecclesie vicecancellarii, tercio nonas maii, indictione tertia decima, incarnationis dominice anno millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, pontificatus vero domini Alexandri pape quarti anno primo.

### 2735. — 5 mai 1255, Dax.

*Edouard, fils d'Henri III, roi d'Angleterre, ordonne aux baillis et officiers des diocèses de Bordeaux, Périgueux et Bazas de maintenir en charge les prévôts des Hospitaliers dans son gouvernement, et d'expulser quiconque tenterait d'usurper ces fonctions.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. pat. Vasc., 39 Hen. III, membr. 8 (copie contemp.). — Texte : Bémont, *Rôles Gascons*, I, suppl., 23, n° 4446.

Datum ut supra [apud Aquis, v die maii].

1. Il a été reproduit par Pauli (V. page 751, note 1).

**2736.** — 18 mai 1255, Naples.

*Le pape Alexandre IV renouvelle la bulle d'Innocent IV, du 27 février 1254 :* « *Quia proni sunt* »[1]. (*V. plus haut, n°* 2668.)

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1130 (copie, xviii^e^ s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 24, f. 61 (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 167 (copie de Smitmer, xviii^e^ s.). — Texte : C. de la Roncière, *Reg. d'Alex. IV*, I, 152, n° 522.

Dat. Neapoli, xv kalendas junii, [pontificatus nostri] anno i.

**2737.** — Juin 1255, Acre.

*Gilles, archevêque de Tyr, certifie que Thomas le Cordier et Jean Brisebacin lui ont vendu, en présence de Guillaume de Châteauneuf, grand-maître de l'Hôpital, deux maisons contigües, sises à Acre, rue des Anglais, pour y fonder un hôpital*[2], *que ces maisons, sises dans la censive de l'ordre de l'Hôpital, continueront à acquitter le cens dû à celui-ci, et que les Hospitaliers pourront, en cas de vente desdites maisons, exercer le droit de préemption.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 6 (orig.). — Texte : Delaville Le Roulx, *Titres de l'Hôpital des Bretons d'Acre*, dans *Arch. de l'Orient Latin*, I (Paris, 1881), 425 ; Pauli, *Cod. dipl.*, I, 261. — Extraits : Taaffe, *The hist. of the..... order of S. John of Jerusalem*, IV, app. n° lxx.

Egidius, miseratione divina Tyrensis archiepiscopus licet indignus, universis, presentes literas inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra quod, cum Thomas Cordarius, in presentia venerabilis viri fratris Guillermi de Castronovo, magistri sancte domus Hospitalis sancti Johannis Hierosolimitani, unam domum, quam tenebat a domo predicti Hospitalis in vico Anglorum Accon sub annuo censu duorum bisanciorum Sarracenatorum, reddendorum annuatim dicte domui Hospitalis in festo sancti Martini mense novembris, nobis vendiderit pretio quadringentorum bisanciorum pro faciendo uno Hospitali ad recipiendum et hospitandum pauperes, item cum Joannes Brisebacin, in presentia predicti magistri, vendiderit nobis similiter quamdam aliam domum, sitam in predicto vico Anglorum, quam tenebat ab Hospitali predicto sub censu trium bisantiorum Sarracenatorum, reddendorum annuatim eidem Hospitali termino supradicto, et volumus et concedimus quod quicunque tenebunt domos predictas reddant pro ambabus domibus censum predictum, scilicet quinque bisantiorum, et ultra antiquum censum predictum alios tres bisantios, quos dicto censui de speciali gratia duximus augmentandos. Et si forte contigerit illos, qui in dictis domibus morabuntur, vendere vel aliter alienare domos predictas, Hospitale sancti Johannis prefatum eas, si voluerit, poterit retinere pro usu suo pro eodem pretio quod inde poterit inveniri, minus una marca argenti. Domus autem predicte vendi vel aliter alienari poterunt omnibus, exceptis hominibus religionis, clericis, militibus,

1. Alexandre IV ajoute, à la fin de la bulle, la phrase suivante, qui ne figure pas dans celle d'Innocent IV : « Presentibus post annum postquam hujusmodi littere vobis presentate fuerint minime valituris ».

2. Il s'agit de l'hôpital S. Martin des Bretons d'Acre. La vente de la maison de Thomas le Cordier à l'archevêque de Tyr avait eu lieu antérieurement au 29 août 1254, puisqu'elle est mentionnée à cette date dans l'acte de fondation de cet hôpital par Eudes de Châteauroux, cardinal-légat en Terre Sainte. (Delaville Le Roulx, *Titres de l'Hôpital des Bretons d'Acre*, dans *Arch. de l'Orient Latin*, I, 427.)

servis, vel etiam hominibus alicujus communitatis. Et si contingeret domos predictas dirui terre motu, igne consumi, vel aqua, vel quocumque alio modo, dictum Hospitale non debet amittere censum octo bisantiorum predictum, nisi forte in hoc dominium contradiceret seculare. Domus autem predicte sibi invicem sunt conjuncte, et fines ipsarum sunt ipsi : a parte orientis est via communis, a parte occidentis mare ; a parte meridiei predicta domus, quam vendidit nobis predictus Joannes Brisebacin, contingit domum condam Paumerii defuncti ; a parte septentrionis predicta domus, quam vendidit nobis dictus Thomas Cordarius, contingit quamdam domum propriam dicti Hospitalis sancti Johannis. In cujus rei testimonium, presentes literas bulle nostre plumbee dedimus munimine roboratas. Datum Accon, anno Domini M CC quinquagesimo quinto, mense junii.

## 2738. — Juin 1255.

*Jean l'Aleman, seigneur de Césarée, et Marguerite, sa femme, devenus confrères de l'Hôpital, promettent de prendre la défense de l'ordre, et, en cas de contestations entre celui-ci et eux, de recourir à des arbitres pour les régler.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 46 (orig.). — Analyse : Beugnot, *Assises de Jérusalem,* II, 164, note. — Texte : Pauli, *Cod. dipl.,* I, 145.

Sachent tuit cil qui sunt et serunt que je Johan Laleman, seignor de Cesaire, et je Marguerite, dame de Cesaire, por nos et por noz heirs, par comun assent et de comune volenté, somes devenus confreres de la sainte maison de l'Ospital de saint Johan de Jerusalem, et par desur ce otreions et prometons, et somes tenus de garder, et salver, et aidier, et maintenir et deffendre voz, frere Guillelme de Chastel Neuf, honorable maistre de la devant dite maison de l'Ospital de saint Johan, et voz successors, et les freres de cele meisme maison, et toz voz biens et totes voz raisons, et totes voz teneures, et totes voz possessions, et totes voz dreitures, que vos avez ou aurés, ou aveir devés, en quelque leu que vos les aiés ou devés aveir, à dreit et à raison, contre totes persones qui vivre et morir puissent, sauf noz seignors et noz enfans et noz homes, que nos avons et aurons, et sauf cels à qui nos somes tenus devant vos par sairement ou par noz lettres overtes, saelées de nostre sael, et deceque il contient ès dites lettres; et nos les devant només Johan et Marguerite avons juré sur les saintes evangiles de tenir et faire tenir perpetualment de toz noz poeirs totes les choses, si com eles sunt desuz devisées, seit en tot ou en partie, ausi come noz propres choses. Et vos otreions et prometons, et vos somes tenus que, se il aveneit, en aucun tens et por quelque chose que ce fust, que aucun contens ou descort sordist entre nos, les devant només Johan et Marguerite ou noz heirs, d'aucunes choses qui appartenissent à nos ou à noz choses, et à vos le desuz dit maistre et as freres de vostre devantdite maison ou à voz choses ausi, vos et voz freres, et voz successors à nostre requeste, et nos et noz heirs à vostre requeste, somes tenus sanz delai de metre I home ou II de chascune des parties, segont ce que la querele sera, à determiner les devantdits contens ou descors ; et ce que les desuz dis arbitres, ou la greignor partie d'els, feront, ou diront, ou comanderont del devantdit contens ou descort, et en quelque maniere que ce seit, nos, les desuz només Johan et Marguerite, por nos et por noz heirs, et vos, le devantdit maistre, et voz freres et voz successors somes tenus ensemblement de tenir et faire tenir ferme et estable. Et se il aveneit que les desuzdis arbitres ne se peussent acorder ensemble, nos et noz heirs, et vos et voz freres et voz successors, somes tenus sanz delai de metre y un meien;

et ce que la greignor partie d'els feront, ou diront, ou comanderont, somes tenus de tenir et faire tenir ferme et estable, si com il est desuz dit. Et les devantdis arbitres sunt tenus de dire ent lor dit, au plus tost que il poront, en bone fei, dedens I terme reisnable, selonc ce que le fait de la dite mise sera. Et por ce que nos, lesdesuz només Johan et Marguerite, por nos et por noz heirs, volons que totes ces choses, si com eles sunt desuz devisées, chascune par sei et totes ensemble, seient tenues et maintenues à toz jors fermes et estables, et que nos, ne noz heirs, ne autre por nos, en aucun tens n'en puissienz aler à l'encontre d'aucune chose, fust en tot ou en partie, avons nos fait faire cest present privilege et saeler de nostre sael de plomb, enpreint ès coins de nostre seignorie de Cesaire, o la garentie de noz homes, des quels ce sunt les noms : Guillelme de Pinquigni ; Symon de Treies ; Amauri de S. Bertin ; Gautier de Chastillon ; Eues Charle. Ce fu fait l'an de l'incarnation nostre seignor Ihesu Crist M CC LV, ou meis de jun.

**2739.** — Juin 1255.

« *Acte de la mise en possession de l'ordre, en conséquence de la bulle du pape Alexandre IV* (*V. plus haut, n*os 2726 *et* 2729), *du monastère de Monthabor, fait par Gilles, archevêque de Tyr, et scellée de son sceau, du mois de juin* 1255. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 290 (XVIII^e s.).

**2740.** — Juin 1255.

« *Extrait de la prise de possession par l'ordre du monastère de Monthabor,* « *receue par Pierre Fassatelli, notaire, qui avoit accompagné Gilles, archevêque de* « *Tyr, du mois de juin* 1255. » (*V. plus haut, n°* 2739.)

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 291 (XVIII^e s.).

**2741.** — 6 juin 1255, Anagni.

*Le pape Alexandre IV renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 23 *janvier* 1168, 1169 *ou* 1170 : « *Cum fratribus Hierosolymitani* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 392.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 263 *b* (copie de S. Pauli, XVIII^e s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 169 (copie, XVI^e s., partie auj. perdue) ; vol. 1131, p. 15 (copie, XVIII^e s.), et bull. B, f. 22 (auj. perdu).

Dat. Anagnie, VIII idus junii, pontificatus nostri anno I.

**2742.** — 20 juin 1255, Anagni.

*Le même exempte les Hospitaliers de la juridiction de l'ordinaire du lieu où est intervenu le délit ou le contrat.*

Sources : Berlin, Arch. secr. d'État, ordre de S. Jean, à la date (orig. bullé) ; Carlsruhe,

Arch. du gr.-duché de Bade, ms. 393 F, p. 70 (copie, XVII^e s.); Munich, Arch. roy. de Bavière, ordre de S. Jean in genere, liasse 1 (vidimus du 27 février 1319, d'après une copie vidimée du 17 août 1267). — INDICATION : J. C. Dienemann (éd. Hasse), *Nachrichten vom Johanniter Orden* (Berlin, 1767), p. 38 (à la date fausse de 1256).

Alexander, etc., dilectis, etc., salutem, etc. Cum olim felicis recordationis I[nnocentius], papa, predecessor noster duxerit statuendum ut exempti quantacumque gaudeant libertate, nichilominus tamen ratione delicti seu contractus aut rei, de qua contra ipsos agitur, rite possint coram locorum ordinariis conveniri, et illi quoad hoc suam in ipsos jurisditionem, prout jus exigit, exercere, vos, dubitantes ne per constitutionem hujusmodi libertatibus et immunitatibus, vobis et ordini vestro per privilegia et indulgentias ab apostolica sede concessis, prejudicari valeat, nobis humiliter supplicastis ut providere super hoc indempnitati vestre paterna sollicitudine curaremus. Quia igitur vestri ordinis sacra religio sic vos apud nos dignos favore constituit, ut nobis votivum existat vos ab omnibus, per que vobis possent provenire dispendia, immunes libenti animo preservare, vobis auctoritate presentium concedimus ut, occasione constitutionis hujusmodi, nullum eisdem libertatibus et immunitatibus in posterum prejudicium generetur. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Anagnie, XII kalendas julii, pontificatus nostri anno I.

### 2743. — 21 juin 1255, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle de Grégoire IX, du 25 juin 1227 : « Quanto majora pro ». (V. plus haut, n° 1867.)*

SOURCES : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 265 (copie de S. Pauli, XVIII^e s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 170 (copie, XVI^e s., partie auj. perdue); vol. 1131, p. 16 (copie, XVIII^e s.), et bull. F, f. 24 (auj. perdu).

Dat. Anagnie, XI kalendas julii, pontificatus nostri anno I.

### 2744. — 22 juin 1255, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent IV, du 24 novembre 1247 : « Justis petentium desideriis ». (V. plus haut, n° 2461.)*

SOURCES : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 265 *b* (copie de S. Pauli, XVIII^e s., d'après le bull. F, f. 25, auj. perdu); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1131, f. 25 (copie, XVIII^e s., d'après le bull. XP, f. 171, et le bull. A, f. 45 *b* et 147 *b*, auj. perdus).

Dat. Anagnie, X kalendas julii, pontificatus nostri anno I.

### 2745. — 23 juin 1255, Acre.

« *Commission, donnée par l'archevêque de Tyr [Gilles] à l'évêque et au trésorier* « *de l'église de Tripoli, de mettre l'ordre de l'Hôpital en possession des biens que le* « *monastère de Monthabor avoit dans le comté de Tripoli; donné à Acre, le 9 des* « *calendes de juillet 1255.* » (*V. plus haut, n^os 2739 et 2740.*)

ANALYSE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 292 (XVIII^e s.).

### 2746. — 25 juin 1255, Anagni.

*Le pape Alexandre IV renouvelle la bulle de Lucius III, du 2 août* 1184 *ou* 1185 : « *Cum inter vos et clericos* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 682.)

Sources : Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, Y. 72, p. 99 (copie, xv<sup>e</sup> s.)[1] ; Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 267 (copie de S. Pauli, xviii<sup>e</sup> s., d'après le bull. XP) ; Malte, Bibl. publ., div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 172 (copie, xvi<sup>e</sup> s., partie auj. perdue), et vol. 1131, p. 18 (copie, xviii<sup>e</sup> s.).

Dat. Anagnie, vii kalendas julii, pontificatus nostri anno i.

### 2747. — 30 juin — 2 juillet 1255.

*Jocelme du Tournel, de l'ordre de l'Hôpital, prend possession des casaux de Jubeil, Casta, Cafarsset, Sarona, Demie, Sisara, Loubieh, Erbel et Egdis, situés entre le Mont-Thabor, le lac de Tibériade et le casal Robert, et les assigne à divers raiz Syriens.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 41 (orig.). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 296.

In Christi nomine, amen. Pateat universis, presens instrumentum publicum inspecturis, quod, currente anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, indictione tercia decima, frater Jocelmus de Tornell, de ordine domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, vice et nomine dicte domus ac magistri et fratrum domus ejusdem, accedens, una mecum Aliotto, judice et notario, et testibus infrascriptis, ad subnominata loca seu casalia, sita in regno Jerosolimitano inter Montem Thabor et mare Tyberiadis et casale Robert, intravit corporalem possessionem eorum ac ipsorum jurium et pertinentiarum, prout inferius continetur, die mercurii pridie kalendas julii, coram fratre Garsia de Rospide, fratre Ferrando, fratre Gonsalvo, fratre Folkerano, fratre Bertrando et fratre Rogerio, Girardino, Petro de Girona, Michaele et Matheo, turcopolis, testibus, frater Jocelmus de Tornell, nomine domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani et magistri et fratrum ejusdem domus, intravit corporalem possessionem casalis, quod vocatur Jubeil, et omnium suorum jurium et pertinentiarum, accipiens de glavellis terre et ramis arborum et fructu, incedendo per idem casale etiam et sedendo. Concedens idem casale, pro dicta domo et fratribus tenendum, laborandum et custodiendum, raiciis Abet et Gemeredi, quamdiu placuerit magistro et fratribus dicte domus. Item eodem die et coram eisdem testibus accedens ad ista casalia, que sic vocantur, scilicet Casta, Capharscept et Saronie, similiter possessionem corporalem intravit de ipsis eorumve jurium et pertinentiarum, et fecit per omnia ut de casali Jubeil. Item eodem die, coram fratre Folkerano, fratre Bertrando, fratre Rogerio et fratre Gonsalvo, testibus, similiter intravit corporalem possessionem casalis, quod vocatur Demie, et omnium ejus jurium et pertinentiarum, accipiendo de glavellis terre et ramis et fructu arborum, sedendo et ambulando per idem casale. Et concessit illud raicio Abet tenendum, custodiendum et laborandum, quamdiu placuerit magistro et fratribus dicte domus. Item eodem

1. La rubrique de la table des matières du manuscrit porte : « Require in Hainbach ».

die, coram fratre Garsia, fratre Folkerano, fratre Rogerio et fratre Bertrando, et Huissetto Scriba, testibus, introivit corporalem possessionem casalis, quod vocatur Sisara, et omnium ejus jurium et pertinentiarum, intrando in domum raicii dicti casalis, claudendo et aperiendo portam domus, et accipiendo de ligno porte, et sedendo in eadem domo, et eumdo per idem casale, et sedendo in eo, et accipiendo etiam de glavellis terre et ramis et fructu arborum. Quod casale concessit tenendum, custodiendum et laborandum raiciis Messor, Brahym et Bennor, quamdiu placuerit magistro et fratribus dicte domus. Item eodem die, coram testibus proxime nominatis, introivit corporalem possessionem et fecit similiter per omnia de casali, quod vocatur Lubie, prout fecit de Sisara, excepto quod concessit eum raicio Ayse tenendum, custodiendum et laborandum, donec placuerit magistro et fratribus nominatis. Postea vero, sequenti die, que fuit dies jovis prima mensis julii, dictus frater Jocelmus, coram fratre Garsia, fratre Ferrando, fratre Johanne, fratre Folkerano, fratre Rogerio et fratre Bertrando, et Girardino, Petro, Matheo et Michaele, turcopolis, testibus, simili modo et forma, intravit corporalem possessionem casalis, quod vocatur Erbel, et omnium ejus jurium et pertinentiarum, incedendo per idem casale et sedendo in eo, et accipiendo de glavellis terre et ramis et fructu arborum, concedens illud raicio Abet tenendum, custodiendum et laborandum pro dicta domo et fratribus Hospitalis, donec placuerit magistro et fratribus dicte domus. Sequenti vero die, que fuit dies veneris, secunda mensis julii, introivit similiter corporalem possessionem, et in omnibus et per omnia fecit de casali, quod vocatur Egdis, prout fecit de proxime dicto casali Erbel, et tanto plus quod fecit in eo superponi vexillum seu insigniam Hospitalis, coram fratre Garsia, fratre Johanne, fratre Folkerano, fratre Rogerio et fratre Bertrando, et Matheo et Michaele, turcopolis, testibus. Hec acta sunt in locis prenominatis, sicut superius designantur. (*Seing manuel*[1]) Ego Aliottus Uguicionis, imperiali auctoritate judex et notarius publicus, predictis, dum agerentur, interfui, et omnia predicta, rogatus fideliter scribens, in publicam formam redegi.

## 2748. — Juillet 1255.

*Henri, archevêque de Nazareth, donne à cultiver, pour dix ans, aux Hospitaliers, quatre casaux au diocèse de Nazareth : Rome, Romene, Cafreezeir, Cane Galilée.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 43 (orig.). — Texte : Delaville Le Roulx, *Arch. de l'ordre à Malte,* 187.

Sachent tuit cil qui sunt et serunt que nos Henri, par la grace de Deu arcevesque de Nazareth, par l'otrei et la volenté de nostre chapitle, avons livré en apaut à vos, frere Guillaume de Chastel Neuf, honorable maistre de la sainte maison de l'Ospital de saint Johan de Jerusalem, et as freres de cele meisme maison, qui sunt et serunt, quatre casals, que nos avons au Batof, qui sunt en la dyocese de Nazareth, c'est asaveir Rome et Romene, et Cafreezeir et Cane Galilée, o totes lor apartenances et lor raisons, et lor dreitures et lor possessions, et lor teneures, quels que eles soient, où que eles soient, en homes, en femes, en enfans, en terres laborées et non laborées, en montées, en valées, en bois, en aigues, en pasturages, en chemins et hors chemins, et en totes autres choses, qui ci sunt moties et qui n'i sunt moties, à aveir, à tenir, à user et à posseeir enterinement,

1. Ce seing manuel est reproduit par Pauli (V. plus haut., p. 751, note 1).

franchement et quitement, sans paier disme, dix ans en tens de trives generals el reaume de Jerusalem, et as us et as costumes del devant dit reaume. Esquels devant dis casals a deus cens charrués de terre, c'est asaveir : en Rome LXXX charrués, en Remene XL charrués, en Quefreezeir XXX charrués, et en Cane Galilée L charrués. Et cest devant dit apaut vos avons nos fait par tel maniere et par tel condecion que vos, le devant nomé maistre, et les freres de vostre desus dite maison nos devés doner, por l'apaut des devant dis casals de la premiere année que vos les anrés et tenrés enterinement en tens de trives, mil et treis cens besans Sarracins au peis d'Acre, paiés à nos ou à noz successors par tot le meis d'aost. Lequel devant dit apaut deit comencier de ceste feste de toz sains premier venant jusques au parfait de X ans en tens de trive ; et l'autre année apres si nos devés paier, si com il est devant dit, mil et oit cens bezans Sarracins ; et la tierce année aprec si nos devés paier à raison de deux mile et treis cens bezans Sarracins ; et de là en avant enjusques au parfait de dis ans, si nos devés paier chascun an deus mile et treis cens bezans Sarracins, si com il est devant dit, et selonc les us et les costumes del reaume de Jerusalem, si com d'apaut de terre. Et se il aveneit, en aucun tens et par quelque maniere que se fust, que vos, le desus nomé maistre et les freres de vostre devant dite maison, n'eussiez et tenissiez enterinement les devant dis casals, si com il est desus devisé, fust en tot ou en partie, de ce que vos en sereiés inerme par quelque achaison que ce fust, si deit estre abatu chascun an de la quantité des bezans desus motis, que vos nos estes tenus de doner por le devant dit apaut, selonc la quantité de quoi vos sereiés inerme et que vos ne tendriés les devant diz casals, que nos vos avons apauté, si com il est desus moti ; et de ce vos en demorereit et que vos auriés et tendriés de la quantité del devant dit apaut, vos nos estes tenus de paier chascun an par tot le devant dit meis d'aost, selonc les us et les costumes del reaume de Jerusalem, si com il est devant dit ; et se il aveneit en aucune maniere que vos, le desus nomé maistre, et vos devant diz freres ne peussiez aveir ne tenir par defaute de trives les devant diz casals, si com il est desus moti, tantost come on pora aveir la trive, par quoi vos aiés et teigniez les devant diz casals, si com il est desus moti, vos les devés aveir le parfait de dix ans enterinement, si com il est devant dit. C'est asaveir la première année à raison de mil et treis cens bezans Sarracins, et l'autre année apres à raison de mil et oit cens bezans Sarracins, et la tierce année apres à raison de deus mile et treis cens bezans Sarracins, chascun an enjusques au parfait des dis ans devant dis, si com il est desus moti. Et cest devant dit apaut vos avons nos fait par tel maniere que, totes les feis que vos ou les freres de vostre desus dite maison ne le vodriés plus tenir, recevant les biens de cele année enterinement, c'est asaveir jusques à la feste de toz sains qui sereit en cele année, que vos en puissiez estre quites et delivrés. Et por ce que nos, le desus nomé arcevesque et nostre devant dit chapitle, volons que totes ces choses, si com eles sunt desus devisées, chascune par sei et totes ensemble, seient tenues et maintenues fermes et estables, si que nos ne noz successors, ne autre por nos, en aucun tens ne puissiens aler à l'encontre d'autre chose, fust en tot ou en partie, avons nos fait faire cest present privilege, saelé de nostre sael de plomb, o la garentie de Guillaume, nostre arcediaque au jor, lequel a mis ausi à greignor seurté del fait son sael de cire pendant en cest present privilege, et de frere Johan de Brebant, bailli de Nazareth au jor, et de frere Pierre et de frere Marc, freres de nostre eglise de Nazareth, et de Johan Harneis[1] et de Johan de Nazareth, chevaliers, noz homes liges, et de Johan Semes, nostre bais de Saphorie, et de

1. Maréchal de Sidon, dans des actes de 1257 à 1261. (Strehlke, *Tab. ord. Theut.*, 88 et 106.)

Boteros, son fil, nostre escrivain, et de plusors autres. Ce fut fait l'an del incarnation nostre seignor Jhesu Christ M CC LV, ou meis de jullet.

*Au dos*: Littere domini archiepiscopi Nazareni de apauto casalium del Baunofh, per annos X in creuga generaliter.

**2749.** — 12 juillet 1255, Anagni.

*Le pape Alexandre IV mande au prieur des Hospitaliers d'Acre et au curé de l'église S. Marc d'Acre d'empêcher la vente, projetée par l'église de S. Sabbas d'Acre en faveur du commun de Gênes, d'une maison, sise à Acre dans la rue de la Chaîne, car cette vente serait fort préjudiciable aux intérêts de l'abbaye. — « Ad supplicationem dilectorum ».*

SOURCES : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1130 (copie, XVIII$^e$ s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 24, f. 73 (copie contemp.). — TEXTE : C. de la Roncière, *Reg. d'Alex. IV*, I, 185, n° 606.

Dat. Anagnie, IIII idus julii, [pontificatus nostri] anno I.

**2750.** — [16 juillet—13] août 1255, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 9 *mars* 1198 : « *Dilecti filii fratres* ». (*V. plus haut*, I, *n°* 1013.)

SOURCE : Budapest, Bibl. de l'Université, coll. Hevenessi, I, lettre A, p. 423 (copie, XVIII$^e$ s.). — ANALYSE : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 15968 (à la date du 1 août 1255). — TEXTE : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, IV, II, 327.

Dat. Anagnie, primo[1] augusti, pontificatus nostri anno I.

**2751.** — 27 juillet 1255, Anagni.

*Le même ordonne au prieur de S. Pierre ès Liens de Pise d'excommunier quiconque moleste les Hospitaliers de Toscane.*

SOURCES : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 267 et 76 (copies de S. Pauli, XVIII$^e$ s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 173 (copie, XVI$^e$ s., partie auj. perdue); vol. 1131, p. 29 (copie, XVIII$^e$ s.); bull. F, f. 39 (auj. perdu), et bull. A, f. 172 *b* (auj. perdu).

Alexander, etc., dilecto filio priori S. Petri ad Vincula Pisani, salutem, etc. Pium esse dignoscitur ut gloriantibus in malitia per nos taliter resistatur quod, repressis eorum insultibus, vacantes divino cultui liberius possint in observantia mandatorum Domini dilectari. Cum igitur dilecti filii prior et fratres Hospitalis Hierosolimitani in Tuscia, sicut accepimus, diversis affligantur injuriis et jacturis, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, contra predonum, raptorum et invasorum audaciam efficaciter ipsis assistens, non permittas eos in bonis et personis eorum a talibus molestari, molestatores hujusmodi per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo; non obstante si aliquibus a sede apostolica sit indultum quod excommunicari, suspendi vel in-

1. Il y a là une erreur certaine dans la transcription de la date ; le mot « primo » est inadmissible ; on doit donc placer la bulle entre le 17 des calendes d'août (16 juillet) et les ides d'août (13 août).

terdici non possint per litteras sedis ejusdem, que de indulto hujusmodi plenam et expressam non fecerint mentionem, seu constitutione de duabus dietis, edita in consilio generali, dummodo ultra tertiam vel quartam aliquis extra suam diocesim auctoritate presentium ad judicium non trahatur, presentibus post triennium minime valituris. Dat. Anagnie, VI kalendas augusti, pontificatus nostri anno I.

### 2752. — 27 juillet 1255, Anagni.

*Le même confirme aux Hospitaliers de Mailberg le droit de patronage de l'église de Grosz-Harras, que leur avait cédé Henri de Seefeld*[1].

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, G. XXXIV, command. de Mailberg, n° 336 (orig. bullé).

Alexander, etc., magistro et fratribus Hospitalis sancti Johannis Baptiste Jerosolimitani de Meuperg., Pataviensis diocesis, salutem, etc. Cum a nobis petitur, etc. Cum igitur, sicut ex tenore vestre petitionis accepimus, Henricus de Sevelt, laicus Pataviensis diocesis, penitentia ductus, pro dampnis, que vobis et Hospitali vestro intulerat, jus patronatus, quod habeat in ecclesia de Horaç, ejusdem diocesis, in recompensacionem dampnorum hujusmodi vobis et eidem Hospitali deliberacione pia et provida duxerit concedendum, nos, vestris devotis supplicacionibus inclinati, concessionem hujusmodi, sicut pie ac provide facta est, et in prejudicium alterius non redundet, ratam habentes et gratam, ipsam auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Anagnie, VI kalendas augusti, pontificatus nostri anno I.

### 2753. — Août 1255.

*Jean III d'Ibelin, seigneur d'Arsur, connétable de Jérusalem, cède à l'Hôpital, pour deux mille besants, deux pièces de terre dans la plaine d'Acre.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 44 (orig.). — Texte : Delaville Le Roulx, *Arch. de l'ordre à Malte,* 189.

Sachent tuit cil qui sont et seront que je Johan d'Ybelin, seignor d'Arsur, connestable del reaume de Jerusalem, doing, et otrei, et conferm à toz jors en aumosne perpetuel, franchement et quitement, à vos, frere Guillaume de Chastel Neuf, honorable maistre de la sainte maison del Hospital de saint Johan de Jerusalem, et as freres de cele meisme maison, qui sunt et seront, et à vos successors, deus pieces de terre, qui sieent au plain devant Acre, o tutes lor apartenences et o totes lor teneures, et o totes lor divises, et o totes lor possessions, et lor raisons et lor dreitures, quels qu'eles soient et en quelque luec que eles soient. Lesqueles devant dittes pieces de terre, o totes lor apartenences, sieent el tel maniere que la plus grant de ces deus devant dictes pieces de terre siet ensi : que devers orient marchist au chemin real qui vait vers Cafriasin, et devers occident marchist à la vigne du Temple, et devers boire marchist à la terre de Jeneveis et à la terre del

1. Cette cession eut lieu le 2 février 1255 ; le droit de patronage de l'église de Grosz-Harras fut reconnu aux Hospitaliers par Othon de Lonsdorf, évêque de Passau, le 11 décembre suivant, et le 15 janvier 1256 par le chapitre de l'église de Passau. Henri de Seefeld renouvela cette donation, avec l'assentiment de sa fille Alice, en y ajoutant la propriété d'un bénéfice à Strenzendorf, le 10 janvier 1258. (Prague, Arch. du grand-prieuré de Bohême, G. XXXIV, command. de Mailberg, n^os^ 26, 27, 30 et 32).

Sepulcre, et devers mijor au chemin devant dit et à la ditte vigne del Temple. Et dedens ceste ditte piece de terre si a le Temple une petite piece de terre. Et l'autre piece de terre si siet en tel maniere que devers orient marchist au chemin real, et devers ponent et devers boire marchist au champ del Temple, et devers mijor marchist à la terre del dit Hospital. Por lequel devant dit don et aumosne, je, le devant nomé Johan, seignor d'Arsur, reconois et confes que vos, le desus dite maistre et les freres de vostre devant dite maison, m'avés doné deux mile bezans Sarracins, au peis d'Acre ; lesquels je reconois et confes que j'ai euz et receus enterinement, bien pesez et bien nobrez, renunciant por mei et por mes heirs à totes exceptions, que je ne meis heirs ne poissiens dire ne deffendre que je n'aie euz et receuz les deus mile bezans devant diz enterinement. Por laquel chose, je, le devant nomé Johan, seignor d'Arsur, por mei et por mes heirs, promet et sui tenu à vos, le devant dit maistre del Hospital de saint Johan, et as freres de cele meisme maison, qui sont et seront, que je et mes heirs vos garentirons et deffendrons et maintendrons les devant dites pieces de terre, o totes lor apartenances, si com il est desus devisé, de toz contens, et de toz chalonges, et de totes requestes, à nos propres despenses, contre totes gens crestienes qui, por acheison del aumosne que je vos ai donée des deus pieces devant dites de terre, vos travaillereint ou volreient travaillier ; et, se il aveneit que nous ne le peussions faire, c'est assavoir que le seignor del reaume de Jerusalem ne soffrist en quelque maniere que ce fust que vos eussiez les devant dites pieces de terre, que je vos ai donées en aumosne, si com il est desus devisé, ou que vos, par dreit de cort, les perdeissiez, je, le dessus nomé Johan, seignor d'Arsur, por mei et por mes heirs, promet et sui tenu de rendre et paier sor toz mes biens de ma seignorie d'Arsur as miels aparans à vos, le devant dit maistre del Hospital, et as freres de cele meisme maison, qui sont et seront, les devant diz deus mile bezans Sarracins, lesquels je confes que j'ai euz et receuz enterinement des aumosnes de vostre desus dite maison, si com il est desus devisé. Et por ce que je voeil que totes ces choses, si com eles sont desus devisées, seint tenues et maintenues à toz jors fermes et estables, si que je, ne mes heirs, ne autre por nos, en aucun tens n'en puissons aler al encontre d'aucunes choses, fust en tot ou en partie, ai je fait cest present privilige seeler de plunc, enpreint en mes dreis coins de ma seignorie d'Arsur. Et de totes ces choses sunt garans mes homes de ma dite seignorie d'Arsur, desquels ce sunt les noms : Johan de Cauquelie ; Jaque Vidal ; Johan de Margat[1] ; Hue de Jadres. Ce fu fait l'an del incarnation nostre seignor Jhesu Crist M CC LV, ou meis d'aost.

*Au dos*: Privilegium domini de Azoto de II peciis domui erogatis. — Scriptum in registro Q.

### 2754. — 8 août 1255, Anagni.

*Le pape Alexandre IV informe l'évêque de Suelli qu'il a mandé à l'archevêque d'Arborée de faire contribuer le clergé de Sardaigne aux fortifications de Gropella, mais qu'il a excepté de cette contribution les Cisterciens, les Templiers, les Hospitaliers et l'ordre d'Altopasso. — « Sua nobis venerabilis ».*

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1130 (copie, XVIIIe s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 24, f. 89 *b* (copie contemp.).— Analyse : C. de la Roncière, *Reg. d'Alex. IV*, I, 226, n° 740.

Dat. Anagnie, VI idus augusti, pontificatus nostri anno I.

1. Il est probable que Jean de Margat n'était pas un membre de la famille des seigneurs de Margat, mais que ce personnage avait pris le nom de Margat à cause du lieu de sa résidence.

**2755.** — 8 août 1255, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle de Grégoire IX, du* 21 *août* 1227 : « *Quieti vestre providere* ». (*V. plus haut, n°* 1881).

Sources : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, cartul. 393 G, f. 108 (copie, xv$^e$ s.) ; Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, Y. 72, p. 37 (copie, xv$^e$ s.)[1].

Dat. Anagnie, vi ydus augusti, pontificatus nostri anno i.

**2756.** — 9 août 1255, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 12 *décembre* 1184 : « *Si diligenter attenditis* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 706.)

Sources : Arnheim, Arch. de la prov. de Gueldre, fonds S. Jean, n° 16 (copie, xvii$^e$ s., d'après un vidimus du chapitre des Hospitaliers d'Allemagne, du 26 mai 1323) ; Harlem, Arch. comm., L. 42, f. 14 (bullaire, fin xv$^e$ s.).

Dat. Anagnie, v idus augusti, pontificatus nostri anno i.

**2757.** — 9 août 1255, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 26 *août* 1180 : « *Si discriminaque* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 590.)

Source : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, bulles pontif., n° 168 (orig. bullé).

Dat. Anagnie, v idus augusti, pontificatus nostri anno i.

**2758.** — 11 août 1255, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 15 *mai* 1166, 1167, 1178 *ou* 1179 : « *Querelam gravem recepimus* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 356.)

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXVI, n° 30 (orig. bullé).

Dat. Anagnie, iii idus augusti, pontificatus nostri anno i.

**2759.** — 13 août 1255, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent IV, du* 24 *novembre* 1247 : « *Justis petentium desideriis* ». (*V. plus haut, n°* 2461.)

Source : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, bulles pontif., n° 169 (orig.).

Dat. Anagnie, idibus augusti, pontificatus nostri anno i.

1. La rubrique de la table des matières du manuscrit porte : « Require Basilee et Argentine, et in Trajecto. »

## 2760. — 14 août 1255, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 15 *mai* 1166, 1167, 1178 *ou* 1179 : « *Pervenit ad nos ex conquestione* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 357.)

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXVI, n° 31 (orig. bullé).

Dat. Anagnie, xix kalendas septembris, pontificatus nostri anno i.

## 2761. — 16 août 1255, Anagni.

*Le même renouvelle, avec quelques variantes, la bulle de Lucius III, du* 29 *novembre* 1184 *ou* 1185 : « *Decet pastoralis sollicitudinem* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 700.)

Source : Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, Y. 72, p. 37 (copie, xv° s.)[1].

Dat. Anagnie, xvii kalendas septembris, pontificatus nostri anno i.

## 2762. — 16 août 1255.

*Hugues, archevêque de Nicosie, et Guillaume de Châteauneuf, grand-maître de l'Hôpital, concluent un accord, relatif aux dîmes perçues par les Hospitaliers dans la ville et dans le diocèse de Nicosie.*

Source : Venise, Bibl. S. Marc, mss. latins, cl. IV, n° 56, f. 57, n° 91 (cartul. de S. Sopie de Nicosie, copie figurée, xvi° s.). — Analyse : *Arch. de l'Orient Latin,* II, 235.

Pateat[2] universis, presentibus et futuris, quod, cum inter nos Hugonem, miseratione divina Nicosiensem archiepiscopum, pro ecclesia nostra, ex una parte, et nos fratrem Guillelmum de Castro Novo, magistrum sancte domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolymitani et conventum ejusdem domus, ex altera, super decimis terrarum, quas dictum Hospitale habet in civitate et diocesi Nicosiensi, de quibus decimas solvere tenebatur, et super quibusdam rebus et articulis aliis questio verteretur, nos dictus archiepiscopus pro nobis et ecclesia nostra, de consensu et voluntate capituli nostri, et nos nominatus frater Guillelmus, magister domus Hospitalis, et conventus ejusdem domus pro nobis et ipsa domo, mediantibus bonis viris, ad talem compositionem et concordiam amicabiliter et voluntarie devenimus : videlicet quod preceptor et fratres domus dicti Hospitalis in Nicosia, qui pro tempore fuerint, solvent et solvere tenebuntur pro decimis et nomine decimarum de cetero annuatim trecentos bisancios albos archiepiscopo et ecclesie Nicosiensi, apud Nicosiam prima die mensis septembris, pro omnibus et singulis decimis, quas idem Hospitale seu domus reddere deberet seu teneretur eidem archiepiscopo vel ecclesie Nicosiensi de possessionibus, redditibus, proventibus seu rebus et juribus quibuscumque, que usque nunc habet idem Hospitale in civitate Nicosiensi, contenti sunt et ejus diocesi, de quibus decimas solvere tene-

1. La rubrique de la table des matières du manuscrit porte : « Require Basilee et Argentine ».

2. La rubrique de cet acte porte : « Compositio inter fratres Hospitalis et archiepiscopum de decimis. »

retur (*sic*). Et idem archiepiscopus et ecclesia Nicosiensis contenti sunt et erunt predictis trecentis bisantiis albis pro decimis antedictis, nec amplius exigent nec exigere poterunt a predictis Hospitalariis vel quibuscumque aliis excolentibus res predictas. Pro legitima vero seu quarta mortuariorum seu relictorum, solvent et solvere tenebuntur dicti preceptor et fratres domus Hospitalis in Nicosia singulis annis de cetero, prima die mensis septembris apud Nicosiam, unam marcham argenti archiepiscopo et ecclesie Nicosiensi ; et ipsa marcha argenti contentus est et erit archiepiscopus et ecclesia Nicosiensis pro legittima supradicta ; qui archiepiscopus et ecclesia Nicosiensis libere ac quiete promittent deferri corpora mortuorum, eligentium sepulturam in cimiterio seu ad ecclesiam Hospitalis Nicosie, et inibi sepeliri, hoc expresso quod non teneantur mortuorum corpora deferri ad matricem Nicosiensem ecclesiam, nisi forte decedentes, dum viverent, dixerint quod velint primo deferri ad matricem ecclesiam, vel etiam nisi voluerint ipsi laici non ilecti vel inducti deferre illuc corpora sua sponte. In hominibus vero, quos habent seu habebunt dicti Hospitalarii seu domus in terris seu locis civitatis vel diocesis Nicosiensis, fratres dicte domus, seu aliquis pro ipsa domo, nullam jurisdictionem ecclesiasticam exercebunt, sed archiepiscopo et ecclesie Nicosiensi permittent eam libere exercere, salvis privilegiis Hospitalis. Patribus autem licebit filiis suis impuberibus apud domum Hospitalis Nicosie eligere sepulturam, si de consuetudine fuerit civitatis ejusdem ; alioquin sepulture Nicosiensi ecclesie relinquantur. Preceptor autem et fratres ac mulieres familiares dicte domus Hospitalis Nicosiensis tenebuntur servare generalia interdicta et sententias excommunicationum et suspensionum archiepiscopi et ecclesie Nicosiensis, latas in subditos archiepiscopi et ecclesie Nicosiensis, salvis privilegiis Hospitalis. Concordes etiam sumus et volumus quod presens compositio per dominum nostrum summum pontificem confirmetur. In cujus rei testimonium, presentes litteras fieri fecimus, nostris bullis plumbeis roboratas. Actum et datum apud Accon, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, mense augusto, sextadecima die mensis ejusdem. Huic scripture suprascripte erant imposite due bulle plumbee, pendentes cum filo serico, videlicet albo et rubeo ; in una quarum, a parte una, erat sculpitus archiepiscopus quidam, et erat scriptum : S. HUGONIS NICOSIENSIS ARCHIEPISCOPI ; ab alia vero parte erat sculpta quedam ecclesia, et erat scriptum : ECCLESIA NICOSIENSIS. In alia bulla erat sculptus a parte una vir quidam, cum cruce una ante ipsum, et erat scriptum : FRATER GUILLELMUS CUSTOS ; ab alia vero parte erat sculpita quedam coopertura unius domus supra corpus unum, et erat scriptum : HOSPITALIS JHERUSALEM[1].

## 2763. — 18 août 1255, Anagni.

*Le pape Alexandre IV renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 18 *février* 1199 : « *Religiosos viros fratres* ». (*V. plus haut*, I, *n*° 1071.)

Sources : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, cartul. 393 F, f. 70 *b* (copie, xvii$^e$ s., d'après un vidimus de l'official de Wurtzburg, du 18 novembre 1395) ; Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 271 (copie de S. Pauli, xviii$^e$ s., d'après le bull. F) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1131, p. 34 (copie, xviii$^e$ s.), et bull. F, f. 43 (auj. perdu) ; Wurtzbourg, Arch. roy., cartul. 141, f. 113 et f. 138 (copies, xvi$^e$ s.).

Dat. Anagnie, xv kalendas septembris, pontificatus nostri anno i.

1. La fin de la pièce, qui contient la description des sceaux, indique que le rédacteur du cartulaire de S. Sophie n'a pas eu sous les yeux l'original, mais une copie de l'acte. Il était fréquent, en effet, au milieu du xiii$^e$ siècle, que le notaire, en transcrivant un acte, décrivît les sceaux qui authentiquaient l'original.

**2764.** — 19 août 1255, Anagni.

*Le même ordonne aux prélats de faire observer les lettres apostoliques accordées aux Hospitaliers.*

Sources : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, cartul. 393 G, f. 105 *b* (copie, xv^e s.) ; Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, Y. 72, p. 106 (copie, xv^e s.)[1].

Alexander, etc., venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, et aliis ecclesiarum prelatis, ad quos littere iste pervenerint, salutem, etc. Sincere devocionis merita et grata servicia, que dilecti filii magister et fratres Hospitalis Jherosolimitani, pro pauperum Christi et infirmorum sustentacione, nec non et subsidio Terre Sancte, non sine magnis laboribus et expensis ex fervore religionis assumpte continue paciuntur, sic eos vobis et fratribus vestris reddunt acceptos ut, ipsos paterne benignitatis oculo intuentes, eos, quantum cum Deo possumus, favorabiliter prosequimini. Eapropter universitatem vestram attente rogandam duximus et hortandam, per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus privilegia et litteras, quibus dictorum magistri et fratrum religio meruit ab apostolica sede dotari, ob reverenciam ejusdem sedis et nostram, diligenter inspicere et inviolabiliter observare curetis, preces nostras et mandatum taliter inprobaturi quod preter divine retribucionis premium nos devocionem vestram dignis in Domino laudibus commendemus. Dat. Anagnie, xiiii kalendas septembris, pontificatus nostri anno i.

**2765.** — 19 août 1255, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle de Grégoire IX, du* 7 *avril* 1227 : « *Cum a nobis petitur* ». (*V. plus haut, n*° 1860.)

Source : Paris, Bibl. nat., lat. 8999, n° 28 (orig. bullé).

Dat. Anagnie, xiiii kalendas septembris, pontificatus nostri anno i.

**2766.** — 20 août 1255, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 6 *décembre* 1184 : « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut*, I, *n*° 702.)

Sources : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, cartul. 393 G, f. 105 (copie, xv^e s.), et cartul. 393 F, p. 118 (copie, xvii^e s., d'après un vidimus du 9 novembre 1329) ; Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXVII, n° 61, f. 4 (cahier de copies de bulles de l'official de Trèves, de 1496).

Dat. Anagnie, xiii kalendas septembris, pontificatus nostri anno i.

1. La rubrique de la table des matières du manuscrit porte : « Require Argentine ».

**2767.** — 21 août 1255, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 23 *janvier* 1168, 1169 *ou* 1170 : « *Cum (dilectis filiis) fratribus Hierosolymitani* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 392.)

Sources : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, cartul. 393 G, f. 107 *b* (copie, xv° s.); Munich, Arch. roy. de Bavière, command. de Meisenheim, liasse 2 (orig.), et command. de Wurtzbourg, liasse 12 (vidimus d'Henri, official du prévôt de Spire, du 21 avril 1298).

Dat. Anagnie, xii kalendas septembris, pontificatus nostri anno i.

**2768.** — 25 août 1255, Anagni.

*Le pape Alexandre IV ordonne à l'abbé de la Trinité de Spire de défendre le grand-prieur et les Hospitaliers d'Allemagne contre quiconque les molesterait.*

Source : Wurtzbourg, Arch. roy., cartul. 141, f. 140 (mauvaise copie, xvi° s., d'après un ordre d'exécution de l'abbé de la Trinité de Spire, du 8 décembre 1255).

Alexander, etc., dilecto filio decano sancte ecclesie Trinitatis Spirensis, salutem, etc. Etsi quibuslibet ecclesiis et personis ecclesiasticis, ex injuncto (*sic*) nobis servitutis officio, defensionis presidio assistere teneamur, illis tamen specialius et efficacius adesse nos convenit qui, non solum sua, verum etiam semetipsos, salubriter abnegantes, contra inimicos crucis Christi pro fidei defensione pugnando, se morti exponere non formidant. Cum igitur, sicut dilecti filii magister et fratres Jerosolimitani in Alamania sua nobis insinuacione monstrarunt, ipsi a nonnullis, qui nomen Domini recipere in vacuum non formidant, super possessionibus et aliis bonis suis graves paciantur injurias et jacturas, nos, volentes eorundem magistri et fratrum providere quieti, et molestancium maliciis obviare, discrecioni tue mandamus per apostolica scripta quatinus nos permittas dictos magistrum et fratres super hunc (*sic*), contra indulta privilegiorum sedis apostolice, ab aliquibus indebite molestari; molestatores hujusmodi per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, compescendo ; non obstantibus si aliquibus ab ipsa sede [sit] indultum quod interdici, suspendi et excommunicari non possunt per literas apostolicas, non facientes plenam et expressam de indulto hujusmodi mencionem, et constitucionem (*sic*) de duabus dietis, edita in concilio generali, dummodo ultra terciam vel quartam aliquis extra suam diocesim auctoritate presentium ad judicem non trahatur, presentibus post triennium minime valituris. Dat. Anagnie, viii kalendas septembris, pontificatus nostri anno i.

**2769.** — 31 août 1255, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent II, du* 7 *février* 1137 : « *Christiane fidei religio* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 122.)

Source : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, cartul. 393 F, p. 56 (copie, xvii° s.).

Dat. Anagnie, per manum Guillermi, magistri scholarum Parmensium, sancte Romane ecclesie vice-cancellarii, ii kalendas septembris, indictione xiii, incarnacionis dominice anno m cc lv, pontificatus vero Alexandri pape iiii anno primo.

### 2770. — 1 septembre 1255, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle d'Urbain III, du* 10 *mars* 1186 *ou* 1187 : « *Querela dilectorum filiorum* ». (*V. plus haut*, I, *n*° 789.)

Source : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, cartul. 393 G, f. 108 *b* (copie, xv$^{e}$ s.), et cartul. 393 F, p. 66 (copie, xvii$^{e}$ s.).

Dat. Anagnie, kalendis septembris, pontificatus nostri anno i.

### 2771. — 6 octobre 1255, Anagni.

*Le même ratifie, en faveur du prieur et des frères de l'Hôpital de Capoue, la donation, faite à l'Hôpital par Martin, fils de feu Benoit de Sergna*[1], *de biens et de maisons situés à Naples, Aversa, Sergna, Nocera, Castellamare près de Sorrente, Monteroduni et Carpinone.*

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 271 (copie de S. Pauli, xviii$^{e}$ s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 154 et f. 177 (copies, xvi$^{e}$ s., partie auj. perdue) ; vol. 1130 (copie, xviii$^{e}$ s.) ; vol. 1131, p. 43 (copie, xviii$^{e}$ s.), et bull. F, f. 52 (auj. perdu) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 24, f. 106 (copie contemp.). — Texte : C. de la Roncière, *Reg. d'Alex. IV*, I, 269, n° 909.

[Alexander, etc.], priori et fratribus Hospitalis Jerosolimitani in Capua,.... [salutem, etc.] Justis petentium desideriis, etc. Cum igitur, sicut petitio vestra nobis exhibita continebat quod Martinus, filius quondam magistri Benedicti de Ysernia, pro sua et parentum suorum animarum salute, vobis et per vos Hospitali vestro pia et provida liberalitate omnes terras, possessiones et domos, quos habebat in Neapolitana, Aversana et Yserniensi civitatibus, necnon in Nuceria, Castromaris de Surrento, Monte Ridone et Carpinone, ac in ipsorum civitatum et locorum pertinentiis, prout spectabat ad eum, donaverit et concesserit inter vivos, sicut in instrumento publico confecto exinde plenius continetur, nos, vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc pie et provide factum est, ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus, etc. Tenorem ipsius instrumenti presentibus de verbo ad verbum inseri facientes, qui talis est : « In nomine, etc.[2] » Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Anagnie[3], ii nonas octobris, [pontificatus nostri] anno i.

### 2772. — 7 octobre 1255, Anagni.

*Le même donne aux Hospitaliers, pour éteindre leurs dettes, l'argent provenant du rachat des vœux de croisade, des restitutions, des legs faits en faveur de la Terre Sainte sans désignation spéciale.*

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div VII, vol. 1130 (copie, xviii$^{e}$ s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 24, f. 100 (copie contemp.) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 168 (copie de Smitmer, xviii$^{e}$ s.). — Texte : C. de la Roncière, *Reg. d'Alex. IV*, I, 254, n° 848.

[Alexander, etc., dilectis filiis] magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani,

1. Benoit de Sergna était professeur de droit civil.
2. La donation, qui est insérée ici, est de septembre 1253. Elle fut faite par le donateur avant de prendre l'habit de l'ordre. Nous trouvons, en effet, en 1283 le nom du précepteur fr. Mathieu de Sergna (note de S. Pauli, Bibl. de Lucques, ms. 988, f. 271). Elle est éditée dans les *Reg. d'Alex. IV*, I, 269.
3. Pauli a transcrit par erreur « Avinioni » ; cette faute se trouvait dans les bullaires de Malte, d'après lesquels il a dressé sa copie.

[salutem, etc.] Cum, sicut accepimus, Hospitale vestrum importabili prematur sarcina debitorum, a qua per proprios redditus et proventus, propter malitiam temporis nimium diminutos et vix sufficientes voragini usurarum, exonerari non potest, nisi eisdem feratur presidium aliunde, nos, vestris necessitatibus paterno compatientes affectu, et ne Hospitale ipsum, ut timetur, irreparabiliter in grave Terre Sancte periculum collabatur, remedio quo possumus sibi subvenire volentes, quod de redemptionibus votorum crucesignatorum in predicte Terre subsidium, quos a prosecutione voti sui paupertas vel probabilis personarum debilitas, seu obtenta per sedem apostolicam dispensatio, communitatis (*lisez* : commutans) in reale subsidium personale, executionem voti hujus excusabat, necnon et de usuris, rapinis et alias quocumque modo illicite acquisitis, que fideles mandant restitui in ultima voluntate, vel, dum vivunt, etiam si sospitate fruantur, restituere sunt parati si quibus horum restitutio fieri debeat inveniri omnino non possint, de testamentis quoque ipsorum fidelium, que legantur in subsidium dicte Terre, non expressis locis aliquibus vel personis, usque ad summam duarum milium marcarum argenti ubicumque locorum extra regnum Alamanie recipere valeatis, auctoritate vobis presentium indulgemus, ita quod largientes vobis de hujusmodi ad restitutionem seu satisfactionem aliam pro hiis, que vobis contulerint et eis per fraudis commentum restituta non fuerint, minime teneantur, sed ad restituendum residuum, si quod fuerit, remaneant nichilominus obligati. Nulli, etc., nostre concessionis, etc. Dat. Anagnie, nonis octobris, [pontificatus nostri] anno I.

## 2773. — 14 octobre 1255, Valladolid.

*Alphonse X, roi de Castille et Léon, confirme, en la vidimant, la donation qu'il avait faite à l'Hôpital, le* 15 *août* 1246, *avant son élévation au trône.* (*V. plus haut, n°* 2412.)

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue de Castille, liasse 1 (copie contemp.).

Fecha la carta en Valladolid, por mandado del rey, XIIII dias andados del mes de ochubre, en era de mille e dozentos e novaenta e tres annos.

## 2774. — [28 octobre 1255—27 octobre 1256.]

*Le grand-prieur d'Angleterre est exempté de comparaître, pour les contestations forestières, devant les justiciers itinérants dans le comté de Buckingham.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 40 Hen. III, membr. 21 dorso (copie contemp.).

## 2775. — 9 décembre 1255, Latran.

*Le pape Alexandre IV accorde à Jacques, patriarche de Jérusalem, que la concession du rachat des vœux des croisés et des legs pour la Terre Sainte, faite aux Templiers et aux Hospitaliers, ne lui préjudiciera en rien.*

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1130 (copie, XVIII$^e$ s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 24, f. 115 (copie contemp.). — Texte : C. de la Roncière, *Reg. d'Alex. IV*, I, 291, n° 971.

[Alexander, etc.], patriarche Jerosolimitano, apostolice sedis legato, [salu-

tem, etc.]. Non minus acceptum, etc. Sane fraternitas tua nobis exposuit quod felicis recordationis I[nnocentius] papa, predecessor noster,... magistro et fratribus militie Templi, et nos etiam... magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani ut, inter alia, de redemptionibus votorum crucesignatorum in Terre Sancte subsidium, quos a prosecutione voti sui paupertas vel probabilis personarum debilitas, seu obtenta per sedem apostolicam dispensatio, commutans in reale subsidium personale, executionem voti hujusmodi excusabit, necnon et de testamentis fidelium, que legantur in subsidium dicte Terre, non expressis locis aliquibus vel personis, iidem Templarii usque ad decem millium, et Hospitalarii usque ad duorum milium marcarum argenti summas, ubicumque locorum extra regnum Alamannie possent recipere, sub certa forma per nostras litteras duximus indulgendum, certis eis super hoc conservatoribus deputatis. Cujus indulgentie pretextu, iidem magister et fratres militie Templi hujusmodi redemptiones et legata in regno Jerosolimitano, sede Jerosolimitana vacante, recipere inceperant, et times, ut asseris, ne et fratres dicti Hospitalis in eodem regno velint recipere in tuum prejudicium et gravamen. Verum quia, sicut asseris, predecessores tui redemptiones et legata predicta in eodem regno, quando legatus destinatus de latere apostolico in illis partibus non existit, consueverunt recipere longis temporibus retroactis, nos, tuis devotis supplicationibus inclinati, ut per eandem indulgentiam seu quamlibet generalem aliam vel specialem, ipsis seu aliis fratribus cujuscumque ordinis vel etiam clericis secularibus, exemptis vel non exemptis, concessam super hiis a sede apostolica, vel in posterum concedendam, que de presentibus plenam et expressam non fecerint mentionem quoad receptionem redemptionum et legatorum ipsorum in regno predicto, nullum tibi generetur prejudicium, quominus illa percipias, sicut predecessores tui hactenus perceperunt, fraternitati tue auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo, etc. Dat. Laterani, v idus decembris, [pontificatus nostri] anno I.

### 2776. — [Vers 1256.]

*Rodolphe, comte de Habsbourg et landgrave d'Alsace, et Hebrard, son frère, confirment la vente de biens sis à Ebersol, faite par Marquard, clerc et curé de Bremgarten, aux Hospitaliers de Hohenrain.*

Source : Lucerne, Arch. cant., command. de Hohenrain (orig.).

R[udolphus], comes de Habsburc, langravius Alsacie, et H[eberardus], frater ipsius, B[urchardo] de Winterber[c], procuratori domus Hospitali (*sic*) seancti (*sic*) Johanis in Honrein, et universis fratribus ibidem, gratiam suam et omne bonum. Universitati vestre presentibus innotescat quod nos vendicionem cujusdam possessionis, in villa que dicitur Ebersol constitute, a Marcwardo, clerico nostro, plebano in Bremgarton, factam, ratam et firmam habemus, in testimonium hujus rei nostras vobis literas conferentes.

### 2777. — 1256, Grätz.

*Premysl-Ottakar II, roi de Bohême, duc de Silésie et seigneur de Troppau, donne aux Hospitaliers la possession de Gröbnik, et défend d'exiger par force de cette maison, et en général d'aucune de celles de l'ordre, le droit de gîte.*

Analyse : A. Boczek, *Cod. dipl. et epist. Moraviæ*, VII, 760 ; Erben et Emler, *Regesta diplom. necnon epistol. Boh. et Moraviæ*, II (Prague, 1872), 48, n° 124.

### 2778. — 1256, Gnezna.

*Boleslas VI le Pieux, duc de Pologne, confirme l'échange de diverses églises et possessions fait entre son frère Premysl I, duc de Pologne, et les Hospitaliers de Posen, et accorde des libertés étendues aux Hospitaliers dans son duché.*

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, D. LXVIII, lettre A (copie, XVIII[e] s.). — Texte : *Codex diplomaticus majoris Poloniæ*, I, 305, n° 344.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Quoniam omnes morimur simul in unum, dives et pauper, nec est aliquid quod in mortis articulo tantum valeat hominum cuilibet suffragari sicut misericordia, que sola est comes defunctorum, justum est, maxime nobis, qui pre ceteris a Domino bonis presentibus honoramur, hec largius et misericorditer Deo in personis, que sibi serviunt, impertiri, ut sic in futuro districtum judicem eo facilius nobis placabilem inveniremus. Notum sit igitur omnibus, tam presentibus quam futuris, presentem paginam inspecturis, quod nos Boleslaus, Dei gracia dux Polonie, confirmamus ac ratam et inviolatam esse volumus in perpetuum permutacionem, quam illustris princeps dominus Premislis, uterinus frater noster, dux ejusdem Polonie [1], de nostro consensu fecit cum fratribus Hospitalis sancti Johannis in Poznan, videlicet super ecclesia de Obrzyck et hereditatem Sedlecz vocatam, cum suis utilitatibus, et super ecclesia de Bogozen, cum villis et ejus adscripticiis et decimis, quarum nomina in privilegio continentur, dato a fratre nostro domino P[remislio] eisdem fratribus super dicta permutacione, ubi et ipse modus permutacionis continetur. Confirmamus et libertatem, que in eodem privilegio est conscripta et data a fratre nostro sepedicto, volentes ut in villis, que site sunt in nostro ducatu, que ad eandem religionem pertinent, ut Radlowo, Sedlcze, Pohorelicia, ipsa libertas, que data est et conscripta, tam a fratribus jam dictis quam ab hominibus eorum, in ipsis villis degentibus, perpetualiter teneatur. Constituimus siquidem, ob reverenciam predicti Hospitalis, predictas villas a servitute esse liberas, que prevod, pavoz, stroza et podworove nuncupatur. Et si quid juris habent in aliis villis et libertatis, hoc in istis possideant in nomine Ihesu Christi, et in illa que dicitur Belavi, quam fratribus et jam dictis villis annumeramus. Addimus insuper quod homines memorati Hospitalis non citentur, nisi sigillo nostro, coram nobis; et si judicati fuerint ad sex (*sic*) marcas, vaccam vel urnam mellis, et pro suppit (*sic*) triginta denarios solvant. Concedimus eciam eidem Hospitali ut, quociens fratres ejusdem per terram nostram transeant, ementes et vendentes ea que ad necessaria domestice cure pertinent, per thelonearias eciam vias ab omni exactione cujuslibet solucionis sint liberi et immunes. Que omnia ut robur firmitatis tam a presentibus quam futuris obtineant, sigilli nostri impressione et appensione presentem litteram curavimus communiri. Datum in Gnezna, anno gracie M CC L VI, presentibus hiis testibus : Jarostio, filio Falonis; Johanne, filio Richardi ; Mutina, preposito S. Georgii ; Chrostla.

### 2779. — 1256.

*Hartmann de Baldegg, avec l'assentiment de son frère Marquard et du comte Rodolphe de Habsbourg, en échange de deux mesures de terre (scoposa) à Ermensée*

1. Premysl I, duc de Pologne, 1239-1257.

*(Armense), appartenant à sa femme Elisabeth, qu'il avait vendues avec le consentement de celle-ci, lui donne deux mesures de terre à Sarmenstrof (Sarmarstroph), lui appartenant en propre, avec leur usufruit, à charge de payer aux Hospitaliers de Hohenrain un cens annuel de douze deniers.*

Source : Lucerne, Arch. cant., command. de Hohenrain (orig.). — Texte : *Geschichtsfreund*, V (1848), 229.

Actum anno Domini M CC L VI, indictione XIIII, sub fratre Burchardo de Winterberc, commendatore in Hohenrein.

**2780.** — 3 janvier 1256, Latran.

*Le pape Alexandre IV confirme, en le vidimant, le privilège de l'empereur Frédéric II en faveur des Hospitaliers de Bari, du* 17 *mars* 1215. (*V. plus haut, n°* 1439.) — « *Justis petentium desideriis* ».

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 63, p. 24 (copie, XVIII^e s.). — Texte : *Copia de' reali diplomi in pro dell' ordine Gerosolimitano* (Naples, 1776), 14 ; *Per l'insigne militar ordine Gerosolimitano* (Naples, 1786), 7.

Dat. Laterani, III nonas januarii, pontificatus nostri anno II.

**2781.** — 15 janvier 1256, Latran.

*Le même concède aux Hospitaliers le monastère de S. Lazare de Béthanie, de l'ordre de S. Benoit, au diocèse de Jérusalem, avec toutes ses dépendances et les privilèges dont il jouissait.*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 19, n° 120 (orig. bullé).

Alexander, etc., dilectis filiis... magistro et fratribus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, salutem, etc. Ad assiduum Christi servitium deputatos favore precipuo prosequi Romana debet ecclesia, ut in illos potissime gratiam sue benignitatis extendat, qui, vacando divinis obsequiis, noscuntur amplius promereri. Quia igitur eterni regis beneplacitis vos totaliter mancipastis, cum [acc]eptab[ile v]alde ipsius obsequium, personarum periculis minime formidatis, intrepidis prosequamini animis et viribus indefessis, pro terre Jerosolimitane tutela, Christi sanguine rubricate, continue decertantes, decet profecto et expedit ut copiosis vos corroboremus favoribus, vestreque domui efficacis auxilii magnique doni dexteram porrigamus. Ea propter, vestris devotis postulationibus benivolum impertientes assensum, quia pro ejusdem terre munimine duros anxiosque labores et sumptus subire innumeros vos oportet, ad quos proprie ipsius domus non sufficiunt facultates, nos monasterium S. Lazari de Bethania, ordinis sancti Benedicti, Jerosolimitane diocesis, quod paganica persequutione jam quasi destructum ab inimicis Christiani nominis detineri dicitur occupatum, cum omnibus possessionibus, juribus, libertatibus, immunitatibus et pertinentiis suis, ut ex hoc ad predicte terre presidium suffragium aliquod habeatis, vobis et per vos Hospitali sancti Johannis Jerosolimitani, tenore presentium, ex gratia speciali conferimus, et de apostolice plenitudine potestatis intrandi ac retinendi auctoritate propria possessionem premissorum omnium, non obstante contradictione cujusquam, facultatem vobis liberam concedentes, ita quod dilectis in Christo filiabus... abbatisse et monialibus

ejusdem monasterii, nunc ibidem existentibus, quamdiu vixerint et ibi permanserint, sufficienter omnia necessaria ministretis, et, post earum decessum vel discessum, totidem religiosas mulieres vestri ordinis quot ad presens alterius religionis in eodem monasterio esse noscuntur, substituatis, et ordinetis inibi sub predicti Hospitalis regula, correctione ac regimine perpetuo moraturas, patriarche Jerosolimitani, diocesani loci, et aliorum pontificum, in quorum diocesibus prefati monasterii bona consistunt, juribus semper salvis. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc. Dat. Laterani, XVIII kalendas februarii, pontificatus nostri anno II[1].

**2782. — 23 janvier 1256, Latran.**

*Le même exempte, à l'exemple des Hospitaliers, et en confirmant les actes de ses prédécesseurs, les chanoines du S. Sépulcre de tout subside pour la Terre Sainte. — « Justis petentium desideriis ».*

Source : Liège, Bibl. du Séminaire, ms. in-f., f. 39 *b* (copie, XVI<sup></sup>e s.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 16205 ; *Publications de la Société historique du Limbourg*, VI, 370. — Texte : Nakielski, *Miechovia, sive promptuarium antiquat. monasterii Miechovensis* (Cracovie, 1644), 54 (avec attribution erronée à Alexandre III).

Dat. Laterani, X calendas februarii, pontificatus nostri anno II.

**2783. — 25 janvier 1256, Windsor.**

*Henri III, roi d'Angleterre, certifie qu'il doit à Raymond le Prévôt (Prepositus), frère de l'Hôpital et chevalier, de Bergerac, cent livres Sterling pour les pertes que celui-ci a subies pendant la guerre de Gascogne, et une rente de vingt marcs Sterling sur son fief. N'ayant pu s'acquitter à l'époque convenue, il s'engage à le faire, sur le trésor, à Londres, dans le délai d'un mois à partir du 29 septembre 1256.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 40 Hen. III, membr. 17 (copie contemp.).

Teste ut supra [rege apud Windlesoram, XXV die januarii].

**2784. — 28 janvier 1256.**

« *Accord passé entre les Hospitaliers et les Templiers, par lequel ils conviennent*
« *de se tenir quittes respectivement de tous les frais et dépens qu'ils pourroient se*
« *demander pour les différends qu'ils avoient eu jusques alors ; la dite transaction*
« *approuvée et confirmée par le grand-maître de Châteauneuf, le 28 janvier 1255.* »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 293 (XVIII<sup></sup>e s.).

**2785. — 29 janvier 1256, Latran.**

*Le pape Alexandre IV autorise Jacques, patriarche de Jérusalem, pour les besoins*

1. Le lendemain, 16 janvier 1256, une bulle analogue fut adressée à l'évêque de Tibériade et à l'abbé de S. Samuel d'Acre. Elle nous a été conservée dans un vidimus du 5 août 1259. (V. plus bas, n° 2924.)

*de l'église de Jérusalem, à emprunter cent cinquante onces d'or à Raibard, maréchal de l'Hôpital.* — « *Cum, sicut in nostra* ».

SOURCES : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1130 (copie, XVIII^e s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 24, f. 136 (2^e pagination) (copie contemp.). — TEXTE : C. de la Roncière, *Reg. d'Alex. IV*, I, 329, n° 1096.

Dat'. Laterani, IIII kalendas februarii, [pontificatus nostri] anno II.

## 2786. — [2 février] 1256[1].

*Arrêt du Parlement de Paris, relatif à la haute justice de Villefranche sur Cher, que les Hospitaliers et le comte de Blois se disputaient ; il attribue celle-ci au comte de Blois, successeur des seigneurs de Romorantin.*

SOURCE : Paris, Arch. nat., X^1a 1, f. 2 *b* (copie, XIII^e s.). — ANALYSE : Boutaric, *Actes du parl. de Paris*, I, 7, n° 60. — TEXTE : Beugnot, *Les Olim*, I (Paris, 1839), 5.

## 2787. — 4 février 1256, Latran.

*Le pape Alexandre IV confirme le privilège, concédé aux Hospitaliers par le pape Honorius III, de ne pouvoir être excommuniés, ni eux ni leurs hommes, par le patriarche de Jérusalem.*

SOURCES : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 19 (vidimus de l'official d'Avignon, du 20 août 1393) ; liasse 30, n° V (bullaire, XIV^e s.) ; Lyon, Arch. du Rhône, gr.-prieuré d'Auvergne, H. 22, f. 149 (copie d'A. de Naberat, XVII^e s.) ; Marseille, Arch. des B.-du-Rh., H. 19, n° 125 (vidimus du doyen de S. Agricole d'Avignon, du 5 septembre 1422) ; Mons, Arch. d'état, ordre de Malte, n° 21 (copie notariée du 26 octobre 1372) ; Paris, Arch. nat., L. 250, n° 65 (orig.), n° 65 *bis* (vidimus d'un notaire de Paris, du 21 juin 1373), n° 65 *ter* (vidimus bullé de l'évêque d'Avignon, du 12 août 1393) ; M. 2, n° 8 (vidimus du 10 juillet 1378), et MM. 11 f. 26 *b* (bullaire, XV^e s.) ; Bibl. nat., lat. 9001, f. 98 *b* (copie d'A. de Naberat, XVII^e s.) ; Toulouse, Arch. de la H.-Garonne, ordre de Malte, bulles, n° 248 (orig.). — ANALYSE : L. Devillers, *Inv. anal. des Command. belges*, 6, n° 21.

Alexander, etc., dilectis filiis magistro et fratribus et universe familie Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Felicis recordationis Honorio pape, predecessori nostro, ex auttentico bone memorie Innocentii pape, predecessoris sui, constitit evidenter eundem Innocentium in pie recordationis Alexandri pape, predecessoris sui, perspexisse contineri rescripto quod idem Alexander movebatur, et plurimum gravabatur, super hoc quod Jerosolimitanus patriarcha in prebisteros et laicos vestros, quorum alii vobis gratis, alii vero pro precio serviebant, excommunicationis sententiam protulit, et vos etiam excommunicatos esse fateri presumpsit, cum vos et servientes vestri ea libertate, de clementia sedis apostolice, gaudeatis quod a nemine, nisi a Romano pontifice, excommunicari vel interdici possitis ; et ne vobis similia in posterum contingere possent, auctoritate apostolica interdixit ut nemini liceat, sine speciali mandato Romani pontificis, vos vel servientes vestros, clericos sive laicos, donec in servitio domus vestre fuerint, excommunicationi vel interdicto subicere ; et, si qua sententia in vos vel in servientes vestros aliter lata fuerit, eam irritam censuit et inanem ; nichilominus tamen vobis et eisdem servientibus vestris indulsit ut, pro excommunicationis vel interdicti sententia, si quando

1. Cette pièce est simplement datée du parlement de la chandeleur de l'an 1255 ; elle fut rendue pendant la session, dans le courant de février ou de mars, sans qu'on puisse préciser plus exactement la date.

a Jerosolimitano patriarcha vel ab alio quolibet in vos vel in eos sine mandato Romani pontificis lata fuerit, non omittatis ecclesias frequentare aut servitio domus vestre vel divinis officiis interesse, cum hujusmodi sententia irrita sit penitus et inanis. Nos autem, eorumdem predecessorum nostrorum vestigiis inherentes, que prescripta sunt auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc. Dat. Laterani, II nonas februarii, pontificatus nostri anno II.

### 2788. — 9 février 1256, Latran.

*Le même informe l'abbé de Jubin, de l'ordre de Citeaux, au diocèse d'Antioche, que les prélats de la province d'Antioche, à l'exception des Cisterciens, des Hospitaliers et des Templiers, doivent donner au patriarche d'Antioche la dîme de tous les revenus ecclésiastiques pendant trois ans pour fortifier le château de Kalat-ez-Zau (Carsarii). — « Etsi ex injuncto ».*

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1130 (copie, XVIII<sup>e</sup> s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 24, f. 133 *b* (2<sup>e</sup> pagination), n° 74 [2] (copie contemp.). — Texte : C. de la Roncière, *Reg. d'Alex. IV*, I, 325, n° 1087.

Dat. Laterani, V idus februarii, pontificatus nostri anno II.

### 2789. — 9 février 1256, Latran.

*Le même mande aux évêques de Tortose et de Tripoli de faire délivrer au patriarche et au prince d'Antioche le reliquat de quatre cents marcs, qu'Innocent IV avait déposés entre les mains des grands-maîtres du Temple et de l'Hôpital. — « Lecta nobis venerabilis ».*

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1130 (copie, XVIII<sup>e</sup> s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 24, f. 133 *b* (2<sup>e</sup> pagination) (copie contemp.). — Texte : C. de la Roncière, *Reg. d'Alex. IV*, I, 324, n° 1086.

Dat. Laterani, V idus februarii, [pontificatus nostri] anno II.

### 2790. — 11 février 1256, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent IV, du 24 novembre 1247 : « Justis petentium desideriis ». (V. plus haut, n° 2461.)*

Source : Lyon, Arch. du Rhône, gr.-prieuré d'Auvergne, H. 26, n° 12 (orig.).

Dat. Laterani, III idus februarii, pontificatus nostri anno II.

### 2791. — 11 février 1256, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du 7 mars 1185 : « Dilecti filii fratres ». (V. plus haut, I, n° 752.)*

Source : Lyon, Arch. du Rhône, gr.-prieuré d'Auvergne, H. 26, n° 14 (orig., mauvais état).

Dat. Laterani, III idus februarii, pontificatus nostri anno II.

**2792.** — 11 février 1256, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Grégoire IX, du* 1 *décembre* 1228 : « *Evangelice doctrine* ». (*V. plus haut. n°* 1931.)

Source : Lyon, Arch. du Rhône, gr.-prieuré d'Auvergne, H. 26, n° 13 (orig. détérioré).

Dat. Laterani, III idus februarii, pontificatus nostri anno II.

**2793.** — 11 février 1256, Latran.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 29 *novembre* 1184 *ou* 1185 : « *Decet pastoralis sollicitudinem* ». (*V. plus haut*, I, *n°* 700.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 15, n° 5 (copie, XIII° s.).

Dat. Laterani, III idus februarii, pontificatus nostri anno II.

**2794.** — 13 février 1256, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 26 *août* 1180 : « *Si discrimina que* ». (*V. plus haut*, I, *n°* 590.)

Source : Paris, Arch. nat., M. 2, n° 9 (vidimus scellé de l'écolâtre de Périgueux, du 9 avril 1323).

Dat. Laterani, idibus februarii, pontificatus nostri anno II.

**2795.** — 13 février 1256, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 9 *mars* 1198 : « *Dilecti filii fratres* ». (*V. plus haut*, I, *n°* 1013.)

Source : Lyon, Arch. du Rhône, gr.-prieuré d'Auvergne, H. 28, n° 8 (vidimus de Jean, official de Clermont, de juillet 1288).

Dat. Laterani, ydus februarii, pontificatus nostri anno II.

**2796.** — 14 février 1256[1].

« *Acte par lequel Henry*[2], *oncle de Bohémond* [*d'Antioche*], *IV*e *du nom* [*lisez VI*], « *et les principaux seigneurs de sa cour promettent de sa part au grand-maître*

1. Sur le style des princes d'Antioche, voir plus bas, p.807, n° 2801.
2. Il était fils de Bohémond IV, prince d'Antioche. Du chef de sa femme Isabelle, fille du roi Hugues de Chypre, il fut investi des fonctions de bail du royaume de Jérusalem.

« *[Guillaume] de Châteauneuf que ce prince gardera le compromis, qu'il a fait avec*
« *luy au sujet des différens qu'ils avoient ensemble, et qu'il acquiescera à la sentence*
« *des arbitres dont ils sont convenus, à peine de mille marcs d'argent en cas de*
« *contravention, du* 14 *février* 1255 ».

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 295 (xviii$^e$ s.).

## 2797. — 18 février 1258, Latran.

*Le pape Alexandre IV ordonne aux Hospitaliers de la province de Jérusalem d'obéir à Jacques, patriarche de Jérusalem, légat du S. Siège, malgré les privilèges et exemptions contraires qu'ils pourraient invoquer.*

Sources : Malte, Arch, de l'ordre, div. VII, vol. 1130 (copie, xviii$^e$ s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 24, f. 146 (2$^e$ pagination) (copie contemp.). — Texte : C. de la Roncière, *Reg. d'Alex. IV,* I, 352, n° 1161.

[Alexander, etc.], magistro, preceptoribus, conventibus, ac universis fratribus Hospitalis sancti Johannis, in Jerosolimitana provincia constitutis, [salutem, etc.]. Cum venerabili fratri nostro.., patriarche Jerosolimitano, tam in provincia Jerosolimitana quam etiam in exercitu Christiano, ubicunque pro subsidio Terre Sancte in dicta provincia fuerit, plene legationis officium, de fratrum nostrorum consilio, duxerimus committendum, universitati vestre per apostolica scripta mandamus et districte precipimus quatinus ipsum, sicut apostolice sedis legatum, immo verius nos in ipso, studeatis devote recipere ac honorifice pertractare, sibique favorabiliter ac fideliter assistentes, ipsius salubria monita et mandata recipiatis humiliter et irrefragabiliter observetis, quamdiu predicte legationis officium exequetur ; alioquin sententiam, quam idem rite, etc., *usque* observari ; non obstante si vobis aut familie vestre communiter vel divisim ab eadem sede indultum existat quod interdici, suspendi et excommunicari, sive quod extra certa loca evocari ad judicium non possitis, et quibuslibet aliis apostolicis vel legatorum sedis jamdicte indulgentiis obtentis, vel etiam in posterum obtinendis, nisi eedem apostolice indulgentie obtinende plenam et expressam de presentibus fecerint mentionem. Dat. Laterani, xii kalendas marcii, [pontificatus nostri] anno ii [1].

## 2798. — 20 février 1256, Latran.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent IV, du* 23 *août* 1250 : « *Ipsa nos cogit* ». (*V. plus haut, n°* 2532.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 275 (copie de S. Pauli, xviii$^e$ s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, bull. orig. d'Alex. IV, n° 55 (auj. perdu). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.,* n° 16259. — Texte : *Bullarum Taurinensis editio,* III, 629 ; Coquelines, *Bullar. ampliss. coll.,* III, 369 ; Pauli, *Cod. dipl.,* I, 275.

Dat. Laterani, x kalendas martii, pontificatus nostri anno ii.

1. Le même jour, des bulles de même teneur furent adressées par la chancellerie pontificale aux frères de l'ordre de S. Lazare, aux Templiers et aux Teutoniques de la province de Jérusalem.

**2799.** — 21 février 1256, Latran.

*Le même autorise les Hospitaliers à jouir des clauses et privilèges tombés en désuétude par négligence ou ignorance, pourvu qu'il n'y ait pas prescription.*

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 276 *b* (copie de S. Pauli, xviii[e] s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, bull. orig. d'Alex. IV, n° 56 (auj. perdu).

Alexander, etc., magistro et fratribus Hospitalis Hierosolimitani, salutem, etc. Licet, sicut lecta nobis vestra petitio continebat, muniti apostolicis privilegiis existatis, quibusdam tamen illorum seu aliquibus eorum articulis, propter negligentiam sive simplicitatem, uti multoties omisistis. Quare petistis a nobis super hoc apostolice sedis providentia subveniri. Nos igitur, indempnitati vestre volentes in posterum precavere, presentium vobis auctoritate concedimus ut eisdem privilegiis et articulis, dummodo non sit prescriptum legitime sive acquisitum jus aliquod contra ea, uti de cetero libere valeatis. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, viiii kalendas martii, pontificatus nostri anno ii.

**2800.** — 21 février 1256, Latran.

*Le même exempte les Hospitaliers du paiement de toutes les impositions levées par le S. Siège, pour lesquelles mention spéciale de l'ordre n'aura pas été faite.*

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 276 (copie de S. Pauli, xviii[e] s., d'après le bullaire A) ; Malte, Arch. de l'ordre, bull. A, f. 206 (auj. perdu) ; Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 20, n° 127 (vidimus de l'official d'Avignon, du 28 juin 1345) ; Munich, Arch. roy. de Bavière, command. de Wurtzbourg, liasse 6 (vidimus de Guillaume, cardinal de S. Marc, du 9 juillet 1267) ; Paris, Arch. nat., M. 2, n° 5 *ter* (vidimus de l'écolâtre de Périgueux, du 9 avril 1323) ; Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. ordre de Malte, bulles n° 58 (orig., mauv. état), et collectanea n° 246 (vidimus de l'official de Rodez, de septembre 1241) ; Wurtzbourg, Arch. roy., cartul. 141, f. 124 (copie, xvi[e] s., d'après le vidimus du 9 juillet 1267).

Alexander, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Religionis vestre meretur honestas ut, vos speciali diligentes in Domino caritate, prosequamur gracia sedis apostolice ac favore. Sane tenuitatem vestrorum reddituum et proventuum sollicite actendentes, ac per hoc volentes alicujus relevationis solacio vos gaudere, vobis auctoritate presencium indulgemus ut, ad prestationem aliquarum collectarum, subsidiorum et aliarum exactionum, imponendarum vobis et domibus vestris a sede apostolica seu legatis ejusdem aut ipsorum auctoritate ac mandato, non teneamini per litteras ipsius sedis seu legatorum ejus, que plenam et expressam de indulgencia hujusmodi et ordine vestro non fecerint mencionem. Nos enim excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias, si quas occasione predictorum privilegiorum promulgari contigerit, deccrevimus non tenere. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, ix kalendas martii, pontificatus nostri anno ii.

**2801.** — Mars 1256[1].


*Bohémond VI, prince d'Antioche et comte de Tripoli, donne aux Hospitaliers,*

1. La chancellerie d'Antioche et de Tripoli employant le style du 25 mars (ou peut-être de pâques), cet acte

*représentés par Hugues Revel, grand-commandeur d'Acre, une concession d'eau pour arroser leur jardin de la Gloriette, sis devant la porte de leur maison de Tripoli, la dîme des poissons pêchés devant ledit jardin, le droit de décharger leurs marchandises devant leur maison de Tripoli, et leur confirme toutes leurs possessions au comté de Tripoli.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 47 [1] (orig.). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 147. — Analyse : A. Lambert, *Cat. des mss. de Carpentras*, II, 289. — Extraits : Carpentras, Bibl. publ., ms. Peiresc 48, f. 565 et f. 674 *b* (xviii<sup></sup>e s.) ; Taaffe, *The hist. of the..... order of S. John of Jerusalem*, IV, app., n° lxix.

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti, amen. Ge Boemund, par la grace de Deu prince d'Antioche et cuens de Triple, fiz de Boemund, prince d'Antioche et conte de Triple de bone memoire, fas à saveir à toz ceaus qui sont et qui avenir sont que, por la grant devocion que je ai à la sainte maison de l'Hospital de saint Johan de Jerusalem, et por la grant dilection que je ai au religios home frere Guillaume de Chastel Noef, henorable maistre de la sus nomée maison, et par la main dou religios frere Huge Revel, grant comandor de la maison del Hospital d'Acre, doins, otrei et conferm en aumone, por l'arme de mei et de mes ancessors, à la sus nomée maison de l'avantdit Hospital, et à toz les freres, que i sont et que i serront pardurablement, que vos pussés prendre un tuel d'aigue, dou large de la roe qui est peinte en cestui privelige, et que vous puissiés l'avantdit tuel d'aigue faire aler par tot vostre porpris à vostre profit. Et vos otrei encores que vos puissés prendre la disme dou peisson de toz les pescheors des grips qui tirront, tant com le porpris de de vostre jardin dure, qui est devant vostre porte de la maison de Triple, le quel jardin s'apele le jardin de la Gloriette, et tant com le porpris de vostre maison dure. Et totes vos maisons, o totes lur apartenances et totes vos censives, que vos avés et tenés en ma cité de Triple jusques au jor que je vos ai fait ce mien don, vos otrei je et conferm que vos les puissés aveir et tenir pardurablement sans contredit. Et vos doins ensement que vos puissés faire descharger et charger totes les vos choses, sauf savon, en la marine devant vostre maison de Triple. Et por ice que ce mien don, ensi com il est pardesus devisé, parmeigne ferm et estable pardurablement, je ai fait ce meime privelige garnir et confermer de mon seel principal de plomb. De mes homes sont garens : Guillaume, sire dou Botron ; Meillor, sire de Maraclée ; Johan, sire dou Puy ; Johan, mareschau de Triple ; Johan Pierre ; Henri de Camerdais ; Thomas Arra ; Johan de Flaincort ; Angele Pierre ; Remond Arra ; Pierre de la Gibroille. Donné en mon palais, par la main de Johan, mon chancelier de Triple, en l'an de l'incarnacion m cc lv, el meis de mars, le tiers an de mon principe et de mon conté.



## 2802. — 15 mars 1256, Latran.

*Le pape Alexandre IV renouvelle le privilège qui exempte les Hospitaliers de la juridiction de l'ordinaire.*

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 19 (orig.) ; liasse 30 n° v (copie, xiv<sup></sup>e s.) ; liasse 723 (orig. bullé) ; Malte, Arch. de l'ordre, div.

semble être de mars 1256. L'indication de la 3e année du principat de Bohémond VI, qui figure ici, corrobore cette date. Quoique nous ignorions le point de départ précis de ce principat, un acte du 1 mai 1262 (Pauli, *Cod. dipl.*, I, 262) porte la mention de la 9e année de ce principat, ce qui exclut le mois de mars 1255.

I, vol. 46; Paris, Arch. nat., M. 2, n° 5 *ter* (vidimus de l'écolâtre de Périgueux, du 9 avril 1323); Toulouse, Arch. de la H.-Gar., fonds de Malte, bulles n° 59 (orig. bullé), et bulles, collectanea, n° 144 (vidimus de l'official de Sisteron, du 1 décembre 1267, avec des variantes).

Alexander, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Ipsa nos cogit pietas honestis petitionibus vestris exauditionis gratiam non negare, quibus efficax ex eo patrocinium suffragatur quod, pastorem alium, preter Romanum pontificem, non habentes, pro Terre Sancte tutela, cui perpetuum religionis vestre obsequium dedicastis, in fervore caritatis intrepide sub devota sedis apostolice obedientia prudenter exponitis contra impetus infidelium res et vitam. Lecta siquidem nobis vestra petitio continebat quod, licet ordini vestro a sede apostolica sit indultum ne per litteras sedis ejusdem conveniri possitis, que de ordine vestro non fecerint mentionem, nonnulli tamen ecclesiarum prelati et judices, vestris libertatibus invidentes, cum aliquas litteras sedis predicte ad eos impetrari contigerit, in quibus generaliter continetur quod procedere valeant non obstantibus aliquibus privilegiis seu indulgentiis a sede nominata obtentis, per que attribute ipsis jurisdictionis explicatio impediri valeat vel differri, et de quibus oporteat fieri mentionem, in vos jurisdictionem indebitam vendicare, nec non litterarum ipsarum pretextu evocare coram se ad judicium non verentur, in totius vestri ordinis magnum prejudicium et gravamen, super quo subveniri vobis per apostolice sedis auxilium humiliter postulastis. Nos igitur, vestris devotis supplicationibus favorabiliter annuentes, ne hujusmodi littere ad predictum extendantur indultum, nec per eas eidem indulto in aliquo derogetur, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli ergo, etc. Dat. Laterani, idibus martii, pontificatus nostri anno II.

## 2803. — 15 mars 1256, Prague.

*Premysl-Ottakar II, roi de Bohême, duc d'Autriche et margrave de Moravie, exempte les possessions des Hospitaliers en Moravie de tous impôts et de la juridiction royale.* (*V. plus haut,* I, *n*os 1418 *et* 2091.)

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXI, n° 24 (orig. scellé). — Analyse : *Appendix synoptica,* (s. l. n. d., xviiie s.), n° xxiv; Boehmer, *Reg. imperii* (1246-1313); addit. sec. (Stuttgart, 1859), 443, n° 80; Dobner, *Monum. histor. Boemiæ,* IV, 266; Erben-Emler, *Reg. diplom. necnon epistol. Bohemiæ et Moraviæ,* II, 36, n° 92. — Texte : A. Boczek, *Cod. dipl. et epist. Moraviæ,* III, 206, n° 230.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Otacharus, qui et Premyzl, Dei gracia dominus regni Boemie, dux Austrie et marchio Moravie, omnibus imperpetuum. Regie majestatis industria hanc sibi pre ceteris mundi nobilibus legem ponit ut bonis operibus aurem sue benignitatis inclinet, et religiosorum comoditatibus intendere non omittat. Hinc est quod nos religiosorum virorum fratrum Hospitalis sancti Joannis privilegia, non cancellata, non abolita, nec in aliqua sui parte viciata, viderimus, et nos eorundem paci et quieti in nullo magis credimus succurrere, quam eorum possessiones a cunctis vexationibus, in quantum possumus, tutas reddere et honorare perpetua libertate. Noverint igitur tam presentes quam futuri quod omnes possessiones domus sancti Johannis per Moraviam universam, in quacunque provincia eas possideant, et adhuc fuerint possessuri, propter pietatem quam exhibent circa pauperes et infirmos, ab omni jure, quod ad nos vel successores nostros pertinet, duximus absolvendos. Jura autem, a quibus eos absolvimus, sunt hec : nariez, nochlegh, powoz, et ab illo jure pro quo dantur quatuordecim nummi. Insuper liberos esse volumus ab illis nummis, qui dantur

pro capite vel pro swod, et ab omni exaccione, que spectat ad castrorum edificacionem, secundum terre nostre morem. Si quis autem hominum illius domus pro furto ceciderit accusatus, vel etiam in furti actione fuerit deprehensus, bona furis domui remaneant, et ipse cum adversario suo satisfaciat, pro capite suo graciam principis inventurus. Nullus eciam principum vel terre inbeneficiatus sive camerarius, sive judex, sive ceteri officiales, quocunque modo nominati, aliquid ab hominibus domus illius exigat, vel novas consuetudines imponat. Omne etiam jus, quod serenissimus pater noster pie recordacionis Wencezlaus[1] cum fratre suo Wladizlao[2] abbacie Welegradensi concesserat, nos domui predicte et ipsius fratribus valiturum perpetuo confirmamus. Ut autem hec omnia rata et firma permaneant in futurum, presentem cartam nostre serenitatis sigillo fecimus insigniri, cum testibus subnotatis, quorum hec sunt nomina, que secuntur : Bawarus, summus camerarius regni nostri; Ieroscius, burcravius in Praga; Sdezlaus, dapifer noster; Marquardus, camerarius; Andreas, subdapifer; Wilhelmus de Poydebrad; Ierozlaus, frater Galli; Schenko de Sytavia, cum fratre suo Hainrico; Ulricus; Lepus; Boruto; Hermannus, filius Zobezlay; Ratmirus, burcravius de Primda; Diwischius, frater Andree; Stiborius Hlava; Budizlaus Calvus, et alii quam plures. Actum apud Pragam, anno Domini M CC L VI. Datum per manus aule nostre prothonotarii Arnoldi, idus marcii, XIII indictionis.

## 2804. — 19 mars 1256, Bero-Münster.

*Godefroy I, comte de Habsbourg, en son nom et en celui de ses frères, renonce en faveur des Hospitaliers d'Hohenrain à tous ses droits sur les hommes libres de Rützigen, Aetwyl, Brünnlen et Unterebersol.*

Source : Lucerne, Arch. cant., command. de Hohenrain (orig. scellé). — Texte : *Geschichtsfreund*, XXVII (Einsiedeln, 1872), 293.

In nomine patris, et filii et spiritus sancti, amen. Expedit utilitati plurimum et quieti eos, qui Deo ditati pro peccatis hominum jugiter interpellant, favore debito conservari. Igitur mota questione viris religiosis magistro et fratribus Hospitalis sancti Johannis in Honrein a nobili viro comite Gotfrido de Habspurc, super jure dominii quorumdam hominum libere conditionis, in Ruocingen, in Apwiler, in Bruinlon et in Ebirsol inferiori commorantium, nec non filiorum Ruodolfi de Krannemos, quos hactenus domus ipsa et fratres cum omni subjectione cujuslibet potestatis et respectu seu requisitione judicii vel districtus libere possidebant, dicto comite nunc in contrarium quandam in ipsis hominibus sibi servitutem vendicante, tandem idem comes, ductus consilio saniori, sponte cessit juri quod visus est sibi usurpasse, renunciando pro se et fratribus suis vel heredibus in futurum actioni cuilibet, que sibi competere in predictis hominibus jure quolibet videretur. Promittens bona fide sine fraude quod nichil ab aliquo, pertinente ad domum ipsam, ratione prediorum, jure hereditario aut alias habitorum, petat, vel eum sue dicioni subesse qualitercumque constringat, per se vel per alium, aut procuret ad aliquod servitium coerceri, maxime cum sepedictus comes recognoverit idipsum juris fratres et domum predictam aliquando a suis progenitoribus evicisse. In cujus facti evidentiam, ad petitionem partium, presens instrumentum confectum, pro majori sollempnitatis firmitate, sigillo venerabilis patris et domini E[berhardi], Dei gratia Constantiensis episcopi, cum

1. Venceslas I, roi de Bohême (1230-53).

1. Henri-Vladislas III, margrave de Moravie.

appensione sigilli comitis ipsius est roboratum. Acta sunt hec apud Beronam, anno Domini M CC L VI, XIIII kalendas aprilis, indictione XIIII.

## 2805. — 26 mars 1256, Latran.

*Le pape Alexandre IV, en présence de l'abus que les Templiers, les Hospitaliers et les autres religieux de France font du privilège d'exemption dont ils jouissent, règlemente les droits des évêques vis-à-vis des hôtes, des donats et oblats de ces ordres, la construction des chapelles et oratoires, la célébration des offices dans les lieux non exempts ou exempts, les procès des hommes libres de ces ordres, etc.*

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1130 (copie, XVIII[e] s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 24, f. 166 (2[e] pagination), n° 268[3] (copie contemp.) ; Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 173 (copie de Smitmer, XVIII[e] s.).

Alexander, etc., ad perpetuam rei memoriam. Licet regularis ordinis professores illos presertim, quos majoris libertatis apostolica sedes privilegiis honoravit, congruis attollere favoribus et ipsorum illibata conservare privilegia intendamus, sic tamen eos suis juribus volumus manere contentos, quod, privilegiorum ipsorum limites observantes, jura non occupent aut impediant aliorum. Sane intelleximus quod Templarii et Hospitalarii, et alii religiosi, privilegio exemptionis gaudentes, de regno Francie, hospites suos, qui dati eorum ordini seu oblati dicuntur, vel qui aliquem censum etiam modicum eis solvunt, per se ac conservatores, sibi a sede apostolica deputatos, privilegiorum suorum pretextu defendunt, ne ii, cum delinquunt, a suis ordinariis ecclesiasticis, sicut alii laici, pro furtis videlicet, adulteriis et aliis criminibus, quorum ad ordinarios ipsos spectat correctio, puniantur. Capellas autem et oratoria sine consensu et auctoritate diocesanorum construunt, nec non et interdicti ac suspensionis sententias, quas ordinarii proferunt in personas et loca sibi subjecta, dampnabiliter contempnentes, faciunt in locis eisdem ac capellis et oratoriis sibi constructis divina temeritate propria celebrari, quamquam quod hec ipsis liceant, apostolicum privilegium vel indulgentiam non ostendant; causas quoque suorum hominum assumentes, illos, quos ipsis hominibus injuriari asserunt super hujusmodi injuriis, licet sint iidem homines liberi, conveniunt, et in causam nomine suo trahunt. Iidem etiam exempti et alii quamplures religiosi pro certis peccatis certas penas statuunt infligendas ; ex quo interdum evenit quod, dum tales pene delinquentibus infliguntur, eorum peccata, que occulta fuerant, in notitiam veniunt aliorum. Volentes itaque talium presumptionibus, congruis, prout nostre incumbit solicitudini, remediis obviare, apostolica auctoritate, de consilio fratrum nostrorum, statuimus quod hujusmodi hospites vel homines, qui dati vel oblati dicuntur, vel qui prefatis exemptis aliquem censum solvunt, si non se eisdem exemptis omnino reddiderint sed in proprietatibus suis omnimode duxerint remanendum, propter hoc ab episcoporum suorum sententia nullatenus eximantur, sed potestatem suam in eos ipsi episcopi sicut in alios parrochianos suos exerceant, cum pro suis fuerint excessibus corrigendi, nec ob hoc exemptorum ipsorum conservatores quicquam contra eosdem episcopos valeant attemptare. Oratoria vero vel capellas in locis non exemptis, sine diocesanorum locorum ipsorum licentia iidem exempti construere non presumant, nec in sic constructis, neque in locis non exemptis, cum ab ordinariis fuerint interdicta, celebrent vel faciant celebrari divina; quod si talia presumpserint, ab iis per locorum ipsorum ordinarios compescantur ; et si quas propter hoc exemptorum ipsorum conservatores sententias in contrarium

protulerint, illas penitus revocamus. Inhibemus autem ne in locis etiam exemptis hec ipsi exempti facere audeant, nisi super iis licentiam sedis apostolice habeant, vel ipsius privilegium speciale; causas quoque sive lites proprias suorum liberorum hominum, que videlicet ad ipsos tantum homines pertinent, iidem exempti suo nomine, sive ut actores, sive ut defensores, veluti suas aliquatenus non assumant, etiam si sint ipsis dicti homines censuales, cum id nequaquam licitum sit eisdem. Pro peccato vero incognito et occulto certa pena nullatenus statuatur, ex qua, si per eam satisfiat, possit quoquomodo peccatum ipsum percipi, conici vel adverti. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, VII kalendas aprilis, [pontificatus nostri] anno II.

**2806.** — 31 mars 1256, Latran.

*Le pape Alexandre IV informe Jacques, patriarche de Jérusalem, légat du S. Siège, qu'il l'a recommandé aux Hospitaliers, aux Templiers, aux Teutoniques et aux frères de S. Lazare.* (*V. plus haut, n°* 2797.)

SOURCES : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1130 (copie, XVIII<sup>e</sup> s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 24, f. 156 (2<sup>e</sup> pagination) n° 222 (copie contemp.).

Alexander, etc., venerabili fratri... patriarche Jerosolymitano, apostolice sedis legato, salutem, etc. Cum nos tibi, tam in provincia tua quam etiam in exercitu christiano, ubicumque pro subsidio Terre Sancte in dicta provincia fuerit, plene legationis officium de fratrum nostrorum consilio duxerimus committendum, mandamus quatenus dictum officium ita, juxta datam tibi a Domino prudentiam, diligenter ac fideliter exequaris, quod exinde ipsius Terre negotio sperata utilitas producatur, et nos diligentie tue studium dignis in Domino laudibus commendemus. Nos enim dilectis filiis magistris, preceptoribus, conventibus, ac universis fratribus Hospitalis sancti Johannis, militie Templi domorumque S. Marie Theutonicorum et S. Lazari in jamdicta provincia constitutis per alias nostras damus litteras in mandatis, districte precipientes ut te, sicut apostolice sedis legatum, immo verius nos in te, devote recipiant et honorifice studeant pertractare, tibique favorabiliter et fideliter assistentes, tua salubria monita et mandata recipiant humiliter, et irrefragabiliter observare procurent, quamdiu predicte legationis officio exequeris, alioquin sententiam, quam tu rite tuleris in rebelles, ratam habebimus, et faciemus, auctore Domino, inviolabiliter observari. Non obstantibus si eis aut eorum familie communiter vel divisim ab eadem sede indultum existat, quod interdici, suspendi et excommunicari, seu extra certa loca ad judicium evocari non possint, et quibuslibet aliis apostolicis vel legatorum sedis jamdicte indulgentiis, obtentis vel etiam in posterum obtinendis, nisi eedem apostolice indulgentie obtinende plenam et expressam de litteris ipsis fecerint mentionem. Dat. Laterani, II kalendas aprilis, [pontificatus nostri] anno II.

**2807.** — Avril 1256[1].

*Bohémond VI, prince d'Antioche et comte de Tripoli, déclare à Guillaume de*

1. Pour la détermination de cette date, voir p. 807, n° 2801, note 1.

*Châteauneuf, grand-maître de l'Hôpital, qu'il renonce à toute réclamation pour les griefs que lui et ses prédécesseurs avaient élevés contre l'ordre de l'Hôpital.* (*V. plus haut, n°* 2796.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 50 (orig.)[1]. — Analyse : A. Lambert, *Cat. des mss. de Carpentras*, II, 288. — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 153. — Extraits : Carpentras, Bibl. publ., ms. Peiresc 48, f. 523 et f. 669 (xvii^e^ s.).

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti, amen. Ge Boemons, par la grace de Deu prince d'Antioche et cuens de Triple, fiz de Boemond, prince d'Antioche et conte de Triple de bone memoire, faz à saveir à toz ceaus qui sunt et qui avenir sunt, que, des contens qui esteent de mei et de mes homes à la sainte maison de l'Ospital de saint Johan de Jerusalem et à lur homes, c'est à saveir de mon tens et del tens de mon pere prince Boemond de bone memoire, et del tens de mes ancestres, les quels contens esteent des demages qui tornent amueble et d'enjures et d'otrages, des quels contens nos et le devantdit Hospital, por aprochement d'amor et de pais complie, et por les grans profits qui en sunt, et por eschiver les perils et les demages qui à avenir en peusseent, somes concordés en tel maniere que je, por mei et por mes heirs et por mes homes, quite, et ai quité, et clame quite à frere Guillelme de Chasteauneuf, honorable maistre de la susdite sainte maison de l'Ospital de saint Johan de Jerusalem, et à la dite maison, et à lur homes, toz les demages et les enjures, et les otrages dessus motiz, faits jusque à ce jor, que je, ne mes heirs, ne mes homes, ne autre por nos ne puissons riens demander ne requerre des sus diz demages, enjures et otrages, en nul tens ne en nule maniere, en nule cort, c'est à saveir ne en cort de iglize ne en cort laye, à la susnomée maison de l'Hospital, ne à lur successors, ne à lur homes. Et tot autre tel quitance, com est dessus devisée, le devant dit maistre, por lui et por la devant dite maison de l'Hospital, et por le covent de la susdite maison, et por lur successors, et por lur homes, a fait à mei et à mes heirs et à mes homes. Et por ce que ceste quitance, en la maniere com est dessus contenue, seit ferme et estable pardurablement, je ai fait garnir et confermer ce present privilege de mon seau principal de plumb. De ce sunt garenz des mes homes liges : Henri, mon oncle[2] ; Guillelme, sire dou Botron ; Meillior, sire de Mareclée ; Johan, mareschal de Triple ; Johan de Farabel, sire del Pui ; Henri de Camerdais ; Johan Pierre ; Thomas Arra ; Johan de Flaincort ; Baudoin de Mont Olif. Ce fut fait en l'an de l'incarnation Ihesu Crist M CC L VI, el meis d'avril, el tiers an de mon princé et de mon conté.

**2808.** — 8 avril 1256, Latran.

*Le pape Alexandre IV au grand-maître et aux frères de l'Hôpital. Il renouvelle la bulle d'Honorius III, du* 12 *mai* 1225 : « *Ante oculos cordis (avec la variante : mentis)* ». (*V. plus haut, n°* 1815.)

Sources : Lyon, Arch. du Rhône, gr.-prieuré d'Auvergné, H. 29, n° 1 (vidimus de l'official de Clermont, de 1305) ; Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 19, n° 126 (copie notariée, fin xiii^e^ s.) ; Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXVI, n° 32 (orig. bullé) ; Toulouse, Arch. de la H.-Gar., bulles, collectanea, n° 145 (vidimus de l'official de Cahors, de 1319), n° 146 (vidimus de l'official de Rodez, du 11 décembre 1372), et n° 246 (vidimus de l'official de Rodez, de septembre 1341).

Dat. Laterani, vi idus aprilis, pontificatus nostri anno ii.

1. Le sceau de Bohémond IV subsistait encore au xvii^e^ siècle. Peiresc en a donné la description à la suite des extraits qu'il a pris de cet acte.
2. V. plus haut, p. 805, note 2.

### 2809. — 13 avril 1256, Latran.

*Le même au grand-maître et aux frères de l'Hôpital. Il renouvelle la bulle de Grégoire IX, du 13 avril 1234 : « Justis petentium desideriis ». (V. plus haut, n° 2078.)*

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 30, n° xiv (orig.), et n° v (copie, xiv<sup></sup>e s.); Aarau, Arch. d'état, command. de Leuggern, n° 49 (vidimus de l'évêque de Constance, du 20 octobre 1291); Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, cartul. 393 F, p. 61 (copie, xvii^e s.); Fribourg, Bibl. cant., L. 44, f. 7 (cartul. de Leuggern, de 1536, d'après un vidimus de Rodolphe, évêque de Constance, du 20 octobre 1291); Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 50 (copie de S. Pauli, xviii^e s.); Malte, Arch. de l'ordre, bullaire orig. d'Alexandre IV, n° 26 (auj. perdu); Munich, Bibl. roy., ms. latin 4620, f. 129 (copie, xiv^e s.); Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXVI, n^os 33 et 33 *bis* (orig. bullés). — Analyse : Herrgott, *Geneal. dipl. augustæ gentis Habsburgicæ*, III, 546.

Dat. Laterani, idibus aprilis, pontificatus nostri anno ii.

### 2810. — 30 avril 1256, Acre.

*Guillaume de Châteauneuf, grand-maître de l'Hôpital, prolonge jusqu'à la saint Jean le terme, primitivement accordé aux arbitres chargés de mettre un terme au différend élevé entre l'Hôpital et Jean d'Ibelin, comte de Jaffa, sur le fait d'Ascalon.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 16, n° 3 (orig.)[1]. — Texte : Delaville Le Roulx, *Arch. de l'ordre à Malte*, 191.

Nos frere Guillaume de Chastel Nuef, par la grace de Deu humble maistre de la sainte maison del Hospital de saint Johan de Jerusalem, et garde des poures de Jehsu Crist, et nostre covent, por nos et por noz successors, de comun assent et de comune volenté, faisons asavoir à toz cels qui cest present privilege verront et orront que des contens, qui sunt entre le noble baron sire Johan d'Ybelin, conte de Japhe[2], d'une partie, et nos et nostre dit covent, de l'autre, por achaison del fait d'Escallone[3], desquels nos et ledit conte à certain terme et sur certaine peine nos somes mis en mains d'arbitres : c'est asaveir el noble baron sire Phelipe de Montfort, seignor de Sur et del Tozon[4], et en nostre amé frere Hugue Revel, grant comandeor de nostre maison d'Acre, et el noble chevalier sire P[ierre] d'Avalon, conestable de Thabarie[5], en la forme et en la maniere qu'il contient el compromis qui sur ce fait a esté fait, nos, à la requeste des diz arbitres, aloignames le terme jusques par tot cest meis d'avril, et encores des or en dreit, par l'assentement et la volenté de nos et de nostre covent, le devant dit terme aloignons et volons que il seit aloignié jusques à la feste saint Jehan Baptiste procheine à venir ; et volons, et otreions, et prometons, et somes tenus que nos tendrons et parferons le dit des avant només arbitres, segont la forme et la tenor del devant dit compromis et sur la peine qui i contient. Et à ce faire nos et nostre covent obligons des ores toz les biens de nostre dite maison, en la maniere que autrefeis l'avons obligié, si com il contient plus plenierement el

1. Cet acte était scellé sur le repli en lacs de soie rouge encore subsistants.
2. Il s'agit ici de Jean d'Ibelin, comte de Jaffa, rédacteur des *Assises de la Haute Cour de Jérusalem*.
3. Ce fait d'Ascalon est la question des dépenses faites par les Hospitaliers pour mettre en défense le château d'Ascalon, dont Frédéric II leur avait confié la garde le 31 août 1243. (V. plus haut, n° 2301.)
4. Voir *Familles d'outre-mer*, p. 475. La date de la mort de Philippe de Montfort y est discutée.
5. C'était un neveu d'Eudes de Montbéliard, prince de Tibériade.

devant dit compromis. Et por ce que nos et nostre covent volons et otreions que les choses desus dites, totes ensemble et chascune par sei, seient tenues et maintenues enterinement fermes et estables, si que aucun n'i poisse aler à l'encontre en tot ou en partie, nous avons fait cest present privilege saeler de plomb, enpreint en noz dreis coins generals, aveec la garentie de noz freres, desquels ce sunt les noms : frere Joffrei de Raillane, tenant leu de mareschal ; frere Guillaume des Corcelles ; frere Phelipe de Glies ; frere Guichart, le drapier ; frere Henri, hospitalier ; frere P., turcoplier ; frere Joseph, tresorier. Ce fu fait à Acre, le derein jor d'avril, en l'an del incarnacion nostre seignor Jehsu Crist M CC L VI.

*Au dos* : la chartre des arbitres esleu sur le compromis..... du covens sur le fait d'Escalon.

## 2811. — 5 mai 1256, Acre.

*Garin, Michel et Pierre, ex-moines de l'abbaye du Mont Thabor, écrivent au pape Alexandre IV pour accepter la fusion de l'abbaye avec l'ordre de l'Hôpital, et le supplient de favoriser les requêtes des Hospitaliers pour le plus grand profit de la chrétienté.* (*V. plus haut, n*os 2726 *et* 2729.)

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 47² (orig.). — TEXTE : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 148.

Sanctissimo in Christo patri ac domino A[lexandro], Dei gratia sancte Romane ecclesie summo pontifici, frater Garinus et frater Michael, ac frater Petrus, monachus (*sic*) quondam ecclesie Montis Thabor, cum reverenti subjectione devota pedum oscula beatorum. Sanctitati vestre duximus presentibus intimandum quod gratum et acceptabile donum de Monte Thabor et ejus pertinentiis, ex liberalitate et munificentia sanctitatis vestre collatum liberaliter et benigne magistro et fratribus sancte domus Hospitalis Jerusalem, ad vestre tendit gloriam sanctitatis, et defensionem tocius Christianitatis, et profectum in partibus Cismarinis. Nobis namque placet et placebit in futurum dictum donum, gratumque gerimus in nobis et acceptum. Promittentes nos contra dictam donationem et concessionem dicti loci Montis Thabor, factam dictis magistro et fratribus, per nos nec per alios imposterum non venturos. Renunciantes per omnia omnibus exceptionibus, juribus et defencionibus, que ad dictam concessionem et donationem revocandam nobis valere possent et competere quoquomodo. Tendit namque non solum ad tocius Christianitatis commodum et juvamen, sed ad utilitatem propriam et honorem, cum, per abbatem nostrum et alios predecessores nostros et nos, locus Montis Thabor aliquo tempore garniri non potuerit, nec defendi ; immo cum omni veritate loquentes, omni die per Sarracenorum potenciam, et, quod indecentius est, per Christianos etiam, indebite possessionibus ejusdem Montis Thabor et juribus privabamur, et in tantum per predictorum potenciam remansimus spoliati, quod vix vitam nostram, miserrime etiam vivendo, ducere potuimus usque modo. Propter quod predecessores nostri et nos debita magna contraximus, et contrahere nos opportuit, sicut qui nostris juribus et loci predicti eramus quantum ad nos irrecuperabiliter spoliati. Erat jam namque locus Montis Thabor propter imbecillitatem et impotenciam nostram derelictus penitus et undique desolatus, et subtractus cultui Christiano, immo et per aliquos Christianos multis casalibus, possessionibus et rebus aliis enormiter spoliatus, qui adhuc casalia infinita et possessiones quamplurimas et res alias injuste detinent, et dictos magistro et fratribus reddere contradicunt, in ipsorum et ipsius locis magnum prejudicium et gravamen. Sunt enim qui, sola afflicti invidia, voluntatem et utilitatem propriam attendentes, in

vestre sanctitatis presencia et cardinalium proponunt et suggerunt quod, pretextu donationis, per vos facte dictis magistro et fratribus, universa Christianitas Cismarina per ipsos turbata fuerit, et cotidie molestatur, et inde passa est gravem injuriam et jacturam convicinorum nobilium et religiosorum, casalia, possessiones et alia jura indebite usurpantes. Elaborant siquidem penes sanctitatem vestram et cardinalium probitatem assidue, sicut audivimus, qualiter jamdictum donum, dictis magistro et fratribus factum, enervare valeant et quomodolibet impugnare, multa vobis, que veritati sunt contraria, asserentes ; et, ut vera loquamur, sicut firmiter credimus, sunt qui dictum locum Montis Thabor tenuerunt, suis casalibus, possessionibus et aliis rebus et juribus ab antiquo spoliatum, et adhuc detinent dictis magistro et fratribus contradicentibus et invitis, propter quod ad iracundiam moti sunt contra ipsos, formidantes quod per vestram justiciam ad restitucionem dictorum casalium, possessionum et aliorum bonorum dictis magistro et fratribus faciendam debeant coherceri. Verum illa die, inspiratione cooperante divina, sanctitas apostolica locum predictum illuminare prescivit, qua dictum locum fuit magistro et fratribus dicti Hospitalis elargita, ipsum conferendo ad homines Dei et profectum universi populi Christiani ; nam magister et fratres predicti jam nostra persolverunt debita universa, et abbati nostro et nobis victum et vestitum, juxta mandatum vestrum, decenter et liberaliter conferentes. In predicto insuper loco Montis Thabor predicti magister et fratres jam posuerunt et tenent quantitatem equitum armatorum, et aliqua casalia jam garniri fecerunt, et, quod melius est, jam in dicto loco divina officia assidue celebrantur ; ad quem locum in peregrinagium vadunt cotidie securissime peregrini, et, licet nundum firmatum sit, incepit tamen esse munimen et defensio magna et utilis Cismarino populo Christiano, cum omni veritate videntes quod, quando firmatus erit locus superius nominatus, tuitio et magna erit confortatio Christi fidelibus universis. Sunt etiam quamplurimi, qui jamdiu extiterunt predecessorum suorum hereditate et possessionibus propriis spoliati ; ceperunt tamen propter factum Montis Thabor rerum suarum possessione pacifica congaudere, et hereditates predictas possidere. Fuit enim predictus locus Montis Thabor, et ab antiquo esse consuevit, capud metropolis Tyberiadis et tocius Galilee, et postmodum·locus exemptus et immediate apostolice sedi subjectus ; nullus etiam prelatus in ecclesiam, nec in abbatem vel monachos ejusdem loci sibi jurisdictionem voluit nec potuit vendicare. Inde est quod sanctitatem apostolicam duximus precibus humillimis implorandam quatinus predictos magistrum et fratres dignemini circa hoc in suis petitionibus exaudire, et eisdem prestare consilium et juvamen, ut dictum locum munire valeant et firmare, ad Dei et vestrum honorem, et tocius Christianitatis Cismarine refugium et profectum, ac in da[m]pnum et detrimentum Turcorum et inimicorum fidei Christiane ; in partibus namque regni Jerusalem annunciatum fuit gaudium et leticia universo populo Christiano et nobis precipue, die illa qua jamdictum donum, Sancte Terre fructuosum, ab apostolica liberalitate dicto Hospitali concessum, extitit nunciatum, et quod dicti magister et fratres tantum honorem assumere attentarunt ; pro certo scire credimus et videmus quod, ex quo tantum negocium et tam honorabile factum recipere presumpserunt, ipsum pro suis viribus, ad Dei et vestrum honorem, ad peroptatum effectum perducent paciencia ac divina gratia faciente, ipsumque locum in suis libertatibus et juribus vobis mediantibus defensabunt. Et ad majorem hujus rei firmitatem, quoniam sigillum proprium non habemus, rogavimus viros providos et discretos fratrem Terricum, ecclesie Montis Syon, et fratrem Johannem, S. Samuelis Premonstratensis ordinis venerabiles abbates, ut sigilla propria presentibus litteris ducerent apponenda. Et nos abbates superius annotati, ad preces et instanciam predictorum monachorum quondam montis Thabor, sigilla nostra apposuimus literis presentibus, et signum et munimen

perpetue firmitatis. Datum in Accon, anno Domini M CC L VI, die quinta mensis maii.

**2812.** — 13 mai 1256, Latran.

*Le pape Alexandre IV ordonne à Raymond V de Valhauques, évêque de Béziers, de juger les plaintes du grand-prieur de S. Gilles contre Roger IV, comte de Foix.*

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 276 (copie de S. Pauli, xviii$^e$ s.). — Malte, Arch. de l'ordre, bullaire orig. d'Alex. IV, n° 57 (auj. perdu).

Alexander, etc., episcopo Biterrensi, etc. Conquestus est nobis prior Hospitalis sancti Johannis Hierosolimitani in prioratu S. Egidii quod nobis vir comes Fuxensis et quidam alii laici Tholosane civitatis et diocesis super quodam castro, terris, debitis, possessionibus et rebus aliis injuriantur eidem ; ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, partibus convocatis, audias causam, et, appellatione remota, usuris cessantibus, debito fine decidas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari, proviso ne in terram dicti nobilis excommunicacionis vel interdicti sententiam proferas, nisi super hoc a nobis mandatum receperis speciale. Testes autem, etc. Dat. Laterani, III idus maii, pontificatus nostri anno II.

**2813.** — 17 mai 1256, Latran.

*Le même, à l'occasion de la donation du monastère du Mont-Thabor aux Hospitaliers, déclare que celle-ci ne préjudiciera en rien à leurs droits.*

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 277 (copie de S. Pauli, xviii$^e$ s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, bullaire orig. d'Alex. IV, n° 58 (auj. perdu).

Alexander, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Meritis vestre religionis inducti, petitiones vestras, equitatem precipue continentes, benigno favore suscipimus, et vos in eis, quantum Deo et justitia possumus, exaudimus. Sane lecta coram nobis devotionis vestre petitio continebat quod nos olim monasterium Montis Tabor, cum terris, possessionibus, domibus, hominibus, juribus, libertatibus, immunitatibus et pertinentiis omnibus, ad idem monasterium quoquomodo spectantibus, vobis pleno jure, ac per vos ipsi Hospitali, sub certa forma per nostras litteras de gratia concessimus speciali, vosque postmodum, auctoritate nostra, monasterii, terrarum, possessionum, domorum, hominum, jurium, libertatum, et immunitatum et pertinentiarum fuistis possessionem hujusmodi assecuti. Quoniam igitur favore vestre religionis et multe devotionis obsequiis promereri vos novimus, ut factis vobis ab apostolica sede gratiis nullum per ejusdem sedis litteras patiamini aliquod judicium generari, nos, vestris supplicationibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus ut, quoad predictam seu aliam quamlibet concessionem, vobis ab eadem sede factam, vel in posterum faciendam per litteras, indulgentias vel gratias speciales aut generales sedis ejusdem, a quibusvis personis ecclesiasticis, religiosis, vel aliis collegiis seu capitulis quibuscumque sub quavis verborum forma obtentas, vel etiam obtinendas, etiamsi de impetratorum ipsarum ordinibus, et ipsarum litterarum tenoribus plenam et expressam, aut de verbo ad verbum, oportet in presentibus mentionem fieri, seu quoad premissorum possessionem, nullum

vobis prejudicium generetur. Decernentes quicquid per hujusmodi litteras attemptatum fuerit in vestri juris dispendium, irritum et inane. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, XVI kalendas junii, pontificatus nostri anno II.

### 2814. — 5 juin 1256, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle du* 7 *octobre* 1255 : « *Cum, sicut accepimus* ». (*V. plus haut, n°* 2772.)

SOURCES : Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, Y. 72, p. 44 (copie, XV° s.)[1] ; Strasbourg, Arch. de l'anc. dép. du Bas-Rhin, H. 1615, f. 17 *b* (copie, XIV° s.).

Dat. Anagnie, nonis junii, pontificatus nostri anno II.

### 2815. — 13 juin 1256, Lanaja.

*Jacques I, roi d'Aragon, de Majorque et de Valence, comte de Barcelone et d'Urgel, et seigneur de Montpellier, autorise Urraque, prieure de Sigena, à établir un marché hebdomadaire, le mardi, à Sena.*

SOURCE : Sigena, Arch. du monastère (orig.). — TEXTE : Varon, *Hist. del real. monast. de Sixena*, II, LXVIII (à la date fausse de 1268).

Pateat universis quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, Majoricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli, et dominus Montispessulani, per nos et nostros, concedimus et indulgemus vobis venerabili et dilecte domine Urrace, priorisse de Sexena, et successoribus vestris in perpetuum quod possitis semper, singulis diebus martis singularum septimanarum, facere et celebrare mercatum in Sena, que est jurisdictionis predicti monasterii de Sexena. Volentes et concedentes vobis quod habeatis et percipiatis in dicto mercato jura, que consueta sunt dari in aliis mercatis villarum et locorum dominationis nostre. Recipimus igitur et constituimus omnes homines et feminas, cujuscumque legis et conditionis sint, ad dictum mercatum venientes et inde redeuntes, cum bestiis et omnibus rebus et mercibus, quas ad dictum mercatum adduxerint et adduci fecerint, et inde reduxerint ac reduci fecerint, sub nostra protectione, custodia, comenda ac nostro guidatico speciali, ita quod non pignorentur, nec impediantur, nec modo aliquo molestentur in veniendo ad dictum mercatum, ibidem existendo ac inde redeundo, nisi homicide vel incartati aut proditores fuerint manifesti. Mandantes firmiter bajulis, merinis, zavalmedinis, justiciis, juratis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod hanc concessionem et guidaticum nostrum firmum semper habeant et observent, et contra non veniant, nec aliquem venire permittant aliqua racione vel causa. Quicumque autem contra predictum guidaticum venire attemptaverit, iram et indignationem nostram et penam quingentorum morabotinorum se noverit incursurum, dampno illato passo plenarie restituto. Datum apud Nayam, idus junii, anno Domini M CC L sexto, S. (*Croix*) Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, Majoricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli, et domini Montispessulani. Testes sunt : Bn. Guillelmi de Entenza ; Guilabertus de Crudiliis ; Eximinus de Urreya ; G. de Castro Novo ; Palazinus de

1. La rubrique de la table des matières du manuscrit porte : « Require Colonie et Basilee ».

Focibus. S. Michaelis de Alcoario, qui, mandato domini regis, pro domino fratre Andrea, episcopo Valencie, cancellario suo, hoc scripsit, loco, die et anno prefixis.

**2816.** — 23 juin 1256.

« *Prolongation, faite par Jean d'Ybelin, comte de Jaffa et d'Ascalon, seigneur de* « *Rama, du compromis, passé avec l'ordre au sujet des dépenses qu'il avoit faites pour* « *la garde du château d'Ascalon, du jour de la veille de saint Jean-Baptiste,* 1256. » (*V. plus haut, n°* 2810.)

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 299 (xviii^e s.).

**2817.** — Juillet 1256.

« *Acte par lequel Jean d'Ybelin, comte de Jaffa et d'Ascalon, promet de s'en* « *tenir à ce que Philippe de Montfort, seigneur de Tyr, frère Hugues Revel, grand-* « *commandeur, et Pierre d'Avalon, conestable de Tibérie, décideront sur le différend,* « *qui étoit entre l'ordre et luy, pour les frais que ledit ordre avoit fait à l'occasion de* « *la garde du château d'Ascalon, du mois de juillet* 1256. » (*V. plus haut, n°* 2816.)

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 300 (xviii^e s.).

**2818.** — 4 juillet 1256, Anagni.

*Le pape Alexandre IV renouvelle la bulle d'Innocent IV, du* 1 *avril* 1254 : « *Cum, sicut ex parte* ». (*V. plus haut, n°* 2673.)

Sources : Paris, Arch. nat., J. 312, Toulouse, VI, n° 34[11] (copie auth., dans un vidimus du trésorier de S. Hilaire de Poitiers, de décembre 1268) ; J. 442, croisades, I, n° 9[2] (vidimus de l'official de Paris, du 22 août 1256). — Analyse : Teulet, *Layettes du trésor des chartes,* III, 309, n° 4270.

Dat. Anagnie, iiii nonas julii, pontificatus nostri anno ii.

**2819.** — 6 juillet 1256, Anagni.

*Le même aux prélats. Il renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 20 *avril* 1200 : « *Cum dilecti filii* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1115.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 278 (copie de S. Pauli, xviii^e s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, bullaire A, f. 165, p. 2 (auj. perdu).

Dat. Anagnie, ii nonas julii, pontificatus nostri anno ii.

**2820.** — 7 juillet 1256, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 20 *avril* 1200 : « *Cum dilecti filii* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1115.)

Source : Fribourg, Arch. cant., command. de S. Jean, n° 30 (vidimus de Frédéric, doyen

de Colmar, de Wernher, gardien des Frères Mineurs de Colmar, et de Rüdger, chanoine de Bâle, vers 1275). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 16457[1]. — Texte : *Solothurnisches Wochenblatt*, année 1828, 346.

Dat. Anagnie, nonis julii, pontificatus nostri anno II.

## 2821. — 11 juillet 1256, Anagni.

*Le même autorise les Hospitaliers à refuser aux légats apostoliques (les cardinaux exceptés) les redevances pécuniaires pour le droit de gîte.*

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 723 (orig. bullé) ; Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, Y. 72, p. 100 (copie, xv° s.)[2] ; Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 279 (copie de S. Pauli, xviii° s., d'après les Arch. de Malte) ; Lyon, Arch. du Rhône, gr.-prieuré d'Auvergne, H. 22, f. 151 (copie d'A. de Naberat, xvii° s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, bullaire orig. d'Alex. IV, n° 59 (auj. perdu) ; Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 20, n° 131 (orig.), et H. 21, n° 145 (copie notariée de 1332) ; Paris, Arch. nat., L. 250, n° 86 (orig. bullé), et n° 86 *bis* (vidimus d'un notaire d'Arles, du 10 août 1258) ; Bibl. nat., lat. 9001, f. 99 (copie d'A. de Naberat, xvii° s.) ; Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXVI, n° 34 (orig. bullé) ; Wurtzbourg, Arch. roy., cartul. 141, f. 125 (copie, xvi° s.).

Alexander[3], etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Cum preter pauperem victum vestrum omnia bona vestra hospitalitati et aliis piis operibus officiosissime sint exposita, satis inhumane aliis auferre videtur egenis quicquid a vobis violencia vel ingenio extorquetur, nec, quia Dominus, manuum vestrarum operibus benedicens viaticum peregrinationis vestre, quanto magis illud fraterna caritate in usus pauperum distribuitis, tanto magis celesti alluvione multiplicat, estis deterioris conditionis habendi, sed potius melioris, cum non nisi vasis paratis celestis gratie oleum infundetur, quod pauperis deficientibus vasis stetit. Licet igitur, largiente Domino, domus vestre plus solito temporalium floreant ubertate, quia tamen exinde uberius pauperibus subvenitur, nos, volentes eo vos de speciali gracia favorabilius confovere, quo exinde illi propensius complacere nos credimus, qui, quod uni ex minimis suis fit, sibi reputat esse factum, devocioni vestre auctoritate presentium indulgemus ne apostolice sedis legati vel nuntii, cardinalibus ecclesie Romane dumtaxat exceptis, procurationes pecuniarias a vobis et domibus vestris exigere vel extorquere presumant, sed, cum ad domos vestras accesserint, cibis regularibus sint contenti. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Anagnie, v idus junii, pontificatus nostri anno II.

## 2822. — 18 juillet 1256, Troppau.

*Premysl-Ottakar II, roi de Bohême, duc d'Autriche et margrave de Moravie, confirme la cession viagère de la ville de Vjest[4], faite par les Hospitaliers de Gröbnik à Pardus, camérier de l'église d'Olmütz.*

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, C. II, command. de Gröbnik, n° 2

1. Potthast avait douté de l'authenticité de cette bulle, le *Solothurnisches Wochenblatt* ayant imprimé, à la date, « Avinione » au lieu d' « Anagnie » ; la rectification « Anagnie » lève tous les doutes.

2. La rubrique de la table des matières du manuscrit porte : « Require in Hainbach. »

3. Cf. Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 16470, et Strehlke, *Tab. ord. Theut.*, 377, qui donnent l'analyse et le texte d'une bulle identique, rendue, le même jour, en faveur des Teutoniques.

4. Le même jour, Pardus cédait aux Hospitaliers de Gröbnik des biens situés à Dirsislawe. (Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, C. II, command. de Gröbnik, n° 3, orig. scellé. Analyse dans Erben-Emler, *Reg. dipl., Bohem. et Moraviæ*, II, 44, n° 109. Texte dans Boczek, *Cod. dipl. et epistol. Moraviæ*, III, 221.)

(orig. scellé). — Analyse : Erben-Emler, *Reg. diplom. necnon epistol. Bohemiæ et Moraviæ*, II, 43, n° 108 ; *Cod. dipl. Silesiæ*, VII, ii, n° 933. — Texte : Boczek, *Cod. dipl. et epistol. Moraviæ*, III, 220, n° 236.

Otacharus, Dei gracia dominus regni Boemie, dux Austrie et marchio Moravie, omnibus in perpetuum. Regie majestatis benignitas, que ex sui dulcedine consuevit bonorum affectibus se prestabilem exhibere, ammonet et hortatur ut, per operis evidenciam et consensum, pie operari volentibus annuamus. Hinc est quod nos presentibus profitemur quod venerabiles viri et dilecti nobis magister domus Hospitalis sancti Joannis Jerosolimitani per Boemiam et Moraviam et Poloniam et fratres domus in Grobnich, villam quandam, Vgezde nominatam, fideli nostro Parduz, camerario Olomucensi, contulerunt ad tempora vite sue ; ita tamen ut fructus ipsius ville percipiat, et, post ejus obitum, sublato omni impedimento fratrum et aliorum amicorum suorum, ad usus fratrum predictorum et Hospitalis villa prenotata cum suis proventibus libere revolvatur. Nos igitur, quod provide actum est in premissis, gratum et ratum habentes, sigillis nostris cum subscriptione testium confirmamus, dantes in testimonium evidens litteras has patentes. Hec vero sunt testium nomina, que secuntur : Marquardus, camerarius ; Ydik et Zlauiborius, fratres ; Chuno, cum fratre ; Benescius, camerarius ; Diwiscius, pincerna ; Schaenko de Sitavia, cum fratre suo ; Hartlibus et Jaenzo, fratres ; Bohusch, filius Cyrhonis, et alii quam plures. Actum anno Domini M CC L VI. Datum apud Opaviam, per manus Wilhelmi et Arnoldi, tunc prothonotariorum nostrorum, quinto decimo kalendas augusti.

## 2823. — Août 1256.

*Henri de Furstenberg (Fristinberc), précepteur et maître de l'Hôpital en Allemagne, Bohême, Pologne et Moravie, certifie qu'Herbord, chanoine de l'église S. Jean de Haug, a donné aux Hospitaliers de Wurtzbourg soixante marcs d'argent en paiement des biens qu'ils avaient achetés pour lui à Biebelreid, à charge par eux de fournir audit Herbord, tant qu'il vivra, une rente annuelle de trente mesures (maldra) de seigle, et, chaque année, au jour anniversaire de sa mort, de distribuer, en souvenir de lui, aux malades et aux frères de l'Hôpital de Wurtzbourg une livre de deniers en monnaie de Wurtzbourg. En cas de non exécution de ces conventions, les Hospitaliers paieront, comme amende, six marcs d'argent à l'abbaye de S. Etienne de Wurtzbourg.*

Source : Munich, Arch. roy. de Bavière, command. de Wurtzbourg, liasse 5 (orig.)[1]. — Analyse : *Regesta sive rerum Boïcarum autographa*, III, 81.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, in mense augusto.

## 2824. — 4 août 1256, Ledbury.

*Henri III, roi d'Angleterre, mande à maîtres Guillaume de Ros et Alexandre de Savoie, commissaires de Pierre d'Egeblanke, évêque d'Hereford, dans les diocèses de Worcester, Coventry et Hereford pour la levée de la dîme destinée à la croisade, de*

1. Quoique le texte de cette charte annonce l'apposition des sceaux d'Henri de Furstenberg et de Frédéric, abbé de S. Etienne de Wurtzbourg, la pièce n'a jamais porté qu'un seul sceau, aujourd'hui perdu.

*contraindre les Templiers, Hospitaliers et Cisterciens à payer la dîme pour les églises paroissiales qui servent à leur usage particulier, et d'ajourner la perception de cet impôt sur leurs autres biens jusqu'à la réception d'un nouveau mandement de l'évêque*[1].

Source : Londres, Record office, Rot, litt. pat., 40 Hen. III, membr. 6 dorso (copie contemp.). — Analyse : *Cal. of doç. relat. to Ireland*, II (Londres, 1877), 85, n° 516.

Teste rege apud Ledeburi, IIII die augusti.

## 2825. — 6 août 1256.

*Godefroy I, comte de Habsbourg, certifie que C. de Wulvelingen, chevalier, a légué aux Hospitaliers de Hohenrain ses biens sis au mont « an Burgen ».*

Source : Lucerne, Arch. cant., command. de Hohenrain (orig., fragments de sceau). — Analyse : Boehmer, *Reg. imperii* (1246-1313), addit. sec. (Stuttgart, 1857), 473. — Texte : J. E. Kopp, *Urkunden zur Geschichte der eidgenössischen Bünde* (Lucerne, 1835), I, 7.

G[odefridus], comes de Habspurk, universis, presens scriptum intuentibus, salutem, cum noticia subscriptorum. Solet sepius aboleri quod disponit humana racio, cui non venit per scripti noticiam firmamentum. Noverint igitur tam presentes quam posteri quod C., miles, dictus de Wluelingen, testimonio legali res sitas in monte, qui dicitur « an Burgen », coram R[udolpho], comite de Habspurk, probavit, ut debuit, jure hereditario ad se spectare, quia ab Hessone et Ottone, fratribus, legitime comparavit, et easdem res ad Hospitale sancti Johannis in Honrein per manum dominorum suorum comitum de Habspurk spectare in perpetuum post ea ordinavit. Et super premissis in testimonium presens scriptum sigilli nostri munimine roboramus. Acta sunt anno Domini M CC L VI, VIII idus augusti, presentibus hiis testibus : C. et B[erchtoldus], pincernis de Habspurk ; magistro H. de Husen, et aliis fide dignis.

## 2826. — 27 août 1256.

« *Nomination d'arbitres entre l'ordre et l'abbesse du monastère de S. Anne* « *d'Acre, pour borner le casal de Galilée, appartenant à l'ordre, et celui de Davie, au* « *monastère, tous deux situés dans la seigneurie de Césarée, du 27 août* 1256. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 301 (XVIII<sup></sup>e s.).

## 2827. — 30 août 1256, Anagni.

*Le pape Alexandre IV renouvelle la bulle d'Alexandre III, du 19 juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Paci et quieti* ». (*V. plus haut*, I, *n*° 429.)

Analyse : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, Répertoire des privil. apost. de l'ordre de S. Jean, n° 182, p. 33 (XVIIIe-XIXe s.).

Dat. Anagnie, III kalendas septembris, pontificatus nostri anno II.

1. Un mandement analogue fut adressé, le même jour, par la chancellerie royale d'Angleterre à maître Laurent de Somerkot, représentant de l'évêque d'Hereford en Irlande pour la levée de la dîme de croisade.

### 2828. — 5 septembre 1256, Anagni.

*Le même exempte les Hospitaliers de tous impôts ou redevances séculières, et spécialement des travaux d'utilité publique.*

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 266 (copie de S. Pauli, xviii<sup>e</sup> s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 179 (copie, xvi<sup>e</sup> s., partie auj. perdue).

Alexander, etc., magistro et fratribus Hospitalis Hierosolimitani, salutem, etc. Quanto studiosius divine contemplationi vacatis, tanto quieti vestre libentius providemus. Hinc est quod nos, vestris devotis supplicationibus inclinati, reedificare turres lapideas seu ligneas, muros vel fossata facere, sive subire alia secularium exactionum genera, que interdum a secularibus imponuntur, aut animalia vel personas accommodare, seu pecuniam solvere aliquibus pro hujusmodi exactionibus exhibendis minime mereamini, authoritate vobis presentium indulgemus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Anagnie, nonis septembris, pontificatus nostri anno II.

### 2829. — 3 octobre 1256, Anagni.

*Le même confirme aux Hospitaliers, auxquels il a donné le Mont-Thabor, la bulle, par laquelle le pape Eugène III, le 4 mai 1146, avait pris sous sa protection le monastère, confirmé les possessions de celui-ci et accordé à l'abbé l'usage du pallium.*

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 279 *b* (copie de S. Pauli, xviii<sup>e</sup> s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, bullaire orig. d'Alex. IV, n° 65 (auj. perdu) ; Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 19, n° 122 (orig. bullé).

Alexander, etc., dilectis filiis... magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Intellecto per vos monasterium, quod in Monte Thabor fuerat, propter guerrarum discrimina fuisse destructum ab inimicis nominis Christiani, dictum monasterium, cum non speraretur posse ab ipsius abbate ac monachis reparari, quinpotius muniri ab eisdem inimicis in Christiane fidei discrimen non modicum timeretur, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, vobis, et per vos Hospitali vestro, hujusmodi periculis volentes occurrere, duximus concedendum. Vestris siquidem supplicationibus inclinati, quoddam privilegium felicis recordationis Eugenii pape, predecessoris nostri, monasterio ipsi concessum, nobis, non in aliqua sui parte vitiatum, ex parte vestra exhibitum, quod jam incepit vetustate consumi, presentibus de verbo ad verbum sub bulla nostra fecimus annotari, cujus tenor talis est :

« Eugenius, etc.[1], fratri Pontio, venerabili Montis Thabor abbati, ejusque « successoribus, salutem, etc. Propheta Domini, virtutes gerendas in ecclesia pro- « nuntians, ait Domino : « Tu humiliasti sicut vulneratum superbum, et in virtute « brachii tui dispersisti inimicos tuos. Aquilonem et mare tu creasti, Thabor et « Hermon in nomine tuo exultabunt tuum brachium cum potentia[2] ». Quam nimi- « rum prophete prenuntiationem, non solum spiritualiter sed etiam corporaliter, « temporibus nostris gaudemus impletam, cum superbos Turcorum populos, qui « sanctam Jerosolimitanam opprimebant ecclesiam, videmus a Christianis humi-

1. Cette bulle est connue par ailleurs : Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 34 (copie de S. Pauli, xviii<sup>e</sup> s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 8, n° 3 (vidimus de Gilles, archevêque de Tyr, et de Joscelin, archevêque de Césarée, à Acre, du 23 juillet 1255), et vol. 46, n° 5. — Analyse : Jaffé Lœvenfeld, *Reg. pont. Roman.*, n° 8915 ; Delaville Le Roulx, *Archives de l'ordre à Malte*, 29. — Texte : Prutz, *Malteser Studien*, dans *Archivalische Zeitschrift*, VIII, 99.

2. Psaume 88, ỷ. 11-14.

« liatos atque dispersos, unde in Thabor vel Hermon montibus in nomine Domini « fideles exultant, quia illic brachium cum potentia glorificatur. Hoc Domini bra- « chium, hanc virtutem et potentiam glorificantes, ejus dignationi gratias agimus, « et monasterium sancti Salvatoris de Monte Thabor, cum omnibus suis pertinentiis, « sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et servos Dei, in Thabor habitan- « tes, fovere, protegere et apostolice sedis auctoritate munire decrevimus. Statuimus « enim ut ab omni personarum gravamine liberi semper in Dei gratia perseverent. « Predia vero, ad ipsius Montis ecclesiam in domini Salvatoris nomine constituta, « pertinentia in ejus jure seu dominio, in perpetuum servari sancimus, sicut a gloriosis « Jerosolimitane urbis principibus Godefrido[1] et successore ejus Balduino[2], quorum « virtuti Turcorum victoria per Dei gratiam tradita est, statum ac deliberatum « eorumdem scripta declarant. Quorum licet major pars sub Turcorum tyrampnide « comprimatur, ipsa tamen casalia propriis visa sunt nominibus annotanda : Boria « videlicet ad pedem supradicti Montis, Damia, Saronia, Capharfet, Lubia, Seiera, « Casta, Capharkemen, Messa, Messchia, Mangana, Capharmeça, Caphartamera, « Endor, Maluph, Cara, Nurith, Sulem, Effule, Eumesera, Naim, Erbeth, Caimum « in terra Accon, Capharsuma in terra Sur, Defurchaim, Alme ad turonem Sapheth, « Alme in terra Bellinas, Neeme in terra Sueth, Avara, Hytar, Elleeram, Peteras, « Arche, Leletap, Capharsalia in terra de Grosso Villano, Aningene, Settip, Eusenia, « Sesia, Elgor, Çepherra in terra Auram, Avi in terra Betanie, Zeta, Alcoram, « Metaan, Hecdix, Sane, Boria villa, seu alie quarumcumque parrochia[rum] ville, que « in dominio supradicti Montis permanent, omnino libere solisque condictionibus « congregationis obnoxie habeantur. Ex casalibus autem, ad jus monasterii pertinen- « tibus, que ad presens Christiani milites possideant, decimarum redditus necessi- « tatibus proficiat monachorum. Tibi vero, frater Pontii, omnibusque tuis succes- « soribus, ad exaltandam sanctissime transfigurationis Domini ecclesiam, archiepis- « copatum totius Galilee et Tyberiadis cum omnibus suis pertinentiis, ad exemplar « predecessoris nostri bone memorie pape Pascalis, apostolica auctoritate confirm- « amus, et presentis scripti privilegio communimus. Pallium preterea fraternitati « tue, plenitudinem videlicet pontificalis officii, juxta tenorem privilegii bone memorie « pape Pascalis, apostolice sedis liberalitate concedimus. Defuncto vero supradicti « Montis archiepiscopo, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia prepo- « natur, sed liceat fratribus ipsius Montis, communi consilio vel partis consilii « sanioris, secundum Dei timorem, absque ullius contradictione, archiepiscopum ex « ipsis eligere. Porro archiepiscopi consecrationem a Jerosolimitano suscipietis « episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam atque comunionem apostolice sedis « habuerit. Quod si forte Jerosolimitana sedes vacaverit, vel episcopus, qui pro « tempore fuerit, ea vobis gratis et absque dificultate exhibere noluerit, liceat vobis « Romanum adire pontificem, vel alium, quem malueritis, vocare antistitem, et ab « eo consecrationis sacramenta suscipere, qui nimirum, nostra fultus auctoritate, « quod postulatum fuerit, vobis indulgeat. Preterea quecunque bona in posterum « liberalitate regum, largitione principum vel concessione fidelium poteritis adipisci, « firma vobis vestrisque successoribus apostolica auctoritate absque ullius episcopi « dominatione et illibata permaneant. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secula- « risve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire « temptaverit, secundo tertiove monita, si non satisfactione congrua emendaverit, « potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de « perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et domini « nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ulcioni subjac- « eat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi,

1. Godefroy de Bouillon.

2. Baudouin I, roi de Jérusalem.

« quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum judicem « premia eterne pacis inveniant, amen[1]. Ego Eugenius, catholice ecclesie episcopus, ss. Ego Conradus, Sabinensis episcopus, ss. Ego Albericus, Ostiensis « episcopus, ss. Ego Rainerius, presbiter cardinalis tituli sancte Prisce, ss. Ego « Mainfredus, presbiter cardinalis tituli sancte Savine, ss. Ego Guillelmus, presbiter « cardinalis tituli sancti Stephani in Celio Monte, ss. Ego Otto, diaconus cardinalis « sancti Georgii ad Velum Aureum, ss. Ego Gregorius, diaconus cardinalis sancti « Angeli, ss. Ego Petrus, diaconus cardinalis sancte Marie in Via Lata, ss. Datum « Sutrii, per manum Rotberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis, cancel- « larii, IV nonas maii, indicione VIII, incarnationis dominice anno MCXLVI, ponti- « ficatus vero domini Eugenii pape anno II ».

Nolumus autem ex hoc novum jus alicui acquiri, sed antiquum tantummodo conservari. Dat. Anagnie, V nonas octobris, pontificatus nostri anno II.

## 2830. — 3 octobre 1256, Anagni.

*Le même vidime une bulle d'Alexandre III en faveur du Mont-Thabor.*

SOURCES : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 280 *b* (copie de S. Pauli, XVIII<sup></sup>e s.); Malte, Arch. de l'ordre, bullaire orig. d'Alex. IV, n° 62 (auj. perdu).

Alexander, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Intellecto per vos monasterium, quod in Monte Thabor fuerat, etc. (V. plus haut, n° 2829). Vestris siquidem supplicationibus inclinati, quoddam privilegium felicis recordationis Alexandri pape, predecessoris nostri, monasterio ipsi concessum,..... fecimus annotari, cujus tenor talis est : « Alexander, etc., dilectis « filiis Pontio, abbati monasterii S. Salvatoris de Monte Thabor, ejusque fratribus, « tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Cum ultra- « marinis per orbem ecclesiis[2] ». Nolumus autem ex hoc novum jus acquiri alicui, sed antiquum tantummodo conservari. Dat. Anagnie, V nonas octobris, pontificatus nostri anno II.

## 2831. — 4 octobre 1256, Anagni.

*Le même confirme aux mêmes la donation, faite par Baudouin I, roi de Jérusalem, au monastère du Mont-Thabor, en 1107, de nombreuses possessions.*

SOURCES : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 282 (copie de S. Pauli, XVIII<sup></sup>e s.); Lyon, Arch. du Rhône, gr.-prieuré d'Auvergne, H. 22, f. 153 (copie d'A. de Naberat, XVII<sup></sup>e s ); Malte, Arch. de l'ordre, bullaire orig. d'Alex. IV, n° 63 (auj. perdu); Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 19 n° 123 (orig. bullé); Paris, Arch. nat., L. 250, n° 90 (orig. bullé); Bibl. nat., lat. 9001, f. 99 *b* (copie d'A. de Naberat, XVII<sup></sup>e s.).

Alexander, etc., dilectis filiis... magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Intellecto per vos monasterium, quod in Monte Thabor fuerat, etc. (V. plus haut, n° 2829.) Vestris siquidem supplicationibus inclinati, quasdam litteras clare memorie Balduini, regis Jerosolimitani, super concessione quorumdam casalium, ab eo facta ipsi monasterio, nobis, non in aliqua sui parte vitiatas,

1. Le vidimus d'Alexandre IV s'arrête ici. Ce qui suit est emprunté aux sources qui donnent le texte non vidimé de la bulle d'Eugène III.

2. Pauli n'a pas copié la pièce vidimée, qui ne nous est pas connue par ailleurs; celle-ci se place entre 1159 et 1163, d'après ce que nous savons de l'abbé Pons, ici cité.

ex parte vestra exhibitas, que jam incipiunt vetustate consumi, presentibus de verbo ad verbum sub bulla nostra fecimus annotari. Tenor autem litterarum ipsarum talis est :

« Ego[1] Balduinus, gratia Dei rex Jerosolimitanus, meorum multorum militum « in presentia, notum facio cunctis, in quorum manibus scriptura ista apparuerit, « tam presentibus quam futuris, quoniam, pro anime mee meorumque parentum « remedio, anno ab incarnatione Domini M C VII[2] existenti, indictione autem XIIII, « concedo et do sancto Salvatori, invocato atque nominato in Monte Sancto, qui « dicitur Thabor, ad usus fratrum ibidem Deo deservitium (*lisez* : deservientium) « casalia quecumque inveniri queant ubi et ubi, ad jus monasterii pertinentia, — « unum autem excerpsimus determinatione adhibita, — ut milites quicumque retinere « videntur quamdiu superstites extiterint[3], licenter habeant, atque Deo et sancto « Salvatori, scilicet de Monte Thabor, gratias agant, tantum remota omni occasione « ut, post eorum obitum sive decessum[4], ad monasterium, que ad se pertinent, « redeant, omni circumventia (*lisez* : circumvenientia), ut prediximus, propulsa, « omnique circumlocutione, ut Deus benedicatur in omnibus. Casalium autem « nomina sunt hec: Husie[5], Sesie[6], ultra flumen Jordanis; alia, que a Turcis adhuc « possessa sunt, Kaharche, Teletarpe, Perekaayron, Kafarsakai. In monte autem « Panya, Naame. In montanis Sur, Alma de Suchem. Ex hac autem parte, Kaphar- « chemme, Kapharseti, Seiere[7], Lubie et Arbel, Casta, Mesara, Jubeim[8], Messa, « Kapharmater, Caphartamara, Salonia[9], Maluf, Kara, Solem, Elful, Capharmanda, « Creisum, Endor, Naym, Buria, Mangana, Norinz, Tubania, Jeluf. Sunt autem « et alia plurima, quorum nomina ignoramus. Ego vero suprascriptus B[alduinus], « rex Jerosolimis dono Dei impositus, immo si placeat ei Dei servus, horum « quedam, que in manu mea teneo, spondeo et confirmo me redditurum usque « triennium, seu antea, si dominus Deus prosperitatem dare dignabitur. Hujus « autem nostre institutionis seriem si quis violare presumpserit, anathemathe « percussus, excommunicatione dampnatus, apud inferos cum reprobis pena sor- « ciatur. »

Nolumus autem ex hoc novum jus alicui acquiri, sed ad antiquum tantummodo conservari. Dat. Anagnie, IIII nonas octobris, pontificatus nostri anno II.

## 2832. — 4 octobre 1256, Anagni.

*Le même confirme aux mêmes la bulle de Pascal II, du* 29 *juillet* 1103, *par laquelle celui-ci prend sous sa protection le monastère du Mont-Thabor, dont il confirme les possessions, et donne à Gérald, archevêque du Mont-Thabor, l'archevêché de toute la Galilée et de la Tybériade avec l'usage du pallium.*

SOURCES : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 285 *b* (copie de S. Pauli, XVIII^e s.); Malte, Arch. de l'ordre, bullaire orig. d'Alex. IV, n° 64 (auj. perdu).

Alexander, etc., magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Intellecto per vos monasterium, quod in Monte Thabor fuerat, etc. (V. plus haut,

1. L'original de cet acte et un vidimus émané de Gilles, archevêque de Tyr, et de Joscelin, archevêque de Césarée, du 23 juillet 1255, nous ont été conservés. (Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 1, n° 1 (orig.) et n° 2 (vidimus). Ed. Pauli, *Cod. dipl.*, I, 1.)
2. Le texte de Marseille porte par erreur : MCLVII.
3. Marseille : extiterunt.
4. Marseille : discessum.
5. Marseille : Hufie.
6. Marseille : Sefie.
7. Marseille : Sciera.
8. Marseille : Juberin.
9. Ce mot manque dans le texte de Paris et dans celui de Marseille.

n° 2829.) Vestris siquidem supplicationibus inclinati, quoddam privilegium felicis recordationis Paschalis pape II, predecessoris nostri, monasterio ipsi concessum, nobis, non in aliqua sui parte vitiosum (*lisez* : vitiatum), ex parte vestra exibitum, quod jam incipit vetustate consumi, presentibus de verbo ad verbum sub bulla nostra fecimus annotari, cujus tenor talis est :

« Paschalis, etc., venerabili fratri Giraldo, Montis Thabor archiepiscopo, « ejusque successoribus, salutem, etc., Propheta Domini, etc. (V. plus haut, n° « 2829). Ipsa tamen casalia propriis visa sunt nominibus annotanda : Baria « videlicet ad pedem supradicti Montis, Damia, Saronia, Cafarsech, Lubia, « Sisara, Casta, Capharkesne, Messa, Meschia, Mangana, Capharmaca, Cafar- « tamara, Endor, Maluph, Cara, Nurith, Sulem, Elfule, Eumesara, Naim, Erbeth, « Caimun in terra Acon, Capharsuma in terra Sur, Desurchain, Alme ad « turonem Saphet, Alme in terra Bellinas, Neeme in terra Sueth, Avara, Zaar, « Elleeram, Beteras, Arthe, Talerap, Capharsalia in terra de Grosso Villano, Ani- « gene, Seecip, Eusenia, Sesia, Elgor, Zepheria in terra Auram, Ayu in terra « Bethanie, Zera, Alcotain, Menan, Hecdix, Sane, Baria villa, seu alie quarum- « cunque parochiarum ville, que in dominio supradicti monasterii permanent, « omnino libere solisque condicionibus congregacionis obnoxie habeantur. Ex « casalibus autem, ad jus monasterii pertinentibus, que ad presens Christiani « milites possident, decimarum redditus necessitatibus proficiat monachorum. « Tibi vero, frater Giralde, Montis Thabor archiepiscopo, omnibusque tuis succes- « soribus, ad exaltandam sanctissime Transfigurationis ecclesiam, archiepiscopatum « totius Galilee et Tyberiadis, cum omnibus suis pertinentiis, apostolica auctoritate « confirmamus, et presentis scripti privilegio communimus. Palleum (*sic*) vero « serenitati tue, plenitudinem videlicet pontificalis officii, apostolice sedis libera- « litate concedimus, quod te intra ecclesiam tantum ad missarum sollempnia « noveris induendum, id est nativitatis Domini, circumcisionis, sancti Stephani, « sancti Johannis, festivita[ti]s Innocentum, epiphanie, ypopanti (*sic*) Domini, conver- « sionis sancti Pauli, in ramis palmarum, cene Domini, resurrectionis, ascensionis, « pentecosten, transfigurationis Domini, sancti Laurentii, tribus sollempnitatibus « sancte Marie, natalis sancti Johannis Baptiste, festivitatibus sancte Crucis, sancti « Michaelis archangeli, festivitatibus omnium apostolorum, sancti Martini, com- « memorationis omnium sanctorum, et eorum martirum vel confessorum, qui in « archiepiscopatu Galilee requiescunt, in consecrationibus ecclesiarum, episco- « porum, presbiterorum, diaconorum, et in anniversario consecrationis tue die. « Cujus nimirum pallei volumus te per omnia genium vendicare ; hujus siquidem « indumenti honor, humilitas atque justicia est. Tota ergo mente fraternitas [tua] « se exhibere festinet in prosperis humilem, in adversis, si quando evenerint, cum « justitia erecta[m], amicam bonis, perversis contrariam, nullius unquam faciem « contra veritatem recipiens, nullius unquam faciem pro veritate loquente[m] pre- « mens, misericordie operibus juxta virtutem substantie insistens, et tamen insistere « etiam supra virtutem cupiens, infirmis compatiens, benevolentibus congaudens, « aliena dampna propria reputans, de alienis gaudiis tanquam de propriis exultans, « in corrigendis vitiis pie seviens, in fovendis virtutibus auditorum animum « demulcens, in ira judicium sine ira tenens, in tranquilitate autem severitatis « juste censuram non deserens. Hec est, frater karissime, pallei accepti dignitas ;

1. Nous connaissons le texte de cette bulle par les renvois suivants : Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 1 (copie de S. Pauli, XVIII[e] s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 6, n° 2 (copie vidimée par Gilles, archevêque de Tyr, et Joscelin, archevêque de Césarée, à Acre, le 23 juillet 1255). — Analyse : *Arch. des Missions Scientifiques,* VI (1857), 5 ; Delaville Le Roulx, *Arch. de l'ordre à Malte,* 27 ; Jaffé-Lœvenfeld, *Reg. pontif. Roman.*, n° 5948. — Texte : Pfluck Harttung, *Acta pontificum Roman. inedita,* II (Stuttgart, 1884), 180 ; H. Prutz, *Malteser Studien,* dans *Archivalische Zeitschrift,* VIII (Munich, 1883), 96.

« quam si sollicite servaveris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis. « Fraternitatem tuam divina miseratio per tempora longa incolumem conservare « dignetur, amen. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc « nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secun- « do tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis hono- « risque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata « iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine domini nostri Jhesu « Christi [aliena fiat, atque in extremo districte ulcioni subjaceat examine. Cunctis « autem eidem loco justa servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi], quatinus « et hic fructum bone actionis percipia[n]t, et apud districtum judicem premia eterne « pacis inveniant. Amen, amen, amen. Ego Paschalis, catholice ecclesie epis- « copus, ss. Ego Petrus, Portuensis episcopus, ss. Ego Mauricius, Bracharensis « archiepiscopus, ss. Ego Divizo, presbiter cardinalis tituli Equitii, ss. Ego « Romanus, presbiter cardinalis tituli sancte Prisce, ss. Ego Radulfus, Case Dei « presbiter, ss. Ego Athanasius, presbiter cardinalis tituli beati Clementis, ss. « Ego Theobaldus, diaconus cardinalis sancte Marie Nove, ss. Dat. Laterani, IV « kalendas augusti, per manum Equitii, agentis vicem cancellarii, indictione « undecima, incarnationis dominice anno millesimo C III, pontificatus autem domini « Pascalis secundi pape anno IV. »

Nolumus autem ex hoc acquiri jus novum alicui, sed adeptum tantummodo conservari. Dat. Anagnie, IIII nonas octobris, pontificatus nostri anno II.

## 2833. — 4 octobre 1256, Anagni.

« *Bulle du pape Alexandre IV, par laquelle il confirme une donation de « Raimond I [lisez : II], comte de Tripoli, faite au monastère de Monthabor, du consen- « tement d'Hodierne, sa femme, fille de Baudouin [II], roy de Hierusalem, et de « Raimond [III], son fils, de* 1145, *du mois de janvier, de quelques maisons situées à « Tripoli et dans son bourg, avec une exemption de payer aucun péage par mer et par « terre, dans toute l'étendue de ses états, pour les denrées qu'on transporteroit pour « l'usage dudit monastère*[1]. *A Agnanie, le* 4 *des nones d'octobre, la deuxième année « de son pontificat, en l'an* 1256. »

ANALYSE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 304 (XVIII^e s.).

1. Cette donation, du 21 janvier 1146, nous a été conservée par : SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 1, n° 44 (orig.), et n° 45 (vidimus, fragments de sceau de Pierre, archevêque de Césarée, de Hugues, archevêque de Nazareth, et de Q., abbé de N.-D. de Josaphat, vers 1235, auj. perdu). — TEXTE : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 238 (d'après le vidimus) ; D. Vaissette, *Hist. de Languedoc,* éd. Privat, V, col. 1056 (d'après un vidimus, du 7 juillet 1255, des archives du gr.-prieuré de S. Gilles, auj. perdu). Voici le texte de cet acte : « In nomine domini nostri Jesu Christi. « Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam « futuris, quod ego R[aimundus], Dei gratia comes Tri- « politanus, consensu et voluntate Hodierne, uxoris « mee et B[alduini], Jerusalem regis, filie, filiique nostri « Raimundi, amore Dei et redemptione animarum nos- « trarum omniumque parentum nostrorum, dono et « concedo Deo et ecclesie S. Salvatoris, que in Thabor « Monte sita est, nec non venerabili et honesto abbati « Pontio, tociusque predicte ecclesie conventui, domus, « que sunt Lanfranchi Mazzucke et uxoris ejus Aldoare, « cum omnibus suis pertinentiis similiter, et omnia « illorum jura, que infra vel extra civitatem Tripolis « habent vel habere debent. Iterum omnibus patefieri « volo quod ego Raimundus, predictus comes, simili- « ter, consensu et voluntate prenominate uxoris mee et « Raimundi nostri suprascripti filii, dono adhuc et con- « cedo Deo et eidem ecclesie Montis Thabor ejusque « conventui ut, si aliquo tempore prefate ecclesie oleum « vel qualiscumque res in civitatem Tripolis, sive per « mare sive per terram, mittere, aut etiam de eadem « civitate similiter per mare vel per terram extrahere « voluerint, nulla exactione paciantur, sed libere et « absolute et absque ulla consuetudine mittere et extra- « here, ut superius denotatum est, facere valeant. Hu- « jus rei sunt testes : Hu[go] Senzaver ; W[illelmus] « Porcellet ; W[illelmus] de Crato ; S[ilvius] Robberti ; « G. de Cavomonte ; W[illelmus] Arvei ; W. Pandulfi ; « Herbertus de Cabriera ; R. de Monte Sckivo ; P[ontius] « de Siura ; G. Isnellus ; P. Geraldi ; Stephanus Mona- « chi ; R. Lamberti ; Petrus Girbaldi ; R. Arnaldi ; Galte- « rius de Buturran ; P. de Walle ; W. Rollendi ; Deusde-

**2834.** — 12 octobre 1256, Anagni.

*Le pape Alexandre IV au grand-prieur et aux Hospitaliers d'Angleterre. Il défend aux clercs ou aux laïques de prendre à cens, de vendre, de donner ou d'aliéner des terres, possessions, revenus ou biens sans autorisation du grand-prieur.* — « *Ex tenore vestre* ».

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 15, n° 3 (copie contemp., très mauvais état).

Dat. Anagnie, iiii idus octobris, pontificatus nostri anno ii.

**2835.** — 13 octobre 1256, Anagni.

« *Bulla [Alexandri IV] ut nullus eruat terras seu possessiones tentas de Hospitali absque assensu fratrum.* » (*V. plus haut, n°* 2834.)

Analyse : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1119 (bull. C.), f. 10 *b* (xvi[e] s., à la date erronée du 11 décembre 1256) ; Paris, Bibl. nat., lat. 13824, f. 18 (xvi[e] s.).

Dat. Anagnie, iii idus octobris, pontificatus nostri anno ii.

**2836.** — 15 octobre 1256, Anagni.

*Le pape Alexandre IV défend aux prélats de soumettre les Hospitaliers à la juridiction ecclésiastique, et de prélever une part sur les legs faits à ceux-ci par les personnes qui élisent sépulture dans l'Hôpital.*

Sources : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, cartul. 393 G, f. 107 *b* (copie, xv[e] s., d'après un vidimus du doyen et du gardien des frères mineurs de Colmar) ; Munich, Bibl. roy., ms. lat. 4620, f. 128 *b* (copie, xiv[e] s.).

Alexander, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Ad aures nostras pervenit quod nonnulli ecclesiarum prelati et clerici, vestris libertatibus invidentes, et ad labores et sumptus, quos pro Terre Sancte subsidio ac pauperum sustentione subitis, respectum debitum non habentes, cum in vos, utpote munitos apostolicis privilegiis, nequeant jurisdictionem ecclesiasticam vendicare, in fraudem privilegiorum ipsorum nonnunquam ad excogitatam maliciam se converteri[n]t, et clericis hominibus et subditis vestris, ne vobis de juribus et serviciis debitis et consuetis respondeant, interdum per excommunicationis et interdicti sententias et plerumque per alias penas inhibere pro sua voluntate presumunt. De armis etiam, lectis, pannis et aliis, que vobis ab hiis, qui apud vos eligunt sepeliri, legantur in ultima voluntate, contra antiquam et approbatam et hactenus pacifice observatam consuetudinem, certam sibi vendicant porcionem in juris injuriam et vestrum non modicum detrimentum ; super quo subveniri vobis per apostolice sedis providenciam supplicastis. Cum igitur non sit maliciis

« dit, cappellanus ; P. de Salze, cappellanus com- « munis ; W. Ranuardi. Facta autem fuit hec carta « per operam Bernardi, qui tunc temporis cappel- « lanus erat predicti communis, in anno dominice « incarnationis m c x l v, mense januario, inditione « viiii, luna xxi, feria secunda. »

hominum indulgendum, nos, volentes in hac parte hujusmodi molestationibus obviare, ne ab aliquibus talia de cetero presumantur, auctoritate presencium districtius inhibemus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Anagnie, idus octobris, pontificatus nostri anno II.

## 2837. — 21 octobre 1256, Anagni.

*Le même annule les sentences d'interdit et d'excommunication, portées par l'autorité diocésaine contre les Hospitaliers, leurs biens et leurs églises, contrairement aux privilèges que l'ordre tient du S. Siège.*

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 30, n° v (copie, XIV° s.) ; Aarau, Arch. du cant. d'Argovie, command. de Leuggern, n° 48 (vidimus d'Albert, abbé de Reichenau, et du doyen de Constance, du 26 août 1289) ; Berne, Arch. d'état, liasse Fraubrunnen (vidimus du 28 juin 1354) ; Fribourg, Bibl. cant., L. 44, f. 6 (cartul. de Leuggern, 1536, d'après un vidimus du 26 août 1289) ; Munich, Arch. roy. de Bavière, ordre de S. Jean in genere, liasse 1 (vidimus scellé du 27 février 1319) ; Bibl. roy., ms. lat. 4620, f. 128 (copie, XIV° s.) ; Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXVI, n° 40 (vidimus de l'évêque de Worms, du 1 septembre 1287) ; Wurtzbourg, Arch. roy., cartul. 141, f. 125 (copie, XVI° s.). — Analyse : Fr. Settler, *Die Reg. der..... im Kantonstheil von Bern..... Klöster und. Kirchl. Stifte*, p. 118, n° 63, dans Th. v(on) Mohr, *Die Reg. der Arch. in der Schweizerischen Eidgenossenschaft*, I (Coire, 1850) (sous la date fausse du 26 août 1289). — Texte : *Fontes rerum Bernensium*, II, 425, n° 406.

Alexander, etc., dilectis filiis... magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Significavit nobis vestra devocio quod, cum preter Romanum pontificem nullum habeatis episcopum vel prelatum, nonnulli archiepiscopi, episcopi et alii ecclesiarum prelati, vestris libertatibus invidentes, contra vos jurisdictionem indebitam usurpantes, in vos et clericos vestros suspensionis et excommunicationis, ac in vestras ecclesias, tam parrochiales quam alias, oratoria et capellas, interdicti sentencias presumunt contra indulta privilegiorum sedis apostolice promulgare, alias existentes nobis graves plurimum et molesti. Nolentes igitur gravamen vestrum indebitum sustinere, ne talia presumantur de cetero, auctoritate presencium districtius inhibemus sentencias, quas contra hujusmodi nostre inhibicionis tenorem ac indulta privilegiorum sedis ejusdem ferri contingerit, decernentes irritas et inanes, ac vos ad ipsarum observantiam non teneri. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Anagnie, XII kalendas novembris, pontificatus nostri anno II.

## 2838. — 23 octobre 1256, Anagni.

« *Bulla Alexandri IV ut non liceat diocesanis vicariis de novo taxare, aut vicarios, fratribus [Hospitalis] invitis, taxare.* »

Analyse : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1119 (bull. C), f. 10 *b* (XVI° s.).

Dat. Anagnie, X kalendas novembris, pontificatus nostri anno II.

## 2839. — 7 décembre 1256.

*Cuno, prieur de l'abbaye de l'Ile du lac de Biel, de l'ordre de Cluny, avec l'assentiment de l'abbaye et du prévôt Hartmann VI, le Jeune, comte de Kybourg,*

*donne à Henri, grand-prieur de l'Hôpital en Haute-Allemagne, et aux Hospitaliers de Buchsee, tous les biens et bois qui appartenaient à l'abbaye dans la paroisse de Seedorf (Sedorf), et reçoit en échange des biens à Lyss (Lisson).*

Source : Berne, Arch. d'état, liasse Fraubrunnen (orig. scellé). — Analyse : Fr. Settler, *Die Regesten der..... im Kantonstheil von Bern.... Klöster und Kirchl. Stifte,* 113, n° 11, dans Th. v(on) Mohr, *Die Reg. der Arch. in der Schweizerischen Eidgenossenschaft,* I (Coire, 1850). — Texte : *Fontes rerum Bernensium,* II, 427, n° 408.

Actum anno Domini M CC L VI, in octava sancti Andree apostoli.

## 2840. — 7 décembre 1256.

*Ulrich Moser, Elisabeth, sa femme, Ulrich et Rodolphe, ses fils, avec l'assentiment de Hartmann VI, le Jeune, comte de Kybourg, leur suzerain, donnent aux Hospitaliers de Buchsee et à Henri de Toggenbourg, commandeur de cette maison, le droit de patronage de l'église de Seedorf, le château, le lac, etc., jusqu'à Badeweg, et tous leurs biens sis dans la paroisse de Seedorf; ils reçoivent en échange quatorze mesures de terre, une somme d'argent et une rente viagère.*

Source : Berne, Arch. d'état, liasse Fraubrunnen (orig. scellé[1] et vidimus en allemand du 15 août 1366). — Analyse : Fr. Settler, *Die Reg. der..... im Kantonstheil von Bern..... Klöster und Kirchl. Stifte,* 113, n° 12, dans Th. v(on) Mohr, *Die Reg. der Arch. in der Schweizerischen Eidgenossenschaft,* I (Coire, 1850). — Texte : *Fontes rerum Bernensium,* II, 429, n° 410.

Actum et datum anno Domini M CC L VI, in octava sancti Andree apostoli.

## 2841. — 1257.

« *Echange en parchemin, fait en l'année* 1257, *entre Henry* [*III*], *comte de Salm,*
« *dame Lorette et le seigneur comandeur de Saint Jean de Viel Astre de Nancy; par*
« *lequel échange les dits seigneur et dame donnent perpétuellement, pour eux et leurs*
« *hoirs, audit seigneur commandeur tout ce qui leur appartient à Baudonviller et*
« *finage d'iceluy, consistant tant en hommes, femmes, preys, terres, bois, eaux,*
« *dixmes, gerbages, moulin, paissonage, rentes et tous autres droits seigneuraux, dix-*
« *mes et gerbages de Leincombé, à la réserve des hommes dudit lieu de Leincombé, qui*
« *demeurent auxdits seigneur comte et dame en service et justice comme auparavant,*
« *et l'estang du moulin dudit Baudonviller pour le pescher, à la charge qu'ils feront*
« *reffaire ce qu'ils auront deffait pour la pesche trois semaines après icelle faite. Et en*
« *contre échange ledit seigneur commandeur leur a donné ce qui appartient à ladite*
« *commanderie audit Baudonviller et à Leincombé et à Fumiviller et finages, consistant*
« *en hommes, femmes, champs, preys, bois, eaux, moulin, rentes, dixmes, gerbages,*
« *passonnages et tous autres droits seigneuraux, fors les dons de l'église de Baudon-*
« *viller; pourront lesdits seigneurs et dame échangeurs envoier leurs pourceaux aux*
« *forets de Baudonviller et autres au même prix des pourceaux d'ailleurs, ne*
« *pourront s'acroitre l'un l'autre sans un consentement mutuel. Ledit échange sellé*
« *des sceaux desdits seigneur Henry et dame sa femme, et cotté i*[2]. »

Analyse : Nancy, Arch. de Meurthe-et-Moselle, H. 3045, f. 92 (fin XVII^e s.).

1. Il y avait quatre sceaux; trois subsistent, ceux d'Hartmann VI de Kybourg, d'Henri de Toggenbourg (V. plus bas, n° 2868) et de la ville de Berne.
2. L'original de cet acte ne nous est pas parvenu.

## 2842. — 1257.

*Hartmann VI, le Jeune, comte de Kybourg*[1], *ratifie la vente de quatre mesures de terre (scoposa) à Fahrwangen (Varonwanc) et à Siegerswyl (Sigersvile), faite par Ulrich de Vilmeringen, chevalier, et par ses frères aux Hospitaliers de Hohenrain.*

Source : Lucerne, Arch. d'état, command. de Hohenrain (orig.).

Datum anno Domini M CC L VII, indictione XV.

## 2843. — 1257, Burgdorf.

*Le même confirme la vente, faite par Wernher et Walther, fils de Walther Kerren, chevalier, aux Hospitaliers de Buchsee, de sept mesures de terre de leur alleu de Diemerswyl (Diemarswile).*

Source : Berne, Arch. d'état, liasse Fraubrunnen (orig. scellé). — Analyse : F. Settler, *Die Reg. der..... im Kantonstheil von Bern..... Klöster und. Kirchl. Stifte* 114, n° 16, dans Th. v(on) Mohr, *Die Reg. der Arch. in der Schweizerischen Eidgenossenschaft,* I (Coire, 1850). — Texte : *Fontes rerum Bernensium,* II, 457, n° 436.

Datum Burtorf, anno Domini M CC L VII.

## 2844. — 1257, Wollmatingen.

*Wolfrad le Vieux, comte de Veringen, donne, sous certaines conditions, aux Hospitaliers d'Ueberlingen un domaine à Ueberlingen, dont lui et Mangold, comte de Nellenbourg, son neveu, avaient été investis par l'empereur d'Allemagne, et que Henri de Bienbourg, chambrier impérial, tenait d'eux à fief.*

Source : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, Ueberlingen, liasse 2, 109 (orig. scellé). — Texte : *Wirtembergisches Urkundenbuch,* V, 181 ; *Zeitschrift für Gesch. der Oberrheins,* XXIX (1877), 133.

In nomine Domini. Universis Christi fidelibus, presens scriptum inspecturis, W[olfradus], Dei gratia comes de Veringen, salutem in eo qui est vera salus omnium, cum noticia subscriptorum. Ne labantur cum tempore que geruntur in tempore, merito scripturarum armariolo concluduntur. Vestre igitur universitati presenti serie litterarum decrevimus intimare quod quandam curiam, sitam in villa Vberlingen, qua nos et M[anegoldus], comes de Nellinburhc, patruelis meus, a manu imperatorie dignitatis fuerimus infeodati, quam etiam a nobis tali jure feodali H[einricus], imperialis aule chamerarius de Bigenburch, detinebat, sancte domui Hospitalis Jerosolimitani, precibus jam dicti de Bigenburch et fratrum prefate domus annuentibus, sine qualibet contradictione tradidimus jure perpetuo possidendam. Preterea cum fratres predicte domus auctoritate imperiali talem habeant juridicionem quod omnes vasalli et ministeriales imperatorie majestatis, nec non et ducis in Swevia, proprietates possessionum suarum simul et feoda, ab utriusque dignitatis potentia detenta, memorate sancte domui Hospitalis Jerosolimitani libere valeant assignare, insuper, ne magnificentia imperatorie majestatis suis in vasallis vel feodis aliquod sentiat prejudicium vel gravamen, predictus

1. Il mourut en 1263, et avait épousé Anne, comtesse de Rapperswil.

H[einricus] de Bigenburhc proprietates bonorum suorum in Vorhse et in Habizmus prefate domui conferebat, hoc adjecto quod nos et M[anegoldus], comes de Nellinburch, patruelis meus, eadem bona ratione feodali debemus a manu imperatoria detinere, et sepedictus de Bigenburch a nostre manus potencia tali juridictione debeat infeodari. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M CC L VII, in villa Wolmetingen, presentibus viris honestis et personatis: W[olfradus], comes juvenis de Veringen; C[onradus], pincerna de Winterstetin; H[einricus] de Ravensburhc; Manegoldus de Sowenburhc, et filius ejus Ma.; Bur[chardus] de Tobel; Hogir de Engirdewilar; Ůlricus, dictus in Harena; C. juxta Maccellum; hii sunt testes traditionis comitis Wolf[rani] de Veringen. Testes autem subscripti sunt assignationis: H[einricus] de Bigenburhc; frater Johannes de Ravensburhc; F., miles de Stowfinegge; H[einricus] de Ravensburhc; C[onradus], et Vl[ricus], et R[udolfus], pincerne de Smalnegge; C[onradus] senior, et C[onradus] junior de Hasinstein; C[onradus] et H[einricus] de Rŭoti; Bur[chardus] de Tobel. Ut autem hec rata et inconcussa permaneant nostro sigillo et sigillis H[einrici] de Bigenburhc et H[einrici] de Ravensburhc, C[onradi] pincerne de Winterstetin fecimus communiri.

**2845.** — Janvier 1257[1], Jaffa.

*Jean d'Ibelin, comte de Jaffa et d'Ascalon, et seigneur de Rama, donne à Guillaume de Châteauneuf, grand-maître de l'Hôpital, cent cinquante charruées de terre dans sa seigneurie d'Ascalon, pour le rembourser des frais faits par les Hospitaliers pour la défense du château d'Ascalon.* (*V. plus haut, nos* 2810, 2817 *et* 2818.)

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), nos 51 et 52[1] (orig.). — TEXTE : Pauli, *Cod. dipl.,* I, 155.

Sachent tuit cil qui sont et seront que je Johan d'Ybelin, conte de Japhe et d'Escalone, et seignor de Rames, por mei et por mes heirs, doing et otrei et conferm en perpetuel heritage à vos frere Guillaume de Chasteau Nuef, honorable maistre de la sainte maison de l'Ospital saint Johan de Jerusalem, et à vostre covent, et à vos successors sis cenz cinquante charruées de terre en ma seignorie d'Escalone. C'est assaveir à chascune charruée terre à quatre guarelles de semaille, et à autres quatre de guaret. Et ce devantdit don je, le devant nomé conte, por mei et por mes heirs, fas je à vos, le devantdit maistre, et à vostre covent, et à vos successors, por ce que vos et vostre covent, por vos et por vos successors, donés et quiptés à tous tens à mei et à mes heirs touz les couz et les despens, que vos ou autres por vos avez faiz et faiz faire por la garde et la deffense et le maintenement d'Escalone, et touz les domages, que vos, ou autres por vos, avés eus et receus por acheison dou dit leu, et por ce meimes que vos quiptés onquores à mei, le dit conte, et à mes heirs toutes les choses et toutes les raisons et les dreitures, que vos et vostre covent ou vos successors porriés demander ou requerre à mei ou à mes heirs, ou à autres por nos, des devantdis couz et despens et damages par aucune maniere de raison. Et por ce que je voil que les choses dessus devisées, toutes ensemble et chascune par sei, seient tenues et maintenues fermes et estables enterinement à tout tems, si que mei ou mes heirs, ou autres por nos, n'y puissiens aler à l'encontre en aucun tens, en tout ou en partie, je ai fait ce present privilege saeler de plomb, empreint en mes dreis coins de ma conté de Japhe et d'Escalone, avec la guarentie de mes homes, desquels ce sont les noms : Gautier d'Ybelin,

1. Nous pouvons, par l'acte du 30 avril 1256, relatif au même fait, et certainement antérieur à celui-ci, conclure que la chancellerie des comtes de Jaffa se servait du style du 25 mars ou de celui de pâques.

mareschal ; Estiene de Sauvegni ; Baudoyn de Sure ; Emjorran de Toisi ; Baudoyn de Corbie ; Pierre l'Aleman. Ce fu fait à Japhe, en l'an de l'incarnation nostre seignor J[esu] C[rist] M CC cinquante sis, el meis de jenvier.

### 2846. — Janvier 1257.

*Gonçalo Veegas, prieur de l'Hôpital en Portugal, avec l'assentiment de Lourenço Rodrigues, commandeur de Poyares, acense à Mendo Fernandes et à sa femme Sanche Pires le casal de Tapa, situé à Villa d'Alba, leur vie durant.*

SOURCE : Lisbonne, Arch. roy. de Portugal, layette VI, liasse unique, n° 16 (chirogr. orig.) ; liv. VII d'Odiana, f. 4, col. 2 (copie, fin XV$^{e}$ s.). — TEXTE : J. A. Figueiredo, *Nova historia da militar ordem da Malta.....*, II, 55.

Facto plazo mense januarii, per manus Vivani Petri, puplici tabellionis domini regis ; in eum hoc signum apponi, era M CC XC V, regnante Portugalie rege A[lfonso], comite Bolonie [1].

### 2847. — 2 janvier 1257, Latran.

*Le pape Alexandre IV interrompt la prescription en faveur des Hospitaliers à l'occasion du monastère du Mont-Thabor, qu'il leur a donné.*

SOURCES : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 52 *b* (copie de S. Pauli, XVIII$^{e}$ s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1130 (copie, XVIII$^{e}$ s.), et bullaire orig. d'Alex. IV, n° 27 (auj. perdu).

Alexander, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerusalem, salutem, etc. Personas vestras sincera diligentes in Domino caritate, profectibus vestris libenter intendimus, et vos ab hiis, per que vobis possent provenire dispendia, libentius preservamus. Cum igitur, sicut ex tenore vestre petitionis accepimus, vos locum, in quo monasterium Montis Tabor situm extitit, cum terris, possessionibus, immunitatibus et pertinentiis omnibus, ad idem monasterium quoque modo spectantibus, et per vos Hospitali vestro per nostras litteras de speciali gratia duxerimus concedendum, nos, vestris devotis supplicationibus inclinati, ut hospitalitatum tempora, et quibus idem monasterium vacasse dignoscitur, contra vos non currant, nec ad prescribendum cuiquam prodesse aliquatenus valeant, vobis auctoritate presentium indulgemus, non obstantibus aliquibus indulgentiis vel litteris, quibuscumque personis, vel locis, seu ordinibus ab apostolica sede concessis, de quibus plenam et expressam oporteat in presentibus fieri mentionem. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, IIII nonas januarii, pontificatus nostri anno III.

### 2848. — 2 janvier 1257, Latran.

*Le même confirme les privilèges du Mont-Thabor en faveur des Hospitaliers.*

SOURCE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 19, n° 128 (orig. bullé).

Alexander, etc., dilectis filiis... magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani,

1. Alphonse II, roi de Portugal, tenait le titre de comte de Boulogne du chef de sa femme Mahaut, veuve du comte de Boulogne Philippe Hurepel ; il continua à le porter après avoir répudié Mahaut.

salutem, etc. Ipsa nos cogit pietas honestis petitionibus vestris exauditionis gratiam non negare, quibus efficax ex eo patrocinium suffragatur quod, preter Romanum pontificem pastorem alium non habentes, pro Terre Sancte tutela, cui perpetuum religionis vestre obsequium dedicastis, in fervore caritatis intrepide sub devota sedis apostolice obedientia prudenter exponitis contra infidelium impetus res et vitam. Cum igitur, sicut ex tenore vestre petitionis accepimus, nos locum, in quo monasterium Montis Tabor situm extitit, cum terris, possessionibus, hominibus, juribus, libertatibus, immunitatibus et pertinentiis omnibus, ad idem monasterium spectantibus, vobis et per vos Hospitali vestro per nostras litteras de speciali gratia duxerimus concedendum, nos, vestris devotis supplicationibus inclinati, ut omnibus privilegiis, indulgentiis, litteris, necnon actionibus, defensionibus, exceptionibus, replicationibus, restitutionibus in integrum, allegationibus et omnibus rationibus, ac consuetudinum et juris auxiliis, in judicio vel extra judicium, tam in agendo quam etiam defendendo, quibus abbates et conventus ipsius monasterii, qui fuerunt pro tempore, ante concessionem predictam nomine ipsius monasterii uti potuissent, adversus quoslibet uti libere valeatis, vobis auctoritate presentium indulgemus, non obstantibus aliquibus indulgentiis vel litteris, quibuscumque personis, vel locis, seu ordinibus ab apostolica sede concessis, de quibus plenam et expressam oporteat in presentibus fieri mentionem. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc. Dat. Laterani, IIII nonas januarii, pontificatus nostri anno III.

### 2849. — 2 janvier 1257, Latran.

*Le même exempte les Hospitaliers de la juridiction séculière, en matière réelle comme en matière personnelle.*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 20, n° 129 (orig.).

Alexander, etc., dilectis filiis... magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Religionis vestre meretur honestas ut vos specialis prerogativa favoris et gratie prosequamur. Hinc est quod nos, vestris supplicationibus inclinati, quieti vestre providere volentes, ut super possessionibus et aliis bonis vestris, que ratione rerum vel personarum ad ecclesiasticum forum pertinent, cogi ad litigandum coram seculari judice aliquatenus non possitis, auctoritate presentium districtius inhibemus, decernentes irritum et inane si quid contra inhibitionem hujusmodi a quoquam contigerit attemptari. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc. Dat. Laterani, IIII nonas januarii, pontificatus nostri anno III.

### 2850. — 7 janvier 1257, Prague.

*Premysl-Ottakar II, roi de Bohême, duc d'Autriche et marquis de Moravie, exempte les Hospitaliers de N.-D. du Pont de Prague du droit de gîte.*

Source : Prague, Arch. du grand-prieuré de Bohême, A. XXI, n° 25 (orig. scellé). — Analyse : *App. synoptica*..... (s. l. n. d., XVIII° s.), n° XXV (avec une date inexacte et incomplète) ; Boehmer, *Reg. imperii* (1246-1313), addit. sec. (Stuttgart, 1857), 433, n° 88 ; Erben-Emler, *Reg. diplom. necnon epistol. Bohemiæ et Moraviæ*, II, 49, n° 129. — Texte : A. Boczek, *Cod. dipl. et epistol. Moraviæ*, III, 225, n° 231.

Premizl, Dei gracia dominus regni Bohemie, dux Austrie, marchio Moravie,

universis baronibus, militibus, judicibus et officialibus, aliisque fidelibus, quocunque nomine censeantur, per districtum sui dominii constitutis, graciam suam. Noverint universi, presentem paginam inspecturi, quod hac speciali libertate domum Hospitalis Hierosolimitani ecclesie S. Marie juxta pontem Pragensem honoravimus, et honorando dotavimus quod nullus baronum regni nostri, sive militum, aut judicum, aut officialium, quantecunque fuerit dignitatis, in curiis aut villis predicti Hospitalis audeat violenter pernoctare, vel etiam de bonis fratrum ejusdem Hospitalis cum alba cruce sibi quicquam temerarie usurpare. Quod si per aliquem secus presumptum fuerit, vel aliquid molestie dictis fratribus illatum fuerit, presumptori graciam nostram contradicimus, et, eundem condemnantes, tradimus regalis aule camerario districtius captivandum, nec dimittendum quoadusque persolverit nobis centum marcas. Datum Prage, anno Domini M CC L VII, VII idus januarii.

## 2851. — 10 janvier 1257.

*Mahaut, comtesse d'Artois et de S. Pol*[1], *ratifie la sentence arbitrale de Philippe de Remin, chevalier, terminant un débat soulevé entre les Hospitaliers de Hautavesnes et Guillaume de Hesdigueul, relativement aux droits de rente et de justice sur des terres sises entre Ruitz et Barlin.*

Source : Paris, Arch. nat., S. 5211, n° 31 (orig.). — Texte : Ch. d'Héricourt, *Titres de la command. de Haute-Avesnes,* dans *Mém. de l'Acad. d'Arras,* 2e série, X, 52 (sous la date fausse du 11 janvier 1257).

Che fu fait en l'an de grace M et CC et LVI, le merkedi apres le tiephaine[2].

## 2852. — 15 janvier 1257 ou 1258, Sidon.

*Julien, seigneur de Sidon et de Beaufort, vend aux Hospitaliers, moyennant cinq mille besants, les trois casaux de la Maroenie, de Haanouf et de Daraya, au territoire de Sidon.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 52[2] (orig.). — Texte : Delaville Le Roulx, *Arch. de l'ordre à Malte,* 192.

Sachent tuit cil qui sont et seront que je Julien, seignior de Sayete et de Beaufort[3], vend et otroi et conferm en perpetuel heritage à vous frere Guillaume de Chasteau Nuef[4], honorable maistre de la sainte maison del Hospital de saint Johan de Jerusalem, et à vostre covent, et à voz successors, por cinc mile besanz Sarrazins, lesquelz je conois que je ai receus de vous, bien pesez et bien nombrez, trois casaus, que je ai en ma seigniorie de Sayete. Desquelz l'un de eauz siet en la

1. Elle était femme de Robert I d'Artois, mort en 1250, et fille d'Henri II, duc de Brabant ; elle épousa en secondes noces Guy III, comte de S. Pol.

2. Le désistement de Guillaume de Hesdigueul est du même jour (Ch. d'Héricourt, *loc. cit.,* 45).

3. Il vendit, en 1260, sa seigneurie aux Templiers ; dès août 1254, il l'avait démembrée en en vendant une partie aux Hospitaliers. (V. plus haut, n° 2688.) En août 1254, il avait encore donné à Guillaume de Bouillon et aux héritiers de celui-ci six casaux, à charge d'hommage lige (Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 288, analyse, XVIIIe s.). Le présent acte consacre un troisième démembrement de ses possessions. A la même époque, il vendait Souf aux Teutoniques, et leur faisait de nombreuses donations (*Familles d'outre-mer,* 437 ; Strehlke, *Tab. ord. Theut.,* 88-94, 96-8).

4. Si la date du 15 janvier 1258 doit être, comme nous le croyons, adoptée, le magistère de Guillaume de Châteauneuf se trouve de la sorte prolongé de près d'une année sur la dernière date connue jusqu'ici (Herquet, *Chronologie der Grossmeister,* 41).

clym Essomar ; lequel casal est apelé la Maroenie, et joint devers sollail levant à un cazal de sire Guillaume Meingot, lequel a nom Zefta, et devers midi à un cazal del Evesque, lequel a nom Teffahâta, et devers sollail couchant à la Daordie el Hâdidi, et devers boire [à] la Messeigehá. Et les autres deus casaus, c'est asavoir Háánouf et Daraye, sieent en la clym el Kărroub ; et joint Ahánouf devers sollail levant à un casal de sire Johan de Fenion[1], qui est apelé la Geleilie, et devers midi à deus casaus, qui sunt de sire Balian de Mimarz, qui sunt apelez la Zahrorie et Bequifs, et devers sollail levant à Oedi el Hămmem, et devers midi au devant dit cazal Hánouf et à Esshym, et devers sollail cochant au borgem qui est de sire Gervaise Amoros, et devers boire joint al avant dit Oedi el Hămmem et à la terre de sire Johan Pisan[2]. Et ces trois devant diz casauz, ce est à savoir la Maroenie, Hanouf et Daraya, en la maniere que il sunt desus devisés, je, l'avant nomé Julien, sire de Sayete, vend et otroi et conferm à vous, frere Guillaume de Chastel Nuef, henorable maistre de la sainte maison del Hospital de saint Johan de Jerusalem, et à vostre covent et à vos successors, avec toutez luer gastines, ce est à saveir Bothma, Ecfareisson, Kărbet el Ezairac, Ecfardebess, Bedagon el Hămmem, Toreille el Sefargelis, et o toutez leur apartenances, et o toz luer terroirs et luer devises, et o totez leur possessions et luer tenures, et o totez leur raisons et leur droitures, quelz que elles soient et où que elles seent, soient en homes, en femes, en enfanz, en arbres, en vignies, en jardins, en terres laborées et non laborées, en plains, en montaignes, en valées, en aigues, en bois, en rivieres, en pasturages, et en totez autres manieres de choses que ci sunt moties et que n'i sunt moties. Et por ce que je vueil que vous, le devant maistre dit et vostre covent et vos successors, eyez et teignez à toz tenz, franchement et quitement, sanz servise et sanz aucune maniere de redevance, les desus diz casauz, lesquellz je vous ai venduz et otroyés et confermez, o totez leur gastines et ou totez leur raisons et leur dreitures, en la maniere que elles sunt desus devisées, et que les choses desus dites, totez ensemble et chascune par sei, soient tenues et maintenues à toz tens fermes et estables, si que mei ou mes heirs, ou autre por nous, n'en puissons aler à l'encontre en aucun tens, en tot ou en partie, je ai fait cest present privilege bouler de plomb, empreint en mes droiz coinz de ma seigniorie de Sayete, avec la garentie de mes homes, desquels ce sunt les noms : Johan de la Tor, conestable de Sayete ; Johan Harneis, mareschal de Sayete ; Ffelipe de Beaufort[3] ; Estienne de Sauveigni ; Gautier Macayre ; Jofroi de Viliers ; Johan Pisan ; Johan de Nibar ; Johan dou Chastel. Ce fu fait à Sayete, l'an del incarnacion nostre seignior Jesu Crist M CC et LVII, à XV jors del mois de jenvier.

## 2853. — 2 février 1257[4], Jaffa.

*Jean d'Ibelin, comte de Jaffa et d'Ascalon et seigneur de Rama, donne à Guillaume de Châteauneuf, grand-maître de l'Hôpital, quatorze casaux situés dans la seigneurie d'Ascalon.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 49 (orig.). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 150. — Extraits : Beugnot, *Assises de Jérusalem*, I, 608, note.

Sachent tuit cil qui sont et seront que je Johan d'Ybelin, conte de Japhe et

1. 20 mars 1258, Johan de Fenjon. En 1248, l'éditeur des *Familles d'outre-mer* (p. 641) signale un baile du royaume de Jérusalem du nom de Jean Fainon ; il est très probable que c'est le même personnage.

2. On trouve ce personnage mentionné dès 1226 ; en janvier 1257, il est désigné dans une charte sous le nom de Johan Pisan le Vieill. (Strehlke *Tab. ord. Theut.*, 48-9, et 89.)

3. De 1257 à mars 1261, Philippe de Beaufort souscrit plusieurs actes. Il était frère de Jean Harneis (Strehlke, *Tab. ord. Theut.*, 103).

4. Voir la note de la page 833.

d'Escalone et seignor de Rames, por mei et por mes heirs, doing, et otrei, et conferm, franchement et quitement, en perpetuel heritage à vos, frere Guillaume de Chasteau Nuef, honorable maistre de la sainte maison de l'Ospital de saint Johan de Iherusalem, et à vostre covent, et à vos successors, quatorze casaus en ma seignorie d'Escalone, c'est assaveir Malaques, et Saarethe, et Heleiquat, et Zeite, et Amouhde, et Elgedeide, et Phetora, et Semsem, et Camsa, et Beitderas la seconde, et Elroeiheb, et Agelen el Hayet, et Agelen el Ahssas, et Beze, ou tous leur terroers et leur devises, et leur dreitures et leur raisons, ques que eles seient, et en quelque leu que eles seient. Sauf ce que je retieng la dreiture des chemins, et les vilains qui seront es deus premieres années que Escalone sera par trive en main de Crestiens, coneus à estre neis des dis leus, c'est assaveir ceaus qui seront adonc ou poeir de Crestiens, et sauf ce que ceaus vilains puissent lever ce que il auroient semé. Et ces devant dis casaus, si com il est dessus dit, je, le dit conte, por mei et por mes heirs, doing je à vos, le devant dit maistre, et à vostre covent, et à vos successors, par entel maniere que je desorendreit, por mei et por mes heirs, otrei, et promet, et sui tenus à vos, le dit maistre, et à vostre covent, et à vos successors, que, quant mei ou mes heirs, ou autres por nos, serons saisis en trive d'Escalone, mei et mes heirs vos ferons assoeir, et mesurer, et boner es devantdis casaus et en lor terroers sis cenz cinquante charruées de terre ; les queles je, por mei et por mes heirs, vos ai doné en perpetuel heritage, c'est assaveir à chascune charruée terre à quatre gareles de blé de semaille, et à autres quatre de gareit. Et ce somes nos tenu de faire dedens les quarante jors que mei ou mes heirs en aurons esté requis par vos, le dit maistre, ou par vostre covent, ou par vos successors, ou par vos comandemens, par la conoissance de treis homes, des ques vos ou vos successors ou vos comandemens en i metrés un por la vostre partie, et mei ou mes heirs ou nos comandemens en i metrons un autre por la nostre partie ; et celui qui sera au jor custode des Freres Menors d'Acre i metra le tierz ; et les treis devantdis jurront seur sains que il vos asseneront et mesurront et boneront bien et leaument à leur escient les sis cenz cinquante charruées de terre, si com il est devisé en ce present prevelige ; et ce que les treis devantdis, ou les deus d'yaus, diront ou feront d'assoeir et de mesurer et de boner les sis cenz cinquante charruées de terre, si com il est dessus dit, je, por mei et por mes heirs, otrei et promet, et sui tenus que mei et mes heirs la complirons et tendrons ferm et estable à tout tens. Et se il aveneit que aucuns des avant motis casaus ne fussent dou demaine de ma seignorie d'Escalone, ou que il n'eust tant de terre es devantdis casaus que les treis devantdis ou les deus d'yaus vos i peussent assoeir et mesurer les de vos successors ou de vos comandemens, et ce somes nos tenus de faire par la conoissance des treis devantdis ou des deus d'yaus ; et se il esteit mesavenu d'aucun d'yaus, ou se il avoient essoine par quei il ne peussent estre à faire les dites choses, cele partie de qui il defaudreit est tenue de mettre un autre en leu de celui sans delay, dedens les huit jors que l'autre partie l'en aura requis ou fait requerre ; et ce que les treis devantdis, ou les deux d'yaus, diront ou feront des choses dessus dites, faisant le sairment de faire les bien et leaument, si com il est dessus dit, mei et mes heirs somes tenus de complir et tenir ferm et estable. Et por ce que je voil que les choses dessus dites, toutes ensemble et chascune par sei, seient tenues et maintenues fermes et estables enterinement à tos jors, si que mei ou mes heirs, ou autre por nos, ne puissiens aler à l'encontre en aucun tens, en tout ou en partie, je ai fait cest present prevelige saeler de plomb, empreint en mes dreis coins de ma conté de Japhe et d'Escalone, avec la garentie de mes homes, des ques ce sont les noms : Gautier d'Ybelin, mareschal de Japhe ; Estienne de Sauvegni ; Enyorran de Toisi ; Baudoyn de Surre ; Gremont de Luque ; Baudoyn de Corbie ; Pierre Laleman ; Hüe (de) de Treies. Ce fu fait à Japhe, en l'an de l'in-

carnation nostre seignor Ihesu Crist mil deus cens cinquante sis, le segont jor de fevrier.

## 2854. — 3 février 1257, Töss.

*Burchard, abbé de Reichenau, donne aux Hospitaliers de Bubikon, à charge d'un cens annuel de trois livres de cire, les biens que Rodolphe, comte de Rapperswil, tenait en fief de l'abbaye à Dübendorf, et auxquels il renonce.*

Source : Zurich, Arch. cant., command. de Bubikon, n° 8 (orig.) [1], et n° 835 (copie, xv° s.). — Texte : *Urkundenbuch der Stadt und Landschaft Zürich,* III, 82.

Acta sunt hec apud claustrum Tôssebruke, anno incarnationis dominice M CC L VII, III nonas februarii, indictione XV.

## 2855. — [14 février—15 mars] 1257, [Latran].

*Le pape Alexandre IV renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 15 *mai* 1166, 1167, 1178 *ou* 1179 : « *Querelam gravem recepimus* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 356.)

Source : Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. 26, n° 16 (orig. presque illisible).

........ martii, pontificatus nostri anno III.

## 2856. — 20 février 1257 ou 1258.

« *Permission, donnée par Julien, seigneur de Sydon, au grand-maître Guillaume*
« *de Châteauneuf, d'acheter* [illegible] *casaux ou terres dans sa seigneurie pour mille besans*
« *Sarrazinois de rente, à condition que cela ne le prive que du service d'une chevalerie,*
« *et luy promet de luy confirmer tous les achats qu'il faira, du* 20 *février* 1257. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 310 (xviii° s.).

## 2857. — 22 février 1257.

« *Convention, passée entre Bohémond IV* [*lisez VI*], *prince d'Antioche et comte de*
« *Tripoli, et le grand-maître Guillaume de Châteauneuf, de prendre pour tiers*
« *arbitre de leurs différends Henry, seigneur de Gibelet, à la place de Guillaume,*
« *seigneur de Bothron, et promettent d'acquiescer tous les deux à la sentence qui sera*
« *rendue par luy, par frère Hugues Revel, grand-commandeur, et Geoffroy le Fort,*
« *du* 22 *février* 1256. » (*V. plus haut, n*os 2796 *et* 2807.)

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 305 (xviii° s.).

1. Cet acte était scellé de quatre sceaux, aujourd'hui perdus, ceux d'Eberhard de Waldbourg, évêque de Constance, de l'abbaye de Reichenau, du comte Rodolphe de Rapperswil et d'Hartmann VI le Jeune, comte de Kybourg, dont la femme Anne était sœur du comte de Rapperswil.

### 2858. — 24 février 1257.

*Othon I, comte de Tecklenbourg, et Mathilde*[1], *sa femme, cèdent aux Hospitaliers le domaine de Lage et deux maisons à Rieste en pleine propriété.*

Source : Osnabrück, Arch. d'état, command. de Lage (orig.). — Texte : Sudendorf, *Beiträge zur Geschichte des Landes Osnabrück*, 63, n° 9.

Actum et datum anno Domini M CC L VII, VI kalendas marcii.

### 2859. — 1 mars 1257, Latran.

« *Bulle du pape Alexandre IV, adressée à l'abbé de S. Marie de la Vallée de* « *Josaphat, demeurant à Acre, par laquelle il luy enjoint de maintenir l'ordre dans* « *la possession de tous les biens et droits du monastère de Monthabor contre tous ceux* « *qui voudroient les empêcher d'en jouir, et de se servir, s'il étoit nécessaire, de la* « *voye de l'excommunication. Donné à Latran, le premier des calendes de mars,* « *troisième année de son pontificat,* 1257. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 309 (xviii<sup>e</sup> s.).

### 2860. — 1 mars 1257, Villingen.

*Les bourgeois de Villingen, avec l'assentiment du comte Henri de Furstenberg, exemptent l'Hôpital de S. Jean, nouvellement fondé à Villingen, de toute redevance ou charge municipale.*

Source : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, 20 specialia, liasse 81 (vidimus allemand de 1420)[2]. — Texte : *Fürstenbergisches Urkundenbuch*[3] (Tübingue, 1877-85), I, 208; Neugart, *Cod. dipl. Alemanniæ* (S. Blaise, 1791-95), II, 216, n° 960.

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti, amen. Omnibus hoc scriptum intuentibus, subscripte rei noticiam. Qui decorem Dei diligit et ad ejus decorem imponit opera, ille sibi pro certo preparat in celesti palatio mansionem. Dignum est convocare personas ecclesiasticas ad prestanda servicia Deo gratiosa. Innotescat igitur presentibus et sciant posteri quod nos cives in Vilingen, tam majores quam minores, et, ut plenius dicamus, universitas, de consensu domini nostri H[enrici], comitis de Wrstenberch, domum Hospitalis sancti Johannis Sancte Terre, sitam in Vilingen et de novello plantatam, liberam reddimus infra septa illius domus ab omni jure servili et consuetudine servili. Item dicimus quod eo jure funguntur in rebus mobilibus et immobilibus extra muros ratione nostre deffensionis, sicut nos tenemur invicem defensare, quia deputatos Dei servitio libertatem Deus habere voluit, quia non tenentur esse sub moderno tributo ; et illam domum dicimus esse liberam ab omni jugo servitutis. Item damus eis libertatem quod, si

1. Mathilde d'Altera, comtesse de Tecklenbourg, figure dans l'histoire depuis l'année 1225.
2. L'original, qu'on sait avoir existé aux Archives de Carlsruhe, ne s'est pas retrouvé.
3. Un document du 2 septembre 1253, aujourd'hui perdu, des Archives de Carlsruhe contenait la fondation de la commanderie de Villingen par Henri, comte de Fürstenberg (*Fürstenb. Urkundenbuch*, I, 208, note).

contingat jam dictos fratres accedere judicium nostrum seculare, movere aliquam causam ipsis necessariam, scultetus, qui tunc presidet judicio, omnes causas coram ipso ad presens tractatas debet suspendere, quousque ipsis fratribus de querelis ipsorum satisfaciat. Preterea scire cupimus quod omnia jura, que principalis domus Hospitalis sancti Johannis ex antiquo contraxit, ipsis fratribus cum libertate proprietamus, et, quicquid necessarium est ad rei confirmationem, sub sigillo nostre civitatis promisimus faciendum. Acta sunt hec Vilingen, anno Domini M CC LVII, kalendis martii.

## 2861. — 6 mars 1257, Latran.

*Le pape Alexandre IV confirme les privilèges des Hospitaliers, et leur donne le droit de percevoir les novales sur les terres sur lesquelles ils perçoivent les grosses dîmes.*

SOURCES : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, orig. n° 232 ; Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, Y. 72 (copie, XV<sup></sup>e s.), p. 41 (avec attribution erronée à Alexandre III) [1] ; Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 288 (copie de S. Pauli, XVIIIe s., d'après les Arch. de Malte); Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. 26, n° 15 (mauvaise copie, XVIe s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, bull. orig. d'Alex. IV, n° 67 (auj. perdu) ; Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 20, n° 130 (vidimus de Boniface, évêque de Digne, du 8 janvier 1259, et 2 autres copies notariées, XIIIe s.) ; Paris, Arch. nat., L. 251, n° 106 (orig.) ; Bibl. nat., lat. 9001, f. 102 *b* (copie d'A. de Naberat, XVIIe s.) ; Poitiers, Arch. dép. de la Vienne, gr.-prieuré d'Aquitaine, liasse 2, cah. de copies de bulles, p. 13 (fin XVe s.) ; Strasbourg, Arch. de l'anc. dép. du Bas-Rhin, H. 1351, n° 6 (vidimus scellé de la cour de Strasbourg, de 1336) ; Toulouse, Arch. de la H.-Gar., ordre de Malte, bulles n° 60 (orig.). — ANALYSE : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 16767 [2]. — TEXTE : D'Escluseaulx, *Priv. de l'ordre de S. Jean.....* (éd. de 1700), 91 (à la date de mars 1256). Bunga, *Liv.-, Esth.- und Curländisches Urkundenbuch,* I (Riga, 1853), 382, n° 295.

Alexander, etc., dilectis filiis... magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Ad assiduum Christi servitium deputatos favore precipuo prosequi Romana debet ecclesia, ut in illos potissime gratiam sue benignitatis extendat, qui, vacando divinis obsequiis, noscuntur amplius promereri. Quia igitur eterni regis beneplacitis vos taliter mancipastis, cum acceptabile valde ipsius obsequium, personarum periculis minime formidatis, intrepidis prosequamini animis et viribus indefessis, pro terre Jerosolimitane tutela, Christi sanguine rubricate, continue decertantes, decet profecto et expedit ut copiosis vos corroboremus favoribus, vestroque ordini apostolice gratie dexteram porrigamus. Cum igitur apostolica sedes nonnulla privilegia et quamplures indulgentias et gratias eidem ordini sub diversitate temporum duxerit concedenda, nos, cupientes ea, que ipsi ordini et vobis a predicta sede concessa sunt, non solum integra et illesa servare, immo potius, quantum cum Deo possumus, adaugere, vestris supplicationibus inclinati, hujusmodi privilegia, indulgentias ac gratias, dicto ordini, non obstantibus quibuslibet constitutionibus, provisionibus, diffinitionibus, ordinationibus et declarationibus factis et promulgatis a sede predicta, per quas vestris privilegiis et indulgentiis, gratiis et libertatibus in nullo derogari volumus, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, decernentes omnes excommunicationis, interdicti et suspensionis sententias, si quas in vos vel vestrum aliquos, aut in ecclesias seu quelibet loca dicti ordinis, pretextu predictarum constitutionum, provisionum, diffinitionum, declarationum nec non litterarum, super hiis

1. La rubrique de la table des matières du manuscrit porte : « Require in Basilea. »

2. L'analyse de Potthast indique les Teutoniques comme destinataires de la bulle ; il y a confusion. Une bulle identique (Strehlke, *Tab. ord. Theut.*, 379, n° 537) fut adressée le même jour aux Teutoniques.

a sede obtentarum eadem, promulgari contigerit, irritas et inanes. Declarationem tamen, constitutionem et ordinationem, a predicta sede factam vel editam super decimis novalium et circa indultum apostolicum, quod plerisque conceditur, ut pro ea portione, qua veteres eos contingunt, novalium decimas percipere valeant, volumus et precipimus inviolabiliter observari. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, II[1] nonas martii, pontificatus nostri anno III.

### 2862. — 7 mars 1257, Latran.

*Le même défend aux prélats excommunier les hommes des Hospitaliers d'Auvergne dans le but d'atteindre ainsi indirectement les Hospitaliers eux-mêmes.*

SOURCES : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1130 (copie, XVIII[e] s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 25, f. 24 (copie contemp.).

[Alexander, etc.], priori et fratribus Hospitalis Jerosolimitani in Alvernia, [salutem, etc.]. Oblata nobis ex parte vestra conquestio patefecit quod nonnulli ecclesiarum prelati et eorum officiales ac alii viri ecclesiastici, vestris libertatibus invidentes, cum non possint in vos vel Hospitale vestrum, pro eo quod estis muniti apostolicis privilegiis, excommunicationis sententiam promulgare, per excogitatam malitiam in homines vestros, licet sint immunes a culpa, presumunt excommunicationis proferre sententiam pro sue libito voluntatis. Propter quod vos contingit non sine detrimento ipsorum hominum debitis obsequiis defraudari. Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, volentes quieti vestre paterna sollicitudine providere, ne quis predictorum in fraudem privilegiorum sedis apostolice decetero hujusmodi sententiam taliter promulgare presumat, auctoritate presentium districtius inhibemus. Nulli nostre inhibitionis, etc. Dat. Laterani,...[2] nonas marcii, [pontificatus nostri] anno III.

### 2863. — 17 mars 1257, Latran.

*Le même défend aux Hospitaliers de construire des oratoires ou chapelles dans les lieux non exempts sans la permission des prélats diocésains, et d'y célébrer les offices en temps d'interdit.*

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue de Castille, liasse 3 (orig.)[3].

Alexander, etc., dilectis filiis... magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Nos, intellecto pridem quod vos et alii religiosi, privilegio exemptionis gaudentes, capellas et oratoria sine consensu et auctoritate diocesanorum construebatis, necnon et interdicti ac suspensionis sententias, quas ordinarii preferebant in personas et loca sibi subjecta, d[amp]nabiliter contempnentes, faciebatis in locis eisdem et capellis ac oratoriis, constructis [a] vobis, divina temeritate propria celebrari, quamquam quod hec licerent vobis apostolicum privilegium vel indulgentiam ostendere minime curaretis, auctoritate apostolica, de fratrum nostrorum

1. D'Escluzeaulx donne : « IX nonas. »

2. Il y a ici dans le texte un signe difficile à interpréter. Peut-être faut-il lire « III », et la bulle doit-elle être datée du 5 mars 1257.

3. Les passages entre crochets sont empruntés à une copie du XVIII[e] siècle, qui accompagne l'original.

consilio, duximus statuendum ut oratoria vel capellas in locis non exemptis sine diocesanorum locorum ipsorum licentia vos vel dicti exempti non presumatis construere, nec in sic constructis, neque in locis non exemptis, cum ab ordinariis interdicta fuerint, celebretis vel faciatis celebrari divina. Quod si talia presumpseritis, ab hiis compescamini per locorum ordinarios eorundem ; et, si quas propter hoc conservatores vestri sententias in contrarium protulerunt, illas penitus duximus revocandas, inhibentes ne in locis etiam exemptis vos vel ipsi exempti hec audeatis facere, nisi super hiis licentiam habeatis sedis apostolice vel ipsius privilegium speciale. Unde nobis humiliter supplicastis ut, cum super hiis habeatis special[ia] privilegia et indulgentias sedis ejusdem, providere vobis super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque [sane cognoscimus quod concess]ionis nostre non extitit nec existit hujusmodi privilegiis et indulgentiis, super premissis vobis a dicta sede concessis, per constitutionem.......... quatenus derogare, prout ex ea potest colligi evidenter. Dat. Laterani XVI kalendas aprilis, pontificatus nostri anno III.

### 2864. — 18 mars 1257, Latran.

*Le même ordonne aux Hospitaliers que les collations de prieurés soient faites par les abbés sans prélever des sommes d'argent ou des rentes, comme cela se faisait souvent.*

SOURCES : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 288 *b* (copie de S. Pauli, XVIII[e] s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, bullaire orig. d'Alex. IV, n° 68 (auj. perdu).

Alexander, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Ex parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum ut, cum nos, cupientes [ut] jure ac munde secundum Deum fiat concessio seu collatio prioratuum, super hoc auctoritate apostolica quedam duxerimus statuenda, intentionem nostram in hiis vobis plenam (?) exponere curaremus. Intellecto igitur pridem quod abbates cum prioribus, quos in suis instituebant prioratibus, ante vel post institutionem conveniebant ut eisdem abbatibus aliqua summa pecunie, vel certa de proventibus eorumdem prioratuum portio solveretur, sicque, ipsis prioribus hujusmodi pecuniam vel portionem, seu annuam forte pensionem impositumque sibi redditum solventibus, prefatis abbatibus consueta hospitalitas et elemosine solite in eisdem prioratibus subtrahebantur, et diminuebatur in illis numerus servitorum, necnon eorumdem prioratuum negotia minus sollicite procurabantur, cum contingeret ex hoc minus ydoneos in illis institui vel ordinari priores, de fratrum nostrorum consilio duximus statuendum ut jure et munde secundum Deum fiat concessio seu collatio prioratuum, ita quod sub pretii datione vel sub pactione nulli [conce]dantur, sed in eorum concessione penitus ista cessent; districtius inhibentes ne in fraudem ipsis prioratibus, cum eos vacare contingit, fiat alicui oneris impositio ad tempus, vel perpetuo duratura, nec etiam, priusquam in eis priores fuerint instituti, dictis prioratibus vel ipsis prioribus aliqua per abbates, sive perpetua, sive temporalia, in pensionibus vel quibuscumque aliis prestationibus onera imponantur, per que in illis cultus divinus circa numerum servientium aut consueta hospitalitas minuatur, vel per que ipsi prioratus seu priores reddantur ad solvendum commode jura episcopalia, et prosequendum, ut convenit, eorumdem jura prioratuum, impotentes. Quod si secus presumptum fuerit, presumptores hujusmodi non exempti per locorum ordinarios arceantur ; et, si prioratus fuerit alterius diocesis quam monasterium, cui subest, circa priorem ipsum in hiis diocesanus ipse provideat, corrigat, ordinet et disponat, et ad illius denunciationem diocesanus monasterii abbatem ejus coerceat in premissis. Tales vero presumptores exempti

compescantur per illos, quos ad hoc duxerimus deputandos. Scire itaque vos volumus quod, cum de abbatibus et prioribus premissa intellexerimus, circa eos constitutionem edidimus supradictam. Dat. Laterani, xv kalendas aprilis, pontificatus nostri anno III.

## 2865. — Avril 1257, Acre.

*Florent, évêque d'Acre, promulgue l'accord, intervenu entre lui, au nom du chapitre de son église, et Guillaume de Châteauneuf, grand-maître de l'Hôpital, au nom des Hospitaliers, relativement à la maison de dame Philippa, veuve de Guillaume Capnègre, sise à Acre, rue du Bain S. Jean, dont les parties se disputaient la propriété.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 54 (orig.)[1]. — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 226. — Extraits : Taaffe, *The hist. of the..... order of S. John of Jerusalem*, IV, app. n° LXXI.

Universis, presentem paginam inspecturis, Florentius, Dei gratia Acconensis episcopus, totumque ejusdem ecclesie capitulum, salutem in Domino sempiternam. Noveritis quod, cum discordia esset inter nos, ex una parte, et virum religiosum fratrem Guillelmum de Castronovo, magistrum sancte domus Hospitalis Jerusalem, et ejus conventum, ex altera, super domo, que fuit domine Philippe, quondam uxoris Guillelmi Capenegre, sita in vico Balnei S. Johannis, — cujus domus confines tales sunt : a parte orientis est quedam curia domus Hospitalis, a parte occidentis est predicta via publica, a parte meridiei est domus Hospitalis, que fuit quondam domine Philippe, a parte septentrionis est introitus predicte curie Hospitalis — quam domum nos asserebamus ad ecclesiam nostram Acconensem jure dominii vel quasi ex collatione dicte domine Philippe pertinere, dictis magistro Hospitalis et conventu in contrarium dicentibus quod non ad ecclesiam Acconensem, sed ad ipsos, dicta domus pertinebat ex venditione seu collatione Guillelmi Capenegre superius memorati, tandem, pro bono pacis et concordie, nos et capitulum nostrum nomine ecclesie nostre, et dictus magister Hospitalis et conventus nomine sue domus, ad concordiam et compositionem amicabilem devenimus in hunc modum : scilicet quod nos et successores nostri, nomine predicte ecclesie nostre Acconensis, quadraginta bizantios Sarracenatos annis singulis ex ea domo recipiendos habebimus in futurum, et quicumque dictam domum tenuerit nobis et successoribus nostris nomine ecclesie Acconensis predictos quadraginta bizantios Sarracenatos in duobus terminis, scilicet in kalendis januarii xx bizantios et kalendis julii alios xx bizantios, integre, nullis deductis expensis, solvere teneatur. Si autem contingat dictam domum retineri a magistro et fratribus predicte domus Hospitalis, et applicari ad tempus vel in perpetuum ad usus suos domesticos, nobis et nostre ecclesie Acconensi tenebuntur reddere decem bizantios Sarracenatos annuatim terminis supradictis. Quam compositionem seu concordiam nos et capitulum nostrum nomine dicte ecclesie Acconensis promittimus fideliter observare, et in nullo contravenire per nos successoresque nostros, qui pro tempore fuerint in dicta ecclesia Acconensi. Renuntiantes super hoc omni juri canonico et civili, exceptioni, defensioni, et consuetudini, et privilegiis seu indulgentiis quibuscumque, nobis nomine dicte ecclesie Acconensis competentibus seu competituris. Hujus rei testes sunt : dominus Adam, archidiaconus ; dominus Bernardus, cantor ; dominus Johannes, thesaurarius ; dominus Gerardus, canonici Acconenses. In cujus

1. Pauli a reproduit le sceau de Florent, aujourd'hui perdu. (*Cod. dipl.*, I, pl. 6, n° 59).

rei testimonium, presentem paginam sigillis nostris plumbeis ad perpetuam rei memoriam fecimus communiri. Datum Accon, anno Domini M CC L VII, mense aprilis.

### 2866. — Avril 1257.

*Jean de Malmont, chevalier, et Simon de Dijon, clerc, désignés par Hugues IV, duc de Bourgogne, terminent par un arbitrage le différend, soulevé entre les Hospitaliers de Beaune et l'abbaye de Citeaux, relativement aux écluses de la Bouzaize.*

Source : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, H. 168 (cartul. de Citeaux), f. 45 *b* (copie, XIII^e s.). — Analyse : E. Petit, *Hist. des ducs de Bourg.*, IV, 439.

Notum sit omnibus, presentibus et futuris, quod, cum discordia verteretur inter abbatem et conventum Cistercienses, ex una parte, et magistrum et fratres Hospitalariorum Jherosolimita[no]rum Belne, ex altera, super eo quod dicti Cistercienses dicebant quod dicti Hospitalarii tenebantur servare et tenere in bono statu duas exclusas, que sunt in rippa de Bosoise, inter locum qui dicitur Recorbeaul et molendinum dictorum Hospitalariorum de Aigni, et pluribus vicibus multa dampna evenerant occasione predicte aque de Bosoise tam ipsis Cisterciensibus quam aliis ; Hospitalibus (*sic*) dicentibus quod Cistercienses fecerant quoddam fossatum subtus aquam predictam, occasione cujus fossati aque ductus rumpebatur, et inde dampna predicta evenerant, tandem dicte partes commiserunt totum negocium et causam predictam domino Johanni de Malimundo, militi, et magistro Symoni mandatum domini ducis Burgundie pro pacem (*sic*) terminandam (*sic*), datis fidejussoribus ex parte Hospital[ar]iorum domino Petro de Monestois, milite, et Guillelmo Beaune usque ad sexaginta libras Divionensis monete, et Stephano de Vogeto ex parte Cisterciensium similiter usque ad sexaginta libras pro pena. Predicti vero dominus Johannes et magister Symon ordinaverunt et dixerunt quod dicti Hospitalarii debent et tenentur in bono statu de cetero omni tempore exclusas predictas tenere ad livellum riparie supradicte aque, tali modo quod neque Cisterciensibus neque aliis dampna eveniant per predictas exclusas. Insuper ordinaverunt supradicti dominus J[ohannes], miles, et magister Symon quod dicti Cistercienses remaneant immunes et indempnes ab omni emendatione dampnorum predictorum. Et debent predicti Hospitalarii Belne per penam superius oppositam usque ad quindenam beati Johannis Baptiste tradere litteras patentes et sigillatas sigillo prioris Francie Hospitalariorum de ratihabitione predicte pacis, et abbas et conventus Cistercienses similiter suas eisdem Hospitalariis de predicta pace inviolabiliter observanda. In testimonium autem omnium predictorum, presenti scripto nos predicti J[ohannes] et S[ymo] impressionem sigillorum nostrorum duximus apponendam. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, mense aprilis.

### 2867. — 4 avril 1257, Lérida.

*Jacques I, roi d'Aragon, à la requête des prélats de ses états, de Hugues de Johis et de Géraud Amic, maîtres du Temple et de l'Hôpital en Aragon et Catalogne, confirme les privilèges accordés par ses prédécesseurs aux églises et aux ordres de l'Hôpital et du Temple.*

Texte : Marca, *Marca Hispanica* (Paris, 1688), col. 1441.

Actum est hoc Ilerde, II nonas aprilis, anno Domini M CC L VII.

**2868. — 5 avril 1257, Bâle.**

*Berthold II de Pfirt, évêque de Bâle, donne à l'abbaye des Frères Prêcheurs de Bâle un champ, joignant leurs possessions, que Mathias d'Eptingen, chevalier, tenait à fief de l'église de Bâle. En échange, il reçoit des Hospitaliers, représentés par Rodolphe, prêtre et commandeur de Bâle, sur l'ordre d'Henri de Toggenbourg, grand-prieur de l'ordre dans la Haute-Allemagne, un jardin, que l'évêque donne en fief à Mathias d'Eptingen.*

Source : Bâle, Arch. d'état, Frères Prêcheurs, n° 57 A. (orig. scellé). — Texte : *Urkundenbuch der Stadt Basel,* I, 236.

Acta autem sunt hec anno dominice incarnationis M CC L VII, in choro Basiliensi, nonis aprilis, in cena Domini........

**2869. — 9 avril 1257.**

*Burchard, prieur, et le chapitre d'Interlachen donnent à Henri de Toggenbourg, grand-prieur de l'Hôpital dans la Haute-Allemagne, et à Fischer, procureur des Hospitaliers de Buchsee, deux mesures de terre à Zollikofen (Zollinchoven), représentant un cens annuel de vingt-trois schillings, trois mesures de terre à Cherwile, de vingt et un schillings de cens, deux mesures de terre à Urtenen (Urtinun), de quatorze schillings de cens, et un bien à Ferrenberg (Pherrecperch), produisant annuellement trois mesures d'épeautre. Ils reçoivent en échange ce que les Hospitaliers de Buchsee tenaient d'Arnold à Almendigen (Alwandingen), une mesure de terre à Wichtrach (Wichtrache), et sept schillings de revenu annuel à Hütlingen (Hutelingen).*

Source : Berne, Arch. d'état, liasse Interlachen (2 orig., dont 1 scellé)[1]. — Analyse : Fr. Settler, *Die Reg. der..... im Kantonstheil von Bern..... Klöster und Kirchl. Stifte,* 113, n° 13, dans Th. v(on) Mohr, *Die Reg. der Archive in der Schweizerischen Eidgenossenschaft,* I (Coire, 1850). — Texte : *Fontes Rerum Bernensium,* II, 445, n° 425.

Datum anno gratie M CC L VII, epacta III, indictione XV, V idus aprilis.

**2870. — 17 avril 1257, Latran.**

*Le pape Alexandre IV charge l'abbé du monastère bénédictin de Postoloprty, au diocèse de Prague, et les doyens de Breslau et d'Olmütz de mettre fin au débat pendant entre l'abbesse de Svétec et les Hospitaliers de Bohême, qui obligeaient celle-ci à leur obéir.*

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, diplomataire, I, n° 117 (copie de Smitmer, XVIII^e s.). — Analyse : Erben-Emler, *Reg. Boh. et Morav.,* II, 60, n° 152; Potthast, *Reg. pont. Roman.,* n° 16820. — Texte : Dobner, *Monum. hist. Bohemiæ,* IV, 266.

Alexander, etc., dilectis filiis... abbati de Porta Apostolorum, ordinis S. Bene-

1. Les sceaux sont : 1° celui du chapitre d'Interlachen ; 2° celui d'Henri de Toggenbourg, grand-prieur des Hospitaliers en Haute-Allemagne, avec la légende : ✝ S. FRATRIS. HEINRICI. DE. TOCCVNBURC.

dicti, Pragensis diocesis, item (*sic*) decano Wratislaviensi et Olomucensi, salutem, etc. Dilecte in Christo filie..... magistra et sorores ecclesie de Sowecz nobis significare curarunt quod magister et fratres Hospitalis Jerosolymitani de Boemia, ea occasione duntaxat quod ipse aliquando eorum signum de ipsorum voluntate in suis portarunt vestibus, licet quod eorum ordinem profiteri nolebant, semper fuerint protestate et adhuc eorundem fratrum vel alterius ordinis observanciam minime sint professe, dictorum fratrum profiteri ordinem et obedienciam sibi prestare ipsas compellunt invitas, eas occasione hujusmodi laboribus et expensis multipliciter aggravando. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit, appellacione postposita, statuatis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, etc. Quod si non omnes, etc., duo vestrum ea nihilominus exequantur. Dat. Laterani, XV kalendas maii, pontificatus nostri anno III.

## 2871. — 26 avril 1257, Latran.

*Le même autorise les Hospitaliers à présenter à l'autorité diocésaine, pour pourvoir au service des églises vacantes, des clercs séculiers, qui vivent dans les maisons de l'Hôpital et qui sont aptes à assurer le service divin.*

SOURCE : Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, Y. 72, p. 54 (copie, XV^e s.)[1].

Alexander, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, salutem, etc. Ad assiduum Christi servicium deputatos favore precipuo prosequi debet Romana[2] ecclesia, ut ad illos potissime gratiam sue benignitatis extendat, qui, vacando divinis obsequiis, noscuntur amplius promereri. Quia igitur eterni regis beneplacitis vos totaliter mancipastis, decet profecto et expedit ut copiosis vos corroboremus favoribus, vestro ordini apostolice gratie dexteram porrigendo. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis quod, cum vos ad ecclesias, ad vestram presentacionem spectantes, cum eas vacare contigerit, interdum fratres vestri ordinis, plerumque vero ydoneos clericos seculares, qui, vobiscum nonnunquam in vestris domibus commorantes, in mensa vestra comedunt et dormiunt in vestro dormitorio, dyocesanis episcopis, prout ad vos pertinet, presentetis, quidam ipsorum admittere eos[3] pro sue voluntatis arbitrio contradicunt, nisi tamen de ipsarum eis[4] proventibus assignetur quod sibi et suis extra domos vestras morantibus plene sufficiat hospitalitatem observent et de juribus episcopalibus dyocesanis episcopis integre studeant respondere, quamquam vos servetis hospitalitatem ac illis de ipsis juribus sitis respondere parati. Quare fuit pro vobis nobis humiliter supplicatum ut, cum propter hoc vobis magnum immineat detrimentum, providere super hiis misericorditer dignaremur. Vestris igitur supplicacionibus benignum impartientes assensum, presencium vobis auctoritate concedimus ut hujusmodi personas ydoneas prefatis dyocesanis ad easdem ecclesias vobis liceat presentare, dummodo dicte ecclesie nullum defectum in divinis officiis paciantur, et de premissis juribus faciatis locorum episcopis plenarie responderi. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, VI kalendas maii, pontificatus nostri anno III.

1. La rubrique de la table des matières du manuscrit porte : « Require Basilee, Franckenfurdie, Colonie et in Hambach ».
2. *Lisez :* Romana debat.
3. *Lisez :* eos admittere.
4. *Lisez :* eis de ipsarum.

### 2872. — 27 avril 1257, Latran.

*Le même renouvelle la bulle du 26 avril 1257 : « Ad assiduum Christi ». (V. plus haut, n° 2871.)*

Sources : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, cartul. 393 G, f. 106 (copie, xv° s.), et cartul. 393 F, p. 54 (copie, xvii° s.) ; Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, gr.-prieuré de Champagne, H. 1148 (orig., mauvais état) ; Düsseldorf, command. des SS. Jean et Cordule de Cologne, n° 5 (vidimus du 27 janvier 1256 ; le début manque et la date est tronquée) ; Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 289 *b* (copie de S. Pauli, xviii° s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 162 (copie, xvi° s.), et bull. F., f. 58 (auj. perdu) ; Toulouse, Arch. de la H.-Gar., ordre de Malte, bulles n° 61 (orig.).

Dat. Laterani, v kalendas maii, pontificatus nostri anno iii.

### 2873. — 4 mai 1257, Latran.

*Le même ordonne au prieur de S. Etienne de Beaune, au diocèse d'Autun, de révoquer les aliénations de biens, faites par les Hospitaliers du grand-prieuré de France.*

Source : Paris, Arch. nat., L. 251, n° 117 (orig. bullé).

Alexander, etc., priori S. Stephani de Belna, Eduensis diocesis, salutem, etc. Sicut dilecti filii prior et fratres Hospitalis Jerosolimitani in Francia sua nobis petitione monstrarunt, tam ipsi quam predecessores eorum decimas, terras, vineas, redditus, maneria, villas, prata et quedam alia bona dicti Hospitalis, datis super hoc litteris, factis renuntiationibus et interpositis juramentis, necnon et penis adjectis, in enormen (*sic*) lesionem Hospitalis ejusdem, nonnullis clericis et laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus, et aliis perpetuo ad firmam vel sub censu annuo concesserunt, quorum aliqui litteras super hiis confirmationis in forma communi dicuntur a sede apostolica impetrasse. Nos itaque, dictorum prioris et fratrum supplicationibus inclinati, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus ea, que de bonis prefati Hospitalis per concessiones hujusmodi alienata inveneris illicite vel distracta, non obstantibus predictis litteris, renuntiationibus, penis, juramentis seu confirmationibus et indulgentiis quibuscumque, ab eadem sede vel legatis ejus concessis, per que mandati nostri effectum impediri valeat vel differri, seu de quibus fieri oporteat in presentibus mentionem, et constitutione de duabus dietis, edita in concilio generali, ad jus et proprietatem jamdicti Hospitalis legitime revocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Testes autem, etc. Dat. Laterani, iii nonas maii, pontificatus nostri anno iii.

### 2874. — 4 mai 1257, Latran.

*Le même ordonne aux évêques de France et à ceux de Cambrai, Verdun et Metz de veiller à ce que l'argent légué pour la Terre Sainte ne reçoive aucune autre destination, et il recommande de ne pas porter préjudice aux Hospitaliers et aux Templiers en exécutant cet ordre. — « Cupientes negocio Terre Sancte ».*

Source : Paris, Arch. nat., J. 312, Toulouse, VI, n° 34[12] (copie authentique, dans un vidimus du trésorier de S. Hilaire de Poitiers, de décembre 1268). — Texte : Teulet, *Layettes du trésor des chartes,* III, 355, n° 4337.

### 2875. — 9 mai 1257.

« *Emprunt fait par Philippe, chantre de l'église de Tripoli, au nom d'Opiso,* « *son évêque, et de son chapitre, des Hospitaliers, de mille neuf cents livres Tournois,* « *que ledit évêque déclare être pour son voyage d'outre-mer, du 9 may* 1257. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 307 (xviii° s.).

### 2876. — [27 mai] 1257[1].

*Arrêt du parlement de Paris, confirmant les Templiers et les Hospitaliers dans l'exercice de tous les droits sur les vins dans les ports du Cotentin.*

Source : Paris, Arch. nat., X$^{1a}$ 1, f. 2 (copie, xiii° s.). — Analyse : Boutaric, *Actes du parl. de Paris,* I, 10, n° 111. — Texte : Beugnot, *Les Olim,* I, 15.

### 2877. — 3 juin 1257, Viterbe.

*Le pape Alexandre IV renouvelle la bulle d'Honorius III, du* 9 *janvier* 1221 : « *Vestra religio* ». (*V. plus haut, n°* 1705.)

Sources : Vienne, Arch. de l'ordre Teutonique, A. 239 (orig. bullé) ; A. 1294 (vidimus de l'official de Trèves, du 1 juillet 1375) ; A. 1532 (vidimus de l'official de Wurtzbourg, du 23 novembre 1414). — Analyse : Pettenegg, *Die Urk. des Deutsch-Ordens-Centralarchivs zu Wien,* 77, n° 287 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 16864 ; Strehlke, *Tab. ord. Theut.*, 384 (qui indique d'autres sources manuscrites). — Texte : Duellius, *Hist. ord. Theut.*, II, 11, 114 ; de Geer, *Archieven der ridderlijke Duitsche Orde, balie van Utrecht,* I, 74 ; Lünig, *Reichs Archiv,* XVI, 78, n° 71 ; *Not. hist. sur l'anc. command..... des Vieux Joncs* (Gand, 1849), 44.

Dat. Viterbii, iii nonas junii, pontificatus nostri anno iii.

### 2878. — 8 juin 1257, Viterbe.

*Le même défend à l'évêque d'Orvieto d'exiger de l'argent des Hospitaliers de S. Jean d'Orvieto.*

Sources : Lucques, Bibl. publ.. ms. 988, f. 290 (copie de S. Pauli, xviii° s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 181 (copie, xvi° s., partie auj. perdue) ; vol. 1131, p. 52 (copie, xviii° s.), et bull. F, f. 62 (auj. perdu).

Alexander, etc., venerabili fratri episcopo Urbevetano, salutem, etc. Dilecti filii preceptor et fratres domus sancti Johannis Hierosolimitani de Urbeveteri nobis significare curarunt quod tu ab eis, qui, specialis libertatis prerogativa gaudentes, preter Romanum pontificem nullum alium habent episcopum vel prelatum, pro expensis factis a te, ut asseris, in admissione postulationis a te facte, quandam

1. L'acte est simplement date de la session du parlement de la pentecôte de l'année 1257 ; il est certainement postérieur au 27 mai, et fut très vraisemblablement rendu en juin ou en juillet 1257.

pecunie summam exigis et extorques. Nolentes igitur eorumdem fratrum gravamen indebitum sustinere, utpote quorum bona sustentationi pauperum et Terre Sancte subsidio sunt specialiter deputata, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, ab hujusmodi exactionibus penitus conquiescens, restituas eis, si quid ab ipsis forte occasione hujusmodi extorsisti, ita quod ipsi ob hoc ulterius non cogantur recurrere, ac nos aliter scribere non cogamur. Dat. Viterbii, VI idus junii, pontificatus nostri anno III.

### 2879. — 15 juin 1257, Viterbe.

*Le même renouvelle la bulle d'Honorius III, du* 9 *janvier* 1221 : « *Vestra religio* ». (*V. plus haut, n°* 1705.)

SOURCES : Vienne, Arch. de l'ordre Teutonique, A. 241 (orig. bullé), et A. 1061 (vidimus du juge de la cour de Strasbourg, du 30 mars 1346). — ANALYSE : Pettenegg, *Die Urk. des Deutsch-Ordens-Centralarchivs zu Wien*, 78, n° 290 ; Strehlke, *Tab. ord. Theut.*, 385.

Dat. Viterbii, XVII kalendas julii, pontificatus nostri anno III.

### 2880. — 22 juin 1257, Merton.

*Henri III, roi d'Angleterre, accorde des lettres de protection au grand-prieur d'Angleterre, qui est parti outre-mer avec l'autorisation du roi; elles seront valables jusqu'à son retour ou jusqu'à ce qu'un autre grand-prieur l'ait remplacé.*

SOURCE : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 41 Hen. III, membr. 7 (copie contemp.).

Teste rege apud Mertone, XXII die junii.

### 2881. — Juillet 1257.

*Guillaume Pijons, grand-prieur de France, confirme l'accord, intervenu entre les Hospitaliers de Beaune et l'abbaye de Citeaux relativement aux écluses de la Bouzaize, et vidime l'arbitrage, rendu par Jean Malmont et par Simon de Dijon, en avril* 1257, *dans cette affaire.* (*V. plus haut, n°* 2866.)

SOURCE : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, H. 168 (cartul. de Citeaux), f. 45 *b* (copie, XIII° s.). — ANALYSE : E. Petit, *Hist. des ducs de Bourg.*, V, 444.

Actum est hoc anno Domini M CC L septimo, mense julii.

### 2882. — 9 août 1257, Viterbe.

*Le pape Alexandre IV interprète, en faveur des Hospitaliers, une constitution rendue par lui relativement aux exemptions autorisées par le S. Siège.*

SOURCES : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 20, bullaire, f. 35 (copie, XV° s.); Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 290 (copie de S. Pauli,

XVIII[e] s.); Lyon, Arch. du Rhône, H. 22, f. 155 (copie d'A. de Naberat, XVII[e] s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 190 (copie, XVI[e] s., partie auj. perdue); vol. 1131, p. 53 (copie, XVIII[e] s.), et bull. F, f. 264 (auj. perdu); Marseille, Arch. des B.-du-Rh., H. 20, n° 131 (orig.). — ANALYSE : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 16972 (même bulle, mais adressée aux Teutoniques).

Alexander, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jherosolimitani, salutem, etc. Quandam constitutionem nos edidisse meminimus ut si hii, qui se asserunt per privilegia seu indulgencias apostolice sedis exemptos, de quorum scilicet exemptione seu libertate non constat, vel qui videlicet in exemptionis seu libertatis possessione per longa tempora non fuerunt a locorum ordinariis requisiti, hujusmodi privilegia vel indulgencias, quibus dicunt se fore munitos, saltem quoad illos articulos, super quibus questio vel controversia fuerit, ipsis ordinariis in loco congruo et securo vel aliquibus prudentibus viris, omni suspicione carentibus, ad hoc per dictos ordinarios deputatos, non exhibuerint vel ostenderint, et iidem ordinarii sua jurisdictione usi fuerint contra eos, nequaquam tunc ipsi ordinarii ac occasione per conservatores, a sede illis deputatos eadem, molestari valeant aut aliquatenus impediri; quinimmo sententie vel processus conservatorum ipsorum, que vel qui prolate vel habiti fuerint contra eosdem ordinarios, in hoc casu omnino non teneant nullumque robur habeant vel vigorem. Cum autem nota sit plene vestra exemptio et libertas, scire vos volumus quod hujusmodi constitutio tangit illos de quorum exemptione seu libertate non constat, vel qui videlicet in exemptionis seu libertatis possessione per longa tempora non fuerunt, nisi forte diceretis a sede predicta super aliquibus capitulis vel articulis exempcionis privilegia vos habere, de qua liquido non constaret. Dat. Viterbii, v idus augusti, pontificatus nostri anno III.

## 2883. — 23 août 1257, Villingen.

*Henri, comte de Furstenberg, accorde à ses sujets la faculté de se donner, eux et leurs biens, à l'Hôpital de S. Jean, récemment fondé à Villingen*[1].

SOURCE : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade (traduct. allemande, de 1420)[2]. — ANALYSE : *Zeitschrift für Gesch. des Oberrheins*, VIII, 113. — TEXTE : *Furstemberg. Urkundenbuch*, I, 209; Lucius, *Bericht vom Adel in Teutschland* (Francfort sur le Mein, 1721), 355 (d'après le vidimus de 1420); Neugart, *Cod. dipl. Alemanniae*, II, 217.

In nomine patris, et filii, et spirictus sancti, amen. Nos Henricus, comes de Furstenberg, omnibus, presentes litteras inspecturis, salutem dicimus, notum illis facientes quod, cum omnia preterita successu temporis memoria excidant, eos valde prudenter agere, qui scriptis ea mandant, quo veritas et posteris manifesta fiat. Quam ob causam tam adhuc superstites quam posteros nosse volumus quod nos, tum in Sancte Terre subsidium ac defensionem, tum in divi Johannis Baptiste Hospitalis domus honorem, quam in oppido nostro Villingensi de novo extrui ac edificari curavimus, hoc privilegium, ob nostram ac majorum nostrorum perpetuam salutem, ultro ac libenter elargimur, ut, si qui ex civibus aut aliis subditis nostris se huic tam pie ac spirituali hujus Hospitalis domus vite, cum suis bonis, habitu huic ordini ac statui conveniente dedant, aut alias extra hunc ordinem cum illis paciscantur, omni jure et privilegio, ad nos alias spectante et a nobis ipsis hactenus usurpato vel usurpando, cum bona nostra venia et consensu, sine omni nostro et aliorum obstaculo, uti possint ac debeant, idque in animarum nostrarum

1. L'original, autrefois à Carlsruhe, est perdu.

2. V. plus haut, page 840, note 3.

exequias, quas qui secularibus tantum heredibus committit, Christum suorum bonorum coheredem non instituit. Et ut hoc privilegium perpetuum sit ac irrevocabile, hasce, ne illis in posterum quisquam negotium facessere, aut, quemadmodum nostro tempore factitatum est, ullo modo propterea molestus esse queat, sigillo nostro muniri curavimus. Actum decimo calendas septembris, anno millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, in oppido nostro Villingensi.

## 2884. — 13 septembre 1257, Chester.

*Henri III, roi d'Angleterre, ordonne au garde de la forêt de Wanborough (Wanberge) de donner cinq daims, à prendre dans cette forêt, à Robert de Manby, grand-prieur d'Angleterre.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 41 Hen. III, membr. 3 (copie contemp.).

Teste ut supra [apud Cestriam, XIII die septembris].

## 2885. — 8 octobre 1257, Meyrargues.

*Bertrand de Baux, seigneur de Meyrargues, confirme l'exemption de péage, accordée aux Hospitaliers par Raymond II de Baux, son père, en février* 1207. (*V. plus haut, n°* 1253.)

Sources : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 54, n° 3 (copie notariée, 2e moitié du XIIIe s.); Paris, Bibl. nat., lat. 9001, f. 103 (copie d'A. de Naberat, XVIIe s.). — Analyse : Dr. L. Barthelemy, *Inv. chron. et anal. des chartes de la maison de Baux*, 121, n° 422.

(*Croix*). Hoc est exemplum cujusdam publici instrumenti, cujus tenor talis est : In nomine domini nostri Jhesu Christi, anno incarnationis ejusdem M CC L VII, octavo idus octobris. Ex hoc instrumento cunctis pateat universis quod nos Bertrandus de Baucio, dominus Maranicarum, non deceptus nec circumventus, nec ullo dolo inductus, nec errans in jure vel in facto, sed mera et spontanea voluntate, pro salute anime nostre et parentum et successorum nostrorum, et pro redemptione delictorum nostrorum parentum atque successorum, et ad instantiam et ad requisitionem fratris Berengarii Monachi, preceptoris domus Manuasce et Aquis Ospitalis Jerosolimitani, concedimus et confirmamus, sicut melius potest intelligi, sine fraude, quandam libertatem et franquesiam, factam, datam et concessam a domino Raimundo de Baucio, patre nostro quondam, sancte domui Ospitalis Jerosolimitani predicti et Bertrando de Olivella, priori S. Egidii, recipienti dictam franquesiam seu libertatem pro se et universis fratribus dicti Hospitalis Jerosolimitani, presentibus et futuris, de rebus omnibus propriis dicti Ospitalis et fratrum dicti Ospitalis, sicut predicta libertas seu franquesia continetur in quodam instrumento, facto per manum Dominici notarii, cujus tenor talis est :

« Sit notum cunctis, presentibus atque futuris, quod ego Raimundus de « Baucio, etc. (V. plus haut, n° 1253). »

Predictam autem franquesiam seu libertatem nos dictus Bertrandus de Baucio, sicut superius dictum est, donamus, concedimus et confirmamus dicte domui dicti Ospitalis sancti Johannis, et vobis fratri Berengario Monacho predicto, preceptori domus Manuasce et Aquis, recipienti dictam franquesiam nomine vestro et nomine dicti Ospitalis et fratrum domus ejusdem, promittentes per nos et successores

nostros vobis, dicto fratri Berengario Monaco, recipienti dictam promissionem nomine vestro et nomine dicti Ospitalis et fratrum ejusdem, predictam franquesiam illibatam perpetuo tenere et contra in aliquo non venire aliquo jure seu aliqua ratione, renunciantes inde omni juris auxilio, per quod predicta possem infringere vel penitus in aliquo revocare. Actum infra castrum Maranicarum, in porticu ante capellam, in presentia domine Halis, uxoris dicti domini Bertrandi de Baucio, et Ugonis de Baucio, et Bertrandi Milonis, et Ugonis de Gardana, et W. Maioli, militum, et Guillelmi Desderii, sacerdotis, et fratris Desderii, sacerdotis, et mei Petri de Costa, publici notarii dicti domini Bertrandi de Baucio, qui, mandato dicti domini Bertrandi de Baucio et rogatu dicti fratris Berengarii Monachi, hanc cartam scripsi, et signum meum apposui ; et ad majorem firmitatem nos dictus Bertrandus de Baucio hanc cartam jussimus nostri sigilli munimine roborari. Ego vero Sicius de civitate Aretina, imperialis aule publicus notarius, et notarius in Manuasca pro Hospitali, et notarius in comitatibus Provincie et Forcalcarii pro domino Karolo, illustri comite, nunc rege Cicilie, autenticum hujus exempli vidi et consideravi diligenter cum domino Bertolomeo, judice Manuasce et officiali Sistaricensi, et cum domino R[aimund]o Davit, et cum domino Petro Breto, juris peritis ; et ipsum autenticum invenimus sine omni vitio et rasura, et erat sigillatum sigillo cereo pendenti in eo cum corda serica rubea. Et ex parte una dicti sigilli erat figura militis armati in equo, tenens ensem in manu, et in circuitu circuli erant tales littere : « S. BERTRANDI DE BAUCIO. » Ex alia vero parte dicti sigilli erat stella, et in circuitu erant tales littere : « SIGILLUM BERTRANDI DE BAUCIO. » Et de mandato domini Berengarii Monachi, preceptoris Manuasce et tenentis locum prioris in prioratu S. Egidii, et auctoritate dicti domini judicis totum tenorem dicti autentici, nichil addito vel diminuto, in hoc exemplo transcripsi, et signo meo signavi.

### 2886. — Décembre 1257.

*La municipalité de Witzlar, à la prière de Frédéric, commandeur de Niederweisel (Wizele), exempte les Hospitaliers de cette commanderie de tous droits sur les marchandises qu'ils achèteront ou vendront dans la ville.*

SOURCE : Coblence, Arch. d'état, command. de Niederweisel, n° 1 (orig.). — ANALYSE : Görz, *Mittelrheinische Regesten,* III (Coblence, 1881), 325, n° 1445.

Actum anno Domini M CC L VII, mense decembri.

### 2887. — 13 décembre 1257, Viterbe.

*Le pape Alexandre IV ordonne au prévôt de l'église de Cavaillon de trancher le différend, pendant entre le commandeur de l'Hôpital de Maraclée, d'une part, et Bertrand de Folquetis et d'autres laïques, d'autre part.*

SOURCES : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 291 *b* (copie de S. Pauli, XVIII$^e$ s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, bullaire orig. d'Alex. IV, n° 69 (auj. perdu).

Alexander, etc., preposito ecclesie Cavellicensis, etc. Conquestus est nobis preceptor Hospitalis Jerosolimitani de Maraclea quod Bertrandus de Folquetis et quidam alii laici, Sestaricensis diocesis, super terris, debitis, possessionibus et rebus aliis injuriantur eidem ; ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, partibus convocatis, audias causam, et, appellatione remota,

usuris cessantibus, debito fine decidas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, etc. Dat. Viterbii, idibus decembris, pontificatus nostri anno III.

### 2888. — [1258-1276][1].

« *Donation du grand-maître Hugues Revel à Boucoux, qu'il apele son homme,*
« *fils de Mihoude de la Gaitie, d'une boutique, située à Tripoli, rue du Port, et d'une*
« *maison au bourg dudit Tripoli, joignant l'église S. George des Jacobins, moyennant*
« *la cense de seize besans pour la boutique et celle de quatre besans pour la maison,*
« *sans datte.* »

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 367 (xviii[e] s.).

### 2889. — 9 janvier 1258, Viterbe.

*Le pape Alexandre IV accorde des indulgences à tous ceux qui visiteront l'église de Sigena au jour prochain de sa consécration et pendant l'octave de celle-ci.*

Sources : Sigena, Arch. du monastère (orig.).

Alexander, etc., universis Christi fidelibus, presentes litteras inspecturis, salutem, etc. Vite perennis gloria, qua mira benignitas conditoris omnium beatam coronat aciem civium supernorum, a redemptis precio sanguinis, fusi de precioso corpore redemptoris, meritorum debet acquiri virtute ; inter que illud esse pregrande dinoscitur quod ubique, sed precipue in sanctorum ecclesiis, majestas Altissimi collaudetur. Cum itaque ecclesia monasterii dilectarum in Christo filiarum priorisse et conventus de Xexena, Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani, Ylerdensis diocesis, debeat, sicut referente venerabili fratre nostro... Marrochitano episcopo accepimus, in proximo dedicari, universitatem vestram rogamus et hortamur in Domino, in remissionem vobis peccaminum injungentes, quatinus ad ecclesiam ipsam, imploraturi a Domino delictorum veniam, in humilitate spiritus accedatis. Nos enim, ut Christi fideles, quasi per premia salubriter ad merita [inv]itemus, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ecclesiam ipsam in dedicatione hujusmodi et septem diebus immediate sequentibus causa devotionis accesserint, hac prima vice unum annum et quadraginta dies de injuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Dat. Viterbii, v idus januarii, pontificatus nostri anno IV.

### 2890. — 12 janvier 1258, Viterbe.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du* 12 *décembre* 1184 : « *Si diligenter attenditis* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 706.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 292 (copie de S. Pauli, xviii[e] s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, bull. A, f. 158 (auj. perdu).

Dat. Viterbii, II idus januarii, pontificatus nostri anno IV.

1. Cette pièce, non datée, se place entre les dates extrêmes approximatives du magistère de Hugues Revel.

**2891.** — 25 mars 1258, Viterbe.

*Le même renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 19 *juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Paci et quieti* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 429.)

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 19 (orig.).

Dat. Viterbii, viii kalendas aprilis, pontificatus nostri anno iv.

**2892.** — Avril 1258.

*Henri de Toggenbourg, maître de l'Hôpital dans la Haute-Allemagne, confirme la donation de biens, faite à l'ordre par frère Hartmann de Winzenheim, au moment de son entrée dans celui-ci ; ces biens, sis au ban de Logelheim, dépendaient de l'église S. Dié, et les chanoines de cette église consentent à cette donation.*

Source : Colmar, Arch. de l'anc. dép. du Haut-Rhin, H. ordre de Malte, command. de Colmar, carton 25 (orig. scellé)[1], et carton 1, cartul., f. 201 *b* (copie de 1545).

Anno Domini m cc l viii, mense aprili, indictione prima...

**2893.** — 26 avril 1258.

*Conrad II (Conradin), roi de Jérusalem et de Sicile, confirme le privilège de Conrad IV en faveur des Hospitaliers, du mois d'août* 1252, *en le vidimant.* (*V. plus haut, n°* 2615.)

Source : Palerme, Arch. d'état (copie du 20 mars 1510, exécutée par ordre du conseil royal) ; Reg. II delle Prelazie, f. 419 (compilation officielle, faite vers 1513 par G. Luca Barberi) ; Liber Primus Regie Monarchie, p. 381. — Analyse : Boehmer (éd. Ficker), *Reg. imperii,* V, 863, n° * 4668. — Texte : Minutolo, *Memorie del gran priorato di Messina,* 9 ; Rocco Pirri, *Sicilia Sacra,* II, 937.

**2894.** — 21 mai 1258.

*Gérard Wildgraf, archevêque de Mayence, confirme aux Hospitaliers le droit de patronage de l'église de Rüdigheim, que leur avait donné Helfrich de Rüdigheim, chevalier*[2].

Source : Marbourg, Arch. roy., command. de Rüdigheim (orig.). — Texte : H. Reimer, *Urkundenbuch der Herren zu Hanau,* I, 242 (2e vol. de *Hessisches Urkundenbuch,* Leipzig, 1891, dans la collection des publications des Arch. Roy. d'État de Prusse, vol. 48).

Datum anno Domini m cc l viii, xii kalendas junii.

1. Pour la descriptlon du sceau d'Henri de Toggenbourg, voir les nos 2869 et 2918.

2. La concession de ce droit par Helfrich de Rüdigheim est du 17 mai 1257 (Francfort, Arch. mun., Johanniterbrüder, 22 A, copie, xviie s.). Le 11 septembre 1258, celui-ci et son beau-frère Diether de Heidebach renoncèrent à nouveau à leurs droits de patronage sur cette église (Marbourg, Arch. roy., command. de Rüdigheim, orig. scellé). Ces deux actes sont édités par Reimer, *loc. cit.,* I, 235 et 251).

## 2895. — 28 mai 1258, Viterbe.

*Le pape Alexandre IV renouvelle la bulle de Lucius III, du* 6 *décembre* 1184 : « *Non absque dolore* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 702.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 293 (copie de S. Pauli, xviii° s.); Malte, Arch. de l'ordre, bull. A, f. 207 (auj. perdu).

Dat. Viterbii, v kalendas junii, pontificatus nostri anno iv.

## 2896. — 10 juin 1258, Viterbe.

*Le même exhorte Bela IV, roi de Hongrie, à payer aux Hospitaliers la rente annuelle de mille marcs d'argent, qu'André II, son père, leur avait promise, et à protéger les immunités et libertés de l'ordre.*

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 293 (copie de S. Pauli, xviii° s., d'après les Arch. de Malte); Malte, Arch. de l'ordre, bullaire orig. d'Alex. IV, n° 70 (auj. perdu). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 17299. — Texte : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, IV, ii, 466 (d'après les mss. de Batthyani); Katona, *Hist. crit. reg. Hung.*, IV, 271; *Monum. Hungariæ hist.*, dipl., VII, 301; Pauli, *Cod. dipl.*, I, 276; Theiner, *Vet. mon. hist. Hung.*, I, 236.

Alexander, etc., carissimo in Christo filio regi Ungarie illustri, salutem, etc. Ad tuam memoriam libet frequenter reducere, nec non ante prospectus regios sepius presentare[1], quod clare memorie rex Ungarie, pater tuus, prout magnificentiam decuerat regiam, se ad partes conferens transmarinas, quum in Hospitali sancti Joannis Jerosolymitani exuberare humanitatis in pauperes et infirmos opera contemplatus multo majora fuisset, quam prius susceperat ex auditu, reseratis illico innate pietatis visceribus, dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis predicti mille marcas argenti se daturum promisit annuatim ex aerario regni sui, per fratrum ipsorum sollicitudinem tam piis usibus quam etiam Terre Sancte obsequiis perpetuo applicandas, prout in ejusdem progenitoris tui privilegio exinde confecto plenius dicitur contineri. Cogitaverat enim, sicut princeps catholicus, quod et misericordia comes est defunctorum, et elemosyna, viri quasi sacculus, ad quem urgente necessitate recurritur[2], est cum ipso, gratiam, ut pupillam, in presenti conservans, et retributionem his rependens, qui eam faciunt in posterum gloriosam. Verum ne promissionem, ex paterna munificentia tam magnifice prodeuntem, post ipsius progenitoris decessum ex quavis causa occasui subjacere contingeret, et confirmationis[3] ad eternam rei memoriam robur ex tuo munere contulisti, quod eo fuisse nobis cognoscas acceptius, quo magis personam tuam potioribus apud Deum juvari meritis adoptamus. Sed mirari cogimur non immerito et moveri, intellecto quod promissum hujusmodi eisdem magistro et fratribus quodammodo infructuosum redditur, dum serenitas regia, requisita super hoc ab eis pluries, et apostolicis etiam[4] excitata precibus, solutionem dictarum mille marcarum hactenus plus debito prorogavit. Sane quum protractio solutionis hujusmodi, per te facta, sic liberalitati priori prejudicet, ut, more quantum adjeceris, gratie tantum demas, decuisset regalem excellentiam preces[5]..... prevenisse, vel saltem[6]..... non expectasse, propter hoc a nobis denuo inculcari. Quum enim Deo, non homini, facta sit ipsa[7] promissio, qui,

1. Fejer : presentare.
2. Fejer : recurratur. — Eccl., 17 et 18.
3. Fejer : confirmationi.
4. Fejer omet ce mot.
5-6. Ces points manquent dans Fejer.
7. Ce mot manque dans Fejer.

personam pauperis induens, se in ea humilitate..... ac egere..... profecto tunc humana presumit fragilitas, si subtrahit vel differendo minuit, quod patris [1] devotio ipsis pauperibus solemniter sic spopondit. Et quidem, qui conferentia patri suo remedia ad salutem detractat [2], vel non festinat impendere, non est expers discriminis, seu immunis a culpa, quum, juxta verbum Sapientis, non sit mortuo, quamvis extraneo, gratia subtrahenda. Que autem a posteris tuis elemosynarum poteris temporé necessitatis sperare suffragia, si circa salutem anime [3] progenitoris ejusdem, ubi exuberare debueras, adverterint te remissum? aut, quum filii paterne eruditionis emulatores existant, que a te constantie munimenta suscipient, si, que de ipsius patris vel tuis potius processere labiis, videant te, quod absit, irrita facere seu quomodolibet [4] retardare? O grave discrimen, ubi pietati detrahitur, et honesta concessio violatur! O non leve dispendium, ubi Deus offenditur, et promisso pauper stipendio defraudatur, et non mediocriter consideratio nostra concutitur, quum de persona tua, quam brachiis sinceritatis complectimur, talia nobis audientibus referuntur, et mens nostra plena quiete non fruitur, quamdiu tue fame celebritas taliter offuscatur! Cupientes itaque sollicitudinem regiam prompto remedio sic premissis..... quod sue laudis titulos [5] obduci de cetero tali caligine non contingat, serenitatem tuam, sicut iterum, sic attentius rogamus, monemus et hortamur attente, in remissionem tibi peccaminum [6] injungentes, quatenus, ad [7] reverentiam apostolice sedis et nostram, predictas mille marcas eisdem [8] magistro et fratribus nunc et in posterum ministrare, ac de subtractis plenarie satisfacere non moreris. Indecens enim est in eo, quod Spiritu Sancto, qui tarda nescit molimina, noscitur fuisse inspirante promissum, per te more dispendium interponi. Privilegia quoque, immunitates, libertates, concessiones regias, nec non compositiones et ordinationes, cum eis initas, velut religionis et fidei zelator inclytus, ita studeas conservare, ut propter hoc bonorum retributor [9] omnium tuum regnum a quibuslibet malis propitius tueatur..... ac proli tue addat prosperitatis augmentum, nosque proinde, sinceritatem tuam dignis in Domino laudibus commendantes, celsitudini regie super hoc ulterius scribere non cogamur. Dat. Viterbii, IV idus junii, pontificatus nostri anno IV.

## 2897. — 6 juillet 1258, Viterbe.

*Le même charge P., frère de l'Hôpital, et P., frère du Temple, ses représentants en Sardaigne, d'ordonner aux Pisans et aux Génois de cesser les hostilités et de se faire remettre la ville et le château de S. Gilia (Sant' Igia), au diocèse de Cagliari, en exécution de l'arbitrage pontifical, que les parties belligérantes ont accepté. — « Olim inter dilectos »* [10].

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1130 (copie, XVIII[e] s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 25, f. 145 (copie contemp.). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 17335. — Texte : *Cod. diplom. Sardiniæ*, I (*Hist. patr. monum.*, X), 378; Raynaldi, *Ann. eccl.*, XXII, 29.

Dat. Viterbii, II nonas julii, [pontificatus nostri] anno IV.

1. Fejer : gratis.
2. Fejer : detrectat.
3. Fejer omet ce mot.
4. Fejer : quantumlibet.
5. Fejer : titulo.
6. Fejer : peccatorum.
7. Il faut restituer : ob.
8. Fejer : eidem.
9. Pauli donne, à tort : retributorum.
10. Le lendemain, une bulle du pape ordonnait aux Pisans et aux Génois de comparaître, au mois de septembre 1258, en présence du pontife.

**2898.** — 9 juillet 1258, Kastelen.

*Hartmann, comte de Kybourg, ratifie l'abandon, fait par Ulrich, avoué d'Ensisheim, aux Hospitaliers d'Hohenrain, de ses possessions d'Ebersell et de Ferren.*

Source : Lucerne, Arch. cant., command. de Hohenrain (orig.). — Texte : Kopp, *Gesch. der eidgenössischen Bünde,* II, I, 422.

Dat. Kasteln, anno Domini M CC L octavo, VII idus julii.

**2899.** — [5][1] août 1258.

*Bérenger, vice-prieur de l'Hôpital en Allemagne, confirme la vente de biens à Döringheim (Dorenkeim), faite par Conrad de Ronnebourg, chevalier, fils d'Helfrich de Rüdigheim, chevalier, aux chanoines de l'église de S. Barthelémy à Francfort, et s'engage à leur payer une rente annuelle de quinze mesures (octalia) de seigle.*

Source : Francfort sur le Mein, Arch. mun., fonds de S. Barthélemy, n° 2687 (orig.). — Texte : Boehmer, *Codex Moeno-Francofurtanus,* 120 ; *Frankfurter Archiv,* III, 176 ; H. Reiner, *Urkundenbuch der Herren zu Hanau,* I, 249 (2e vol. de *Hessisches Urkundenbuch,* dans la coll. des publ. des Arch. Roy. d'État de Prusse, vol. 48).

Acta sunt hec anno Domini M CC L VIII, kalendis [*lisez* : nonis] augusti, in vigilia beati Sixti.

**2900.** — [15 septembre] 1258[2].

*Arrêt du parlement de Paris, relatif à la pleine justice sur les terres de l'Hôpital de Melun, que les Hospitaliers de Melun réclamaient, et que le bailli royal contestait. Les droits des Hospitaliers n'étant pas prouvés, ceux du roi sont maintenus.*

Source : Paris, Arch. nat., X$^{1a}$, 1, f. 8 (copie, XIIIe s.). — Analyse : Boutaric, *Actes du parl. de Paris,* I, 23, n° 277. — Texte : Beugnot, *Les Olim,* I, 57.

**2901.** — 26 septembre 1258, Latran.

*Le pape Alexandre IV confirme aux Hospitaliers, à l'occasion d'une excommunication, lancée contre eux par le patriarche de Jérusalem, le privilège, qu'ils tiennent du S. Siège, de ne pouvoir être excommuniés ou suspendus que directement par le Souverain Pontife.* (*V. plus haut, n°* 2787.)

Source : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, cartul. 393 G, f. 95 (copie, XVe s.).

Allexander, etc., dilectis filiis magistro et fratribus ac universe familie Hospi-

1. Il y a certainement une erreur de date, la vigile de saint Sixte tombant non le 1, mais le 5 août ; on doit donc corriger le mot « kalendis » en « nonis ».
2. Cet arrêt fut rendu pendant la session du parlement de l'octave de la nativité de la Vierge de l'année 1258 ; l'acte est certainement postérieur au 15 septembre et antérieur au 11 novembre, date de la session suivante du parlement.

talis sancti Johannis Jherosolimitani, salutem, etc. Ex auctentico bone memorie Innocentii pape, predecessoris nostri, constat evidenter in felicis recordationis Honorii pape, predecessoris sui et nostri, perspexisse contineri rescripto quod plurimum movebatur et gravabatur super eo quod Jherosolimitanus patriarcha in prespiteros et laycos vestros, quorum aliqui vobis gratis, alii vero ad solidos serviebant, excommunicationis sententiam protulit, et vos eciam excommunicatos esse fateri presumpsit, cum vos et servientes vestri, de clemencia sedis apostolice, ea libertate gaudeatis quod a nemine, nisi a Romano pontifice, suspendi, excommunicari, interdici vel alias puniri possitis. Ne ergo similia in posterum vobis contingere possint, auctoritate apostolica interdixit ut nemini liceret sine mandato Romani pontificis speciali vos vel servientes vestros, clericos sive laycos, aliosque vobiscum constitutos, donec in servicio vestro sive de mensa domus vestre fuerint, suspendere, excommunicare, interdicere vel alias punire, et, si aliqua sententia in vos vel aliquem predictorum aliter lata fuerit, eam irritam censuit et inanem. Nichilominus tamen et aliis predictis indulsit ut, pro excommunicationis, suspensionis et interdicti sentenciis, si a Jherosolimitano patriarcha vel ab alio quomodolibet in vos vel aliquem predictorum, sine speciali et de vobis et illis expresso mandato Romani pontificis, lata fuerit, non obmittatis ecclesias frequentare, aut divinis vel mense et aliis officiis aut negociis interesse, cum hujusmodi sentencia irrita et inanis. Nos autem, eorundem predecessorum nostrorum inherentes vestigiis, que prescripta sunt auctoritate apostolica et ex certa sciencia confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, non obstantibus contrariis quibuscunque. Dat. Laterani, VI kalendas octobris, pontificatus nostri anno V.

## 2902. — 9 octobre 1258, Acre.

*Thomas Bérard, Hugues Revel et Hanno de Sangerhausen, grands-maîtres du Temple, de l'Hôpital et des Teutoniques, règlent par un accord leurs droits réciproques en Terre Sainte, à Chypre et en Arménie.*

SOURCE : Berlin, Arch. secr. d'état., R. 94, V. E. b, 1, f. 168 (copie, XIII[e] s.). — TEXTE : Strehlke, *Tabulæ ord. Theut.*, 98.

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti, amen. Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod nos frater Thomas Berardi, domus milicie Templi magister humilis, et frater Hugo de Revel, domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani magister et pauperum Christi custos, et frater Anno de Sangerhusen, domus Hospitalis sancte Marie Theotonicorum magister, de assensu et voluntate fratrum nostrorum, ad laudem et gloriam et honorem domini nostri Jhesu Christi ac universalis ecclesie, necnon summi pontificis sanctissimi patris nostri Alexandri quarti, cui soli post Deum obedire tenemur, et ob salutem et prosperum statum tocius christianitatis, firmam pacem et gratam concordiam facimus et statuimus, ac firmiter ordinamus, videlicet de omnibus et singulis questionibus et querelis, que inter nos et fratres nostros in regnis Jerosolimitano, Cypri et Armenie, principatu Antiocheno et comitatu Tripolitano mote sunt, et que de cetero movebuntur, exceptis castris, castellaniis, villis et casalibus, que in compositione presenti non intelligantur inclusa, sed alibi per nos vel procuratores nostros in judicio ecclesiastico vel seculari super eisdem possimus movere questiones, prout nobis et fratribus nostris melius videbitur expedire. Est igitur statutum et ordinatum inter nos et fratres nostros quod magni preceptores nostrarum domorum regnorum Jerosolimitani, Cypri et Armenie ac etiam terre Antiochene et Tripolitane, et castellani Grati et Margati, et preceptor Tripolitanus, inter quas aliqua contentio mota

erit, super ea vicissim loquantur et tractent, ac pro posse nitantur bona fide et diligenti studio ipsam ad concordiam revocare, infra mensem proximum postquam unus predictorum a preceptore, denuntiante ipsi preceptori illam controversiam esse motam, fuerit requisitus. Si vero non possit concordare de illa discordia sopienda, debent infra unum alium mensem proximum subsequentem eligere de fratribus sue domus, in dictis regionibus existentibus, unum vel duos, prout viderint expedire, ita tamen quod preceptor, qui controversiam motam notificaverit alteri preceptori, super qua concordia est tractanda, primo eligat et nominet arbitros, unum vel duos, et alter preceptor, cui denuntiatum fuerit, teneatur eligere subsequenter infra tercium diem unum vel duos ; qui arbitri jurare debeant, tactis sacrosanctis ewangeliis, se super questionibus, controversiis, querelis bona fide et sine strepitu judicii processuros, ita tamen quod, si super controversiis et querelis nequierint concordare, prephati preceptores debent eligere unum ex fratribus tercie domus, illius controversie non participis, in eisdem regionibus morantem, qui cum aliis arbitris intersit medius et communis ad illam discordiam sopiendam; qui similiter juret ut alii duo arbitri. Et totum et quicquid dicti arbitri, vel major pars eorum, pronuntiaverint, statuerint, laudaverint vel dixerint eorum voluntate, seu arbitrati fuerint in scriptis vel sine scriptis, die feriato vel non feriato, exceptis diebus feriatis ob divinam reverentiam inductis, partibus presentibus vel absentibus, juris ordine servato vel non servato, debet a nobis inviolabiliter observari. Arbitri vero communiter electi debent infra mensem unum proximum, ex quo electi fuerint, tractare et inquirere super controversia mota, prout viderint expedire, et, infra octo dies alios proximo subsequentes, debent pronuntiare et statuere id quod eis vel eorum majori parti visum fuerit ordinandum. Sed si magni preceptores non concordarent de communi fratre et medio eligendo, debent infra mensem unum subsequentem, per se vel alios, benigne et humiliter requirere et supplicare magistro vel locum ejus tenenti tercie domus ut dignetur eis concedere unum fratrem pro mota discordia concordanda, qui teneatur in continenti ex suis fratribus unum eis concedere, quem utrique parti magis viderit et cognoverit esse utilem et communem. In arbitros autem electi, si arbitrium recipere recusarent, debeant secundum eorum religionem a suis superioribus recipere arbitrium coherceri, nec alibi mittantur, nec etiam aliqua eisdem interim a suis superioribus injungantur, quorum occasione arbitrium retardetur, donec discordia fuerit terminata, nec possint alia occasione suscipere arbitrium quam infirmitatis evidentissime excusari. Sed si arbitrorum aliquis infirmitate apertissima teneatur, ab illo, qui eum elegerat, alius eligatur, qui sit de religione fratris taliter excusati, ita tamen quod, si aliquis magistrorum habet necesse aliquem de arbitris supradictis sue domus et magnis negociis sue religionis mittere ultra mare, eidem liceat in passagio, dummodo aliquem ydoneum et utilem ipsi negocio terminando in continenti in locum ipsius missi ultra mare teneatur subrogare. Arbitri vero sic electi possint, dummodo eis videatur expedire, exigere juramentum de veritate dicenda a preceptoribus et castellanis, fratribus et aliis quibuscunque personis, quos super ipsa controversia scire crediderint veritatem. Sed si contingeret aliquem preceptorum non facere electionem arbitrorum superius annotatam, vel non compellere arbitros sibi subditos, ut superius est expressum, per suum superiorem eligere et electos cogere compellatur in continenti, omni occasione postposita, et ut intersit tractatui et inquisitioni ac concordie iniende. Verumtamen si aliquis frater de domo Theutonicorum in tercium vel quintum eligatur, et propter hoc eum ire oporteat in terram Tripolitanam, Antiochenam vel regnum Cypri, eidem a partibus necessaria ministrentur, dum tamen sit in tercium vel quintum electus, ire teneatur et debeat de voluntate sui magistri vel locum ejus tenentis, vel alius eque ydoneus. Fratres vero domorum ipsarum debent sibi bona fide

ubique consulere, manutenere et juvare, ac sine malo ingenio defensare expensis suarum domorum contra inimicos fidei ortodoxe, ita videlicet quod, in regno Jerosolimitano et in terra Tripolitana et Antiochena et in regno Armenie, debet una domus alteram, cum requisita fuerit specialiter, adjuvare bona fide, salva evidenti necessitate regni Jerosolimitani et munitionibus castrorum domus, que taliter fuerit requisita. Attamen si fratres domus Theotonicorum irent in servicium aliarum domorum seu alterius earum in terram Tripolitanam vel Antiochenam, in eo casu providebitur eis de omnibus expensis victualium, tam pro fratribus quam etiam equitaturis, ab illis, in quorum servicium eos contigerit accessuros. Si autem per regnum Jerosolimitanum citra flumen Jordanis, ad earum ulterius requisitionem, ire contigerit fratres dicte domus Theutonicorum, sibi per mensem expensis propriis providebunt. Mense vero transacto, domus, a qua fuerint requisiti, eisdem in necessariis victualium, tam pro fratribus quam equitaturis, tenebitur providere, et eos per tres menses subsequentes tenere vel amplius ad eorum Theotonicorum beneplacita voluntatis. Utraque autem domus Templi et Hospitalis sancti Johannis cum expensis propriis dictam domum Theotonicorum ubique citra mare defensare tenebitur ac juvare contra inimicos fidei ortodoxe. Si vero contingat, quod Deus avertat, quod aliquis frater alterius domorum injecerit manus violentas in aliquem fratrem alterius domus, ad peticionem preceptoris, cujus frater passus injuriam fuerit, procedatur ad emendam juxta statuta religionis domus illius, cujus frater manus violentas injecerit, et nichilominus frater, qui injuriam fecerit, mittatur ad partes alias, ubi domus habeant, ad voluntatem preceptoris fratris illius, qui fuerit passus injuriam. Statuimus etiam et firmiter ordinamus quod, si aliquis predictarum domorum preceptor voluerit emere in terra Cismarina et Cypro aliquam rem immobilem, cujus precium non excedat quantitatem mille bisantiorum Sarracenatorum, preceptor ille, qui talem facere voluerit emptionem, notificet superioribus aliarum domorum, existentium in civitate vel loco ubi fuerit res illa, et post talem denuntiationem preceptores sive superiores, quibus hoc fuerit denuntiatum, non intromittent se de illa re emenda, nec prestet preceptori denuntianti aliquod nocumentum. Verumtamen si aliquis preceptor domorum voluerit emere in terra Cismarina et Cypri rem aliquam immobilem, cujus precium excedat quantitatem mille bisantiorum Sarracenatorum, fiat denuntiatio supradicta, et talis emptio sit communis inter ipsas domus, si hoc voluerit domus, que super hoc fuerit taliter requisita, exceptis feudalibus et censivis et dominio sue domus, in quibus alie domus nihil habere possint nec requirere. Si vero dicta emptio rerum immobilium immediate jungeretur alteri domorum, in qua fratres morarentur, illi domui, cui fuerit vicinior dicta emptio, pro ipso precio debeat remanere. Hoc autem expressim ordinamus quod, si preceptor alterius ipsarum domorum voluerit emere aliqua mobilia in civitate Acconensi, sue domui necessaria, preceptores aliarum domorum, postquam eis fuerit nunciatum, non se intromittant, nec illam emptionem impediant; verumtamen, emptione completa, preceptor, qui emerit, preceptoribus aliarum domorum de illa re empta quotam partem habere voluerit usque ad terciam pro quolibet preceptore reddere teneatur, soluto sibi precio pro rata, quo constat; exceptis mulis, equis, camelis et asinis, et omnibus aliis animalibus vivis, de quibus liceat cuilibet preceptorum emere pro sue beneplacito voluntatis. Insuper statuimus et ordinamus quod, si contingat aliquam elemosinam vel donationem fieri alicui de tribus domibus super censivis, burgesiis vel signoria aliarum domorum, et aliis bonis descendentibus ab eisdem, preceptor domus, cui elemosina seu donatio facta fuerit, teneatur vendere infra annum seculari persone de dominio domus, a qua descendunt predicta, ita quod domus, cui servicium debetur, non possit de hoc servicio sibi debito defraudari. Ac eciam duximus statuendum quod, si aliquis nostrum habeat in custodia bona alicujus, quicumque sit confrater vel

alius, et alter nostrum predicta bona capiat vel capi faciat seu preceptorum aliarum domorum, debeat preceptor illius domus, cui bona erant recommendata, petere emendam vel satisfactionem a preceptore alterius domus, qui taliter forisfecit, et ipse facere emendam teneatur preceptori petenti, secundum ordinacionem et dispositionem superius annotatam, videlicet ut fratres, sicut superius dictum est, cognoscant et diffiniant de plano et sine strepitu judicii super offensa predicta, dum tamen hoc procedat de voluntate illius, cujus bona fuerint. Quod si ille, cujus fuerint bona, noluerit hoc, domus illa, que dicta bona habuerit in custodia, non debeat se de hoc intromittere. Si vero contingat aliquos homines, qui sint de tribus domibus, habere discordias inter se super rebus mobilibus vel alia qualibet occasione, preceptores domorum teneantur predictas discordias ac etiam querelantes sedare et pacare, secundum dispositionem et ordinationem superius annotatam, salvis hominibus legiis et feudatis, quorum questiones secundum assisias et consuetudines locorum, ubi degunt, debeant terminari. Quod si homines unius domus ad terram alterius causa morandi venerint, bailivus, in cujus bailiva dicti homines devenerint, bailivo alterius domus significare tenetur infra octo dies post adventum ipsorum a tempore sue sciencie. Qui si probati fuerint homines esse alterius domus, per obedienciam fratris et scribe juramentum fiat secundum usum regni Jerosolimitani; in terra vero Antiochena et Armenie et Cypri fiat, prout ibi de approbata consuetudine observatur. Postquam probatum fuerit, ut superius est expressum, in terra Tripolitana taliter observetur quod, si homines alterius domus, qui causa morandi ad terram alterius devenerint, ad requisitionem cujus fuerint homines, arrestentur. Et si aliquo debito fuerint obligati illi domui, congregatis utriusque domus bailivis infra octo dies, quod probatum fuerit per religionis promissionem fratris et juramentum scribere et servientis, infra mensem sequentem illa domus, ad cujus terram devenerint, dictum debitum solvere teneatur, si in terra sua voluerint dicti homines remanere, et dictus bailivus ipsos voluerit retinere. Quos quidem si retinere recusaverit, debet eosdem arrestare, donec de dicto debito illi domui, de cujus terra venerint, fuerit satisfactum. Si vero solvere recusaverint, homines cum familia et rebus suis bailivo alterius domus, de cujus terra venerint, reddere teneatur. Ac eciam pro bono tocius christianitatis duximus statuendum quod fratres alterius domus et eorum homines contra reliquam vel reliquas non possint nec debeant arma sumere vel portare. Si vero contingat quod aliquis nostrum absentet se de partibus Cismarinis vel regno Jerosolimitano, se absentans ante suum recessum, roget aliarum domorum magistros ut domus sua sit eisdem specialiter commendata, et magistri domus absentantis se teneantur juxta posse manutenere et defensare, atque fratribus ejusdem domus, cum requisiti fuerint, bona fide super petitis suum consilium impertiri, et magister, qui se absentaverit in illis partibus, in quibus moram trahet, alias domos habeat commendatas, et eas teneatur defensare et earundem fratribus bona fide consilium exhibere. Duximus etiam ordinandum quod, si magister et conventus Hospitalis sancti Johannis moveret questionem de obediencia contra magistrum et fratres Hospitalis sancte Marie Theotonicorum, neutra predictarum domorum in questione predicta teneatur servare formam compositionis presentis. Duximus etiam statuendum quod non possit unus nostrum in dominio alterius domus de cetero emere, appaltare, scambire, nec alio modo acquirere rem quamcumque, nec rationem seu jus ipsius domus retinere vel habere quoquo modo, nec in custodia recipere, nisi de ipsius, cujus fuerit dominium, processerit voluntate. Insuper statuimus et ordinamus quod, si contingat aliquem magistrum in aliqua domorum de novo creari, magister noviter creatus teneatur bona fide predictam compositionem servare et custodire, et custodiri facere, donec vixerit, et hanc compositionem teneatur in suo capitulo generali coram duodecim fratribus de aliis duabus domibus

facere recitari, et jurare observare hanc compositionem, et observari facere. Et nos quolibet anno debemus facere legi et recitari, et successores nostri, in capitulis nostris generalibus hanc compositionem, et precipere et mandare fratribus ut ab omnibus inviolabiliter observetur. Preceptores autem et castellani Cismarini et Cypri domorum nostrarum, quociescunque creati fuerint, simile juramentum facere teneantur, et alios preceptores et castellanos et alios bailivos sibi subditos hanc compositionem et concordiam jurare faciant ipsos inviolabiliter et fideliter observare. Que omnia et singula supradicta, de consensu et voluntate fratrum omnium domorum nostrarum, convenimus et promittimus invicem per stipulationem sollempnem firmiter attendere, observare et non contravenire. Quod si contra predicta vel aliquid predictorum venerimus, et compositionem predictam in partem vel in totum servare recusaverimus, obligamus nos invicem sollempni stipulatione ad penam mille marcharum argenti, solvendarum parti servanti predicta; que pena tociens committatur et solvatur parti servanti predicta, quociens ventum fuerit contra predicta vel aliquid predictorum; et, pena predicta commissa, soluta vel non, rata maneant nihilominus omnia et singula supradicta; obligantes nobis invicem pro omnibus et singulis supradictis nos et domos nostras, et omnia bona domorum nostrarum, habita et habenda, immobilia et mobilia, ubicunque melius apparentia. Et ad majorem firmitatem compositionis presentis, prepositis et tactis sacrosanctis ewangeliis, juravimus ad sacrosancta Dei evangelia predicta omnia et singula firmiter attendere et observare, et non contravenire; hoc acto expressim inter nos quod illa domus, que in penam inciderit, compellatur predictam penam solvere per alias duas domos, et magistri et conventus predictarum duarum domorum sub obligatione et promissione predicti juramenti prestiti teneantur cum toto eorum posse compellere domum, que in penam inciderit, penam solvere et predicta servare; renunptiantes invicem omnibus privilegiis et immunitatibus, nobis concessis et concedendis, quibus contra predicta vel aliquid predictorum nos et domos nostras tueri et juvare possemus. Ut autem de predictis omnibus et singulis haberi valeat in posterum plena fides, presens scriptum exinde fieri fecimus, bullis domorum nostrarum plumbeis roboratum. Actum Accon, in domo Sepulcri dominici, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, die nona mensis octobris. Presentibus venerabili patre domino Jacobo, Dei gratia patriarcha Jerosolimitano, apostolice sedis legato; nobilibus viris domino Johanne de Ybellino, domino Azoti, conestabulo et bajulo regni Jerosolimitani; domino Gaufrido de Sarginis, senescalco ejusdem regni; domino Johanne de Valentinis, domino Cayfe; domino Stephano de Savignino; magistro Guillelmo, decano Acconensi et archidiacono Tyrensi, et aliis quam pluribus.

**2903.** — 22 novembre 1258, Anagni.

*Le pape Alexandre IV renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 23 *janvier* 1168, 1169 *ou* 1170 : « *Cum (dilectis filiis) fratribus* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 392.)

SOURCE : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, Répert. des privil. apostoliques..., n° 182, p. 34 (XVIII$^e$-XIX$^e$ s.).

Dat. Anagnie, X kalendas decembris, pontificatus anno IV.

**2904.** — 7 décembre 1258, Kalw.

*Berthold, abbé d'Hirsau, vend, pour acquitter les dettes du monastère, aux*

*Hospitaliers de Hemmendorf, moyennant cent quarante livres de Halle, un domaine à Hemmendorf; l'acte est scellé par Godefroy, comte de Kalw.*

Source : Stuttgart, Arch. roy. de Wurtemberg, ordre de S. Jean, command. de Hemmendorf-Rexingen (orig.)[1]. — Texte : *Wirtembergisches Urkundenbuch,* V (Stuttgart, 1889), 277.

Acta sunt hec aput Calwe, anno dominice incarnationis millesimo CC L octavo, in crastino Nicolai, temporibus Alexandri pape.....

## 2905. — 12 décembre 1258, Anagni.

*Le pape Alexandre IV renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 15 *mai* 1166, 1167, 1168, 1178 *ou* 1179 : « *Querelam gravem recepimus* ». (*V. plus haut,* I, *n*° 356.)

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXVI, n° 35 (orig. bullé).

Dat. Anagnie, II idus decembris, pontificatus nostri anno IV.

## 2906. — 15 décembre 1258, Anagni.

*Le même mande à l'évêque de Fermo de faire délivrer aux Hospitaliers, dans ce diocèse, les sommes provenant du rachat des vœux de croisade et des restitutions pour cause d'usure ou de vol.*

Sources: Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 20, bullaire, f. 35 (copie, XV° s.); Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 295 (copie de S. Pauli, XVIII° s., d'après le bull. F, avec la date erronée « pontif. anno V »); Lyon, Arch. du Rhône, ordre de Malte, H. 22, f. 157 (copie d'A. de Naberat, XVII° s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP), f. 185 (copie, XVI° s., partie auj. perdue); vol. 1131, p. 65 (copie, XVIII° s.), et bull. F, f. 76 (auj. perdu).

Alexander, etc., venerabili fratri episcopo Firmano, salutem, etc. Sicut, dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jherosolimitani significantibus nobis, accepimus, nos, olim attendentes quod Hospitale ipsum importabil[i] premitur sarcina debitorum, a qua per proprios redditus et proventus propter maliciam temporis nimium diminutos et vix sufficientes usurarum voragini exonerari non potest, nisi ei feratur presidium aliunde, ac per hoc ipsorum necessitatibus paterno compatientes affectu, et ne Hospitale predictum irreparabiliter, ut timetur, in grave Terre Sancte periculum collabatur, remedio quo possumus sibi subvenire volentes, quod de redempcionibus votorum crucis signatorum, necnon et de usuris, rapinis[1] et aliis, quocumque modo illicitis acquisitis, — que mandantur testibus[2] in ultima voluntate, vel, dum vivunt, etiam si sospitate servantur[3], restituere sint parati, si, quibus horum restitutio fieri debeat, inveniri omnino et [sci]ri non possint, — de hiis quoque, que in testamentis ipsorum fidelium legantur in subsidium Terre predicte, non expressis locis aliquibus vel personis, usque ad summam duorum millium ma[rcarum] argenti, ubicunque locorum extra regnum Alamanie recipere valeant, eisdem magistro et fratribus sub [certa] forma duximus indulgendum. Ut igitur jam

1. Cet acte était scellé de trois sceaux, aujourd'hui perdus. L'un était le sceau de l'abbé d'Hirsau, le second celui de l'abbaye, et le troisième celui de Godefroy, comte de Kalw.

2. Au lieu des deux mots précédents, la copie de Lyon porte : « In dies mandat restitui ».

3. La copie de Lyon remplace ces deux mots par la leçon suivante : « Hospitali fruantur ».

dictis magistro et fratribus facta [sibi a nobis] gratia fructuosa existat, fraternitatem tuam requirimus, monemus et hortamur attente, per apostolica scripta tibi mandantes, quatinus, ut ipsi magister et fratres redempciones, restituciones usurarum, rapinarum et acquisitorum hujusmodi in tua civitate ac diocesi habere valeant, dans operam efficacem, executores testamentorum ipsorum earundem civitatis et diocesis ut [legata] ipsa eis exhibeant juxta concessionum nostrarum tenorem [moneas] attentius et inducas, ita quod iidem magister et fratres optatum ex hoc commodum assequantur, et nos devotionem tuam merito commendemus. Dat. Anagnie, XVIII kalendas januarii, pontificatus nostri anno IV.

### 2907. — 16 décembre 1258.

« *Accord passé entre le grand-maître frère Hugues Revel et H[enri], archevêque* « *de Nazareth, pour le complément de deux cents charruées de terre des quatre* « *casaux, que les frères de l'Hôpital avoient affermé dudit archevêque, situés dans la* « *terre de Bathos, du* 16 *décembre* 1258. » (*V. plus haut, n°* 2748.)

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 311 (XVIII<sup>e</sup> s.).

### 2908. — 28 décembre 1258.

*Henri [de Furstenberg], précepteur de l'Hôpital en Allemagne, Bohême, Autriche, Moravie et Pologne, certifie que les Hospitaliers de Wurtzbourg ont acheté de Rodolphe, chanoine de S. Jean de Haug, moyennant soixante-trois livres de Halle, des biens sis à Büchold (Buchel), rapportant annuellement vingt-quatre mesures (maldra) de seigle et huit mesures d'avoine ; ils lui laissent, tant qu'il vivra, l'usufruit de ces biens, et, à sa mort, acquitteront le prix de la vente.*

Source : Munich, Arch. roy. de Bavière, command. de Wurtzbourg, liasse 5 (orig. scellé)[1]. — Analyse : *Regesta sive rerum Boïcarum autogr.*, III, 125.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, in die sanctorum Innocentium.

### 2909. — 1259.

*Accord, conclu sous la médiation des dignitaires de l'église de Sens, entre Nicolas d'Escamps [de Hiscanis], grand-prieur de France, et le commandeur de Roussemeau, d'une part, et le curé de Marsangy, d'autre part, relatif à la perception de dîmes contestées.*

Sources : Auxerre, Arch. de l'Yonne, H. 2229 (copie de 1785) ; Paris, Arch. nat., S. 5251, n° 9, f. 2 (cah. de copies, fin XV<sup>e</sup> s.). — Analyse : Quantin, *Ordres relig. et milit. dans l'Yonne*, dans *Annuaire de l'Yonne*, 46<sup>e</sup> année (1882), 99.

Anno Domini millesimo CC L IX.

1. Ce sceau, de quatre centimètres de diamètre, représente S. Jean Baptiste debout, vêtu de peaux de bêtes, bénissant et nimbé. La légende qui, enveloppe cette figure, est : S. HOSPI..L. IN ALEMANIA, BOEMIE ET POLONIE.

## 2910. — 11 janvier 1259.

*Manfred, roi de Sicile, renouvelle aux Hospitaliers le privilège que leur avait accordé Conrad IV en août* 1252. (*V. plus haut, nos* 2615 *et* 2893.)

ANALYSE : Boehmer, *Reg. imperii,* V, 867, n° *4687 ; Rocco Pirri, *Sicilia sacra,* II, 937 (d'après un acte des Arch. du gr.-prieuré de Messine, auj. perdu).

## 2911. — 12 janvier 1259, Anagni.

*Le pape Alexandre IV renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 23 *janvier* 1168, 1169 *ou* 1170 : « *Cum (dilectis filiis) fratribus* . » (*V. plus haut,* I, *n°* 392.)

SOURCES : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 22, bullaire, f. 4 (copie, xve s.); Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 296 et f. 297 (copies de S. Pauli, xviiie s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 186 (copie, xvie s.), et bull. F, f. 73 (auj. perdu) ; Poitiers, Arch. de la Vienne, gr.-prieuré d'Aquitaine, liasse 2 (cahier de copies de bulles, fin xve s.), p. 11.

Dat. Anagnie, ii idus januarii, pontificatus nostri anno v.

## 2912. — 21 janvier 1259, Anagni.

*Le même ordonne au doyen de Vysěhrad de faire restituer aux Hospitaliers de Prague leurs biens injustement aliénés ou distraits.*

SOURCE : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXVIII, n° 83 (orig. bullé). — ANALYSE : Erben-Emler, *Reg. diplom. necnon epist. Boh. et Morav.*, II, 70, n° 175 ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 17455. — TEXTE : A. Boczek, *Cod. dipl. et epist. Moraviæ,* III, 253, n° 263.

Alexander, etc., dilecto filio... decano ecclesie Wissegradensis, Pragensis diocesis, salutem, etc. Dilectorum filiorum... prioris et fratrum Hospitalis Jerosolimitani in Praga precibus inclinati, presentium tibi auctoritate mandamus quatinus ea, que de bonis ipsius Hospitalis alienata inveneris illicite vel distracta, ad jus et proprietatem ejusdem Hospitalis legitime revocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, conpescendo. Testes autem, etc. Dat. Anagnie, xii kalendas februarii, pontificatus nostri anno v.

## 2913. — 28 janvier 1259, Milan.

*Guillaume de Rapallo, prêtre, commandeur de l'Hôpital en Lombardie ou de la maison de S. Croix de Milan, et Henri, frère de ladite maison de S. Croix*[1], *investissent* « *nomine massaricii* » *Pagano Buonsignore et Ottabella, femme de celui-ci,*

1. Dans ce document figurent aussi trois Hospitalières « converse et dedicate sorores dicti Hospitalis » ; l'assentiment de celles-ci à cette investiture, demandé par Guillaume de Rapallo, est consigné dans l'acte.

*habitants du Borgo hors de la Porta Romana, d'une maison, sise près de la commanderie de S. Croix.*

Source : Milan, Arch. d'état, F. R., command. de N.-D. du Temple et de S. Croix de Milan, 192 (orig. notarié).

Anno dominice incarnationis milleximo ducenteximo quinquageximo nono, quarto die ante kalendas februarii, indictione secunda..... Actum in domo sancte Crucis.....

## 2914. — 6 mars 1259 ou 1260.

« *Rémission faite à l'ordre par Isabelle, dame d'Adelon, veuve d'Hugues* « [*l'Aleman*], *frère du seigneur d'Acre* [*Jean l'Aleman*], *de six cents besans de rente,* « *qui luy avoient été assignés pour son douaire sur des maisons à Acre, qui avoient* « *été vendues à l'Hôpital par le seigneur de Césarée à la charge de payer cette rede-* « *vance, moyennant quinze cents besans d'or Sarrazinois, qu'elle déclare avoir reçu* « *de frère Guillaume Marin, qui avoit stipulé dans cet acte au nom du grand-maître,* « *du* 6 *mars* 1259. » (*V. plus haut, n*° 2732.)

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 320 (xviii$^e$ s.).

## 2915. — 14 avril 1259, Montpèlerin.

*Hugues, fils de Bertrand de Giblet, vend à Hugues Revel, grand-maître de l'Hôpital, le casal Boutourafig et des terres dans la plaine de Tripoli, moyennant cinq mille besants de Tripoli.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 30 (orig.). — Texte : Delaville Le Roulx, *Arch. de l'ordre à Malte,* 196.

Sachent tuit cil qui sont et seront que je Hue de Gibellet, fis de Bertrant de Gibellet[1], vend à vos mon seigneur frere Hugue Revel, henorable maistre de l'Ospital de saint Johan de Jerusalem, un mien casal, que je ai en la core de Triple, lequel est apellés Boutourafig, et quinze paraillées de terre, que je ai el plain devant Triple, en un cham, lequel est apellés le cham de la Maison ; lequel cham et lesqueles paraillées je tenee de vos, avoec totes leur raisons et leur dreitures, queles que eles seent et en quelque maniere que ce seit, seit en homes, en femes, en enfanz, en terres laborées et non laborées, en arbres portans fruit et non portans fruit, en aigues, en riveres, en bois, en montaignes, en vallées, en pastures, et en totes autres raisons que ci ne sont moties, sauf treis miens homes, c'est assaveir Thome, Raiz Bolos et son frere Raiz Guillaume, que je ai el dit casal, et sauf une charruée de terre avoec ses vilenis, que le Temple a el dit casal, por cinq mile bezans Tripolaz; lesquels je ai euz et receuz de vos ledit maistre enterinement, bien peisez et bien nombrés au dreit peis de Triple. Et, en recevant les devandiz cinc mile bezans Tripolaz, je vos ai saisi et mis en possession, en presence de vostre cort, dou devandit casal, et des devant dites quinze paraillées de terre, et de totes leur raisons et leur dreitures, en la maniere qu'il est dessus moti, par la raison

1. Il ne semble pas que ce personnage appartienne à la maison de Giblet.

de la devantdite vente. Les devises dou devantdit casal sont teles : devers levant marchist à un casal del Evesque, lequel est apellés Caphrahael, et entre levant et boyre marchist à un autre casal del Evesque, lequel est apellés Hab, et devers ponent marchist à un casal dou sire dou Botron, qui est apellés Hayr, et devers midi marchist à un autre mien casal, qui est apelés Haabe. Et por ce que la vente des choses dessus moties seit ferme et estable, si que je ne mes heirs n'en puissens aler à l'encontre en aucun temps, je ai doné à vos le devant dit maistre cest present prevelige, saellé de ma bolle de plomb, avoec la garentie des dessoz només, desquels ce sont les noms : messire Henri, seignor de Gibellet[1] ; messire Guillaume, seignor dou Botron ; messire Johan, mareschau de Triple ; sire Baudoyn de Mont Olif ; et de mes homes : Johan de la Broisse ; Johan, seignor dou Monene. Ce fu fait à Monpellerin, le XIIII jor dou meis d'avril, en l'an de l'incarnacion de nostre seignor Jhesu Crist mil et deus cens cinquante noef.

### 2916. — 19 avril 1259.

« *Acte par lequel Boémond IV* [*lisez : VI*], *prince d'Antioche et comte de Tripoli,* « *tient quitte, lui et ses hoirs, le grand-maître Hugues Revel et son ordre de tous les* « *domages qu'il prétendoit avoir reçu de leur part, depuis la paix qui avoit été faite* « *entre ce prince et le grand-maître Guillaume de Châteauneuf, avec le vidimus de* « *Thomas, patriarche de Jérusalem, légat du S. Siège et administrateur de l'église* « *d'Acre, du* 19 *avril* 1259. » (*V. plus haut, n*° 2807.)

SOURCE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 313 (XVIII° s.).

### 2917. — 21 avril 1259.

*Transaction entre Bohémond VI, prince d'Antioche et comte de Tripoli, et les Hospitaliers, dont les principales conditions, acceptées par les parties, sont*: 1° *paix perpétuelle entre le prince et les Hospitaliers ;* 2° *restitution à ces derniers des maisons, terres et casaux séquestrés ;* 3° *paiement à l'Hôpital de deux mille anguilles par an ;* 4° *nomination d'arbitres pour décider des coutumes alléguées par l'Hôpital à Antioche ;* 5° *liberté d'achat et de vente, sans droits à acquitter, pour les Hospitaliers dans les états de Bohémond.* (*V. plus haut, n*°$^{s}$ 2807 *et* 2916.)

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 63 (orig., très mauvais état). —ANALYSE : Delaville Le Roulx, *Arch. de l'ordre à Malte*, 196 ; Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 314 (XVIII° s.)[2].

### 2918. — 1 mai 1259.

*Henri de Toggenbourg, commandeur de Bubikon et lieutenant du prieur de*

1. Il figure dans un acte de 1262, et mourut avant juin 1271. (Ducange, *Familles d'outre-mer*, 323-4).
2. Cette dernière analyse précise la date, ruinée dans l'original. Elle nous fait connaître que la transaction a été rendue à la prière et par l'entremise d'Héthoum I, roi d'Arménie, de Thomas Bérard, grand-maître du Temple, de Jean d'Ibelin, comte de Jaffa, et de Baudouin d'Ibelin, sénéchal de Chypre.

*de l'Hôpital dans la Haute-Allemagne, accepte la donation du 24 mars 1259, faite par la commune de Fribourg aux Hospitaliers de S. Jean en l'Auge de Fribourg*[1].

Source : Fribourg, Arch. cant., command. de S. Jean, n° 6 *b* (orig. scellé)[2]. — Analyse : *Solothurnisches Wochenblatt*, année 1828 (Soleure, 1828), 350 ; *Urkundenbuch der Stadt und Landschaft Zürich*, III, 150, n° 1065. — Texte : Meyer, *Hist. de la command. et de la par. de S. Jean de Fribourg*, dans *Arch. de la Soc. d'hist. du canton de Fribourg*, I (1845), 71 ; *Recueil diplomatique du canton de Fribourg*, I, 94, n° 24.

Datum anno Domini M CC L VIIII, in festo beatorum apostolorum Philippi et Jacobi.

## 2919. — 25 mai 1259, Acre.

*Hugues Revel, grand-maître de l'Hôpital, acense à Marc Giustinian, bailli des Vénitiens à Acre, à Jean Briccio et à Pierre Molin, conseillers de celui-ci, une maison à Acre, moyennant un cens annuel de quarante besants, garantie par les revenus de deux boutiques, appartenant aux Vénitiens et sises à Acre.*

Source : Venise, Arch. d'état, Pacta Ferrarie, f. 56 (copie, fin XIII° s. ou début XIV° s., dans une confirm. du doge Renier Zeno, du 8 août 1259).

In nomine Dei eterni, amen. Anno ab incarnatione domini nostri Ieshu Cristi M CC L VIIII, mense mai, die VIII exeunte, indictione secunda, Accon, per hujus scripti publici seriem pateat universis, tam presentibus quam futuris, quod nos Marcus Justin[ianus], de mandato domini ducis Venetiarum bajulus in Accon, et Petrus Bricius et Johanes de Molino, consiliarii nostri, pro parte et nomine comunis Venetiarum in Accon, pro commodo ipsius comunis recepimus a religioso viro fratre Ugone Revel, venerabili magistro domus Hospitalis Jerusalem, et conventum (*sic*) ejusdem domus unam domum Hospitalis ejusdem, sitam in Accon, — cui olim fuerunt fines ab orienti domus que fuerunt Guillelmi de Nogan, ab occidenti platea ubi vendebantur cepe, ubi est nunc murus novus Venetorum, a meridie via comunis, ubi est nunc una ex portis novis operis comunis Venetie, a borrea domus uxoris olim Pandulfi, que fuit filio dicti Guillelmi de Nogan, ubi est magna (?) via comunis in introitu porte novi muri comunis Venet[iarum],—ad annuum censum quadraginta bizanctiorum Saracenorum auri ad pondus Acconis; quos eidem magistro et conventui et successoribus ejus nomine dicte domus nos et consiliarios (*sic*) nostros (*sic*) et majus consilium nomine dicti comunis assignavimus percipiendos super redditibus seu proventibus infrascriptarum duarum stationum, sitarum in Accon prope plateam olim dictam Longobardorum, que nunc est comunis Ven[etiarum]. Uni quorum sunt fines : ab occidenti tenet se cum statione que fuit domine Symone, uxoris olim Pandulfi, ubi nunc est Symonis de Grecis; ab occidenti tenet se cum statione Denis, militis; a meridie est ei dicta platea; a borea jungit [viam] cum statione, que fuit Ugonis de Castello, qui nunc est comunis Venet[iarum]. Alteri stationi sunt fines : ab orienti tenet se cum statione Johannis de Trecis, ab occidenti cum statione Denis, militis; a meridie tenet se cum statione que fuit Ugonis de Castello, que nunc est comunis Venetorum; a borrea est via comunis ante parvam portam ecclesia S. Marci. Et si contigerit quod ex proventibus seu redditibus dictarum stationum, aliquo casu contingente, non posse percipere predictum magistrum et conventum seu

1. Cette donation consistait en un terrain, sis au delà de la Savine, cédé aux Hospitaliers sous certaines conditions (Fribourg, Arch. cant., command. de S. Jean, n° 6, orig. Ed. Meyer, *loc. cit.*, I, 70).

2. Le sceau d'Henri de Toggenbourg, qui authentique cet acte, est au type armorial; il porte une croix et la légende : + S. FRATRIS HENRICI DE TOCCVNBVRC. (Voir plus haut, n° 2869.)

successores ejus dictos bizantios quadraginta, nomine dicti census eidem domui debitos, convenimus et promittimus, per nos et consiliarios nostros et majus consilium nostrum, solvere et dare nomine dicti comunis eidem magistro et conventui et successoribus ejus, recipientibus nomine dicte domus, de aliis redditibus comunis Venet[iarum] in Accon annuatim die festi omnium sanctorum, sine aliqua lite et questione. Ad horum itaque memoriam et stabilem firmitatem, presens publicum scriptum, per manum Johannis, plebani S. Marci de Accon, fieri fecimus, nostri sigillo cereo munitum. Datum et actum apud Acconem, in ecclesia predicta. Ego Marcus Justin[ianus], bajulus in Accona, m[anu] m[ea] s[ubscripsi]. Ego Petrus Brissi, consiliarius in Accone, manu mea subscripsi. Ego Johannes da Molino, consiliarius in Accone, manu mea subscripsi. Ego Johannes, presbiter et plebanus S. Marci de Accone, notarius, con[plevi] et roboravi.

### 2920. — 26 mai 1259, Anagni.

*Le pape Alexandre IV ordonne à Benoit, archevêque de Gran, de citer Bela IV, roi de Hongrie, en cour de Rome, pour qu'il acquitte une rente annuelle de mille marcs d'argent, qu'André II, son père, avait promise aux Hospitaliers.* (*V. plus haut, n*° 2896.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 299 *b* (copie de S. Pauli, xviii[e] s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, bull. orig. d'Alex. IV, n° 71 (auj. perdu). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 17585. — Texte : Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, IV, ii, 504 (d'après Katona); Katona, *Hist. crit. reg. Hung.*, VI, 285 (d'après une copie des mss. Batthyani, xviii[e] s.); Pauli, *Cod. dipl.*, I, 277; Theiner, *Vet. monum. hist. Hung.*, I, 237.

Alexander, etc., venerabili fratri archiepiscopo Strigoniensi, salutem, etc. Suam ad nos dilecti filii... magister et fratres Hospitalis Jerosolimitani querimoniam destinarunt quod, cum clare memorie progenitores carissimi in Christo filii nostri regis Ungarie illustris, Creatori suo, a quo in eos bona multa confluxerant, grata volentes vicissitudine respondere, pro ipsius amore Hospitali predicto plurima beneficia munificentia regali contulerint ; et postmodum inclite recordationis rex Ungarie, pater ipsius regis, se ad partes conferens transmarinas, cum in eodem Hospitali exhuberare humanitatis in pauperes et infirmos opera contemplatus majora fuisset quam susceperat ex auditu, et, tanquam princeps catholicus, pie recogitans quod misericordia defunctorum est comes, et elemosina viri quasi sacculus, ad quem urgente necessitate recurrit, reseratis illico innate pietatis visceribus, eisdem magistro et fratribus mille marcas argenti se daturum annuatim promiserit ex erario regni sui, per fratrum ipsorum sollicitudinem tam piis usibus quam etiam Terre Sancte obsequiis perpetuo applicandas, prout in ejusdem regis privilegio exinde confecto dicitur plenius contineri ; ac idem rex postmodum, velut paterne largitatis emulator benivolus, promissionem eidem patris sui ex tanta munificentia prodeuntem, ne post ipsius decessum ex quavis causa occasui subjacere contingeret, ei confirmationis ad eternam rei memoriam robur ex proprio munere duxerit conferendum ; tandem hujusmodi oblationis gratiam, quam aliquotiens voluntas regia prompta facilitate persolvit, aliene cogitationis consilio immutata subtraxit, nichilominus privilegiis, libertatibus, immunitatibus et largitionibus, ipsi Hospitali ab ipso ac eisdem progenitoribus suis eterne retributionis consideratione concessis, necnon et compositionibus quibusdam, inter ipsum ac dictum Hospitale initis, non pro jure, sed pro libito, quod regalem non decet honorificentiam, violatis. Et licet nos, qui, quanto specialius ipsum ac regnum suum, tam ex suis quam ex claris eorundem progenitorum suorum meritis, in visceribus gerimus caritatis, tanto sollicitius, si quando aliquid saluti vel fame sue nocere

perpendimus, id, ne regie prosperitatis successus interimat, correctione prosequimur, excellentiam suam per diversas literas nostras duxerimus affectuose rogandam ut, sua et eorundem progenitorum suorum pia hujusmodi opera favore benivolo prosequens, easdem mille marchas prefatis magistro et fratribus tunc et in posterum, juxta promissionem predicti patris sui, sine qualibet difficultate persolveret, ac eis de subtractis satisfactionem plenariam exhiberet, necnon privilegia, immunitates, libertates, concessiones regias, compositiones quoque et ordinationes, cum eis initas, studeret integre conservare. Ipsis tamen precibus et monitis nostris penitus obauditis, id hactenus efficere non curavit, in eorundem magistri et fratrum non modicum prejudicium et gravamen ; propter quod iidem ad sedem apostolicam coacti sunt habere recursum, ipsius super hiis provisionis remedium implorantes. Quia vero eisdem magistro et fratribus eo amplius adesse nos convenit, quo ipsi, defensorem alium preter Romanum pontificem non habentes, pro defensione fidei contra inimicos Crucis Christi personas et bona sua in transmarinis partibus animosius exponere non formidant[1], eundem regem per literas nostras rogandum duximus attentius et hortandum ut, infra tres menses post receptionem literarum ipsarum, eisdem magistro et fratribus, quin potius pauperibus et infirmis, qui apud eos de fidelium Christi elemosinis sustentantur, et etiam ipsi Dei filio, cujus per eos in illis partibus causa defenditur contra hostes nominis christiani, predictas mille marchas nunc et in posterum ministrare, ac de subtractis plenarie satisfacere, pro nostra et apostolice sedis reverentia, non moretur ; privilegia quoque, immunitates, libertates, concessiones regias, necnon compositiones et ordinationes, cum eis initas, in bone voluntatis alacritate studeat observare, nullum de cetero, velut inclitus religionis zelator et fidei, jam dictis magistro et fratribus, per se vel per alium, gravamen aut injuriam illaturus. Si vero celsitudo regia premissa, quod non concedimus, omiserit adimplere, quia eisdem magistro et fratribus non debemus nec possumus in suo jure deesse, maxime cum superiorem non habeant, coram quo iidem super hiis suam justitiam persequantur, ipsum peremptorie citamus, ut infra tres menses, premissos alios tres immediate sequentes, per procuratorem idoneum apostolico se conspectui representet, facturus et recepturus super premissis quod ordo dictaverit rationis. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta, sub pena excommunicationis, quam ipso facto te incurrere volumus, si mandatum nostrum in hac parte ad plenum[2] non fueris executus, firmiter precipiendo mandamus quatenus, eidem regi ex parte nostra easdem literas representans, ipsum, ad perficiendum et complendum que in eisdem continentur litteris, monere ac efficaciter inducere non postponas, nobis, quod super hoc tu et nominatus rex feceritis, per literas tuas, harum et ipsarum literarum eidem regi directarum seriem continentes, infra sex menses post receptionem presentium fideliter relaturus. Non obstante si tibi ab apostolica sede indultum existat quod excomunicari per litteras apostolicas nequeas, nisi plenam et expressam fecerint de indulto hujusmodi mentionem, vel quavis alia indulgentia sedis ejusdem, per quam mandati nostri executio impediri valeat, seu etiam retardari. Dat. Anagnie, VII kalendas junii, pontificatus nostri anno V.

## 2921. — 17 juillet 1259.

« *Transaction, passée entre le grand-maître Hugues Revel et Philippe, chantre*
« *de l'église de Tripoli, sur le procès qui étoit entre eux par devant les juges délégués*
« *par le S. Siège, au sujet du paiement de la dixme des casaux et terres, que l'ordre*

1. Katona : reformidant.

2. Katona : adimpletum.

« *avoit dans le comté de Tripoli; par laquelle ledit chantre ratifie une précédente* « *transaction, passée, le* 5 *des ides de décembre* 1125, *entre le grand-maître Raymond* « *Dupuy et Bernard, évêque de Tripoli, et son chapitre, qui exempte l'ordre du* « *paiement de la dixme. La transaction, passée avec ledit chantre, étant confirmée* « *par O[piso], évêque de Tripoli, et par son chapitre, le* 17 *juillet* 1259 [1]. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 315 (xviii° s.).

## 2922. — 17 juillet 1259, Tripoli.

*Boniface, trésorier de l'église de Tripoli, Jean et André, chanoines de la même église, renoncent à l'opposition qu'ils avaient faite à un accord, intervenu entre Philippe, chantre de l'église de Tripoli, et les Hospitaliers, relativement à des dîmes contestées.* (*V. plus haut, n°* 2921.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 61 (orig.). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 166.

Anno dominice nativitatis millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, indictione secunda, die jovis septimo decimo julii. Cum dominus Bonifacius, thessaurarius, Andreas et Johannes, canonici Tripolitani, cuidam composicioni, olim facte inter magistrum Philippum, cantorem Tripolitanum, ex parte una, et magistrum et fratres Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, ex altera, super quibusdam decimis, a quarum prestatione se dicti magister et fratres se quodam speciali privilegio ostenderent immunes, et ratificate per venerabilem patrem dominum O[pisonem], Tripolitanum episcopum, hactenus contradixissent, et inde fecissent, ut dicebant, confici publicum instrumentum, postmodum tamen, deliberatione prehabita diligenti, a predicta contradictione cessantes, et renunciantes instrumento predicto, composicionem predictam ratam et gratam habuerunt, et sigillum capituli scripture inde confecte apponi fecerunt. Actum est hoc Tripoli, presentibus testibus magistro Bartholomeo, Antiochense canonico et Valaniense cantore, et domino Johanne de S. Vitale, ad hoc vocatis et rogatis. Ego Anselmus de Alex̄, notarius sacri palacii, predictis interfui, et inde hanc..... rogatus subscripsi et roboravi.

## 2923. — 19 juillet 1259, Figeac.

*Guibert de Thémines, chevalier, et Aigline, sa femme, donnent à l'ordre de l'Hôpital l'hôpital, qu'ils avaient fondé entre Thémines et Gramat, à charge d'une redevance annuelle d'un marc d'argent.* (*V. plus haut, n°* 2669.)

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 130 (copie notariée de 1620); Paris, Bibl. nat., coll. Doat, vol. 123, f. 200 (copies certifiées de 1667, d'après les Arch. de l'abbaye de Beaulieu) ; Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, Dames Maltaises, liasse 13 (copie du 29 juin 1776).

Noverint universi, presentes pariter ac futuri, has presentes literas inspecturi, quod nos Guisbertus de Theminis, miles, et Aiglina, ejus uxor, fondatores Hospitalis nostri, quod est secus stratam publicam [2] inter villam de Theminis et villam de

1. Le lecteur trouvera plus haut le texte de cet accord, du 9 décembre 1125 (I, p. 69, n° 72).

2. La copie de Toulouse donne, au lieu de ces trois mots, la leçon suivante : situm et factum publicum.

Gramat, in parrochia ecclesie d'Yssandoluts[1], in territorio, quod vulgariter apellatur Pech Vilauges[2], bona fide et absque dolo, non decepti, nec cohacti, nec ab aliquo circumventi, pro nobis et[3] heredibus et successoribus nostris, presentibus et futuris, ex mera liberalitate nostra et spontanea voluntate, pro salute animarum nostrarum et parentum et heredum nostrorum, damus et concedimus pure et libere, donatione irrevocabili[4] facta inter vivos, Deo et beate Marie[5], et ordini Hospitalis sancti Joannis Jerosolimitani[6], et pauperibus et fratribus dicti Hospitalis, et vobis fratri Petro Beraldi[7], recipienti nomine eorumdem, hospitale nostrum predictum, cum omnibus pertinentiis suis et juribus universis, que in presentiarum possidet, habendum, tenendum et perpetuo possidendum, cum omni subjectione et obedientia in vestro ordine consueta, ita quod in dicto loco subjectionem, visitationem[8], correctionem, et reformationem, institutionem et destitutionem, ac obedientiam tam vos quam successores vestros[9] in fratres et sorores, qui ibidem pro tempore fuerint, perpetuo habeatis, sicut in aliis domibus ordinis Hospitalis, et unam marcham Sterlinguorum[10] argenti ad opus dicte domus Hospitalis sancti Joannis Jerosolimitani[11] annis singulis, et non amplius, percipiatis et habeatis ibidem pro reponsione[12] in subsidium Terre Sancte; sicque nos dictus Guirbertus et dicta Ayglina de predicto Hospitali, cum pertinentiis suis universis et juribus et bonis, que in presentiarum possidet, et omnes nostros[13] prorsus divestientes, et cum hac presente carta, in perpetuum valitura, vos fratrem Petrum Geraldi, preceptorem domorum Hospitalis in Caturcinio[14], investimus et quasi de omnibus et[15] singulis supradictis. Preterea dictus frater Petrus Geraldi voluit et concessit quod nos dictum locum, cum omnibus juribus suis et pertinentiis universis, gubernaremus, et nobis et fratribus et sororibus, qui ibidem nobiscum sunt, quamdiu vixerimus, de fructibus et proventibus dicti loci possemus[16] in necessariis[17] providere. Item promittimus vobis dicto preceptori quod locum predictum dimittimus[18] ab omni debito liberum et immunem. Et si forte esset dictum Hospitale aliquibus creditoribus obligatum, nolumus quod propter hoc alie domus Hospitalis aut ordinis vestri, aut alia bona ordinis vestri aut domorum Hospitalis ad hoc alicui[19] teneantur, vel sint alicui obligata, nec ipsum Hospitale pro aliis debitis Hospitalis aut ipsius possessiones et bona possint alicui obligari, nec aliquid aliud ultra responsionem predictam solvere teneantur. Item nolumus quod, post decessum nostrum seu alicujus nostrorum, heredes nostri aut eorum successores ibidem aliquid possint petere vel habere, sed quod[20] preceptor Hospitalis sancti Joannis in Caturcinio[21], ac major magister, ac prior S. Egidii in Provincia et successores sui[22] illo loco possint disponere, instituere et distituere (*sic*), et ordinare pro suo (*sic*) libito voluntatis[23], sicut de aliis domibus ordinis supradicti. Item volumus et concedimus quod, post decessum nostrum, fratres, qui in dicto Hospitali pro tempore fuerunt[24], omnes redditus et proventus in usus suos rationabiliter expendant, et de residuo hospitalitis[25] pauperibus Jesu Christi faciant, reservata tantummodo pro responsione una marcha argenti, prout superius est expressum; et, si quod[26] ultra hoc residuum fuerit, quod expendatur et ponatur in meliorationibus hospitalis predicti, prout preceptori loci ad

1. Toulouse : Yssandoulus.
2. Toulouse : vocatur Poih Vilauses.
3. Ce mot est ajouté dans la copie de Toulouse.
4. Toulouse : irrevocabiliter.
5. Toulouse ajoute : Virgini.
6. Toulouse : Hierusalem.
7. Toulouse : Giraldi.
8. Toulouse ajoute : et.
9. Toulouse donne avec raison : vestri.
10. Toulouse : Esterlingorum.
11. Toulouse : Hierusalem.
12. Toulouse : responsionibus.
13. Toulouse rectifie : omnia nostra.
14. Toulouse : Cadurcinio.
15. Mot omis dans la copie de Toulouse.
16. Mot omis dans la copie de Toulouse.
17. Toulouse . necessitatibus.
18. Toulouse : dimittemus.
19. Mot omis dans la copie de Toulouse.
20. Toulouse : que.
21. Toulouse : Cadurcino.
22. Toulouse ajoute : de.
23. Toulouse : pro sua libera voluntate.
24. Toulouse : fuerint.
25. Toulouse : hospitalitium.
26. Toulouse : quid.

comodum et utilitatem loci videbitur expendere[1], et quod dictus locus pro debitis hospitalis, sed[2] pro suis tantum, ab aliquibus aliquo tempore non valeat obligari ad hoc ut hospitalitas ibidem possit melius observare (*sic*), semper tamen salva in omnibus obedientia ordinis Hospitalis. Item nolumus quod hospitale predictum, aut fratres aut sorores, qui ibidem pro tempore fuerunt[3], aliquid possint acquirere in terris aut pheudis heredum nostrorum et hominum suorum, mediate vel immediate subditorum, sine ipsorum licentia et assensu; nec ipsi heredes aut eorum successores in terris et possessionibus dicti Hospitalis, aut feudis, aut infra pertinentias ipsius aliquid possint acquirere, aut ab eorum hominibus, mediate vel immediate subjectis, extorquere, sine ipsorum hospitaliorum[4] licentia et assensu. Et super hiis omnibus et singulis renuntiamus nos dicti Guirbertus et Aiglina, ejus uxor, omni juris auxilio[5], et omni usui et terre consuetudini generali et speciali, et omni exceptioni, rationi et defensioni, rei vel persone coherenti, quibus possemus predicta seu aliquid de predictis aliquatenus impugnare. Hanc autem donationem nos dictus frater Petrus Geraldi, preceptor domorum Hospitalis in Caturcinio[6], recepimus[7] nomine sancte domus Hospitalis sancti Joannis Hierosolimitani[8], et pauperum ibidem degentium, et reverendi[9] domini nostri fratris Geraldi de Barats[10], preceptoris Hospitalis et[11] domorum Hospitalis sancti Joannis Hierosolimitani[8] circa partes marinas, a quo super hoc mandatum recepimus speciale; et predicta universa et singula laudamus et approbamus pro ipso, prout superius sunt expressa, promittentes pro nobis et successoribus nostris universa et singula supradicta observare et tenere perpetuo[12]. In quorum omnium predictorum fidem et testimonium, nos dictus Guirbertus de Theminis, et nos frater [Petrus] Geraldi, preceptor Hospitalis, ut dictum est, in Caturcinio[6], presentem chartam et alteram huic similem[13], per alphabetum divisam, sigillorum nostrorum munimine duximus consignandam. Acta sunt[14] hec in camera nova subtus[15] dormitorium monasterii Figeacensis, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, mense julii, videlicet decimo quarto[16] kalendas augusti; presentibus vocatis et rogatis in testimonium domino [Bertrando][17], Dei gratia abbate Figeacensi; magistro [Andrea][18] de Boissero; fratre Bertrando de Sonaco[19]; fratre Ugone Tanel; Guillermo de Canhac[20], milite; Guillermo et Barascono de Theminis, fratribus; Stephano Guillermo; et B. Seguin[21]; et G[uillermo] de la Rocque[22], burgensi Figeaci; domino Raimundo Camboulito, milite; Guillermo la Vernhe[23], Raymundo del Four, domicellis; et G. Aymeric[24]; B. Boiere; B. Albert; B. Lavevoso[25] de Figeaco; Gauberto de Palmegas[26]; G. de Casaco, et me Petro de Mazaco[27] notario[28] Figeaci, qui rogatus hoc scripsi et signum apposui.

## 2924. — 21 juillet 1259.

*Iherring, évêque de Wurtzbourg, accorde au commandeur et aux frères prêtres de*

1. Toulouse rectifie : expedire.
2. Toulouse, au lieu des quatre mots précédents, donne : predictus hospitalicii nisi.
3. Toulouse : fuerint.
4. Toulouse : Hospitalitiorum.
5. Toulouse ajoute : decretorum decretaliumque legumque suffragio.
6. Toulouse : Cadurcino.
7. Toulouse : recipimus.
8. Toulouse : Hierusalem.
9. Toulouse : reverendissimi.
10. Toulouse : Favaldi Barati.
11. Mot omis dans la copie de Toulouse.
12. Toulouse ajoute : memorata.
13. Toulouse : consimilem.
14. Toulouse : fuerunt.
15. Toulouse : super.
16. Toulouse et Marseille : quatuordecimo.
17. Mot raturé dans la copie de Toulouse.
18. Mot raturé dans la copie de Toulouse.
19. Toulouse : Sounaco.
20. Toulouse : Aynac.
21. Toulouse : de Segueno.
22. Toulouse : de Rocoghie.
23. Toulouse : Lamonha.
24. Toulouse : Bernardi Aymerici.
25. Toulouse : Larenosa.
26. Toulouse : Faugeiras.
27. Toulouse : Masur.
28. Toulouse : clerico.

*la commanderie de Rode la faculté de conférer les sacrements aux habitants de Pfeinach (Phinow) et de la paroisse de Stadt-Steinach (Steina).*

Source : Munich, Arch. roy. de Bavière, command. de Rothenbourg, liasse 3 (orig.). — Analyse : C. H. de Lang, *Regesta sive rerum Boïcarum autogr.*, IV, 756.

Actum anno Domini M CC L IX, XII kalendas augusti, indictione II, pontificatus nostri anno VI.

## 2925. — 5 août 1259, Tyr.

*Le prieur de S. Laurent des Génois à Tyr, en vertu des lettres à lui adressées par Eustorge, évêque de Tybériade, et par J., abbé de S. Samuel d'Acre, le* 2 *août* 1259, *met le commandeur de Tyr en possession des biens de l'abbaye de S. Lazare de Béthanie, au diocèse de Tyr, dont le pape Alexandre IV avait autorisé l'incorporation à l'ordre par bulle du* 15 *janvier* 1256. (*V. plus haut, n°* 2781.)

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 58 (orig.). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 164.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Anno Domini M CC quinquagesimo nono, indictione II, die V mensis augusti, in presentia mei notarii infrascripti et testium subscriptorum, vir religiosus frater..., preceptor domus Hospitalis beati Johannis in Tyro, obtulit domino... priori S. Laurentii Januensi[um] Tyrensi quasdam litteras, sigillatas a tergo duobus sigillis. In quorum uno sigillorum apparebat quedam ymago ad similitudinem hominis stantis, pontificalibus induti, in capite mittram habentis, tenentis in manu sinistra baculum pastoralem, et dexteram habentis extensam ad modum benedicentis. In cujus circonferencia primo erat crux, deinde tales littere : S. EUSTORGII EPISCOPI TYBERIADENSIS. In alio autem sigillo apparebat etiam quedam ymago ad similitudinem hominis stantis, indumentis sacerdotalibus vestiti, habentis in manu dextera baculum pastoralem, in sinistra vero quasi librum. In cujus circonferentia primo erat crux, deinde tales littere : S. ABBATIS ET ECCLESIE S. SAMUELIS D. MONTE GAUDII. Quarum litterarum sic sigillatarum tenor talis est :

« Discreto viro... priori ecclesie S. Laurentii Januensium in Tyro, E[ustorgius],
« Dei gratia Tyberiadensis episcopus, et J., abbas S. Samuelis Acconensis, Pre-
« monstratensis ordinis, salutem in Domino. Noveritis nos recepisse mandatum
« apostolicum in hec verba : « Alexander, etc., venerabili fratri episcopo Tyberia-
« densi, et dilecto filio abbati monasterii S. Samuelis Acconensis, Premonstra-
« tensis ordinis, salutem, etc. Ad assiduum Christi servicium, etc. (Suit le
« texte, mutatis mutandis, de la bulle du 15 janvier 1256. V. plus haut. n° 2781.)
« Dat. Laterani, XVII kalendas februarii, pontificatus nostri anno II. » Verum
« quia, ad exequendum dictum mandatum apostolicum, non possumus in qualibet
« diocesi personaliter interesse, discretioni vestre in Tyrensi diocesi super
« ejusdem mandati exequtione totaliter committimus vices nostras, vobis, qua
« fungimur auctoritate, mandantes quatinus, commissionem hanc recipientes,
« inducatis in corporalem possessionem fratrem...., preceptorem dicti Hospitalis
« in Tyro, omnium bonorum, que monasterium S. Lazari memorati habet in
« Tyrensi diocesi, facientes cetera, que continet dictum mandatum, auctoritate nos-
« tra, imo apostolice sanctitatis. Datum Accon, IIII nonas augusti, anno Domini
« M CC L IX. »

Quibus litteris receptis a dicto priore et diligenter intellectis, dictum mandatum incontinenti exequtioni demandavit, secundum formam litterarum ipsarum.

Accipiens predictum... preceptorem per manum, et introducens eumdem in quandam domum, sitam ante conductum civitatis Tyrensis, que domus monasterio B. Lazari de Bethania dicebatur pertinere, ipsum preceptorem in possessionem corporalem domus ejusdem, cum omnibus bonis, possessionibus, juribus, libertatibus, immunitatibus, eidem monasterio in Tyrensi diocesi pertinentibus, induxit, quoslibet detentores illicitos amovendo. Actum in Tyro, in platea ante conductum predictum, anno, mense, die predictis. Presentibus domino Matheo, presbitero ; dominis Bruno, Johanne dicto Paillart, Jacobo dicto Duedon, militibus ; Youseph Scriba ; Thoma Fabro, et pluribus aliis testibus, ad hoc vocatis et rogatis. Et ego Egidius, auctoritate domini pape judex et notarius publicus, hiis omnibus interfui, rogatus scripsi, signum meum adposui, et in hanc formam redegi. (*Seing manuel.*)[1]

## 2926. — 8 août 1259, Venise.

*Renier Zeno, doge de Venise, ratifie l'acte intervenu, le* 25 *mai* 1259, *entre Hugues Revel, grand-maître de l'Hôpital, d'une part, et Marc Giustinian, bailli de Venise à Acre, Jean de Molin et Pierre Briccio, conseillers de ce dernier.* (*V. plus haut, n°* 2919.)

Source : Venise, Arch. d'état, Pacta ferrarie, f. 56 (copie, fin XIIIe s. ou début XIVe s.). — Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 316 (XVIIIe s.).

In cujus rei memoriam et perpetuam firmitatem, presentes litteras fieri fecimus, et eas bulla nostra plumbea fecimus communiri. Data in nostro ducali palatio, per manum Conradi, nostri notarii, anno ab incarnatione Domini nostri Jhesu Cristi M CC L VIIII, indictione secunda, mense augusti, die VIII intrante.

## 2927. — 9 août 1259, Tripoli.

*Barthélemy, chantre de l'église de Valanie, en vertu des lettres à lui adressées par Eustorge, évêque de Tybériade, et par J., abbé de S. Samuel d'Acre, le* 2 *août* 1259, *met le commandeur de Tripoli en possession des biens de l'abbaye de S. Lazare de Béthanie, dans les diocèses de Tripoli, de Tortose, de Valanie et de Byblos, dont le pape Alexandre IV avait autorisé l'incorporation à l'ordre par bulle du* 15 *janvier* 1256. (*V. plus haut, n°* 2781.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 62 (orig.). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 167.

In nomine sancte et individue trinitatis, patris, et filii, et spiritus sancti, amen. Anno dominice nativitatis M CC L IX, die sabbati nono intrante mense augusto, indictione secunda, in domo ecclesie S. Lazari de Bethania in Tripoli, coram me Celestino..... Joanne de S. Vitale, ecclesie Tripolitane assisio, Jacobo de Baro, presbitero, et Symone Lornio, testibus ad hoc voccatis et rogatis, magister Bartholomeus, cantor Valeniensis, auctoritate literarum [Eustorgii], episcopi Tyberiadensis, et [J.], abbatis S. Samuelis Acconensis, a me tabellione predicto visarum, lectarum et fideliter transcriptarum, quarum tenor de verbo ad verbum inferius continetur, per.....

1. Ce seing manuel, reproduit par Pauli, représente une sorte de cœur, dont le haut est surmonté de trois pointes.

ejusdem induxit fratrem..., domus Hospitalis sancti Joannis Jerosolimitani in Tripoli preceptorem, nomine... magistri et fratrum Hospitalis ejusdem, in possessionem vel quasi earumdem domus..... omnium bonorum, possessionum, jurium, libertatum, immunitatum et pertinenciarum ipsius monasterii S. Lazari, que in civitate vel diocesi Tripolitana consistunt. Predictarum vero literarum [tenor talis est] :
« Discreto et sapienti viro magistro [Bartholomeo], cantori Valeniensi, S. [*lisez* : Eus-
« torgius], Dei gratia Tyberiadensis episcopus, et [J.], abbas S. Samuelis Acconensis,
« Premonstratensis ordinis, salutem in Domino. Literas apostolicas recepimus in hec
« verba : « Alexander, etc., venerabili fratri, etc. (V. plus haut le texte de cette bulle,
« nº 2781.) » Volentes igitur mandatum apostolicum fideliter ac devote exequi, ut te-
« nemur, quia nos in omni diocesi ad exequendum hoc mandatum non possumus per-
« sonaliter interesse, discretioni vestre, super totali exequutione hujus mandati in
« diocesibus Tripolis, Anteradi, Valenie ac Biblii, comitimus vices nostras, caritati
« vestre, qua fungimur auctoritate, mandantes quatenus, comissionem hanc reci-
« pientes, ipsam in dictis diocesibus, ubicumque necesse fuerit ac expedierit, effectui
« mancipetis, fratrem... preceptorem domus dicti Hospitalis apud Tripolim, quem
« ad hec... magister et conventus statuerunt, pro se et dicta domo sasientes, ac in
« corporalem possessionem inducentes omnium bonorum et jurium et pertinentia-
« rum, spectantium ad monasterium nominatum, juxta predictarum domini pape con-
« tinentiam literarum, in diocesibus nominatis. Datum Accon, quarto nonas augusti,
« anno Domini M CC L VIIII, indictione secunda. Ego prefatus Celestinus, ecclesie
« Tripolitane assisius, auctoritate apostolica publicus tabellio, premissis interfui, et
« exinde presens instrumentum rogatus scripsi et publicavi, meoque signo signavi.
« (*Seing manuel* [1].) »

## 2928. — 11 août 1259, Anagni.

*Le pape Alexandre IV autorise les frères chevaliers de l'Hôpital à porter, en temps de paix, un manteau noir, et, à la guerre, un surtout rouge avec une croix blanche.*

SOURCES : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 314 *b* (copie de S. Pauli, XVIIIe s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1131, p. 65 *bis* (copie, XVIIIe s.), et bull. F, (auj. perdu), p. 76 et 90 [2]. — ANALYSE : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, nº 17655. — TEXTE : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 278 ; Raynaldi, *Ann. eccl.*, XXII, 52 ; Vertot, *Hist. des chev. de S. Jean de Jérusalem*, I, preuves, p. 583.

Alexander, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis sancti Joannis Hierosolimitani, salutem, etc. Cum ordinem vestrum omnipotens Dominus in ecclesia sua, velut columnam immobilem, super obedientie basim erexit, ad fulcimentum Terre Sancte, cujus estis athlete incliti, robusti pugiles et propugnatores electi, et pro cujus defensione, ad preliandum prelia Domini contra sui blasphemos nominis, salvifice crucis vos armis insignibus accinxistis ; cum etiam vos sitis populus Dei egregius, gens magnifica et strenua multitudo, justorum consilium et congregatio fortium Regis Regum, in quorum re vera manibus gladii sunt ancipites et ardentes lucerne, ad faciendam vindictam in nationibus et servandam Domini civitatem, digne ipsum ordinem et vos, tanquam Christi milites, in quibus suscitavit Dominus in illis partibus fortium Macabeorum spiritum et aliorum veterum eorumdem partium bellatorum, congruis intendimus roborare favoribus, et condignis gratiis adaugere, illaque vobis concedere, que ad incrementum vestre religionis dicteque

1. Le seing manuel du notaire, reproduit par Pauli, représente une rosace en forme de deux O entre-croisés, l'un vertical et l'autre horizontal, et se termine en bas par un long crochet.

2. Cette copie attribue, par erreur, l'acte à Urbain IV, et lui donne la date fausse : « anno IV ».

Terre Sancte subsidium redundare noscuntur. Sane quia intelleximus quod, inter fratres vestri ordinis milites et alios, nulla est distinctio per aliquam indumentorum diversitatem, sicut in plerisque aliis consimilibus sit religionibus observatum, propter quod contingit quod multorum nobilium, qui, mundi relictis illecebris, sub ejusdem vestre religionis habitu eligerant insistere predicte Terre Sancte presidio, erga prefatum ordinem charitas refrigescit, nos, cupientes ut idem ordo continuis, auctore Domino, amplificetur commodis, et votivis crescat augmentis, presentium vobis auctoritate concedimus ut unanimiter statuere, ac deinceps inviolabiliter observare possitis quod fratres milites ejusdem ordinis chlamides nigras deferant, ut ab aliis ejusdem ordinis fratribus discernantur. In bellis autem, sive in preliis, utantur jupellis et aliis superinsignibus militaribus, que sint coloris rubei, et in quibus etiam crux albi coloris sit, in vestri vexilli modum assuta, ut in hujusmodi uniformitate signorum animorum identitas evidenter appareat, et ex hoc per consequens salus proveniat personarum. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Anagnie, III idus augusti, pontificatus nostri anno V.

### **2929.** — 29 août 1259.

« *Déclaration de sœur Philippe, établie prieure du monastère de S. Lazare de* « *Béthanie par G., patriarche de Jérusalem, légat du S. Siège, portant que le grand-* « *maître de l'Hôpital luy a remis la jouissance de ce prieuré pendant sa vie, et* « *reconnaît tenir ce bénéfice de luy, ce monastère ayant été donné à l'ordre de l'Hô-* « *pital de Hierusalem par le pape Alexandre IV*[1], *du 4 des calendes de septembre* « 1259. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., H. ordre de Malte, invent. des chartes de Syrie, n° 317 (XVIII$^e$ s.).

### **2930.** — 14 septembre 1259, Bubikon.

*Henri de Toggenbourg, lieutenant du grand-prieur des Hospitaliers dans la Haute-Allemagne, vend à l'abbaye Cistercienne de Magdenau un domaine à Schwarzenbach.*

Source : Magdenau, Arch. de l'abbaye (orig., mauv. état, presque illisible). — Texte : *Urkundenbuch der Stadt und Landschaft Zürich,* III, 162, n° 1075.

Universis, presentem paginam inspecturis, frater Heinricus, vicem gerens magistri in sup[erioribus] partibus Alamannie, et universi fratres domus Hospitalis Jerosolimitani in Bûbinkon, in perpetuum. Ea que geruntur, ne aliqua valeant tergiversari calumpnia, scripture testimonio perennantur. Noverint igitur presentes et futuri quod nos predium, situm in Swarzenbach, quod ad nos pleno jure pertinebat, abbatisse et conventui Maggenowe, ordinis Cisterciensis, Constanciensis diocesis, sine dolo et fraudis [sc]ru[pulo], pro quadam summa pecunie, quam et recipimus, vendidimus et tradidimus, libere, quiete et pacifice perpetualiter possidendum, eas[dem in] corp[oralem] possessionem ducentes, et plenam warand[iam prestant]es. In cujus rei testimonium, presentem cartam [sigilli nostri munim]ine tradidimus communitam. Actum Bûbinkon, XVIII kalendas octobris, anno Domini M [CC] L VIIII, indictione secunda.

*Au dos* : Super loco in Swarzinbach, qui pertinebat..... Bubinchon.

1. La bulle d'incorporation est du 15 janvier 1256. (V. plus haut, n° 2781.)

### 2931. — 20 septembre 1259.

*Simon et Godefroy de Courtelary, frères, renoncent, pour eux et leurs héritiers, avec l'assentiment de B[erthold II], comte de Strassberg, au droit d'héberge, qu'ils exerçaient une fois l'an, sans droit mais en vertu d'un ancien usage, sur les Hospitaliers de Buchsee, à l'occasion de l'église de Twann.*

Source : Berne, Arch. d'état, liasse Fraubrunnen (orig. scellé). — Analyse : Fr. Settler, *Die Reg. der..... im Kantonstheil von Bern..... Klöster und Kirchl. Stifte,* 114, n° 20, dans Th. v(on) Mohr, *Die Reg. der Archive in der Schweizerischen Eidgenossenschaft,* I (Coire, 1850). — Texte : *Fontes rerum Bernensium,* II, 488, n° 469.

Acta sunt hec anno Domini M CC L VIIII, in vigilia beati Mathei.

### 2932. — 2 octobre 1259, Stuhl-Weissembourg.

*Bela IV, roi de Hongrie, attribue à Philippe, évêque d'Agram, contre les prétentions de Paul, fils de feu Borich, ban, la terre de S. Martin, que lui avait vendue Raimbault, grand-prieur de Hongrie et d'Esclavonie.* (*V. plus haut, n°* 2694.)

Source : Vienne, Arch. imp. roy., ms. 100, vol. 2, f. 65 (copie de Smitmer, XVIII° s.). — Texte : J. Koller, *Hist. episc. Quinqueecclesiarum,* II, 169.

Bela, Dei gratia Hungarie rex, omnibus, presentes inspecturis, salutem in Domino. Ne iterum veritas gestorum erroribus occultetur, et ne notitiam presentium transcursu temporum absorbeat oblivio, nostre regie interest sollicitudinis ut ea, que coram nobis in figura judicii actitantur, ad perpetuam rei memoriam scriptis authenticis commendemus. Proinde ad universorum tenore presentium volumus pervenire [noticiam] quod, cum venerabilis pater Philipus, episcopus Zagrabiensis, dilectus et fidelis noster, supra terra S. Martini, condam Borich, bani, a Paulo, filio condam Borich, bani, coram nobis tractus fuisset in causam, idem Paulus predictam terram utpote hereditariam sibi cum instantia restitui postulavit; Zagrabiensis vero episcopus predictam terram titulo emptionis dixit se habere et etiam possidere, et venditorem seu actorem suum religiosum virum fratrem Remcaldum, domuum Hospitalis Hierosolymitani per Hungariam et Sclavoniam tunc majorem preceptorem, nominavit, et litteris authenticis ejusdem fratris Remkaldi, super hoc confectis, legitime comprobavit. Cumque super hoc in nostre majestatis presentia fuisset diutius litigatum, tandem, eodem Zagrabiensi episcopo et fratre Arnoldo, domorum majori preceptore per Hungariam et Sclavoniam, qui eidem fratri Remkaldo immediate successit, ex una parte, et Paulo, prefato filio Borich, bani, coram nobis constitutis, ex altera, cum de meritis cause ipsius presentibus nostris baronibus cognosceremus, in ipsa instantia judicii predictus Paulus deprehensus est nostras regias litteras falsavisse. Cum igitur, etsi aliquid juris in predicta terra S. Martini prefatus Paulus haberet, preter (*sic*) vitium comperte falsitatis ipsa terra S. Martini, sicut et alia bona sua, ad nostras manus essent merito devolvenda, nos, deliberato omnium baronum nostrorum, qui tunc aderant, consilio, predictum Zagrabiensem episcopum super ista terra S. Martini ab impetitione ipsius Pauli et omnium, qui nomine, jure seu occasione ipsius Pauli ipsum impeterent vel impetere possent, sententionaliter duximus absolvendum, adjudicantes eidem episcopo et pro eadem summa predictam terram S. Martini perpetuo et pacifice

possidendam. In cujus rei firmitatem et robur, presentes litteras nostras concessimus, sigilli nostri munimine roboratas. Datum et actum Albe, quinta feria post festum sancti Michaelis, anno Domini M CC L IX.

## 2933. — 8 octobre 1259, Bessirstein.

*Rodolphe, comte de Hapsbourg et landgrave d'Alsace, autorise Conrad de Mölinen à vendre aux Hospitaliers de Hohenrain les biens qu'il possédait à Huprechtingen.*

Source : Lucerne, Arch. cant., command. de Hohenrain (orig.).

Universis, presentem cedulam inspecturis, Rudolfus, comes de Habisburg, lantgravius Alsatie, noticiam subscriptorum. Ea que geruntur in tempore, ne transeant cum tempore, litterarum est necesse testimonio commendari. Noverint igitur presentes et futuri, quos nosse fuerit oportunum, quod nos Chůnrado, dicto de Múlinow, servo nostro, super venditione seu contractu, quem de bonis suis, in Hupprechtingen sitis, que ipse jure proprietatis hactenus possedisse dinoscitur, domui Hospitalis sancti Johannis in Honrein pro certa summa pecunie fecit, licentiam dedimus, et eundem contractum presentibus pleno consensu approbamus et confirmamus, in testimonium hujus nostri consensus magistro et fratribus ejusdem domus hoc instrumentum, sigillo nostro roboratum, conferendo. Datum apud Bessirstein, anno Domini M CC L IX, VIII idus octobris, indictione III.

## 2934. — 24 octobre 1259, Acre.

*Henri, archevêque de Nazareth, afferme pour cinquante ans, au prix de deux mille besants Sarrasins par an, à Hugues Revel, grand-maître de l'Hôpital, les quatre casaux de Rome, de Romene, de Cafreezeir et de Cana-Galilée, sis à Batuf.* (*V. plus haut, n°* 2748.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 56 (orig.)[1]. — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 162. — Extraits : Taaffe, *The hist. of the..... order of S. John of Jerusalem*, IV, app. n° LXXII.

In Christi nomine, amen. Per presens scriptum pateat universis, presentibus et futuris, quod, cum ecclesia Nazarena suas possessiones et casalia propter sui impotentiam non potuerit nec possit manutenere et defendere, prout esset utile ac necessarium et opportunum ecclesie nominate, tum propter hostiles Saracenorum incursus et graves discordias, que cotidie inter rusticos Saracenos casalium dicte ecclesie oriuntur, tum propter magnas et immensas expensas, quas eadem ecclesia diu sustinuit et opportet incessabiliter sustinere, nec possit ita congrue seu decenter per aliquem defensari sicut per venerabilem et religiosum... magistrum et fratres sancte domus Hospitalis sancti Joannis Jerusalem, nos Henricus, divina miseratione archiepiscopus, et capitulum dicte ecclesie Nazarene, diligenti deliberatione et tractatu habitis inter nos, volentes nunc et in futurum nobis et ecclesie Nazarene indempnitati et utilitati salubriter providere, nomine nostro et dicte ecclesie nostre, ac pro nobis et ipsa ecclesia nostrisque successoribus, damus et concedimus ad firmam et appaltum vobis fratri Hugoni Revel, Dei gratia sancte

1. Pauli a reproduit la bulle de plomb de l'évêque de Nazareth, aujourd'hui perdue. (*Cod. dipl.*, I, pl. 6, n° 60).

domus Hospitalis sancti Joannis Jerusalem venerabili magistro et pauperum Christi custodi, et fratribus ejusdem domus, recipientibus pro vobis et ipsa domo, hec quattuor nostra casalia, consistentia in diocesi Nazarena, in loco qui dicitur Batuf, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, libere et absque solutione decimarum, pertinentia nostre ecclesie pleno jure, videlicet Roma, Rometta, Caphrahusepth et Cana Galilee, ad quinquaginta annos primo venturos, pro duobus milibus bisanziis Sarracenatis pro uno quoque anno, integre persolvendis nobis et ecclesie Nazarene hoc modo, mille per totum mensem martii et mille per totum mensem octobris. Et si in ipsis terminis nobis plene de predicta solutione non satisfeceritis, per unamquamque quindenam, lapsam a terminis supradictis, tenemini nobis solvere pro pena viginti bisanzios, predicta solutione in sua integritate nichilominus permanente, ita videlicet quod quolibet anno tempore treugue solvetis nobis et solvere tenemini de cetero in Accon sine difficultate et diminutione aliqua et dilatione, per unumquemque terminum predictum, mille bisanzios Sarracenatos ad pondus Accon, sicut superius est expressum. Tempore vero guerre, si dicta casalia habuerint centum et septuaginta aratra, tenemini nobis solvere integre appaltum predictum, sicut superius est expressum. Si vero habuerint minus de aratris, a septuaginta videlicet usque ad centum, debet defalcari seu subtrahi de bisanziis predictis, secumdum quod deerit de numero aratrorum predictorum. Si vero in ipsis casalibus fuerint de aratris minus quam centum, tunc omnes redditus et proventus eorumdem casalium dividemus per medium communiter inter nos et vos. Hoc etiam actum est inter nos quod, fracta pace et alia postea inita, sive facta eo tempore quo non posset fieri plena sementis illius anni, in frumento scilicet, ordeo et fabis, fructus seu redditus illius primi anni similiter per medium communiter partiemur. Hoc etiam actum et conventum est inter nos et vos quod, rejectis et abrenuntiatis omnibus consuetudinibus regni Jerusalem, nos de nullo casu, sive eventu, vel pestilentia aliqua, sive peste tenemur vobis super dictis casalibus vel proventibus eorum, nisi solummodo de vi. Quapropter recognoscentes conditionem predicte ecclesie nostre fore melioratam, et nulli alii posse dicta casalia, cum suis juribus et pertinentiis omnibus ac sine decimarum solutione, carius et melius appaltare, vel qui melius ea ad utilitatem dicte nostre ecclesie defensaret, promittimus bona fide, per solempnem stipulationem, vobis magistro et fratribus memoratis, sub pena quinque milium bisanziorum Saracenatorum, predictam appaltationem usque ad quinquagesimum annum primo venturum ratam et firmam habere, et nunquam contravenire per nos et per successores nostros, obligantes nos sub predicta pena et successores nostros in nullo contrafacere vel venire. Et pena soluta vel commissa, predictus contractus emphyteoticus in sua permaneat firmitate. Et pro predictis omnibus fideliter observandis fecimus jurare nos dicti archiepiscopus et totum capitulum ecclesie Nazarene in animas nostras, tactis sacrosanctis evangeliis, Guillelmum, archidiaconum Nazarenum, syndicum nostrum et ecclesie Nazarene, hec omnia fideliter observare. Terminus autem hujus appalti incipit a festo omnium sanctorum primo futuro, anno dominice incarnationis M CC quinquagesimo nono. Ad horum itaque memoriam et stabilem firmitatem, presens scriptum fieri fecimus, bulla plumbea nostra dicti archiepiscopi et sigillo cereo capituli memorati munitum. Promittentes bona fide quod, quam cito dictum capitulum habuerit bullam plumbeam, tam cito, sigillo cereo elevato, hic apponi bullam plumbeam capituli faciemus. Hec acta sunt apud Accon, anno prescripto, nono kalendas novembris, tertie indictionis. Testes hujus rei sunt : Johannes, marescalcus de Nazaret, Jacobus Vitalis, milites ; magister Bonannus, jurisperitus ; Aliottus, notarius ; frater Henricus Theotonicus, magnus preceptor Hospitalis in Accon ; frater Guizardus de Lentino, marescalcus Hospitalis ; et frater Guillelmus de Scorsellis ; et frater Jocelmus, castellanus Montis Thabor ; et frater Gaufridus de Rellania.

**2935.** — 24 octobre 1259, Acre.

*Le même prend sous sa protection spéciale l'ordre de l'Hôpital.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 57 (orig.). — Analyse : Lambert, *Cat. des mss. de Carpentras,* II, 287. — Texte : Pauli, *Cod. dipl.,* I, 163. — Extraits : Carpentras. Bibl. publ., ms. Peiresc, 48, f. 508 et f. 667 (xvii^e s.).

Per presens scriptum pateat universis quod nos Henricus, divina miseratione archiepiscopus Nazarenus, de consensu et voluntate totius capituli nostri, recipimus, ab isto die in antea, sub nostra et ecclesie nostre protectione et custodia speciali nostrisque orationibus commendatos religiosos viros... magistrum et fratres sancte domus Hospitalis sancti Joannis Jerusalem, et ipsam domum, ac bona omnia dicte domus, promittentes bona fide amodo in antea ipsos magistrum et fratres, ac domum et omnia bona eorum salvare et custodire, defendere et manutenere secundum justitiam contra omnes personas et loca, tanquam ecclesiam nostram et bona ecclesie Nazarene. In cujus rei testimonium, presens scriptum fieri fecimus, nostra bulla plumbea et infrascriptorum proborum virorum testimonio roboratum. Nomina testium sunt hec : Jacobus Vitalis, miles ; magister Bonannus, jurisperitus ; Aliottus, notarius ; magister Guillelmus, archidiaconus Nazarenus ; Sancius, canonicus Nazarenus ; frater Henricus, magnus preceptor Hospitalis in Accon ; frater Guillelmus de Scorsellis ; frater Jocelmus, castellanus Montis Tabor ; et frater Gaufridus de Rellan[ia]. Datum apud Accon, nono kalendas novembris, anno dominice incarnationis M CC L IX.

**2936.** — 25 octobre 1259, Acre.

*Le même consent, au cas où, pour la première année, les revenus des dix-neuf casaux, qu'il a loués aux Hospitaliers, ne s'élèveraient pas à quatorze mille besants, à prendre à sa charge la moitié du déficit, et même la totalité si le grand-maître de l'Hôpital n'acceptait pas la présente transaction, conclue avec lui par Henri de Furstenberg, grand-précepteur d'Acre et lieutenant du grand-maître.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 59 (orig.). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.,* I, 166.

In Christi nomine, amen. Nos Henricus, Dei gratia archiepiscopus Nazarenus, notum facimus universis, presentem paginam inspecturis, quod, cum nos et nostrum capitulum appaltaverimus religiosis viris... magistro et conventui sancte domus Hospitalis Jerusalem dominium de Nazaret, et decem et novem casalia cum gastinis et pertinentiis eorum, ad nos et ecclesiam nostram pertinentia pleno jure, pro quatuordecim milibus bisanziis Sarracenis, solvendis nobis et ecclesie nostre annuatim per totum mensem octobris, sicut plenius patet per privilegia hinc et inde confecta, quia dicti magister et fratres timent ne isto primo anno appaltus sit aliqua occasione aliquis defectus in perceptione reddituum, quare non ascendant ad summam quattuordecim milium bisanziorum, nobis pro isto primo anno solvendorum, nos, volentes facere dictis magistro et fratribus gratiam specialem, ad preces et requisitionem karissimi nostri fratris Henrici Teotonici, magni preceptoris dicte domus in Accon, et locum dicti magistri tenentis, recipimus super nos quod, si in dictis redditibus dicti appaltus istius primi anni fuerit quacumque occasione aliquis defectus, quod medietas ipsius defectus nobis debeat computari,

et tantum de dictis quattuordecim milibus bisanziis pro isto anno excomputari. Quod si forte dictus magister non esset hac medietate contentus, antequam ipse contra dictum magnum preceptorem moveretur, vel turbaretur, aut sibi displiceret, recipimus super nos totum ipsum defectum, si de ipsorum magistri et magni preceptoris processerit voluntate. Et taliter Aliottum, notarium publicum, scribere et in publicam formam redigere volumus et rogamus, et hos testes adesse. Hec acta sunt apud Accon, in domo dicti Hospitalis, coram fratre Jocelmo, castellano Montis Tabor; fratre Diaterno; fratre Roberto de Vela, et magistro Guillelmo, archidiacono Nazareno. Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, indictione tertia, octavo kalendas novembris. E(*Seing manuel*[1])go Alliottus Uguiccionis, imperiali auctoritate judex et notarius publicus, interfui, et, predicta omnia rogatus fideliter scribens, in publicam formam redegi.

**2937.** — 25 octobre 1259.

« *Convention passée par Henry, archevêque de Nazareth, son chapitre et le* « *grand-maître Hugues Revel, pour les dixmes de Belveer et ses dépendances, par* « *laquelle il est réglé que l'ordre ne payera dorénavant que la vingtième partie du* « *bled d'orge, fève, pois chiches, lentilles, vins et huiles, et qu'il sera exempt de* « *toute autre sorte de dixme pour lesdites terres, du* 25 *du mois d'octobre* 1259. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 318 (xviii° s.).

**2938.** — [Décembre 1259][2].

*Henri III, roi d'Angleterre, ordonne au vicomte de Middlessex d'aller en personne, accompagné de douze chevaliers de son comté, à Harefield (Harefeld), pour borner la terre du grand-prieur d'Angleterre et celle de Gautier de Sanford.*

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 44 Hen. III, pars 1, membr. 17 dorso (copie contemp.).

**2939.** — 1260.

*Le chapitre de l'église cathédrale de Cologne certifie que Frédéric, chevalier, a vendu aux Hospitaliers de Neuenberg ses biens, sis à Ranzel (Ransleide).*

Source : Düsseldorf, Arch. d'état, command. de Herrenstrunden, n° 18 (orig.).

Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo.

**2940.** — [3 janvier-3 décembre] 1260, Anagni.

*Le pape Alexandre IV accorde quarante jours d'indulgence à tous ceux qui*

1. Ce seing manuel a été reproduit par Pauli. (Voir plus haut, p. 751, note 1).
2. Ce mandement n'est pas daté; mais de la place à laquelle il a été transcrit dans le rôle des lettres closes, on peut inférer qu'il fut donné, selon toute vraisemblance au mois de décembre 1259.

*visiteront l'église des Hospitaliers de S. Jean d'Aix, au jour de la fête de saint Jean-Baptiste.*

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 175 (orig. bullé).

Alexander, etc., universis Christi fidelibus, presentes litteras inspecturis, salutem, etc. Sanctorum meritis inclita gaudia fideles Christi assequi minime dubitamus, qui eorum patrocinia per condigne devocionis obsequia promerentur, illumque venerantur in ipsis quorum gloria ipse est et retributio meritorum. Nos igitur, ad consequenda predicta gaudia [cau]sam dari fidelibus cupientes, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam sancti Johannis Hospitalis Jerosolimitani Aquensis in festo ejusdem sancti, in cujus honore eadem ecclesia noscitur dedicata, venerabiliter visitaverint annuatim, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, auctoritate confisi, quadraginta dies de injuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Dat. Anagnie, III nonas...[1] pontificatus nostri anno VI.

### 2941. — 19 janvier 1260, Anagni.

*Le même accorde cent jours d'indulgence à quiconque visitera l'église de l'Hôpital S. Jean de Colmar, au jour de la saint Jean-Baptiste et au jour anniversaire de la consécration de l'église.*

Source : Colmar, Arch. de l'anc. dép. du Haut-Rhin, H. ordre de Malte, command. de Colmar, carton 25 (orig.). — Texte : P. Huot, *La Commanderie de S. Jean..... à Colmar* (Colmar, 1870), 31.

Alexander, etc., universis Christi fidelibus, presentes litteras inspecturis, salutem, etc. Vite perennis gloria, qua mira benignitas Conditoris omnium beatam coronat aciem civium supernorum, a redemptis pretio sanguinis, fusi de pretioso corpore Redemptoris, meritorum debet acquiri virtute; inter que illud esse pregrande dinoscitur quod ubique, sed precipue in sanctorum ecclesiis, majestas Altissimi collaudetur. Rogamus itaque universitatem vestram et hortamur in Domino, in remissionem vobis peccaminum injungentes, quatinus ad ecclesiam Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in Columbaria, Basiliensis diocesis, imploraturi a Domino delictorum veniam in humilitate spiritus accedatis. Nos enim, ut Christi fideles quasi per premia salubriter invitemus, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam in festo nativitatis beati Johannis Baptiste ac in anniversario die dedicationis ipsius ecclesie causa devotionis accesserint annuatim, centum dies de injuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Dat. Anagnie, XIIII kalendas februarii, pontificatus nostri anno VI.

### 2942. — 23 janvier 1260, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 20 *avril* 1200 : « *Cum dilecti filii* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1115.)

Source : Berlin, Arch. secr. d'état, ordre de S. Jean (vidimus du 10 mars 1460).

Dat. Anagnie, V kalendas februarii, pontificatus nostri anno VI.

1. Il y a ici un trou dans le parchemin.

### 2943. — 23 janvier 1260.

« *Règlements faits par frère Simon de Villejus, drapier de la maison de l'Hô-*
« *pital de Jérusalem, Bernard de Porte, clerc hospitalier, frère Giraud de Sauset,*
« *commandeur de la maison du Temple de Tripoli, Arnaud Rapet, de la même*
« *maison, caselier de Tourellée, et frère Herman de Ricle, de la maison des Teuto-*
« *niques, arbitres choisis par les Templiers et les Hospitaliers pour terminer les*
« *contestations et procès qu'ils avoient pour des maisons, terres, champs, vignes,*
« *jardins, chemins, murailles et eaux, situés dans le comté de Tripoli et dans la*
« *seigneurie de Margat, du* 23 *janvier* 1259. »

Analyse : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 319 (xviii<sup></sup>e s.).

### 2944. — 22 février 1260, Constance.

*Eberhard de Waldbourg, évêque de Constance, donne aux Hospitaliers d'Ueberlingen, en échange du patronage de l'église de Haguenau (Hagenöwe), qu'ils lui cèdent, celui de l'église de Goldbach (Golpach), après avoir libéré celle-ci du droit d'avouerie, qu'y exerçait Rodolphe de Bodman, chevalier.*

Source : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, Ueberlingen, liasse 15 (orig. scellé). — Analyse : Poinsignon, *Bodman's Regesten*, n° 79, dans *Schriften des Vereins für Gesch. des Bodensee's*, X (Lindau, 1880). — Texte : *Zeitschrift für Gesch. des Oberrheins*, XXIX (1877), 135.

Datum Constantie, anno Domini M CC LX, VIII kalendas marcii.

### 2945. — 23 février 1260.

*Cunégonde, comtesse de Wertheim*[1], *avec l'assentiment de Poppo IV, Louis et Rodolphe II, ses fils, et des comtes de Rieneck, ses frères, donne aux Hospitaliers de Mosbach un verger, sis à Mosbach et touchant le domaine des Hospitaliers.*

Source : Darmstadt, Arch. du gr.-duché de Hesse, command. de Mosbach, n° 3 (orig.), et cartul. n° 21 (copie, xvi<sup></sup>e s.), f. 9 *b* (texte allemand). — Texte : J. W. C. Steiner, *Alterthümer und Gesch. des Bachgaus im alten Maingau*, I, 338, n° 16 (à la date erronée du 15 mars 1267).

Datum anno Domini M CC LX, VII kalendas marcii. Acta sunt hec sub Emikone, ejusdem domus procuratore.

### 2946. — 26 février 1260, Anagni.

*Le pape Alexandre IV à l'archidiacre de Narbonne. Il renouvelle, avec quelques variantes, en faveur des Hospitaliers de S. Gilles, la bulle du* 25 *août* 1255 : « *Etsi quibuslibet* ». (*V. plus haut, n°* 2768.)

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 303 (copie de S. Pauli, xviii<sup></sup>e s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, bullaire orig. d'Alex. IV, n° 73 (auj. perdu).

Dat. Anagnie, v kalendas martii, pontificatus nostri anno VI.

1. Femme de Poppo III, comte de Wertheim.

**2947.** — 4 mars 1260, Tarazona.

*Jacques I, roi d'Aragon, de Majorque et de Valence, comte de Barcelone et d'Urgel, et seigneur de Montpellier, à la requête d'Amaury, commandeur d'Añon, défend aux alcades de Torellas d'autoriser le rachat d'aucun des Maures qui habitent Torellas et qui appartiennent à l'Hôpital.*

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 178-179 (orig.).

Noverint universi quod nos Jacobus, Dei gratia rex Arag[onum], Majoricarum et Valencie, comes Barch[inone] et Urgelli, et dominus Montispessulani, per nos et nostros concedimus vobis fratri Amalrico, comendatori Hospitalis sancti Johannis domus de Aynon, et successoribus vestris comendatoribus dicte domus, et stabilimus in perpetuum quod aliquis alcaydus de Torreyllas non faciat redimere unquam de cetero aliquo tempore Sarracenos vel Sarracenas vestros, quos et quas habetis ex concessione nostra et predecessorum nostrorum in Torreyllas et ejus terminis, nec faciat vobis vel ipsis, aut rebus vestris et eorum, unquam malum aliquod impedimentum vel contrarium. Mandantes senioribus, majoribus domus, alcaydis, bajulis, justiciis, juratis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod contra hanc concessionem et stabilimentum nostrum non veniant, nec aliquem venire permitant unquam aliquo tempore, aliquo modo vel aliqua ratione. Datum Tirasone, IIII nonas martii, anno Domini M CC L nono. S.(*Seing manuel*) Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, Majoricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli, et dominus (*sic*) Montispessulani. Testes sunt : Eximinus de Focibus ; P. de S. Minato ; Bn. G.... ide Entença ; Gaucerandus de Pinos ; G. de Podio. Sig(*Seing manuel*)num Petri de Capelladers, qui, mandato domini regis, pro domino G[uillelmo], Dei gratia episcopo Ilerde, cancellario suo, hoc scribi fecit et clausit, loco, die et anno prefixis.

**2948.** — 22 mars 1260.

*Henri de Hausen et Adélaïde, sa femme, donnent, avec réserve d'usufruit, aux Hospitaliers de Rotenbourg, leurs biens, sis à Reitsachsen (Richetensachsen), sous le sceau d'Henri de Boxberg (Bochisperc), grand-précepteur d'Allemagne, et d'Her[mann]*[1]*, bailli de Rotenbourg.*

Source : Munich, Arch. roy. de Bavière, command. de Rotenbourg, liasse 3 (orig., fragm. de sceau). — Analyse : *Regesta sive rer. Boïcarum autogr.*, IV, 757. — Texte : *Wirtembergisches Urkundenbuch,* VI (Stuttgart, 1894), 505.

Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo, undecimo kallendas aprilis, presentibus fratribus Hospitalis fratre Alberto et fratre Bertoldo, et H., cellerario, et fratre Bernaldo.

**2949.** — 14 avril 1260, Acre.

*Jean Grip, d'Acre, chevalier, et Agathe, sa femme, donnent aux Hospitaliers,*

1. Ce personnage figure dans des actes de 1260 et de 1274.

*représentés par Joseph de Canci, trésorier de l'Hôpital d'Acre, les biens qu'ils possèdent à Acre, au Montmusard, devant la tour du Colombier, et un cens annuel, à eux dû par Isabelle, veuve d'Adam Montifredi, pour une maison située au même lieu.*

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. I (anc. vol. 7), n° 1 (auj. perdu). — TEXTE : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 297.

In Christi nomine, amen. Per hujus instrumenti publici seriem pateat universis, tam presentibus quam futuris, quod dominus Johannes Grifus, miles de Accon, et domina Agatha, uxor ejus, filia condam Georgii de Vienna, communiter et concorditer ac unanimiter, bono animo et pura fide, ac spontanea voluntate recognoscentes multa beneficia, que sacra domus Hospitalis sancti Johannis Jerusalem contulit eis et conferre poterit in futurum, et quod, erogando elemosinas eidem domui ac sustentationi pauperum infirmorum jacentium in dicta domo, faciunt suorum corporum et animarum proficua et salutem. In presentia curie burgesie Accon, videlicet magistri Arnulfi de Perona, existentis ibi loco vicecomitis, et dominorum Alarbi Raimundi de Curte, Gaufridi de Tabbaria, Johannis Philippi et Henrici de Contes, juratorum ejusdem curie, ac fratris Craphi, hospitalarii, existentis tunc loco magni preceptoris domus Hospitalis in Accon, ac mei Aliotti, judicis et notarii publici, et testium infrascriptorum, donaverunt pure inter vivos et irrevocabiliter Deo et beato Johanni Baptiste, et domui ac pauperibus Hospitalis predicti, et religioso viro fratri Joseph de Canci, thesaurario ejusdem domus, recipienti pro dicta domo et fratribus dicte domus, in puram et perpetuam elemosinam, hereditatem eorum totam, quam habent in Accon in Monte Musardo, ante turrim, que dicitur Columberius, dicte domus Hospitalis,— ex parte borree inter rugam que dicitur de Caldoreriis, et rugam que dicitur de Biscotto, et viam que vadit a dicta ruga de Biscotto ab orienti usque occidentem, usque rugam dictam de Calderone seu de Tribus Anellis, et domum Michaelis Caldorarii, quam tenet ad censum ab eadem domo Hospitalis, — cum omnibus juribus et actionibus eorum, et cum solo, terreno, fundamentis, muris, domibus, edificiis et cisternis, et cum omnibus, que super et infra se habent, et cum accessibus, ingressibus et egressibus, et pertinentiis, ac juribus omnibus tacitis et expressis ; et etiam annuum censum sedecim bisantiorum Saracenatorum auri ad pondus Accon, quos annuatim in kalendis augusti reddit eis et reddere consuevit, et deinceps reddet dicte domui Hospitalis Ysabella mulier, uxor olim Ade Montifredi, de domo, quam infra dictos limites habet edificatam in dicta hereditate et terreno, que fuit eorum, et nunc est et de cetero esse debet Hospitalis predicti. Cedentes et mandantes dicti dominus Johannes et domina Agatha, uxor ejus, ex dicta causa donationis, prefato fratri Joseph, recipienti nomine dicte domus Hospitalis, omnia jura omnesque actiones, rationes et nomina, sibi quoquomodo vel jure competentes et competentia in predictis et quolibet premissorum. Distasientes se exinde et stasientes ipsum fratrem Joseph nomine dicte domus per quemdam baculum, quem in manu tenebant, ut de cetero omni tempore in perpetuum dictam hereditatem et censum dicta domus et fratres Hospitalis tamquam eorum rem propriam habeant, teneant, possideant, edificent et usufructuent libere et quiete, et totum et quicquid exinde facere voluerint, tamquam de sua propria re, faciant, prout ipsi melius unquam fecerunt vel facere potuerunt. Promittentes eidem fratri Joseph, recipienti, ut dictum est, bona fide hec omnia et singula semper firma et rata habere et tenere, nec ullo tempore contrafacere nec venire, nec in totum nec in partem, nec per se nec per aliam personam, et ea omnia per annum et diem, et diem et annum, defendere et exbrigare dicte domui et fratribus Hospitalis, in curia et extra, ab omni persona et loco, omni eorum juri renuntiantes. Et insuper predicta domina Agatha, certiorata de jure

suo, sua sponte juravit corporaliter ad sancta Dei evangelia predicta omnia et singula semper firma et rata habere et tenere, et non facere nec venire contra in aliquo, nec per se nec per aliam personam, et omni juri suo renunciavit, et auxilio Velleiani et dotis atque doarii. Hec acta sunt apud Accon, coram dictis curia et juratis : fratre Crapho, fratre Girardo de Domibus, Petro Burgense, Johanne Rofini, Ghiberto Johannis, Guillelmo Scriba, Francigena, et Guidocto Volante, testibus rogatis. Dominice incarnationis anno millesimo ducentesimo sexagesimo, indictione tertia, quartadecima die mensis aprilis. (*Seing manuel*[1]) Ego Aliottus Uguiccionis, imperiali auctoritate judex et notarius publicus, interfui, et, omnia supradicta rogatus fideliter scribens, in publicam formam redegi.

### 2950. — 4 mai 1260, Anagni.

*Le pape Alexandre IV renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 23 *janvier* 1168, 1169 *ou* 1170 : « *Cum (dilectis filiis) fratribus* ». (*V. plus haut*, I, *n*° 392.)

Sources : Arnheim, Arch. de la prov. de Gueldre, fonds de S. Jean, n° 36 (vidimus scellé du doyen de S. Géréon de Cologne, du 27 septembre 1335) ; Paris, Arch. nat., M. 2, n° 10 (vidimus de l'abbé de S. Martin et du doyen de S. Georges de Cologne, du 10 juin 1347).

Dat. Anagnie, iv nonas maii, pontificatus nostri anno vi.

### 2951. — 5 mai 1260, Anagni.

*Le même renouvelle, en faveur du maître et des Hospitaliers d'Allemagne, la bulle d'Innocent IV, du* 5 *août* 1245 : « *Devotionis vestre* ». (*V. plus haut*, *n*° 2299.)

Sources : Berlin, Arch. secr. d'état, ordre de S. Jean (vidimus du 21 juin 1417) ; Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, Y. 72, p. 39 (copie, xv^e^ s.)[2] ; Paris, Bibl. nat., lat. 8999, n° 29 (vidimus de Gérard, doyen de S. Georges de Cologne, du 2 septembre 1350) ; Strasbourg, Arch. de l'anc. dép. du Bas-Rhin, H. 1615, f. 17 *b* (copie, xiv^e^ s.); Utrech, Arch. prov., ms. S. 328, f. 28 (copie, xvi^e^ s.).

Dat. Anagnie, iii nonas maii, pontificatus nostri anno vi.

### 2952. — 5 mai 1260, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle d'Urbain III, du* 10 *mars* 1186 *ou* 1187 : « *Querela dilectorum* ». (*V. plus haut*, I, *n*° 789.)

Source : Arnheim, Arch. de la prov. de Gueldre, fonds S. Jan, n° 16 (copie, xvii^e^ s., d'après un vidimus du chapitre des Hospitaliers d'Allemagne, du 26 mai 1323).

Dat. Anagnie, iii nonas maii, pontificatus nostri anno vi.

1. Pauli a reproduit ce seing manuel. (V. n° 2662.)
2. L'incipit donne la variante : « Vestre devotionis », et la rubrique de la table des chapitres du manuscrit porte : « Require Basilee et Colonie ».

**2953.** — 7 mai 1260, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent III, du* 8 *mai* 1199 : « *Religiosos viros fratres* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 1071.)

Source : Düsseldorf, Arch. roy. d'état, command. des SS. Jean et Cordule de Cologne, n° 4 (orig.).

Dat. Anagnie, nonis maii, pontificatus nostri anno vi.

**2954.** — 7 mai 1260, Anagni.

*Le pape Alexandre IV renouvelle la bulle d'Alexandre III, du* 19 *juillet* 1171, 1172 *ou* 1180 : « *Paci et quieti* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 429.)

Source : Osnabrück, Arch. d'état, command. de Lage (vidimus du prévôt, du doyen, du chantre et du trésorier de l'église d'Osnabrück, du 31 décembre 1269). — Texte : Sudendorf, *Beiträge zur Gesch. des Landes Osnabrück,* 71, n° 18.

Dat. Anagnie, nonas maii, pontificatus nostri anno vi.

**2955.** — 13 mai 1260, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle de Grégoire IX, du* 1 *décembre* 1228 : « *Evangelice doctrine que* ». (*V. plus haut, n°* 1931.)

Source : Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, Y. 72, p. 43 (copie, xv^e^ s.) [1].

Dat. Anagnie, iii ydus maii, pontificatus nostri anno vi.

**2956.** — 15 mai 1260, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle de Grégoire IX, du* 23 *février* 1228 : « *Cum abbates Cisterciensis* » (*V. plus haut, n°* 1908.)

Sources : Arnheim, Arch. de la prov. de Gueldre, fonds S. Jan, n° 10 (vidimus de l'official d'Utrecht et de l'abbé de S. Paul d'Utrecht, de 1315) ; Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, cartul. 393 F, p. 69 (copie, xvii^e^ s., d'après un vidimus du 24 novembre 1266); Colmar, Arch. de l'anc. dép. du Haut-Rhin, H. ordre de Malte, generalia, carton I (vidimus du prévôt de la Trinité de Spire et des prieurs des frères gardiens et prêcheurs de Spire, du 25 novembre 1266); Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, Y. 72, p. 19 (copie, xv^e^ s.) [2]; Munster, Arch. d'état, command. de Herford, n° 15 (vidimus scellé de Gérard, doyen de S. Georges de Cologne, du 15 mai 1260) ; Strasbourg, Arch. de l'anc. dép. du Bas-Rhin, H. 1351, n° 6 (copie, xiv^e^ s.), et H. 1615, f. 14 *b* (copie, xiv^e^ s.).

Dat. Anagnie, idibus maii, pontificatus nostri anno vi.

1. La rubrique de la table des matières du manuscrit porte : « Require Maguncie ».

2. La rubrique de la table des matières du manuscrit porte : « Require Colonie ».

### 2957. — 15 mai 1260.

*Baudouin de Rüssle, évêque d'Osnabrück, termine par un accord le différend, survenu entre les Hospitaliers de Lage et Hermann Hake, qui avait élevé sans leur autorisation des travaux de défense (munitio) sur des biens leur appartenant. Pour éviter l'excommunication dont les Hospitaliers menaçaient Hermann Hake et ses fils, Ludolphe et Louis, celui-ci donne à l'ordre une maison à Rehlage (Retherlage), trois maisons à Riste, une à Belm (Belehem), une à Brandenwiehe (Bernewede), une à Noberhausen (Norberhusen), et la moitié d'une maison à Wenstrup (Wesentdorpe), en s'en réservant l'usufruit viager, ainsi que la moitié des revenus du moulin de Lage. Il s'engage à assurer le luminaire de Lage, constitué sur une maison à Biste, qui, après sa mort, fera retour aux Hospitaliers ; ceux-ci feront chanter tous les vendredis une messe dans l'église de la commanderie.*

Source : Osnabrück, Arch. d'état, command. de Lage (orig.). — Texte : Sudendorf, *Beiträge zur Gesch. des Landes Osnabrück,* 65, n° 12.

Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, presentem paginam conscribi fecimus, et sigillo nostro, una cum sigillis domini O[thonis], comitis de Tekeneborg[1], I. [*lisez* : Ludgeri], prepositi majoris, prepositi Gysilberti Osnaburgensis, et memorati Her[manni] Unci, in rei testimonium duximus roborandum. Acta sunt hec coram nobis : presentibus dicto preposito majore ; Alfgrimmo, Lubberto et Wetscelo, canonicis ecclesie nostre majoris ; Bernhardo, commendatore de Steinvordia ; Cesario, commendatore de Colonia ; et Alberone, commendatore de Lage ; Hermanno, nobili viro de Harstorpe ; Bernhardo de Varendorpe, Bernhardo de Gesmelle, Heinrico de Halen et Rodolfo de Kneem, militibus, et aliis quam pluribus. Datum anno Domini M CC sexagesimo, idus maii.

### 2958. — 1 juin 1260, Anagni.

*Le pape Alexandre IV confirme aux Hospitaliers de Flandre les libertés qu'ils tenaient du S. Siège, les exemptions d'impôts consenties en leur faveur par les rois, et les terres, dîmes et revenus dont ils jouissaient.*

Source : Paris, Bibl. nat., lat. 8999, n° 30 (orig. bullé).

Alexander, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, in Flandria, salutem, etc. Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis petentium precibus favorem benivolum impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates, a predecessoribus nostris Romanis pontificibus Hospitali vestro concessas, nec non exemptiones secularium exactionum, a regibus seu principibus vel aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis indultas, decimas quoque, domus, terras, vineas, possessiones, pascua, nemora, molendina, prata, redditus, mansos, maneria et alia bona vestra, sicut ea omnia juste ac pacifice obtinetis, vobis et per vos Hospitali vestro auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, salva in predictis decimis moderatione concilii generalis.

1. Othon II, comte de Tecklenbourg (1203-1262).

Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Anagnie, kalendis junii, pontificatus nostri anno VI.

**2959.** — 12 juin 1260, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle d'Innocent IV, du 20 avril 1200 : « Cum dilecti filii ». (V. plus haut,* I, *n°* 1115.)

Source : Gand, Arch. de l'état, chartes des comtes de Flandre, n° 106 (copie contemp. d'un vidimus du prévôt de N.-D. et du doyen de S. Jean d'Utrecht, du 13 décembre 1298). — Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 17893 ; de S. Genois, *Invent. anal. des chartes des comtes de Flandre,* 37.

Dat. Anagnie, II idus junii, pontificatus nostri anno VI.

**2960.** — 17 juin 1260, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle de Grégoire IX, du 10 novembre 1227 : « Quanto amplius esse ». (V. plus haut, n°* 1894.)

Source : Paris, Arch. nat., L. 253, n° 246 (orig.).

Dat. Anagnie, XV kalendas julii, pontificatus nostri anno VI.

**2961.** — 22 juin 1260, Anagni.

*Le même défend la construction de chapelles ou d'oratoires sans l'assentiment de l'évêque et des Hospitaliers dans les paroisses dépendant de l'Hôpital.*

Source : Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, Y. 72, p. 99 (copie, XV^e^ s.)[1].

Alexander, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis Jherosolimitani in Alamania, salutem, etc. Ne aliqua vos inquietudo perturbet, illius provisionis debemus adhibere remedium quod fore ad hoc noscitur opportunum. Hinc est quod nos, vestris supplicacionibus inclinati, quieti vestre paterna sollicitudine providere volentes, ne quis infra fines parrochialium ecclesiarum, ad Hospitale vestrum pleno jure spectancium, sine assensu dyocesani episcopi et vestro capellam seu oratorium de novo construere audeat, auctoritate presencium districcius inhibemus, salvis privilegiis pontificum Romanarum. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Anagnie, X kalendas julii, pontificatus nostri anno VI.

**2962.** — 22 juin 1260, Anagni.

*Le même renouvelle la bulle de Lucius III, du 7 mars 1185 : « Dilecti filii fratres ». (V. plus haut,* I, *n°* 752.)

Sources : Paris, Bibl. nat., lat. 8999, n° 31 (orig. bullé) ; Strasbourg, Arch. de l'anc. dép. du Bas-Rhin, H. 1516, f. 10 (XIV^e^ s.).

Dat. Anagnie, X kalendas julii, pontificatus nostri anno VI.

1. La rubrique de la table des matières du manuscrit porte : « Require Argentine ».

### 2963. — 28 juin 1260.

*Elike, comtesse de Ziegenhaim, et le comte Godefroy IV, son fils, avec l'autorisation de la comtesse Edwige de Castell, femme de Godefroy, donnent aux Hospitaliers de Nidda un jardin, situé à l'extrémité de la vieille ville, planté de poiriers, à charge par eux de célébrer, chaque année, l'anniversaire de feu Berthold, comte de Ziegenhaim, mari et père des donateurs.*

SOURCE : Darmstadt, Arch. du gr.-duché de Hesse, prov. de Hesse supérieure, Nidda, commanderie, n° 3 (orig. scellé). — TEXTE : L. Baur, *Hessische Urkunden*, I (Darmstadt, 1860), 84, n° 117.

Actum anno Domini M CC LX, in vigilia apostolorum Petri et Pauli.

### 2964. — 11 juillet 1260, Anagni.

*Le pape Alexandre IV à l'écolâtre de Vyšerhad, au diocèse de Prague. Il renouvelle la bulle du 21 janvier 1259 : « Dilectorum filiorum ». (V. plus haut, n° 2912.)*

SOURCE : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXVIII, n° 83 *bis* (orig. bullé).

Dat. Anagnie, v idus julii, pontificatus nostri anno VI.

### 2965. — 8 novembre 1260, Les Echelles.

*Béatrice*[1], *veuve de Raymond-Bérenger IV, comte de Provence, donne à Féraud de Barras, grand-précepteur de l'Hôpital « deça mer », le château et la seigneurie des Echelles au diocèse de Grenoble.*

SOURCES : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 47, f. 40 (copie, XVI° s., d'après une copie du 13 novembre 1266) ; Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 1125 (copie notariée du 24 janvier 1266).

In nomine [sancte] et individue trinitatis, patris, et filii, et spiritus sancti, amen. Que in tempore fiunt, ne labamtur cum tempore, poni solent in lingua testium ac scripture testimonio perhempnari. Eapropter noverint universi, presentes et posteri, quod nos Beatrix, relicta inclite recordationis domini R[aimundi] Berengarii, comitis Provincie, diem extremi examinis cupientes pietatis et misericordie operibus prevenire, ac eternorum intuitu seminare in terris quod multiplicato fructu in celis, Deo propicio, recolligere valeamus, attendentes quod « qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam[2]», sic in remedium et salutem anime nostre ac felicis memorie domine M[argarite][3], matris nostre, et domini comitis antedicti et progenitorum seu predecessorum nostrorum, ad laudem et gloriam Dei omnipotentis et gloriose virginis Marie ac beati Johannis et sanctorum omnium, de parte talenti nobis crediti duximus ordinandum, disponentes et inviolabiliter observari precipientes imperpetuum, prout inferius continetur. Donamus igitur pura mente et

1. Fille de Thomas, comte de Savoie.
2. S. Paul, 2e ép. aux Corinthiens, 9, ỳ. 6.
3. Marguerite de Faucigny, seconde femme de Thomas, comte de Savoie, mourut en 1233.

irrevocabili voluntate concedimus Hospitali sancti Johannis Jerosolimitani et domino Faraudo de Barratio, majori preceptori Hospitalis citra mare, recipienti nomine prefati Hospitalis, castrum, jurisdictionem, merum imperium sive mixtum, et dominium ac segnoriam de Scalis, Grationopolitane diocesis, et territorii sui sive districtus, cum pertinenciis et universis proventibus, fructibus seu redditibus, et aliis appendiciis, sive in militibus, domicellis vel aliis hominibus quibuscumque, sive in domibus, terris, pratis et aliis possessionibus seu tenementis, furnis, molendinis, nemoribus, pascuis, silvis vel saltibus, aquis, rippis, rapaticis, piscationibus, tractis, venationibus, laudismis et trezenis, bannis, censibus, justiciis, serviciis, talliis sive quistis, mercatis, lesdis et omnibus aliis quibuscumque, quocumque modo vel nomine censeantur, prout nos habemus, tenemus et possidemus, aut habere, tenere et possidere debemus vel vise sumus habere, exceptis hiis que ad domum Cartusiensem et fratres ejus pertinent, quibus nullum intendimus prejudicium generare, nec in donatione hujusmodi concludere quodad, aliqua que teneant vel possideant aut tenuerint seu possederint in dominio et segnoria castri de Scalis et territorii seu mandamenti et districtus ejusdem ; donamus, inquam, et concedimus, tali modo et condiccione appositis, ut in dicto loco fiat domus et ecclesia, ubi habitent et teneantur per ipsum Hospitale tresdecim sacerdotes et duo diaconi et tres clerici de proventibus supradictis et aliis, que, dante Domino, juste poterunt acquirere in futurum ; qui predicti Domino continue in divinis officiis ibidem perpetuo famulentur et sint de fratribus dicti Hospitalis, si reperiri poterunt ; alioquin alii subrogentur usque ad dictum numerum sufficientes et ydonei ad servicium faciendum. Adicimus insuper ut unusquisque sacerdotum semel in ebdomada, quamdiu vixerimus, unam missam de beata Maria, et, post decessum nostrum, unam mortuorum pro salute anime nostre specialiter debeant celebrare. Item adicimus, et specialiter et expressim, quanto carius possumus, inhibemus ne predictum castrum, cum pertinenciis suprascriptis universis et singulis, in toto vel in parte nec vendicionis, nec permutacionis, nec donacionis nec alio quovis alienacionis genere in alium vel alios transferatur, nec alicujus submittatur dominio preterquam dominio comitatus Sabaudie, si de fratrum ipsius Hospitalis gratuita forte procederet voluntate. Volumus etiam, ordinamus et precipimus quod hospitale pauperum cum pertinenciis suis, quod in eodem loco facere construere proponimus, Domino annuente subsit eis, et helemosinam faciant et manuteneant, prout nos ad sustentationem egenorum et miserabilium personarum Deo propitio disponemus. Promittentes per nos et nostros eidem preceptori, nomine dicti Hospitalis recipienti et sollempniter stipulanti, predictam donacionem firmam tenere ac irrevocabiliter observare, et contra non venire, dummodo sacerdotes, diaconi et clerici memorati teneantur ibidem, prout superius est expressum. Renunciantes omni juri, de insinuacione ultra certam summam loquenti, omnique juri canonico vel legali, per quod contra venire per nos vel alium aut alios possemus aliquo ingenio vel aliqua ratione, et specialiter juri, si quod est, per quod generalis renunciatio non valeret. Hanc itaque donacionem nos Feraudus, preceptor predictus, recipientes nomine Hospitalis predicti, et modum seu condiccionem appositum et appositam cum premissis ceteris hominibus acceptantes, domum et capellam de Brossia, ejusdem diocesis, cum pertinenciis suis et redditibus universis, prout ad Hospitale sancti Johannis Jerosolimitani pertinent seu pertinere debent, de fratrum nostrorum consilio applicamus in perpetuum, et annectimus ad majorem sustentationem [hujusmodi] [1] personarum. Promittentes nomine dicte domus prefate domine sollempniter stipulanti sacerdotes, diaconos et clericos antedictos, cum aliis personis necessariis, et ad utilitatem illius domus et dictarum personarum servicium opor-

1. Ce mot est une addition proposée, en marge de la copie de Marseille, par une main du XVII[e] s.

tunis, continue ibi tenere, tam de fratribus nostris quam de aliis, ad premissa sufficientibus et ydoneis, ad Jhesu Christi servicium et ad ipsius domine suorumque progenitorum salutem. Promittentes eidem, ut supra, nos facturos et curaturos bona fide quod major magister et conventus [Hospitalis] predicti de ultramare predicta omnia laudent, approbent et acceptent, et sub suarum testimonio litterarum sigillent et confirment ad majorem perpetui roboris firmitatem. Actum apud Scalas, in aula nostra, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo, VI ydus novembris, pontificatus domini Alexandri pape IIII anno sexto. Interfuerunt venerabiles patres domini Jo[hannes], Viennensis; H[enricus], Ebredunensis archiepiscopi; P., Saciensis episcopus [1]; Ph[ilippus], Lugdunensis electus. Iterum eodem die interfuerunt ad idem frater Gui de Chavellu; frater Arnaudus Osasiccha; frater Odo et frater Martinus, capellani; frater Raybaudus de Podio Michaele; Aymo Chatena; Petrus de Chavellu, et plures alii. In cujus rei perpetuam firmitatem, nos dicta Beatrix et nos dictus preceptor sigilla nostra presentibus appendi fecimus in testimonium veritatis. Ne autem servicium defraudetur predictum, neve in posterum helemosina subtrahatur, et ut predicta universa et singula perpetuo firmiter attendantur, volumus ambo et consentimus ut episcopus Gratianopoli[tanus], qui pro tempore fuerit, hoc constringat, et usque ad emendam congruam compellat quoscumque viderit et de jure noverit compellendos.

## 2966. — 8 novembre 1260.

*Gérard, commandeur de Thunstetten, et l'abbaye de S. Urbain transigent sur leurs prétentions aux dîmes à « Gurtinen an der Risaten », dans la forêt supérieure de « Slath », à Oberbrühl, près de Roggwyl, et à Hupoltsbühl.*

Source : Lucerne, Arch. d'état, Acta S. Urbani, I, 366 (copie). — Texte : *Fontes rerum Bernensium*, II, 520, n° 495.

Datum anno Domini M CC LX, in octava omnium sanctorum.

## 2967. — [11 novembre] 1260 [2].

*Arrêt du parlement de Paris, exemptant les vassaux des Hospitaliers de Normandie du paiement de fouage, que ceux-ci leur réclamaient, malgré l'exemption de cet impôt que le roi de France avait accordée à ces vassaux.*

Source : Paris, Arch. nat., $X^{1a}$ 1, f. 107 (copie, XIII^e s.). — Analyse : Boutaric, *Actes du parlement de Paris*, I, 43, n° 488. — Texte : Beugnot, *Les Olim*, I, 485.

1. Il y a ici une difficulté; la copie de Malte donne « Senecensis », et on pourrait supposer que le texte de Marseille a également voulu transcrire « Sa[ni]censis ». Mais la chronologie des évêques de Senez, quoique fort obscure pour cette époque, s'oppose à cette conjecture; Raymond, évêque de Senez, siégeait encore le 13 octobre 1260 ; il est donc impossible qu'il ait eu un successeur, élu et intronisé (l'acte ne portant pas : electus) dans le court intervalle qui sépare le 13 octobre du 8 novembre 1260. En outre, si cela était, l'évêque P. serait un nouvel évêque à ajouter à la liste épiscopale de Senez. (Renseignements communiqués par le chanoine J.-H. Albanès.) Il faut donc, quelque invraisemblable que cette hypothèse paraisse, interpréter « Saciensis » par « Sitiensis », évêché de Crète. Comme ni le nom de cet évêque de Citœum, ni la présence de celui-ci aux Echelles ne sont connus, l'interprétation reste douteuse.

2. Cette date n'est qu'approximative ; l'arrêt fut rendu pendant la session du parlement de la saint Martin d'hiver, c'est-à-dire à partir du 11 novembre 1260, en novembre ou décembre, peut-être même en janvier 1261, car la session de la saint Martin, la première après les vacances, était généralement très chargée et pouvait se prolonger jusqu'à la session suivante, celle de la chandeleur (2 février).

## 2968. — [11 novembre] 1260[1].

*Arrêt du parlement de Paris, après enquête faite par Dreux de Braye, chevalier, bailli d'Amiens, relativement aux droits du roi de France et des Hospitaliers d'Eterpigny.*

Source : Paris, Arch. nat., X[ia] 1, f. 21 (copie, xiii[e] s.). — Analyse : Boutaric, *Actes du parlem. de Paris,* I, 44, n° 502. — Texte : Beugnot, *Les Olim,* I, 120.

Inquesta facta per Droconem de Braia, militem, ballivum Ambianensem, inter dominum regem, ex una parte, et fratres domus Hospitalis Iherosolime de Tripigniaco, ex altera, super eo quod magister et fratres domus predicte conqueruntur quod prepositus Perone de novo dissaisivit eos de quodam homine murtrito, quem ipsi magistrer et fratres sepeliri fecerant prope Tripigniacum, in bivio chemini per quem itur de Noviomo apud Peronam ; in quo chemino dicunt ipsi magister et fratres se habere omnem justiciam et dominium, videlicet a chemino illo, per quem itur de Ambiano apud S. Quintinum, usque ad leprosariam, que est in introitu ville Perone erga Tripigniacum, prout se comportat cheminus ille de longo in longum. Dicunt eciam ipsi Hospitalarii quod ipsi usi fuerunt predicta justicia et dominio in chemino predicto. Ballivus predictus hoc negavit pro rege, dicens quod prepositi Perone a longo tempore usi fuerunt omni justicia et dominio in chemino predicto, cum casus accidit, et ipsi prepositi hoc sciverunt. Nichil probatum est pro Hospitalariis quantum ad altam justiciam in loco, de quo agitur ; remaneat rex in saisina.

## 2969. — Décembre 1260.

*Séguin, curé de Sampigny, certifie que Gérard de Rampillon et Girard de Bellecroix, commandeurs de Beaune et de Bellecroix, lui ayant autrefois, du consentement d'André Polin, leur prieur[2], concédé une partie des dîmes de Painblanc, et Philippe d'Egly, grand-prieur de France, lui ayant abandonné, à titre viager, la maison de Paris l'Hôpital, moyennant vingt bichets de froment et avoine, Jean des Monts, commandeur de Beaune, l'a exempté de toutes redevances ; il donne aux Hospitaliers, en compensation, sa grange et des terres à Painblanc, Navelon, Auxan, etc.*

Source : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, gr.-prieuré de Champagne, H. 1221 (orig.). — Analyse : E. Petit, *Hist. des ducs de Bourg.*, V, 197.

Actum anno Domini M CC sexagesimo, mense decembri.

## 2970. — 23 décembre 1260, Latran.

*Le pape Alexandre IV renouvelle la bulle de Lucius III, du 7 mars* 1185 : « *Dilecti filii fratres* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 752.)

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1121 (bull. Rub.), f. 121 (copie, xvi[e] s.) ; Paris, Arch. nat., MM. 11, f. 29 *b* (bullaire xv[e] s.). — Analyse : Prutz, *Malteser Urkunden*, 68, n° 308 (à la date erronée du 27 janvier 1261).

Dat. Laterani, x kalendas januarii, pontificatus nostri anno vii.

1. Sur la date, voir page 895, note 2.

2. Il était grand-prieur de France.

# APPENDICE

## CHARTES DU MONT-THABOR.

Quand l'abbaye du Mont-Thabor et ses possessions furent incorporées à l'ordre de l'Hôpital, par bulle du pape Alexandre IV du 1 avril 1255, les Archives de l'abbaye suivirent le sort des biens cédés et entrèrent dans celles des Hospitaliers. Un certain nombre d'actes nous a ainsi été conservé; S. Pauli, dans son *Codice diplomatico,* les a en partie publiés, mais quelques-uns lui ont échappé; quelques autres nous sont parvenus par les analyses, faites par Raybaud, au siècle dernier, d'après les archives de l'ordre[1]. Il a paru utile, à cause de l'intérêt que présentent ces chartes de Terre Sainte, de les grouper ici.

### I. — 1101.

*Tancrède, prince de Galilée, confirme à l'église du Mont-Thabor la possession de plusieurs casaux.*

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, bullaire original n° 6 (auj. perdu); Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 19, n° 121 (vidimus d'Alexandre IV, du 4 octobre 1256). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 200.

In nomine sancte et individue trinitatis, anno ab incarnatione sempiterni principii[2] M C L[3], indictione VIII[4], presidente in Jerosolymis donno Dei gratia patriarcha Dalberto[5], qui, a Deo per apostolicam sedem in Orientales regiones directus Latinorum primus, sanctam eandem rexit ecclesiam cum gloriosus Francorum exercitus sanctam Jerusalem, Sarracenorum diu prophanis conculcatam ritibus et elimitatam[6] omni spurcitia, cultibus iterum instaurasset divinis, Tancredus, vir nobilis, armis strenuus, sed non nimis[7] morum honestate ac religione perspicuus, et circa ecclesias Dei earumque ministros devotus, a duce Godefrido[8], totius Orientis serenissimo principe constituto, Tyberiade[9] cum tota Galilea ejusque pertinentiis accepta sub manu et obedientia donni prefati Jerusolimorum[10] presulis, ecclesias Salvatoris,

1. *Inventaire des pièces de Terre Sainte de l'ordre de l'Hôpital,* par Jean Raybaud (1741), conservé aux Archives départementales des Bouches-du-Rhône, et publié par nous dans la *Revue de l'Orient Latin,* III (1895) 36-106.
2. Pauli: principis.
3. Pauli donne plus exactement: M C I.
4. L'indiction est erronée.
5. Pauli: Daiberto.
6. Pauli: eliminata.
7. Pauli: minus.
8. Godefroy de Bouillon.
9. Pauli: Tyberiada.
10. Pauli : Jerosolimorum.

antiquitus quidem in eadem terra celebres, sed tunc Sarracenorum infestatione adnichilatas, restaurare proposuit. Quarum primam et singularis attestatione miraculi ab ipso Salvatore decoratam, eam scilicet in qua in Monte Thabor Dominus transfiguratus, ejus in qua resurrecturi sumus glorie glorificatione, sui corporis nobis veritatem ostendit, vir idem, Deo plenus, propensius exaltare et honorare intendens, sub venerabili ejusdem ecclesie patre donno scilicet abbate Gerardo, que antiquitus possederat, innovato jure eidem sancte Salvatoris ecclesie reddidit casalia quedam, et nunc est[1] in perpetuum illi possidenda, quedam vero decimis tantum retentis propter terrarum angustias et indigentiam militum militibus interim concessa. Que autem eidem sancte Salvatoris nostri ecclesie libere concessa sunt, hec sunt : Mons Thabor, in quo eadem sita est ecclesia, cum omnibus que sibi adjacent undique. Item casale, cui[2] nomen est Kapharthemme[3] et Kapharsepti ; quorum autem decimas tantum nunc habent, militibus, ut dictum est, propter terrarum angustias ceteris interim concessis, tandem ad ecclesiam libere reditura, hec sunt nomina : Naym[4], Seiera, Lubie, Arbel. Sunt autem et alia quedam casalia, ad ejusdem ecclesie jus pertinentia, que nunc, bellorum tempestate vastata, nullo coluntur inhabitatore, hec videlicet : Casta, Mesara, Jubeim, Messa, Endor, Maluf, Elful, Mangana, Cresum, Buria, Capharmada. Habet et juxta flumen Jordanis duo alia : Huseme, Sesye ; ultra flumen, adhuc a Turcis possessa : Kaharthe, Teletarpe[5], Pereka, Ayton[6], Kapharsa Kary[7]. In monte autem Panya, Naame ; in montanis Sur, Alma de Suchen[8]. Firmata autem sunt hec laude et consensu gloriosissimi et christianissimi regis Balduini[9], qui fratri suo prefato duci G[odefrido] in regnum Asye successit, donno quoque patriarcha Dalberto[10] auctoritatis sue decreto hanc paginam confirmante. Gratia, pax et misericordia a Deo patre domino nostro Jesu Christo omni sancte huic ecclesie hec jura conscripta tuenti. Si quis autem sancti[11] hujus instituti temerator aut violator esse presumpserit, aut ex hiis aliquid[12] diminuere temptaverit, cum Chore, Dathan et Abyron pena militandus[13] eterna, maledictionis eterne sententiam, qui hic et in eternum subibit, fiat.

## II. — 29 juillet 1103, Latran.

*Pascal II confirme à l'abbaye du Mont-Thabor la possession de divers biens : « Propheta Domini ».* (*V. le texte de cet acte, p.* 827, *n°* 2832.)

SOURCES : (V. plus haut, p. 827, note 1).

## III. — 1107.

*Baudouin I, roi de Jérusalem, donne à l'abbaye du Mont-Thabor divers casaux.* (*V. le texte de cet acte, p.* 826, *n°* 2831.)

SOURCES : (V. plus haut, p. 826, note 1).

1. Pauli : et.
2. Pauli : cujus.
3. Pauli : Kapharchemme.
4. Pauli : Raym.
5. Pauli : Taletarpe.
6. Pauli : Perekayton.
7. Pauli : Kapharsakai.
8. Pauli donne la leçon suivante, certainement fautive : in montanis, Suralma de Fuchen.
9. Baudouin I, roi de Jérusalem.
10. Pauli : Daiberto.
11. Pauli : sacri.
12. Pauli : aliquis.
13. Pauli : multandus.

## IV. — 1112.

*Gibelin de Sabran, légat apostolique, met fin au conflit qui existait entre l'évêque de Nazareth et l'abbé du Mont-Thabor.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 1, n° 7 (vidimus de Joscelin, archevêque de Césarée, donné à Acre le 6 juillet 1255[1]). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 3.

In nomine sancte et individue trinitatis, patris, et filii, et spiritus sancti, amen. Ego Gybilinus, episcopus ad Orientales ecclesias ab apostolica sede directus, Dei inspirante clementia ipsas ordinare et in meliorem statum erigere desiderans, que jam diu in eis ordinata fuerant reformare disposui. Consilio episcoporum, abbatum et Arnulfi, Iherosolimitani archidiaconi, assensuque et petitione domini gloriosissimi regis Balduini, procerumque suorum, dissensionem, que inter ecclesias longo tempore manserat, pace interposita mitigavi. Inter cetera igitur Dei beneficia, que nobis honeste agenda misericorditer concessit, contentionem, que inter episcopum de Nazareth et abbatem de Monte Thabor de dignitatibus ecclesiarum suarum orta fuerat, utrisque partibus assentientibus, sedavi, ea scilicet constitutione ut ordinationem abbatis et monachorum, consecrationemque majoris ecclesie locus de Monte Thabor ab Iherosolimitano patriarcha in sempiternum absque ulla contradictione susciperet. Cetera vero, que ad jus episcopi pertinent, a predicto episcopo de Nazareth, crisma videlicet et oleum et parrochialem vicarium, semper habebunt. Tertiam preterea partem totius decime Tyberiadis et ad ipsam pertinentium, tam de militia quam de terre cultura et nutrimento pecorum, a prelibato episcopo ecclesiam de Monte Thabor in perpetuum possidere atque ad victum monachorum illic Deo servientium statuimus, episcopis et clericis omnibus in communi concilio residentibus hoc ipsum laudantibus, glorioso rege B[alduino] et optimatibus ejus cunctis unanimiter assentientibus. Hoc autem ita factum est ut, si fratres sepedicti loci de decima peregrinorum militum, qui nundum terre possessiones habuerunt, habere contigerit, due partes erunt episcopi, tertia fratrum denominati loci. Si quis itaque hujus nostre confirmationis paginam violare et ad nichilum redigere temptaverit, a totius Christianitatis consortio segregatus maneat, usque quo ad satisfactionem et emendationem veniat. Qui vero observaverint, sit eis pax perpetua et salus continua in secula, amen. Actum est hoc anno dominice incarnationis millesimo centesimo duodecimo, indictione quinta, regni vero gloriosi regis B[alduini] anno XI. Signum G[ybelini] episcopi, apostolice sedis legati. S. domini regis Balduini. S. Arnulfi, archidiaconi. S. Ebremari, Cesariensis archiepiscopi. S. Rogerii, Ramathensis episcopi. S. Bernardi, Nazareni episcopi. S. Balduini, electi Baruti.

## V. — 15 juin 1115, S. Mauro.

*Richard, sénéchal de Pouille, fils de Drogon, grand comte de Pouille, donne à Raymond, abbé du Mont-Thabor, des possessions étendues à Lecce et aux environs.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 1, n° 10 (orig.). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 4.

In nomine sancte et individue trinitatis, patris, et filii, et spiritus sancti, amen.

1. Ce vidimus, transcrit à la requête du grand-maître des Hospitaliers par Aliotto Uguiccone, juge et notaire impérial, mentionne que l'original était bullé de la bulle de plomb de Baudouin I, roi de Jér-

Justis petitionibus omnium, et maxime servorum Dei, assensum prebere, ad religionem pertinet christianam, precipue tamen ad eos, qui in sublimitate principatus hujus mundi sunt constituti, ut omnes juste regant, pie foveant et in necessitatibus suis pro viribus sustentent. Audivimus etenim in evvangelio : « Qui recipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet[1] ». Quamobrem ego Richardus, senescallus, magni comitis Drogonis filius, mercedis alicujus justi particeps utcunque fieri desiderans, domini Raymundi, venerabilis abbatis cenobii S. Salvatoris de Monte Tabor, aliquam mansionem vel receptaculum in terra nostra, que ad Ebriaticum pertinet, habere cupientis, petitionem pro Dei amore libenter suscepi, et pro remedio anime mee et predicti patris mei Drogonis, scilicet nobilissimi comitis[2], nec non Robberti Guiscardi, avunculi mei, probissimi ducis[3], filiique ejus Roggerii[4], non minoris memorie ducis, sed et matris mee[5], et uxoris mee Altrudis, et Rocce, sororis mee[6], omniumque parentum meorum, tam vivorum quam defunctorum, tribuo et perpetualiter possidendum concedo ecclesie S. Salvatoris de Monte Tabor, et tibi venerabili patri et domino Raymundo, omnibusque fratribus monacis ejusdem loci, tam presentibus quam futuris, in presentia horum fratrum tuorum, qui modo tecum sunt, Martini scilicet atque Raynaldi, montem totum, in quo situm fuit castrum Licie, sicut ab incolis ipsius loci in domibus et quibuscumque mansionibus intra muros vel extra muros antiquitus extitit possessus, ita ut ex parte nostra licentiam ac potestatem habeatis inibi homines congregandi, qui montem illum inhabitent, et ecclesie S. Salvatoris et monacis ejusdem loci tantummodo debitum servitium exhibeant. Monaci quoque et omnes ejusdem loci habitatores habeant pascua, tam in silvis quam in planis locis terre mee, ad pecora, porcos et cetera sua animalia pascenda, sine aliqua ex parte nostra herbatici vel pasnatici seu cujuscumque rei alterius exactione. Addo etiam dominicam culturam meam, que est inter Liciam et castellum, quod dicitur Psichro, ita solutam et quietam atque completam sicut eam hucusque possedi, nec non et aliam culturam, que fuit domine Altrudis, supradicte uxoris mee, similiter quietam et completam ex integro, sicut eandem culturam ipsa domina melius habuit die una et nocte una. Quam culturam ex parte orientis terminat propria terra Johannis Bardarii, et ex parte occidentis alia terra ejusdem Johannis Bardarii, ubi est area ejus ; ex parte vero austri dividit eam via puplica, que tendit ad mare ; at ex parte aquilonis separat eam altera via puplica, que a Licia similiter tendit ad mare. Concedo quoque terram, que est circa ecclesiam S. Andree apostoli, quam ex utraque parte due vie puplice terminant, nec non et totam vallem illam, in qua fabas seminatas habui, quas tempore famis pro Dei amore pauperibus erogavi. Hanc autem elemosinam, sicut supra scripta est et determinata, solutam et quietam Deo, Salvatori nostro, et vobis fratribus omnibus in Monte Tabor degentibus in perpetuum dimitto, ita ut nec michi nec alicui heredum vel successorum meorum ex hac helemosina liceat quicquam exigere, nisi gratiam divinam et peccatorum remissionem. Ut autem hujus elemosine libertas firma sit et stabilis, sub tutela, dominio atque custodia matris ecclesie S. Donati, in cujus parrochia est, omniumque episcoporum ejusdem loci perpetualiter ipsam helemosinam constituo. Ad consumationem quoque hujus helemosine firmitatis et stabilitatis atque commemorationem liberalitatis, cartam istam per manus Jaffarii, notarii nostri, scribi, et cum nostro tipario bulla plumbea signari precepi. Signum etiam crucis Christi manibus propriis, sub testimonio horum, quorum nomina subscripta sunt, apposui. Facta est igitur et corroborata hec carta

usalem, et du sceau de cire de Gibelin, archevêque d'Arles, et décrit ces deux sceaux.

1. S. Matth., 10, ℣. 41.
2. Fils de Tancrède de Hauteville, mort en 1051.
3. Fils de Tancrède de Hauteville, mort en 1085.
4. Roger Bursa, fils de Robert Guiscard, mourut en 1111.
5. Nous ignorons le nom de la femme de Drogon ; elle était fille du comte d'Aversa.
6. Aussi appelée Hala par les historiens.

aput castrum S. Mauri, quod est in Calabria, mense julinio, XVII kalendas julii, anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi M C XV, indictione VIIII[1]. Ego predictus Richardus hoc signum sancte crucis ad confirmationem hujus carte manibus propriis subscripsi, et huic donationi vineam, que fuit filii Neceforii, addidi. Insuper ut monaci habeant potestatem piscandi per suos piscatores in toto mari preter fossam; in fossa etiam, si dominus abbas de Monte Tabor affuerit, vel tales persone, quibus pisces necessarii fuerint ad refocilationem eorum, licentiam habeant piscandi. Ego Johannes, Ebriatice sedis indignus episcopus, subscribo et confirmo, salvo jure nostro episcopali. (*Seing manuel*[2]) Signum manus Basilii, imperialis protonobilissimi. Stefanus hoc scriptum testatur presbiter istud. Ego Raymundus, S. Salvatoris cenobii abbas indignus, et ceteri fratres ejusdem loci, presentes et futuri, nobilissimum Richardum, senescalcum, cum omni parentela ejus, pro hoc beneficio et aliis, que Deo volente largiturus est, in fraternitate nostra recipimus, ut amodo totius beneficii nostri, tam orationum quam helemosinarum, participes sint, et in calendis uniuscujusque mensis pro salute domini Richardi, hujus beneficii largitoris, missam in conventu, cum ceteris officiis ad missam pertinentibus, sine intermissione, Deo donante, celebrare promittimus. S. Tostini de Duno. S. Moysi, nobilissimi militis. S. manus Drogonis de Ollano. S. Pandulfi, militis. S. Effredi, stratigoti. S. manus Stefanitii, senescalci ducis. Si quis vero hujus helemosine donationem infringere vel violare presumpserit, libram auri curie, et aliam monacis predictis componat, et, nisi satisfecerit, anathematis vinculo alligatus perpetualiter maneat.

*Au dos* : Privilegium senescali, magni comitis Drogonis filius (*sic*), de donactione castri Licie abbati et monachis Montis Thabor. 6.

## VI. — 15 mars 1135.

« *Jugement rendu par Pons, comte de Tripoli, entre le monastère du Montthabor et quelques particuliers, sujets dudit comte, concernant les bornes de leurs possessions, des ides de mars* 1135. »

Analyses : Delaville Le Roulx, *Inventaire de pièces de Terre Sainte de l'ordre de l'Hôpital*, dans *Rev. de l'Orient Latin*, III, 47 ; Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. invent. des chartes de Syrie, n° 20 (XVIII<sup>e</sup> s.).

## VII. — 1 décembre 1139.

*Raymond II, comte de Tripoli, confirme au monastère du Mont-Thabor la possession du casal de Bethsama.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 1, n° 35 (orig.). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I. 19.

In nomine sancte et individue trinitatis, patris, et filii, et spiritus sancti, amen. Notum sit presentibus atque futuris quoniam humani generis memoria labilis est, nec ejusdem status semper esse valet. Ac de causa ego Raimundus, Dei gratia comes Tripolis, et Hodierna, eadem gratia Tripolis comitissa, pro salute nostra

1. L'indiction est fautive.
2. Ce seing manuel représente un rectangle, qui est lui-même divisé en quatre rectangles plus petits par un trait vertical et par un trait horizontal.

nostrorumque predecessorum, videlicet comitis Raimundi[1] atque Bertranni[2] et Willelmi Jordanis[3], nec non et Pontii[4], patris mei inclite memorie, atque matris mee Sicilie[5], confirmamus et auctorizamus ecclesie S. Salvatoris Montis Tabor casale quoddam, quod vocatur Bethamum, cum omnibus suis pertinentiis, siquidem cum terris et olivetis, et vineis, et omnium generum arboribus ; reddimus eciam atque concedimus particulam illam, quam Georgius Syrus quocumque modo, sive vi sive dolo, predicte ecclesie S. Salvatoris ejusdemque loci monachis auferebat ; hec pars, quam auferebat, est ex parte Bethelion. Territorium hujus casalis, scilicet Bethsami, terminatur ab oriente usque ad viam antiquam, que est inter Botsoflam et Bethsamum casale nominatum ; a meridie usque ad viam veterem juxta Bethelyon ; ab occidente usque ad terram S. Marie Latine ; a septemtrione usque ad territorium casali[s] Petri de Podio Laurentii, scilicet Montemcucul. Hoc, inquam, casale, ut prefati sumus, confirmamus et restauramus pretaxate ecclesie S. Salvatoris per Gaufridum, Dei gratia ejusdem loci abbatem, et Martinum, priorem, et Garnerium, monachum, atque Pontium Renuardi, in presentia domini Giraudi, episcopi Tripolis, et Giraldi, Raphaniensis episcopi, et Alberici, prioris Montis Peregrini, nostrorumque baronum consilio atque benivolentia, videlicet Silvii, constabularii, Petri de Podio Laurentii, et Willelmi Ebriaci, et Guocelini de Chalmunt, et Willelmi de Crat, et Petri Raymundi de Balma, aliorumque nostrorum baronum, qui omnes testes inter existunt. Quapropter dominus Gaufridus, prefatus abbas, ceterorum fratrum consilio, concedit et auctorizat, pro salute nostra omniumque parentum nostrorum, lampadam unam jugiter ardere in conspectu transfigurationis Domini in Monte Tabor. Facta est autem hec carta anno ab incarnatione Domini M C XXX IX, indictione II, luna VII, XIII idus decembris[6]. Signum Raimundi, comitis Tripolis. S. Hodierne, comitisse. Qui hanc cartam scribere jussimus, firmavimus, testibusque subnotatis firmari precepimus. Quicumque ergo hoc nostrum donum violare vel calumpniare presumpserit, tantum prescriptis monachis in duplo coactus persolvat quantum eis exinde auferre conatus fuerit ; atque hujus nostre assertionis auctoritas jure perpetuo rata semper et inconvulsa permaneat. S. Jotranni, cancellarii, qui hanc cartam dictavi. S. Pontii de Syura. Pontii Bernardi. S. Alberti, magistri comitis. S. Giraudi Zelox. S. Brunelli, senescalci. S. Raimundi Alnaldi. S. Rainaldi, camerarii. Ego Guarinus, scriba de Bethleem, hanc cartam jussu scripsi, die et anno prefixo.

### VIII. — 21 janvier 1146.

*Le même donne à l'abbaye du Mont-Thabor des maisons à Tripoli.* (*V. le texte de cet acte, p.* 828, *n°* 2833, *note* 1.)

SOURCES : (V. plus haut, p. 828, note 1).

### IX. — 4 mai 1146, Sutri.

*Eugène III confirme à Pons, abbé du Mont-Thabor, les privilèges de l'abbaye : « Propheta Domini ».* (*V. le texte de cette bulle, p.* 823, *n°* 2829.)

SOURCES : (V. plus haut, p. 823, note 1).

1. Raymond I, comte de S. Gilles.
2. Bertrand de Toulouse, fils naturel de Raymond I.
3. Comte de Cerdagne, neveu de Raymond I.
4. Pons, fils de Bertrand de Toulouse.
5. Veuve de Tancrède, prince d'Antioche.
6. Cette manière de compter les ides est anormale, mais elle coïncide avec le calcul de la lune, et la date du 1 décembre n'est pas douteuse.

## X. — 1147.

*Le comte Robert, fils du comte Acton, donne à l'église du Mont-Thabor le passage du Tronto, le droit de bâtir un pont sur le fleuve et un monastère à Colondello, et lui confirme diverses donations.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 1, n° 48 (orig.). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 203.

Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi M C XL VII, ego Robertus, Dei gratia comes, filius venerabilis Actonis, comitis, consilio et voluntate uxoris mee S. comitisse, et filiorum meorum, scilicet mater (*sic*) et aliorum filiorum meorum, omniumque baronum nostrorum, reddo ecclesie S. Salvatoris de Monte Tabor et Uberto, priori, donum a patre meo, scilicet venerabili comite Actone, factum, videlicet transitum Tronti ; et ex parte mea filiorumque meorum do et omni auctoritate concedo suprascripte ecclesie S. Salvatoris de Monte Thabor ipsius Tronti transitum absque ullius contradictione, jure ereditario possidendum, tali conditione ut fratres S. Salvatoris de Monte Thabor constituant monasterium in honore S. Salvatoris in territorio Colondello, et pontem ad transeundum peregrinos. Nos vero, ex parte Dei, pro remedio anime patris mei omniumque parentum meorum, omnibus ominibus terre nostre damus liberam potestatem donandi super dicto monasterio vel ponti de beneficiis suis, aut de vineis, aut de terris quicquid voluerint absque ullius contradictione. Terram autem, quam Guillelmus Berardi et Jacobus, frater ejus, supradicto monasterio et ponti dederunt, nos concedimus, et privilegio nostro confirmamus, scilicet quicquid in planitie Colondelli, justa capellam pontis et in rota fluminis, et ultra flumen proprie possidere videntur. Donum autem Jonathe, quemadmodum Willelmus et Jacobus audierunt, nos concedimus. Hujus donationis sunt testes : ipse Guillelmus Berardi ; et Jacobus, frater ejus ; et Jonatha ; et Acto, filius ejus ; et Tancredus de Montorio ; et Berardus, nepos ejus ; et Transmundo Collemadio ; et Rainaldo Gisoni ; et Gualterii de Turri. S. Johannis, S. Flaviani archipresbiteri. S. Nazarii, notarii comitis. S. Johannis Ziri. S. Johannis Bertrandi.

## XI. — 1152.

*Pons, abbé du Mont-Thabor, cède à Hugues de Bethsa, sous certaines conditions, les casaux Tubania et Geluth.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 2, n° 7 (orig.)[1]. — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 204.

Quoniam ea que geruntur facile oblivioni traduntur, nisi literarum monimento retineantur, idcirco noscant presentes atque futuri quod ego P[oncius], Dei gratia ecclesie S. Salvatoris Montis Thabor humilis abbas, consilio et assensu domini G[uidonis], sancte Romane ecclesie cardinalis atque Orientalis legati[2], communi fratrum consensu, tam monacorum quam laicorum, do et concedo Hugoni de Bethsa, fratri nostro, heredibusque suis legitimis, legitime de eo natis, jure perpetuo possi-

1. Pauli a reproduit le sceau de l'abbé du Mont-Thabor, aujourd'hui perdu (*Cod. dipl.*, I, pl. 2, n° 18.)

2. Guy Bellagio, promu cardinal en 1138, fut légat en Aragon et en Terre-Sainte. Il mourut vers 1155.

dendam Tubaniam atque Geluth cum suis pertinentiis. Ille vero, recognoscens jura ecclesie S. Salvatoris Montis Thabor, decimam predictorum casalium, quam prius abstulerat, sponte atque bona voluntate prefate ecclesie restituit. Morte autem sibi accidente, quam nemo devitare potest, corpus suum predicte ecclesie deferre jubebit, ut ibi honorifice a fratribus sepeliatur ; similiter heredes ipsius, de lumbis suis egredientes, facturi erunt. Quod si heredes ejus penitus defecerint, supradicta casalia ad ecclesiam cum omnibus rebus, que in illis erunt, revertentur. Anno M C L II ab incarnatione Domini, indictione XV. Hujus rei testes sunt : Romanus ; Johannes ; Robbertus ; Raimundus ; Joannes Petrus ; Johannes, cantor ; Arnaldus ; Marenda ; Bertrannus ; Ugo de Iherusalem ; Girardus Pisanus ; Petrus ; Uguelinus ; Stephanus Manzo ; Iterius ; Willelmus de Tripolim ; magister Willelmus, canonicus Sydonie ; magister Georgius ; Lancelinus ; Willelmus de Avers ; Alexius, presbiter.

## XII. — [1159-1163[1]].

*Bulle d'Alexandre III pour l'abbaye du Mont-Thabor : « Cum ultramarinis per orbem ecclesiis ».* (*V. cette bulle, p.* 825, *n°* 2830.)

SOURCES : (V. plus haut, p. 825, n° 2830).

## XIII. — 1163, Acre.

*Raymond III, comte de Tripoli, ratifie, en qualité d'arbitre, un accord, intervenu entre Bernard, abbé du Mont-Thabor, et Pierre de Nimenes, à l'occasion des biens que l'abbaye possédait aux environs de Tripoli et du casal Bethsama.*

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 2, n° 26 (chirographe orig.). — TEXTE : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 208.

In nomine sancte et individue trinitatis, patris, et filii, et spiritus sancti, amen. Omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, hanc cartam memorialem volo esse cognitam, quam ego Raimundus, Dei gratia comes Tripolis, mediator hujus rei, ex utraque parte bona fide benigno corde jussi fieri, de conventione, que fuit facta inter dominum Bernardum, abbatem Montis Thabor, et Petrum de Nimenes, et fratrem suum ejusdem nominis. Conventio hujus rei sic divisa et concessa fuit in domo Girardi de Conilz in Acon, coram illis qui audierunt et viderunt, et qui etiam hujus negocii testes sunt, quod dominus B[ernardus], abbas de Monte Thabor, comuni assensu ejusdem ecclesie capituli, bona fide et absque malo ingenio dedit et concessit Petro de Nimenes et fratri suo ejusdem nominis, et legitimis heredibus eorum, quicquid habebant infra ambitum civitatis Tripolitane, casale etiam quoddam, in territorio Montis Peregrini situm, Betahmum nomine, et reliqua omnia, que possidebant in universo comitatu Tripolitano, die illa usque ad XXV annos possidenda. Tali videlicet pacto quod duo fratres supranominati die illa dederunt pro emptione novem centum bisantios domino abbati, et in unaquaque sollempnitate paschali predictorum annorum centum bisantios Sarracenatos ipsi aut posteri sui in Monte Thabor sunt reddituri. Transacto vero spatio XXV annorum, casale jamdictum, cum reliquis omnibus superius nominatis ejusdem valoris quo tunc fuerunt,

1. Nous avons pu établir cette date approximative, parce que nous savons qu'Alexandre III devint pape en 1159 et qu'en 1163 Pons, auquel cette bulle était adressée, n'était plus abbé du Mont-Thabor.

cum melioratione ab ipsis facta, libere et absolute Monti Thabor denuo possidendum debet reverti. Sed hoc sciendum est quod, si Petrus de Nimenes vel frater suus jamdictus aut heredes eorum, propria voluntate vel necessitate aliqua imminente, venditionem aliquam supradictarum rerum facere voluerint, licebit eis usque ad prefinitum tempus xxv annorum vendere, donare, impignorare, et omnem voluntatem suam facere quicumque voluerint, exceptis domibus alicujus religionis et militibus seculi, salvo semper per omnia censu annuali, et integritate atque melioratione pretaxate possessionis. Sed abbati primum dicendum est; et, si voluerit retinere eodem pretio quo et alter voluerit habere, debet habere. Verum si culpa Petri de Nimenes vel fratris sui aut heredum suorum supradicta fuerint devastata, non ideo minus annualis census Monti Thabor redderetur. Verumtamen si hostes Crucis Christi domos destruerent, oliveta quoque et vineas omnino radicarent, annualis census infra terminum xxv annorum Monti Thabor a supradictis minime persolveretur, possessionem vero suam Mons Thabor tamdiu possideret donec annualis census de ipsa persolvi posset, et postea illis reverteretur usque ad prefinitum tempus. Item manifestum habeatur quod, si ille, qui teneret possessionem, censum annualem solvere nollet, abbas ad ipsam possessionem reverti debet. Ut autem hec conventio firmiter et inconcussa permaneret, precibus abbatis Montis Thabor et suorum, et Petri de Nimines et suorum, testium subscriptione et sigilli mei impressione cartam muniri precepi. Et ne variis atque incertis etatis discursibus oblivioni traderetur, per alfabetum dividitur. Facta est hec carta anno ab incarnatione Domini M C L XIII, regnante in Iherosolymis rege Amalrico, anno primo regni ejus. Hujus rei testes sunt, qui audierunt et viderunt, et in presentia quorum factum fuit : Garinus videlicet, prior ejusdem ecclesie ; Jacobus, supprior ; Dominicus, cantor ; Geraldus, monacus ; Gervasius, monacus ; Lancelinus, monacus ; Ademarus, monacus ; Nicolaus, monacus ; Petrus, monacus ; Stephanus, monacus ; Rainerius, monacus ; Johannes, monacus ; Hugo, monacus ; Arnulfus, cellerarius ; Stephanus, monachus ; Johannes, monachus ; Hugo, monachus ; Martinus, monacus ; Marcus, monacus. De laicis fratribus : Johannes ; Odo ; Radulfus. De turcopolis : Petrus Baptizatus, et filius ejus ; Gofridus ; Martinus Daragun, et nepos ejus ; Stefanus ; Odo ; Galo ; Durannus ; Petrus de Cafarset ; Pontius ; Tancredus, et filius ejus ; Godefridus ; Giraldus, aliique quamplures, cum Galcherio de Nazaret. Ex parte vero Petri de Nimenes et fratris ejus Petri : Raimundus, illustris comes Tripolitanus ego ; Hugo Sine Censu, Tripolis constabularius ; Willelmus Porcelet ; Salamanc ; Pipinus de Vignoles ; Willelmus Ervei ; Petrus de Luneres ; Ripertus Malsanc ; Ridellus, Montis Peregrini castellanus ; Raiz Escandar ; Bernardus S. Nazarii ; frater Raimundus Escatius, et Hugo. Fratres Hospitalis : Willelmus ; Jordanus Davignus ; Pontius Caiphe ; Pontius S. Egidii.

## XIV. — [24-30] septembre 1169[1].

*Geoffroy le Tort fait à Garin, abbé du Mont-Thabor, une rente annuelle de douze besants, assise sur les revenus du casal Manueth, en échange d'un paysan, habitant Cassia, cédé par Roger le Tort, père du constituant, à l'abbaye du Mont-Thabor.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 2, n° 52 (orig.). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.,* I, 209.

In nomine sancte et individue trinitatis, patris, et filii, et spiritus sancti, amen.

1. Si, comme cela est probable, l'indiction, employée ici par le rédacteur de l'acte, est celle du 24 septembre, la date de cette pièce se trouve circonscrite entre le 24 septembre et le 30 septembre 1169.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Goifredus Tortus concedo et trado in perpetuum tibi Garino, Dei gratia ecclesie S. Salvatoris Montis Thabor venerabili abbati, duodecim bisantios, in pascha apud domum meam Accon annuatim suscipiendos, de zuchare mei casalis, quod dicitur Manueth; prenominatos quidem duodecim bisantios a me Gaufrido, vel a meis heredibus, seu etiam quicumque ab his quicumque terram Manueth possederint, tu, venerabilis abbas, et tui successores perhempniter, ut dictum est, accipere debebitis, tali videlicet tenore quod, consensu et voluntate totius capituli, villanum, stantem in loco qui dicitur Cassia, quem pater meus Rogerius pro helemosina ecclesie Montis Tabor prebuit, michi Gaufrido et heredibus meis restituatis, et commutationem mecum pro duodecim bisantiis, quos memorate ecclesie concedo, perhempniter fac[iat]is. Hoc autem factum est anno dominice incarnationis M C LX VIIII, mense septembri, indictione III. Hujus rei sunt testes : Lanzulinus, prior ; Dominicus, subprior ; Girardus, cantor ; Ugo Pisanus ; Petrus de Podio ; Martinus, Stephanus, Marcus, Dominicus, monachi. Et ceteri omnes milites : Symon de Laa ; Rau de Batailla ; Egidius ; Helyas ; Petrus de Savaingny ; Odo et Godofridus, tricopuli, de Buria.

## XV. — Avril 1171.

« *Donation de Gautier, prince de Galilée, du consentement d'Eschive, sa femme, et de ses enfants, au monastère S. Sauveur de Monthabor, d'une cense de vingt besans sur le fondigue de Tibériade, au mois d'avril de l'an* 1171. »

Analyse : Delaville Le Roulx, *Invent. de pièces de Terre Sainte de l'ordre de l'Hôpital,* dans *Rev. de l'Orient Latin,* III, 58 ; Marseille, Arch. des B.-du-Rh., H. ordre de Malte, invent. des chartes de Syrie, n° 96 (XVIII[e] s.).

## XVI. — Juin 1174, Nazareth.

*Accord entre l'église de Tibériade et l'abbaye du Mont-Thabor, relatif à la perception des dîmes des casaux d'Hecdix, d'Heulem et de Saka.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 3, n° 16 (orig.). — Analyse : Ducange, *Familles d'outre-mer,* 829. — Texte : Pauli, *Cod. dipl.,* I, 57.

In nomine sancte et individue trinitatis, patris, et filii, et spiritus sancti, amen. Quoniam ea, que aguntur vel stabiliuntur, cito abeunte temporis curriculo, facile a memoria hominum labuntur et oblivioni traduntur, expedit ut vinculo sancte scripture adnodetur, si quid memoriter retinere velimus. Omnibus igitur sancte matris ecclesie filiis, tam presentibus quam futuris, notum sit quod, cum diu controversia inter ecclesiam Tiberiadensem et ecclesiam Montis Thabor pro decimis haberetur, tandem ego Geraldus, Dei gratia Tiberiadensis ecclesie episcopus, et Garinus, per eandem Montis Thabor abbas, ante presentiam domini Lethardi, venerabilis Nazareni archiepiscopi, metropolitani nostri, tociusque sui capituli, convenimus. Ibi siquidem, auxilio bonorum virorum suffultus, nostrorumque canonicorum fretus consilio, pro pacis federe et commutatione decimarum duorum casalium, quorum nomina sunt hec, videlicet Hecdix et Heulem, quas ecclesia Montis Thabor per quandam concordiam, que facta fuerat in presentia Lucii pape[1] bone memorie,

1. Lucius II, pape (1144-1145).

obtinuerat procul dubio, decimas unius casalis, scilicet Saka, quod est situm inter torrentem Cison et Capharmadam, ecclesie Montis Tabor in perpetuum habendas ego G[eraldus], ecclesie prefate episcopus, totius nostre ecclesie capituli assensu et voluntate, dono, concedo et inviolabiliter statuo. Tali siquidem tenore ut omnes querele, que pro decimis facte fuerant inter ecclesiam Tyberiadensem et ecclesiam Montis Thabor, vel que fieri possent, ammodo sopiantur, et quicquid utraque ecclesia facta ista concordia obtinuit, quiete et pacifice in perpetuum obtineat. Et ne aliquis, invidie veneno toxicatus, hanc conventionem irrumpere seu violare presumat, idcirco presentis scripti paginam sigilli domini Lethardi, Nazareni archiepiscopi, impressione corroborari, et nostri munimine insigniri volui. Hujus namque pretaxate pacis et concordie conventio facta fuit anno ab incarnacione Domini millesimo C L XX IIII, mense junii, indictione VII, apud Nazareth, in presentia et testimonio domini Lethardi, Nazarene ecclesie archiepiscopi. Interfuerunt testes ejusdem ecclesie prior atque canonici, quorum nomina hec sunt : Hernulfus, prior ; Rainaldus, cantor ; Gerardus ; Andreas ; Nicolaus ; Heraldus, thesaurarius ; Johannes de Podio, cellararius ; Arnaldus ; Petrus ; Tibaldus ; Galterius, cappellanus ; Johannes de Coriz ; Geraldus Passerel. Tiberiadensis ecclesie canonicorum, quorum assensu et voluntate hec concordia facta fuit, hec sunt nomina : Robertus, ejusdem ecclesie cantor ; Leo ; Johannes de S. Homero ; Johannes Tiberiadensis ; Petrus de Templo.

## XVII. — 1175.

« *Acte par lequel Eudes de S. Amand, grand-maître des Templiers, s'oblige de donner tous les ans au monastère de S. Sauveur du Monthabor la cense annuelle de vingt besans, payables à Acre, pour raison d'un casal apellé Norrit, de l'an* 1175. »

ANALYSE : Delaville Le Roulx, *Invent. de pièces de Terre Sainte de l'ordre de l'Hôpital*, dans *Rev. de l'Orient Latin*, III, 60 ; Marseille, Arch. des B.-du-Rh., H. ordre de Malte, invent. des chartes de Syrie, n° 111 (XVIII[e] s.).

## XVIII. — 17 octobre 1175.

*Pierre, prieur du S. Sépulcre, certifie que Garin, abbé du Mont-Thabor, a rendu au S. Sépulcre l'église du casal S. Gilles et la moitié des dîmes de ce casal et de ceux de Turbassaym et de Dere, et a reçu deux mille besants, pour prix des améliorations et agrandissements apportés par l'abbaye du Mont-Thabor aux lieux restitués*[1].

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 3, pièce cotée ✠ 2 (copie contemp.), et n° 31 (orig.)[2]. — TEXTE : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 211 et 246.

In nomine Domini, amen. Notum sit universis sancte matris ecclesie filiis, tam presentibus quam futuris, quod ego Petrus, prior S. Sepulcri, et universus ejusdem ecclesie conventus, cum Garino, abbate Montis Tabor, consensu domini Letardi, Nazareni archiepiscopi, prioris Lancelini et totius ecclesie sue capituli assensu et pari voluntate, tali concordie pacto convenimus quod ecclesiam suam, quam apud casale S. Egidii cum oblationibus suis et jure parrochiali alio-

1. La contre-partie de cette convention, c'est-à-dire l'acte émané de Garin, abbé du Mont-Thabor, a été publiée par E. de Rozière (*Cartulaire de l'église du S. Sépulcre de Jérusalem* (Paris, 1849), 258).

2. Le sceau du S. Sépulcre, aujourd'hui perdu, a été reproduit par Pauli (*Cod. dipl.*, I, pl. 3, n° 36).

rumque omnium ad eam pertinentium, et cum medietate universarum decimarum ejusdem casalis et aliorum duorum, Turbasaym videlicet et Dere, quos ex concessione felicis memorie donni W[illelmi] patriarche[1] a nobis censuali jure pro unius rote cereo tenebant, remotione loci et magnitudine expensarum pregravati, nobis et ecclesie nostre, de cujus jure procedebat, bono animo et concordi voluntate reddiderunt; vineas vero suas, domos, edificia et cetera mobilia sua, que tam laboris sui exercitio quam pretio conquisiverant, nobis pro duobus mille bisantiis vendiderunt, et pro recognitione earundem vinearum, domorum et edifitiorum, eis et ecclesie sue annuatim tres rotas incensi et cereum unius rote in festo transfigurationis Domini persolvere debemus. Hujus transactionis testes sunt : Letardus, Nazarenus archiepiscopus ; Radulfus, Sebastensis episcopus ; Johannes, prior ejusdem ecclesie ; Petrus, cantor Tyrensis ecclesie. De canonicis autem S. Sepulcri : Johannes Pictavensis ; Hugo de Nigellis[2] ; Rainaldus de Lochis ; Constantinus et Petrus, cantor, sacerdotes ; Oddo et Gaufredus, daiconi ; Petrus Maumerie et Robertus Rome, subdiaconi. De monachis vero Montis Tabor : Lancelinus, prior ; Petrus de Podio, thesaurarius ; Martinus ; Johannes Hyspanus ; Stephanus, cantor ; Aimericus ; Dominicus ; Johannes de Nazaret ; Enardus ; Pandulfus ; W[illelmus] Provincialis ; Marcellinus. De clericis Nazaret : Geraldus, archidiaconus Nazaret ; Tibaldus, canonicus Sydoniensis ; Johannes, canonicus Nazaret ; Galterius de Capella ; Johannes Corithensis ; Gibertus, capellanus domini archiepiscopi Nazaret; et Jordanus Mercator. Facta est hec transactio anno dominice incarnationis MCLXXV, indictione VI[3], XVI kalendas novembris.

## XIX. — Avril 1180.

*Alvise, dame de Palmyre, donne à Jean, abbé du Mont-Thabor, des maisons, un four et des terres à Palmyre.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 4, n° 5 (orig.)[4]. — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 214.

In nomine sancte et individue trinitatis, patris, et filii, et spiritus sancti, amen. Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Ahuhisa, quondam domini Amfossii filia, et domini Petri de Castello heres, Palmerii domina, voluntate et assensu domini Rainaldi, conjugalis mei, pro meorum excessuum parentumque meorum remedio, dono in helemosinam atque concedo, et trado tibi, Johannes, divino nutu ecclesie Montis Tabor venerabilis abbas, omnibusque tuis successoribus et monachis, ibidem Deo servientibus in perpetuum, domos, que fuerunt fratris Pelagii apud Palmerium, quod et Solinum dicitur, et quandam domum novam, quam ibi fieri fecistis, cum prior ibidem eratis, et totam possessionem, que interjacet contigua, usque ad portam Cayre, et quemdam furnum ibidem, in quo nullus burgensium panes coquat nisi vestra familia, et insuper totam terram, quam prenominatus frater Pelagius in territorio Palmerii possedit, preter unum pettium terre, que jacet ad radicem Montis. Preterea dono et concedo imperpetuum libertatem omnibus burgensibus Palmerii, hoc modo ut, ab hac die in antea, liberam potestatem habeant possessiones suas, quas ibi nunc tenent vel amodo tenuerunt,

1. Guillaume I, prieur du S. Sépulcre et patriarche de Jérusalem, avait donné ces deux casaux au S. Sépulcre en 1145 (*Cartul. du S. Sépulcre,* 77, n° 41).
2. Le Cartulaire du S. Sépulcre donne : Nigella.
3. L'indiction est fautive.
4. Le sceau de Létard, archevêque de Nazareth, aujourd'hui perdu, subsistait du temps de Pauli, qui l'a reproduit (*Cod. dipl.,* I, pl. 3, n° 33).

tam foris quam intus, vendendi, inguadiandi, et quomodolibet alienandi, exceptis militibus et cujuscumque religionis fratribus, salvo jure mei dominii, ad usum et consuetudinem burie. Ad hec notandum est quod, si quis ex familiaribus ecclesie ibidem alicui forfecerit, vel aliquod incommodum violenter intulerit, unde clamor oriatur, sub jure domini Palmerii non erit coercendus, sed a bajulo ecclesie, qui steterit ibi, ad rationem et justitiam observandam erit constringendus ; ceterum, si ex casu vel forfacto ipsius culpabilis, aliquid juris acciderit, domino Palmerii erit tribuendum. Hec autem omnia supradicta data et concessa fuerunt in capitulo Montis Thabor, in presentia et testimonio domini Letardi, Nazareni archiepiscopi, et domini Bernardi, Liddensis episcopi, qui tunc eodem die ad Montem Thabor convenerant ; astantibus et audientibus hec omnia : Giraldo, Nazareno archydiacono ; Giberto, domini archiepiscopi cappellano ; Johanne de Coris ; magistro Simone, domini archiepiscopi cancellario ; Petro, Liddensis ecclesie canonico ; Arnaldo, domini episcopi Liddensis cappellano ; Ugone, ejusdem diacono ; Adam, clerico, Gibboso ; fratre Bloino. Ex militibus : Bertramo Caravana ; Gilberto, ejus fratre ; Roberto de Oriol ; Tibaldo de Lahahia ; Helya de Buria ; Roberto de Caypha ; Rainaldo de Trechis. Ex turcopulis : Gaifredo Baptizato ; Duranto Scutifero, et Petro, filio ejus ; magistro Godefredo ; Petro de Capharset ; Petro Lorgio ; Arnulfo ; Stephano Rege ; Silvestro de Sapharia ; Gormundo ; Andrea ; Bonetto Salvagio ; Johanne Sansan. Et ut hoc scriptum ratum et inviolatum permaneat, presentis scripti paginam, plumbeo sigillo domini Letardi, Nazareni archyepiscopi, insigniri et corroborari rogavimus. Hoc autem factum fuit anno ab incarnatione Domini M C L XXX, mense aprilis.

## XX. — 1 mars 1181, Acre.

*Baudouin IV, roi de Jérusalem, cède à Jean, abbé du Mont-Thabor, une boutique à Acre, en échange d'une autre boutique, contiguë à la maison de Geoffroy le Tort.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 4, n° 9 (orig. scellé)[1]. — Analyse : Lambert, *Cat. des mss. de Carpentras*, II, 289. — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 282. — Extraits : Carpentras, bib. publ., ms. Peiresc, 48, f. 569 *b* et f. 675 *b* (copies, XVII^e s.).

In nomine sancte et individue trinitatis, patris, et filii, et spiritus sancti, amen. Notum sit omnibus, tam futuris quam presentibus, quod ego Balduinus, per Dei gratiam in sancta civitate Jerusalem Latinorum rex sextus, concedo et confirmo tibi Johanni, abbati Montis Thabor, omnibusque ejusdem loci monachis, presentibus et futuris, unam stacionum, que sunt ubi herbe venduntur in Accon, contiguam videlicet stationi Montis Syon, pro commutatione vestre stationis, que fuit ante domum Gaufridi Torti, ubi nunc porta civitatis facta est. Ut autem hec mea concessio rata vobis teneatur in perpetuum et indissoluta, presentem paginam testibus subscriptis muniri et sigillo meo corroborari decrevi. Factum est hoc anno ab incarnatione Domini M C L XXXI, indictione XIIII. Hujus rei sunt testes : dominus Guido, Joppensis et Aschalonitanus comes ; dominus Aimericus, regius constabularius ; Gaufridus Tortus ; Reinaudus, Sydonensis dominus ; Gilebertus de Floriaco. Datum Accon, per manum Guillelmi, Tyrensis archiepiscopi dominique regis cancellarii, kalendis marcii.

1. La bulle de plomb de Baudouin IV subsiste. Elle a été reproduite par Pauli (*Cod. dipl.*, I, pl. 2, n° 17), d'après un exemplaire aujourd'hui perdu (V. *Arch. de l'ordre à Malte*, 50) et décrite par nous (*Les sceaux des Arch. de l'ordre de S. Jean de Jérus. à Malte* dans *Mém. des Antiq. de France*, XLVII (1887), 228).

## XXI. — Septembre 1181.

*Raymond III, comte de Tripoli, confirme le legs de deux jardins, fait par Elise, femme de la chambre de la comtesse Eschive, à l'abbaye du Mont-Thabor.*

Sources : Carpentras, Bibl. publ., ms. Peiresc, 48, f. 546 (copie, xviie s.) ; Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 4, n° 11 (orig.)[1]. — Analyse : Lambert, *Cat. des mss. de Carpentras*, II, 288. — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 283.

In nomine summe et individue trinitatis, patris, et filii, et spiritus sancti. Ad percipienda beatitudinis eterne premia, fidelium quisque se preparat, qui perhennes helemosinas servientium Christo Deo sub districtione religionis, intuitu vere caritatis, et augere curat, et augendo conservare. Itaque, per presentis munimentum privilegii, tam successuris quam presentibus certum fieri volumus quod ego Raimundus, Dei gratia Tripolis comes, amoris obtentu divini, in retributionem salutis anime mee et animarum parentum et predecessorum meorum, nec non et anime domicelle Aelise, de camera Eschive comitisse[2], cum summa benivolentia et fide bona, dono, laudo et concedo abbatie S. Salvatoris in Monte Tabor, Johanni videlicet tunc ejusdem venerabili abbatie abbati, et ejus successoribus universis, et monachis ibidem Deo nunc servientibus et postmodum servituris, duo jardina, que prenominate domicelle Aelize jam prius donaveram, que et ipsa, migrans e medio, jam dicte donavit abbatie. Et sunt in planicie sub Monte Peregrino, tales inter sita terminos : illa duo jardina, simul juncta, a capite versus orientem junguntur jardino, quod fuit Nicholai Scribe ; a latere versus Tripolim junguntur jardino S. Marie de Turri et jardino, quod fuit Bertrani Milonis. Ex istis itaque jardinis, sicut illa prememorate dederam domicelle, ego Raimundus comes investio et heredito predictam, prout diximus, abbatiam, ut ea helemosinario jure perhenni, sine omni calumnia et detrimento et injuria, libere et quiete teneat et possideat. Hoc sciendum est beneficii pacto quod perhenniter unum debent in abbatia tenere presbiterum, qui pro anima illius Aelize cotidie missam celebret, et quasi pro monacho dies prima depositionis illius singulis annis agatur. Quod ut ratum teneatur et inconcussum, per presens privilegium, plumbeo sigillo meo munitum, cum testimonio virorum, quorum subscripta sunt nomina, confirmari volui et precepi, videlicet : domini Ugonis de Tiberiade ; et Guillelmi..... ; et Raimundi de Biblio, constabularii ; Plebani, domini Botroni ; Raimundi de Montolivo ; Alberici..... ; ..... Raimundi de Suura ; Johannis de Moneta ; Guillelmi de la Branda, canonici Templi Domini ; Mathei, cancellarii, cujus manu datum est, anno Domini nostri M C L XXXI, mense septembri.

## XXII. — 1183.

*Falcon, abbé de S. Paul d'Antioche, proclame, au nom de son chapitre, les conditions de l'acte d'association et de fraternité conclu entre l'église du Mont-Thabor et l'église de S. Paul d'Antioche.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 4, n° 23 (orig.). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 74.

Res gestas memorie commendare legum[sancit] auctoritas ; qua ratione ductus ego Falco, Dei miseratione B. Pauli de Antiochia abbas licet inmeritus, notam facio

1. Le sceau de Raymond III, aujourd'hui perdu, subsistait encore du temps de Pauli (V. Ducange, *Familles d'outre-mer*, 484).

2. Eschive, femme de Raymond III de Tripoli.

omnibus, tam futuris quam presentibus, illam fraternitatis innovationem, que facta est et concessa in capitulo B. Pauli, assistente venerabili abbate [Johan]ne Montis Tabor cum quibusdam de fratribus suis in jamdicto capitulo B. Pauli, inter ecclesiam Montis Thabor et [ecclesiam B.] Pauli de Antiochia. In primis statutum est quod, si oportuerit ire quandoque aliquo casu abbatem S. Pauli ad ecclesiam Montis Tabor, abbas S. Pauli sicut ejusdem abbas ecclesie recipietur; et, si voluerit intrare chorum aut capitulum, locum abbatis Montis Tabor, absente abbate, obtinebit, et fratres excommunicatos aut in sententiis ob culpas positos absolvere licebit. Si vero juxta nature debitum abbatem Montis Tabor mori contigerit, per consilium abbatis S. Pauli, si interesse potuerit aut voluerit, debet electio fieri, et post domini regis atque domini Nazareni archiepiscopi assensum, tercio oportet electores assensum ejus requirere, et ad ejus nutum, si concesserit, electum nominare. Preterea si electorum assensus non posset in unum concordare, aut in ecclesia Montis Tabor nequeat ydonea persona aut utilis inveniri, sepedicti electores debent in ecclesia B. Pauli eligere, si personam assumptionis dignam in eadem quiverint reperire. Pro defuncto vero abbate Montis Tabor, audito ejusdem obitu, omnia signa pulsabuntur, et, sicuti pro abbate nostro defuncto facere soliti sumus, universa generaliter faciemus. De monachis sic concessum est et statutum : monachi Montis Tabor, ad ecclesiam B. Pauli quoquomodo venientes, tanquam fratres nostre congregationis apud nos, eo ordine quo erant in ecclesia sua, in monasterio, in capitulo et in refectorio recipientur. Si autem aliqua discordia aliquis monachus de Monte Tabor exierit, et ad nos venerit, eum recipiemus. Qui tamen abbati, aut, si abbas absens fuerit, priori vel suppriori confiteri debet culpam, pro qua de monasterio exiit. Et si visum fuerit confessori, dicet ei ut celebret divina, aut abstineat; fratrem tali modo ad nos venientem nobiscum habitare permittemus, quo usque ad ecclesiam suam in pace restituatur, nisi contra ecclesiam suam et abbatem rebellis exstiterit. Si vero, quod absit, cum abbate suo discordiam habuerit et conventum suum favorabilem, propter iram abbatis eum a nobis non abjiciemus, nec propter conventum, si abbatis favorem obtinuerit. Sed si conventus et abbas eundem simul excommunicaverint, ex quo perceperimus, honeste ei dicetur ut a nobis recedat. Audito vero obitu fratrum Montis Tabor, pro eis, sicut pro fratribus nostre congregationis facere solemus, integre faciemus, hoc tamen excepto quod prima tantum die victus, qui solet dari cotidie uni monaco, pro eo dabitur. Hec omnia abbas Montis Tabor et fratres ibidem Domino famulantes abbati nostro et nobis facere promiserunt. Si vero contigerit, quod Deus avertat, ut terra Antiochena tradatur in manus Turcorum, aut a principe ejecti fuerint, ecclesia Montis Tabor universos monachos B. Pauli, tanquam proprios filios et fratres, recipiet, et eis in omnibus providebit, quamdiu multis vicibus dictis fratribus B. Pauli cum eis habitare placuerit. Facta est hec constitutio anno ab incarnatione Domini M C L XXX III, indictione prima. Quicquid autem abbas vel monachi de Monte Tabor habuerint in ecclesia B. Pauli, tantumdem per omnia Antiocheni in Monte Tabor habebunt.

### **XXIII.** — Mai 1183.

*Bohémond III, prince d'Antioche, et Sybille, sa femme, donnent à l'église S. Sauveur du Mont-Thabor une redevance annuelle de mille anguilles sur la pêcherie d'Antioche.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 4, n° 19 *b* (vidimus de Thomas, évêque de Bethléem, de janvier 1263). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 249.

In nomine sancte et individue trinitatis, patris, et filii, et spiritus sancti, amen.

Antecessorum nostrorum imitantes providenciam, que in perpetua memoria vigere volumus, scripto atque testimonio confirmare dignum duximus. Ea propter ego Boamundus, Raymundi principis filius, Dei gratia princeps Antiochenus, una cum uxore mea domina Sibilla, ejusdem honoris principissa, notum facimus tam presentibus quam futuris quod nos donamus, et in perpetuam elemosinam concedimus Deo et ecclesie S. Salvatoris in Monte Tabor, et Johanni, venerabili ejusdem abbati, et ceteris fratribus, ibidem Deo servientibus et usque in finem seculi servituris, mille anguillas, singulis annis in piscatoria Antiochie capiendas, pro animabus patris mei Raymundi digne memorie principis[1], et matris mee venerabilis Constancie[2], et omnium antecessorum nostrorum atque successorum. Ut autem hoc nostrum donum firmum et stabile maneat in perpetuum, presentem paginam sigilli nostri principalis impressione, et subscriptorum testium apposicione muniri precepimus et confirmari. Hujus rei testes sunt : Rogerius de Surdevaus ; Hugo de Logiis ; Mattheus de Sehonia ; Hugo de Corbuil ; Willelmus de Cava, dux Laodicie ; Gauterius de Archiquan ; Bernaldus Soberan ; Leonardus de Roisol. Datum per manum domini Johannis, cancellarii atque Tripolitani episcopi, anno principatus nostri XX, anno ab incarnatione Domini M C L XXX III, mense maio[3].

## XXIV. — Juillet 1205.

*Pierre de Capoue, cardinal de S. Marcel, légat du S. Siège, donne à l'abbaye du Mont-Thabor le monastère de N.-D. de Costa*[4].

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, anc. vol. 5, n° 8 (auj. perdu). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 94.

Petrus, divina permissione tituli S. Marcelli presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus, dilectis in Christo filiis M., abbati, et conventui S. Salvatoris de Monte Tabor, salutem in Domino sempiternam. Quoniam, sicut ait Apostolus, ille precipue est eligendus ad episcopatus officium, qui novit domui sue bene preesse[5], incumbit ei, cujus humeris aliquod honus imponitur, summa diligentia precavere ut ea, que sibi commissa sunt, provide dispensentur. Hinc est quod, postquam placuit Altissimo, de secreto et inestimabili suo consilio, imperium Romanie ad manus reducere Latinorum, cum precipua et specialis intentio omnium cruce signatorum a principio sue peregrinationis hec fuit, et hac intentione omnes, sicut credimus, elaborent, ut

1. Raymond de Poitiers.
2. Fille de Bohémond II, prince d'Antioche.
3. Le vidimus est ainsi libellé : « Nos vero frater Thomas, de ordine Predicatorum, Dei gratia Bethleemitanus episcopus, apostolice sedis legatus, quia autenticum hujus transcripti vidimus et legimus de verbo ad verbum, non abolitum, non cancellatum, nec in aliqua sui parte viciatum, sed in sua prima figura existens, bullatum bulla plumbea pendenti cum filo de setta rubea, ab una parte cujus bulle erat impressa ymago militis stantis eques armati, gerentis clipeum et lanceam cum vexillo, et in circumferencia erat scriptum : ✠ BOAMUNDUS PRINCEPS ANTIOCHENUS, et a parte altera ipsius bulle erant impresse ymagines duorum hominum, quorum unus videbatur gerere crucem et clavem, et alter librum in manibus, et a parte ipsa in circumferencia erat scriptum : ✠ SANCTUS PETRUS SANCTUS PAULUS. Ideo, ad instanciam et requisicionem religiosorum virorum magistri et fratrum Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, hoc transcriptum de verbo ad verbum, nil addito vel remoto, exemplari fecimus, per manum Petri de Chassania, auctoritate sacrosancte ecclesie Romane notarii publici ; cui transcripto, una cum subscriptione et signo predicti notarii, sigillum nostrum in testimonium duximus apponendum. Datum Accon, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense januarii, indictione VI. Ego vero Petrus de Cassania, auctoritate sacrosancte ecclesie Romane notarius publicus, quia originale hujus transcripti vidi et legi, non abolitum, non cancellatum, nec in aliqua sui parte viciatum, sed in sua prima figura existens, bullatum, ut superius continetur, ideo hoc transcriptum de verbo ad verbum fideliter exemplavi, et signo meo signavi. (*Seing manuel*). » Ce seing manuel représente une tour, surmontée de deux harpons empennés.
4. Pauli propose de lire : N.-D. de Constantinople, et hésite entre plusieurs monastères de ce nom situés à Constantinople.
5. S. Paul (1 ép. à Timothée, 3, ỷ. 5) dit : « Si quis autem domui sue preesse nescit, quomodo ecclesie Dei diligentiam habebit ? »

per fructum hujus imperii terre Orientali subveniatur, et multi clerici de locis religiosis a terra Syrie venerint ad has partes, nos, qui, ex imposito legationis honere, in imperio Romanie tenemur ecclesiis de Terra Sancta, in qua Jesus Christus nostram est operatus salutem, in beneficiis et possessionibus providere, cum possessiones et bona illarum ecclesiarum ab inimicis Christiani nominis teneantur, dignum profecto duximus ut de possessionibus hujus imperii jamdictis ecclesiis de Terra Sancta larga beneficia conferantur; ideoque, his inducti rationibus, vobis, dilecti in Domino fratres, et per vos ipsi ecclesie S. Salvatoris, monasterium S. Marie de Costa, cum omnibus pertinentiis suis, duximus, auctoritate legationis qua fungimur, canonice concedendum, Jordanum, priorem, et Gaufridum, fratrem memorate ecclesie, nomine ejusdem ecclesie, in corporalem possessionem mittentes, ita sane ut monachi Greci, qui in eadem ecclesia nunc morantur, per vos minime removeantur, donec per sedem apostolicam de Grecis clericis aliter ordinetur; salvo quoque jure patriarchalis ecclesie, ut ei taliter respondeatis de ipsa ecclesia, sicut consuevistis aliis ecclesiarum prelatis, in quorum diocesibus habetis vestras ecclesias, respondere, ipsam etiam concessionem attendentes, devotionem vestram eadem legationis auctoritate vobis et ecclesie vestre his literis confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Facta est autem hec confirmatio anno Domini millesimo ducentesimo quinto, mense julii.

## XXV. — 3 avril 1214.

« *Permission, donnée par l'abbé du Monthabor à Michel de Porta, d'appuyer un arc de sa maison et des poutres contre le mur de l'église de S. Jacques, dépendant de la dite abaye, à condition que les possesseurs de la dite maison payeront annuellement la cense de deux besans d'or au monastère de Monthabor et à l'église de S. Jacques, du 3 avril 1214.* »

Sources : Delaville Le Roulx, *Inv. de pièces de Terre Sainte de l'ordre de l'Hôpital*, dans *Rev. de l'Orient Lat.*, III, 78; Marseille, Arch. des B.-du-Rh., H. ordre de Malte, invent. des chartes de Syrie, n° 208 (xviii^e s.).

## XXVI. — 4 mai 1250.

*Garcias Alvarez, seigneur de Caiffa, donne à l'abbaye du Mont-Thabor une terre près de la vigne de S. Hélie des Carmes.*

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 5 (anc. vol. 6), n° 31 (orig.). — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, I, 140.

Coneue chose seit à touz ceaus qui sunt et avenir sunt que je Garssie Alvarez, sire de Cayphas, par l'assentement et par la volenté et l'ottrei de Heluis, m'espouse, dame de Cayphas, don, et ottrei, et conferm en aumohne pardurable à vos, frere Gauvain, abbé, et à l'iglise de Monte Thabor la terre desus la vieille vingne de la maison de S. Helies dou Carme, si com l'on s'en monte jusques au chief de la vingne de Agis, et d'icelle vingne si com l'on s'en va dreit à la cave, que l'on dit la

cave dou frere dou Temple, à main destre desouz, et de iqui dreit au chemin forchie de souz la cisterne qui monte à S. Marguerite dou Carme ; lequel chemin deit demorer franc en montant et en descendant, ausi come davant ; et de la veie forchée dreit au berquil pres de nostre chaufor à main destre, en tel maniere que li diz abbes de la devantdite iglize et ses successors tieignent pardurablement, et posseent paisiblement, franchement et quitement la devantdite terre, et en facent tout ausi com de la lor propre chose, senz nul contredit de nos ne de nos heirs, ne de nos successors. Por laquel aumohne il ont nos et nos heirs receuz en touz lor biens faiz, et en lor oreisons. Et por ce que cest aumohne et ce don, que je lor ai fait, lor seit ferm et estable pardurablement, si com il est desus devisé, je ai seelé ce present prevelige de mon seel de plumb. De ce sunt garenz : Guillaume Carcar, Balian Antiaume, Johan Coste et Renaut le Juene, mes homes. Ce fu fait en l'an de l'incarnation nostre seignor Ihesu Crist..... M et CC et cinquante, IIII jors al entrée de mai.

# ADDITIONS ET CORRECTIONS

Page 10, n° **1149**, ligne 3. *Au lieu de* : Arrnold, *lisez* : Arnold.
n° **1150**, ligne 3. *Au lieu de* : Siscar, *lisez* : Castiliscar.
Page 15, n° **1157**, ligne 24. *Au lieu de* : Waurin, *lisez* : Wavrin.
Page 18, n° **1166**, ligne 8. *Au lieu de* : Augustin, évêque, *lisez* : Augustin, archevêque.
Page 29, n° **1188**, note. La formule doit être restituée comme suit : « Gravibus sint injuriis lacessiti. » (V. plus bas, p. 268, n° **1672**, une bulle analogue pour Sigena.)
Page 32, n° **1993**, ligne 6. *Au lieu de* : Bibl. impr., *lisez* : Bibl. imp.
Page 78, n° **1276**, note 1, col. 1, ligne 11. *Au lieu de* : ba, *lisez* : ab.
Page 104, n° **1325** Cette pièce, du 26 février 1210, n'est pas à son rang chronologique. Elle doit se placer après le n° **1342**.
Page 109, n° **1333** *Au lieu de* : Vitrebe, *lisez* : Viterbe.
Page 136, n° **1373**, ligne 3. *Au lieu de* : les rois, *lisez* : les roi.
n° **1374**, ligne 3. *Au lieu de* : les rois, *lisez* : les roi.
Page 137, n° **1376**, ligne 7. *Ajoutez* : Analyse : *Regeste Genevois* (Genève, 1866), 144, n° 534.
Page 140, n° **1381**, ligne 1. *Au lieu de* : Tirazona, *lisez* : Tarazona.
Page 147, n° **1393**, ligne 1. *Au lieu de* : Latran, *lisez* : Segni.
ligne 2 (texte). *Au lieu de* : Venafrano, *lisez* : Venefrano.
ligne 3 (texte). *Au lieu de* : coactus, *lisez* : cohactus.
ligne 5 (texte). *Au lieu de* : Venafranam, *lisez* : Venefranam.
ligne 7 (texte). *Au lieu de* : Venafrane, *lisez* : Venefrane.
ligne 11 (texte). *Au lieu de* : Venafrane, *lisez* : Venefrane.
Page 148, n° **1394**, ligne 1 (texte). *Au lieu de* : Hibernia, *lisez* : Ybernia.
ligne 3 (texte). *Au lieu de* : Killemainan, *lisez* : Killemanian.
ligne 4 (texte). *Au lieu de* : Kievach, *lisez* : ........
ligne 7 (texte). *Au lieu de* : Luvech, *lisez* : Luveche.
ligne 11 (texte). *Au lieu de* : Killuvarin, *lisez* : Killuarin.
ligne 11 (texte). *Au lieu de* : Rathsalu, *lisez* : Rathsalbus.
ligne 12 (texte). *Au lieu de* : Penikoyt, *lisez* : Penykoyt.
ligne 15 (texte). *Au lieu de* : Sirloc, *lisez* : Syrloc.
ligne 16 (texte). *Au lieu de* : Kilros, *lisez* : ........
ligne 22 (texte). *Au lieu de* : Wesfort, *lisez* : Wesefort.
ligne 25 (texte). *Au lieu de* : Kesllivor, *lisez* : .....mor.
ligne 27 (texte). *Au lieu de* : Typar, *lisez* : Typerar.
ligne 31 (texte). *Au lieu de* : Linurin, *lisez* : Linnurin.
ligne 34 (texte). *Au lieu de* : Roskelan, *lisez* : Roslielan.
ligne 34 (texte). *Au lieu de* : Clencan, *lisez* : Cleucan.
Page 157, n° **1413**, ligne 6 (texte). *Au lieu de* : Sidoniensi, *lisez* : Sithoniensi.
ligne 21 (texte). *Au lieu de* : Sidoniensi, *lisez* : Sithoniensi.
Page 158, n° **1413**, ligne 23 (texte). *Au lieu de* : et filium ejus, Parasque, *lisez* : et filium ejus Parasque.
Page 161, n° **1417**, ligne 25. *Au lieu de* : Bernensis, *lisez* : Bremensis.
Page 163, n° **1422**, ligne 22 (texte). *Au lieu de* : Olrany, *lisez* : Obrany.
Page 164, n° **1425**, ligne 6 (texte). *Au lieu de* : Engolisman, *lisez* : Engolismam.
Page 168, n° **1431**, ligne 4. *Au lieu de* : Guigues III, *lisez* : Guy III.
Page 172, n° **1438**, ligne 1. *Supprimez* : Pérouse.
Page 174, n° **1439**, ligne 7. *Au lieu de* : Baralo, *lisez* : Barolo.

Page 175, n° **1441**, note 3. *Au lieu de* : Gastine, *lisez* : Gastim.
Page 181, n° **1452**, ligne 12. *Au lieu de* : Arnudell., *lisez* : Arundell.
Page 182, n° **1457**, ligne 2. *Au lieu de* : Geffroy, *lisez* : Geoffroy.
Page 190, n° **1473**, ligne 3. *Au lieu de* : maini, *lisez* : mains.
Page 193, n° **1479**, ligne 2. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Jean sans Terre.
Page 194, n° **1483**, ligne 7. *Placez sous la rubrique* : Analyse, *au lieu de la rubrique* : Texte, *l'indication de l'ouvrage de J. Bernouilli.*
Page 204, n° **1520**, ligne 1. *Au lieu de* : 1217, *lisez* : septembre 1217. Cet acte devrait figurer à son rang chronologique, après le n° **1583**.
Page 209, n° **1532** *Ajoutez* : Source : Fribourg, Arch. cant., command. de S. Jean de Fribourg, n° 59 (vidimus de l'official de Bâle, du 3 mai 1329).
Page 251, n° **1627**, ligne 6. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.
Page 255, n° **1637**, ligne 10. *Ajoutez* : Texte : Simon Leboucq, *Hist. eccl. de la ville et comté de Valencienne* (éd. de Prignet et A. Dinaux, Valenciennes, 1841), 204. L'accord, dont il est question dans cette pièce, fut confirmé par les chanoines de Senlis en juin 1219, et par Geoffroy de Fontaines, évêque de Cambrai, en février 1220. (Leboucq, *loc. cit.*, 203-4.)
Page 259, n° **1651**, ligne 6. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.
n° **1652**, ligne 6. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.
Page 263, n° **1663**, ligne 3. *Au lieu de* : Hohenrein, *lisez* : Hohenrain.
Page 270, n° **1676**, ligne 2. *Au lieu de* : Le même, *lisez* : Le pape Honorius III.
Page 275, n° **1689**, ligne 7. *Ajoutez à* : Rome, Arch. du Vatican, reg. 11, n° 220, *l'indication* : f. 42 *b*.
Page 280, n° **1703**, ligne 14. *Au lieu de* : filii regis, *lisez* : filii Regis.
Page 281, n° **1706**, ligne 1. *Au lieu de* : Tirasona, *lisez* : Tarazona.
Page 282, n° **1706**, ligne 23. *Au lieu de* : Parentibus, *lisez* : Parietibus.
Page 291, n° **1722**, ligne 7. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.
Page 292, n° **1726**, ligne 6. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.
Page 293, n° **1728**, ligne 3. *Au lieu de* : Sochau, *lisez* : Söchau.
Page 297, n° **1738**, ligne 3. *Ajoutez* : Latran.
Page 298, n° **1740**, ligne 16. *Au lieu de* : Fontignano, *lisez* : Frontignano.
Page 302, n° **1745**, ligne 2. *Au lieu de* : Ottokar, *lisez* : Ottakar.
n° **1745** *Ajoutez aux* Sources : Analyse : Pressutti, *Regesta Honorii papæ III*, II (Rome, 1895), 64, n° 3934.
Page 304, n° **1751** *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.
Page 309, n° **1760**, ligne 16. *Au lieu de* : magister, *restituez* : Mir.
Page 310, n° **1762**, ligne 11. *Supprimez l'appel de note.*
Page 312, n° **1768**, ligne 4. *Au lieu de* : Arch. de l'ordre, *lisez* : Arch. de l'État.
Page 313, n° **1769**, ligne 2. *Au lieu de* : Pressy, *lisez* : Précy.
n° **1770** *Ajoutez* : Sources : Rome, ms. Vallicell, I, 53 (copie, xvii° s.). Analyse : Pressutti, *Reg. Hon. papæ III*, II, 133, n° 4350.
ligne 6. *Au lieu de* : sæc III, *lisez* : sæc XIII.
Page 314, n° **1775** *Ajoutez aux* Sources : Analyse : Pressutti, *Reg. Hon. papæ III*, II, 179, n° 4590. Texte : Horoy, *Medii ævi bibl. patr.*, IV, col. 471.
Page 319, n° **1783** *Ajoutez aux* Sources : Analyse : Pressutti, *Reg. Hon. papæ III*, II, 230, n° 4889.
Page 323, note 2, ligne 4. *Au lieu de* : Douet d'Arc, *lisez* : Douet d'Arcq.
Page 325, n° **1790**, ligne 17. *Au mot* : mater, *ajoutez la note suivante* : Ermengarde de Mévouillon, femme de Guillaume I de Baux.
Page 326, n° **1791**, ligne 4. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.
n° **1792** *Ajoutez aux* Sources : Analyse : Pressutti, *Reg. Hon. papæ III*, II, 281, n° 5173.
Page 327, n° **1794** *Ajoutez* : Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 13, f. 20 (copie contemp.). Analyse : Pressutti, *Reg. Hon. papæ III*, II, 286, n° 5201.
Page 328, n° **1796** *Ajoutez* : Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 13, f. 22 (copie contemp.). Analyse : Pressutti, *Reg. Hon. papæ III*, II, 290, n° 5224. Texte : Friedberg, *Corpus juris canonici*, I, 910.
Page 331, n° **1801**, ligne 17. *Au lieu de* : Ugerd, *lisez* : Ugezd.
Page 333, n° **1806**, ligne 7. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.
note 1, ligne 6. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.

Page 333, n° **1807**, ligne 6. *Ajoutez* : Analyse : Pressutti, *Reg. Hon. papæ III,* II, 298, n° 5272.
Page 334, n° **1809**, ligne 7. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.
n° **1810**, ligne 6. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.
Page 336, n° **1814** *Ajoutez* : Analyse : Pressutti, *Reg. Hon. papæ III,* II, 334, n° 5469.
ligne 25. *Au lieu de* : in qua, *lisez* : in quam.
Page 337, n° **1815** *Ajoutez* : Analyse : Pressutti, *Reg. Hon. papæ III,* II, 337, n° 5485.
n° **1816** *Ajoutez* : Analyse : Pressutti, *Reg. Hon. papæ III,* II, 342, n° 5514. Texte : Horoy, *Medii ævi bibl. patr.*, IV, col. 862.
Page 339, n° **1817** *Ajoutez* : Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 7528 ; Pressutti, *Reg. Hon. papæ III,* II, 402, n° 5823. Texte : Horoy, *Medii ævi bibl. patr.*, V, col. 27.
Page 340, n° **1819** *Ajoutez* : Source : Rome, ms. Vallicell, I, 53 (copie, xvii^e s.). Analyse : Pressutti, *Reg. Hon. papæ III,* II, 350, n° 5559.
Page 341, n° **1821** *Ajoutez* : Pressutti, *Reg. Hon. papæ III,* II, 368, n° 5646.
Page 343, n° **1824** *Ajoutez* : Source : Rome, ms. Vallicell, I, 53 (copie, xvii^e s.). Analyse : Pressutti, *Reg. Hon. papæ III,* II, 390, n° 5760.
n° **1825** *Ajoutez* : Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 13, f. 103 (copie contemp.). Analyse : Pressutti, *Reg. Hon. papæ III,* II, 390, n° 5761.
Page 346, n° **1831** *Ajoutez aux* Sources : Analyse : Pressutti, *Reg. Hon. papæ III,* II, 396, n° 5788. Texte : Horoy, *Medii ævi bibl. patr.*, V, col. 10.
Page 349, n° **1834** *Ajoutez* : Source : Rome, ms. Vallicell, I, 53 (copie, xvii^e s.). Analyse : Pressutti, *Reg. Hon. papæ III,* II, 400, n° 5808. Texte : Horoy, *Medii ævi bibl. patr.*, V, col. 25.
n° **1835** *Ajoutez* : Source : Rome, ms. Vallicell, I, 53 (copie, xvii^e s.). Analyse : Mas Latrie (de), *Hist. de Chypre*, II, 47 (bulle adressée aux Templiers) ; Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 7527 ; Pressutti, *Reg. Hon. papæ III,* II, 402, n° 5822 ; Raynaldi, *Ann. eccl.*, XX, 582.
Page 350, n° **1836** *Ajoutez les mêmes additions qu'au n°* **1817** (p. 339).
n° **1837** *Ajoutez aux* Sources : Analyse : Pressutti, *Reg. Hon. papæ III,* II, 406, n° 5843.
Page 353, n° **1841**, ligne 14. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.
Page 356, n° **1846**, ligne 5. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.
n° **1847**, ligne 6. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.
Page 357, n° **1849** *Ajoutez* : Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 13, f. 153 (copie contemp.). Analyse : Pressutti, *Reg. Hon. papæ III,* II, 452, n° 6097.
Page 358, n° **1852**, ligne 4. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.
note 3. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.
Page 359, n° **1853**, ligne 3. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.
ligne 25. *Au lieu de* : Argentein, *lisez* : Argentoen.
note 1. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.
Page 360, n° **1854**, ligne 4. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.
n° **1855**, ligne 6. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.
n° **1856**, ligne 6. *Au lieu de* : Paris, M. 15, *lisez* : Paris, Arch. nat., M. 15.
Page 362, n° **1859**, ligne 5. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.
Page 367, n° **1870**, ligne 3. *Au lieu de* : Bertrand, *lisez* : Bernard.
Page 369, n° **1874**, ligne 22. *Au lieu de* : Redekeftorp, *lisez* : Redekestorp.
Page 377, n° **1897**, ligne 4. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.
n° **1901**, ligne 1. *Au lieu de* : Gustrow, *lisez* : Güstrow.
Page 384, n° **1913**, ligne 10. *Au lieu de* : infantaticum, *lisez* : Infantaticum.
n° **1914**, ligne 2. *Au de* : Vernher d'Arbon, doyen de Constance, *lisez* : Henri de Tanne, prévôt de Constance.
Page 385, n° **1916**, ligne 5. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.
n° **1917**, ligne 4. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.
Page 387, n° **1921**, ligne 1. *Au lieu de* : Rarebourg, *lisez* : Ratzebourg.
ligne 3. *Ajoutez* : Source : Schleswig, Arch. d'état (orig. scellé). — Texte : P. Hasse, *Schleswig-Holstein Lauenburgische Regesten, und Urkunden,* I (Hambourg et Leipzig, 1886), 211 ; H. Sudendorf, *Urkundenbuch. zur Gesch. der Herzöge von Braunschweig und Lüneburg,* X (Hanovre, 1880), 59.
ligne 6. *Ajoutez* : In nomine sancte et individue trinitatis... *Et après* « Saxonie » :

omnibus in perpetuum. Donationes, que fiunt principum largitate, sicut ratas esse decet et stabiles, sic easdem eciam esse conveni perpetuas et perhennes. Ideoque in scripturas autenticas rediguntur, ut ea, que a modernis aguntur, per facti evidenciam transferantur ad posteros per scripturam. Eapropter noverint universi quod....

ligne 6. *Au lieu de* : servitia, *lisez* : servicia.
ligne 7. *Au lieu de* : Henrici, *lisez* : Heinrici.
ligne 8. *Au lieu de* : poterit, *lisez* : patitur.
ligne 10. *Au lieu de* : servitiorum, *lisez* : serviciorum.
ligne 11. *Au lieu de* : clementius, *lisez* : clemencius.
ligne 11. *Au lieu de* : instantiam, *lisez* : instanciam.
ligne 15. *Au lieu de* : Pogatz, *lisez* : Pogots.
ligne 16. *Au lieu de* : pertinentiis, *lisez* : pertinenciis.
ligne 17. *Au lieu de* : piscationibus, *lisez* : piscacionibus.
ligne 17. *Au lieu de* : venationibus, *lisez* : venacionibus.
ligne 18. *Au lieu de* : expeditione, *lisez* : expedicione.
ligne 19. *Après* « immunem », *ajoutez* : Ut autem hec nostra donacio rata permaneat et imperpetuum stabilis perseveret, et ne nostris a posteris infringi valeat aut mutari, presentem paginam conscribi fecimus, et scripti ac sigilli nostri munimine roborari.
ligne 19. *Au lieu de* : Actu hoc, *lisez* : Ad hec.
ligne 20. *Au lieu de* : jam, *lisez* : modo.
ligne 21. *Au lieu de* : Henricus, *lisez* : Heinricus.
ligne 22. *Au lieu de* : Vrildenhes, *lisez* : Vrildenberch.
ligne 22. *Au lieu de* : Bechi, *lisez* : Vethin.
ligne 22. *Au lieu de* : Henricus de Bujez, *lisez* : Heinricus de Gnietz.
ligne 22. *Au lieu de* : Bartoldus de Veltigre, *lisez* : Bertoldus de Veltberghe.
ligne 23. *Au lieu de* : Berteramus, *lisez* : Bertrammus.
ligne 24. *Au lieu de* : Eghard de Colpin, *lisez* : Eghardus de Culpin.
ligne 24. *Au lieu de* : Rawal, *lisez* : Kowal.
ligne 24. *Au lieu de* : Metfere, *lisez* : Metseke.
ligne 24. *Au lieu de* : Thider, *lisez* : Thidericus.
ligne 25. *Au lieu de* : Henricus, *lisez* : Heinricus.
ligne 25. *Au lieu de* : Razeborch, *lisez* : Raceborch.
ligne 26. *Au lieu de* : indictione I, *lisez* : indictionis prime.

Page 393, n° **1935**, ligne 3. *Ajoutez :* Source : Schwerin, Arch. d'état (orig. scellé). — Texte : P. Hasse, *Schleswig-Holstein Lauenburgische Reg. und Urk.*, I, 214; H. Sudendorf, *Urkundenbuch zur Gesch. der Herz. von Braunschweig und Lüneburg*, X, 59. L'original des Arch. de Schwerin comporte un préambule, analogue à celui du n° **1921**. Nous indiquons par des points les endroits où il se place.
ligne 6. *Rectifiez* : ..... Albertus.
ligne 6. *Après* « Saxonie », *mettez* : .....
ligne 6. *Au lieu de* : honorem, *lisez* : honore.
ligne 8. *Au lieu de* : exhortationem, *lisez* : exhortacionem.
ligne 8. *Au lieu de* : Henrici, *lisez* : Heinrici.
ligne 9. *Au lieu de* : Hierusalem, *lisez* : Jerusalem.
ligne 10. *Au lieu de* : multiplicitate, *lisez* : multiplicitatem.
ligne 11. *Au lieu de* : gratiora, *lisez* : graciora.
ligne 11. *Au lieu de* : etiam, *lisez* : eciam.
ligne 14. *Au lieu de* : Dasnic, *lisez* : Dosinc.
ligne 15. *Au lieu de* : sylvis, *lisez* : silvis.
ligne 15. *Au lieu de* : opportunitatibus, *lisez* : oportunitatibus.
ligne 19. *Ajoutez* : Ne autem ab aliquo successorum nostrorum hec nostra donatio infringi valeat aut mutari, presentem paginam conscribi fecimus, et scripti ac sigilli nostri munimine roborari.
ligne 19. *Au lieu de* : Razeburg, *lisez* : Raceburg.
ligne 21. *Au lieu de* : Berco, *lisez* : Berkowe.
ligne 21. *Au lieu de* : Henricus, *lisez* : Heinricus.
ligne 22. *Au lieu de* : Ratzeborch, *lisez* : Raceborch.

Page 393, n° **1935**, ligne 22. *Au lieu de* : incarnationis, *lisez* : incarnacionis.

Page 393, n° **1936**, ligne 2. *Au lieu de* : Barmin, *lisez* : Barnim.

Page 394, n° **1937**, note 4. *Au lieu de* : Vernher, *lisez* : Wernher.

Page 396, n° **1941**, ligne 2-3. *Au lieu de* : Hugues Sergent, *lisez* : Hugues, sergent.

Page 399, n° **1947**, ligne 4. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.

ligne 5. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.

Page 401, n° **1953**, ligne 4. *Au lieu de* : E. 396, *lisez* : E. 395.

ligne 9. *Après* : memoria, *ajoutez* : inspirante divina misericordia.

ligne 11. *Au lieu de* : id, *lisez* : in.

ligne 13. *Au lieu de* : stabile, *lisez* : stabilis.

ligne 14. *Au lieu de* : ego, *lisez* : ergo.

ligne 16. *Au lieu de* : que, *lisez* : quod.

ligne 22. *Au lieu de* : incarnatus, *lisez* : incarnati.

Page 404, n° **1957**, ligne 4. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.

Page 405, n° **1958**, ligne 4. *Au lieu de* : Hohenrein, *lisez* : Hohenrain.

ligne 6. *Au lieu de* : Hohenrein, *lisez* : Hohenrain.

Page 406, n° **1960**, ligne 3. *Au lieu de* : Zimenès, *lisez* : Ximenès.

Page 407, n° **1962**, ligne 4. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.

Page 423, n° **1992**, ligne 8. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.

Page 431, n° **2007**, ligne 6. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.

Page 432, note 3, ligne 9. *Au lieu de* : Henri III, *lisez* : Hen. III.

Page 434, n° **2014**, ligne 7-8. *Au lieu de* : alter de Plano, *lisez* : Alter de Plano.

Page 443, n° **2034**, ligne 5. *Au lieu de* : ms. 66, *lisez* : ms. 56.

Page 472, n° **2086**, ligne 1. *Au lieu de* : 23 juillet 1234, *lisez* : 20 juillet 1234.

CHARTRES. — IMPRIMERIE DURAND, RUE FULBERT.

CHARTRES. — IMPRIMERIE DURAND, RUE FULBERT.